Dyll

Wir sollen alzeit woll betrachten vnnd achten
Das wir mit rechter begierd dem kunfftigen nachtrachten
Wann ainigen glauben erhalten alls grosse port
Darnach wir den weg kurzer rüsten möchten hinfort
Hoffen an vngezwifelt vermutung mit guetten werckhen
Vnnsers leben in tugenten vnnd gerechtigkait bewertten
Göttliche lieb in inbrunstigen flammen vnsers hertzen halten
So wurd in vnns ain [illegible] erstenlich nicht erkalten
Auch vnnserm nächsten erzaigen hertzlich lieb vnd trew
In hilff mitlayden vnnd allen anligend nott an rew
So wurdt sich der almechtig gnädigklich zu vnns keren
In aller nott sein guett vnnd gnad vnns reychlich meren
Das möchten wir haben gantz grosse zuuersicht zu ym
Wie wir woll erkennen durch aus seiner göttlichen wortt stym
Der vnns vnnser [illegible] sorgen auff in sollen lassen
Aller [illegible] vnns alzeyt von seinen wegen [illegible]
Wollen wir sein [illegible] in werck werden gefund
Vnnd geniesslich werden seines leidens vnnd wund
Warumb sy [illegible] mit [illegible] hertzen verhelten
So vermaynen an gutte werckh vnnd arbaytt in himel zu tretten
Mit [illegible] kirchfart vnnd mangerlay [illegible]
Glaubt sy zu selig mit [illegible] zwang
Darumb sie werdt bedingt vnnd [illegible] seytt
Vnnd versprechen sich von gott vnnd dem guetten zu weyt
Vnnd komen zu letzt da hin mit jemerlichen layd
Wie sy der [illegible] vnnd [illegible] hin haben belaydt
Da von vnns der almechtig [illegible] gnädigklich sey bewarn
Vnnd [illegible] vnnd [illegible] klufftlichen [illegible] sparn
[illegible]

De Virginitate Longolius fol. 155

2 Hom 377.

Vuolffgangus Klauss est possessor illius libri
emptus ... 3 ... 20 ...

Deus Refugium meum.

Anno 1 · 5 · 7 · 4 ·

Octo Beatitudines heroico versu comprehensae.

Paupertas Coelos capiet, solatia lugens
Mitis habet terras, sitiens satiabitur undis,
Qui miseretur idem sentit, splendentia Numdus
Ora Dei cernet, qui gaudent pace vocantur
Diuorum nati, Tribulatus ad aethera scandet.

Digitized by Google

Bibliae christianorum . . . [illegible]

. . . [illegible]

. . . [illegible]

Moyses Veteris libros scripsit . . . quinque libros

Pentateuchum libros

Iosue Naue . . .

Iesus filius . . .

Sophtim

Duo libri Samuel scripsit

Et duo Malachias scripsit

. . .	50
. . .	40
. . .	27
. . .	36
Deuteronomium	34
Iosue	24
Iudicum	21
Ruth	4
Regum primo	31
Regum secundo	24
Regum tertio	22
Regum quarto	25
Paralipomenon primo	29
Paralipomenon secundo	36
Esdre primo	10
Esdre secundo	13
Esdre tertio	25
Esdre quarto	16
Tobias	14
Iudith	16
Hester	16
Iob	42
Psalterium	150
Proverbia	31
Ecclesiastes	12
Cantica	8
Sapientia	19
Ecclesiasticus	51
Esaias	66
Ieremias	52
. . .	5
. . .	6
Ezechiel	48
Daniel	14
. . .	14
. . .	3
. . .	9
. . .	1
. . .	4
. . .	7
. . .	3
. . .	3
. . .	3
. . .	2
. . .	14
. . .	4
Machabeorum primo	16
. . . secundo	15

Capitula


philo . . . iudeus

1	Mattheus	28
2	Marcus	16
3	Lucas	24
4	Iohannes	21
5	Romanos	16
6	Corinthios primo	16
7	Corinthios secundo	13
8	Galathas	6
9	Ephesios	6
10	Philippenses	4
11	Collosenses	4
12	Thessalonicenses	5
13	Thimotheum primo	6
14	Thimotheum secundo	4
15	Titum	3
16	Philemonem	1
17	Hebreos	13
18	Actus apostolorum	28
19	Iacobi	5
20	Petri primo	5
21	Petri secundo	3
22	Iohannis primo	5
23	Iohannis secundo	1
24	Iohannis tertio	1
25	Iude	1
26	Apocalipsis	22

Capitula

2° Hom. 377

Digitized by Google



FRIDE-
RICI NAV-
SEAE BLANCI-
CAMPIANI,

diuinarum, humanarumq́;
LL. Doctoris Cõſultiſs.
Tres Euangelicæ ve-
ritatis Homi-
liarum
Centuriæ.

Ad Chriſtianæ pietatis
augmentum & decus.

ANNO M. D. XXX.

Digitized by Google

ENCOMION MOGVNTINAE CIVITATIS
Authore F. N. B.

Aurea Romanæ Moguntia filia matris
Hæc habet Eccleſiæ pulchra decora ſuæ
Aurea Germanis hæc olim dicta Colonis,
Quòd ſuperat multis vrbs generoſa bonis
Maius vt eſt aurum cunctis toto orbe metallis,
Sic maior reliquis vrbibus illa nitet.
Hæc Baccho Thebas,Epheſum tẽplo,ære Mycænas,
Lariſſam campo ,ſole nitente Rhodon.
Memphim ædificijs ,Baias thermis,ditione
Imperij Romam,relligione Paphum.
Theſſaliam cœlo,doctrina Palladis vrbem,
Oraclis Delphos vincit Apollineos.
Cuius in auguſta legit Archiepiſcopus aula
Ceu rex ſubiectis iura verenda ſuis.
Et ſacris operatur ibi ter Maximus ille
Antiſtes,clero ſorte ſequente ſacro.
Cuius in æternũ maneat,manſuraq; ſemper
Sit laus,nomen,honos,gloria,fama,decus.

τέλος.

Digitized by Google

Bayerische Staatsbibliothek München

AD REVERENDISS.

IN CHRISTO PATREM, ILLVSTRISS. PRINCIPEM AC DOMINVM, D. ALBERTVM, S. ROMA. ECCLESIAE. TT. S. PETRI AD VINcula preſbyterum Cardinalem, Moguntineñ. & Magdeburgeñ. Archiepiſcopum, principem electorem, primatem, ſacri Rom. Imp. Archicãcellarium. Halberſtadienſis eccleſiæ adminiſtratorem, Marchionem Brandeburgeñ. Stetineñ. Pomeraniæ Ducem, Sclauorum, Caſſuborumq́ꝫ, Rhugiæ principẽ, dominum ſuũ clementiſſimũ, Friderici Nauſeæ Blancicãpiani, in tres ſuas euangelicæ veritatis Homiliarum Centurias

Præfatio.



I(QVOD ABVNDE SATIS conſtat, Alberte Cardinalis, princeps ter maxime) ſeruator ille noſter, Ieſus Chriſtus opt. æquè ſuorum uerborum futuros eſſe cẽſuit interpretes atqꝫ ſcriptores (quos rectè tam Euangeliſtas quàm Euangeliographos vulgo nuncupamus) ut illi paulo fuſius pro loco tempore, perſona declararent, quod hi diuinitus inſpirati, non abſqꝫ memorabili cauſa ſuccinctius prodiderunt: ſiquidem declaratio uerborũ domini illuminet) profectò tantum abeſt, ut male de repub. Chriſtiana mereri debeant cenſeri, qui à temporibus Apoſtolorum ad hunc uſqꝫ diem ſuas in ſacroſanctum Ieſu Opt. Euangelium operas ſyncera fide collocarunt, ut plane ſummam illos piis tem apud tam præſentes quàm poſteros inire gratiam, deq́ꝫ eadem repub. plus quàm bene meritos iudicari oportere: utpote quòd eos ille, quum eſſet omnium longe grauiſſima & ſanctiſſima per patrem iniuncta legatione functus cœlum conſcendens ſecundum Apoſtolos, prophetas, Euangeliſtas, paſtoresq́ꝫ ad inſtaurationem ſanctorum in opus adminiſtrationis in ædificationem corporis Chriſti doctores, & dederit, & ſerio conſtituerit. Proinde poſt Irenæum Lugdunenſem, Gregorium Nazianzenum, Baſilium magnum, Dionyſium Areopagitam, Athanaſium Alexandrinũ, Chriſoſtomum Conſtantinopolitanum, Theophylactum Bulgareñ. Cyrillum Dydimũ, Euſebium Cæſarienſem, Origenem Adamantium, Io. Damaſcænum, Tertullianum, Cæcilium Cyprianum, Lactantium Firmianum, Leonem. P P. Gregorium. P P. Hylarium Gallicum, Hieronymũ Stridonenſem, Auguſtinum Aphricanum, Ambroſium Mediolaneñ. Bedam venerabilẽ, Bernardum Burgundum, Albertum Magnum Germanũ, Thomam Aquinatem, Nicolaum Lyranum, Bonauenturam, Hugonem Card. Richardum, Schotum, Iohan. Gerſonem Pariſieñ. Gabrielem Bielem, Iohãnem Capnionem Germ. atque poſt id genus, inquam, alios tam uetuſtioris quàm paulo ſuperioris ætatis diuinæ ſcripturæ interpretes, non minus eruditione q̃ ſanctimonia ſpectatos, non poſſum non plurimi facere, in primis ex Italia neotericos, Thomã Caietanum Card. Alloyſium Mediolanẽſem Epiſcopũ, Marcellũ Epiſcopum Corcyren. Sylueſtrum à Prierio S.P. magiſtrũ. Ambroſium,

Optime mereri eos, q̃ ſcripſerunt in euangelia

Expoſitores euãgelij a Chriſto conſtitutos eſſe.

Qui inter antiquiores pro veritate euãgelica ſcripſerunt.

Qui inter recẽtiores

pro verita te Euāgelica ſcripſerunt.

ſium Catharinum, Thomā Rhadinum. Ex Hyſpania præter alios Iacobum Stunicam. Ex Anglia regem ſereniſſ. Heinricum VIII. Io. Epiſcopū Roffenſem, Thomā Morum, Rhoſæum, Io. Pouelum, Guilielmum Meltonum. Ex Gallia Iacobum Fabrum Stapuleñ, Iodocum Chlichtouæum, Chriſtophorum Longolium. Ex Germania Io. Fabrum Conſtantieñ. polihyſtora epiſcopum Vieneñ. Io. epiſcopū Conſtantieñ, Andream Cricium epiſcopum Premisliēñ, Simonem Abbatem Peganeñ, Iohannem Zackium, Eraſmum Roterodamum, Iohannem Cochlæum, Iohannem Eccium, Hieronymum Embſerū, Gaſparem Satzgerum, Io. Dietenbergiū, Iacobū Latomū, Tuberinum, Iacobum Hochſtratum, Thomam Marnerium, Auguſtinū Aluedium, Mihaelem Vehium, Bartholomæū Vſingeñ. Auguſtinum Marium, Nicolaum Herbornium, Conradum Tregarium, Othmar Luſcinium, Ambroſium Pelargium, Georgiū Haueriū, Danielem Zanggenriedū, Iohannem Wimpinam, Iohannem Meſingum, Iohannem Haſenbergium, Andream Placum, Anſhelmum Buchturnium, Euſtachium à Richenis, Antonium Modeſtum, Iohannem Camertem, Georgium, Kniſchium, Conradū Koellium, Bernardum Lutzelburgium hocq́ genus, inquā, alios noſtræ tempeſtatis haud parum multos & quidē paulo recentiores, ob doctrinam & pietatem memoria ſeculoꝝ digniſſimos, gloriamq́ ætatis noſtræ exornantes, laudis ſuæ tempus habentes, ac olim (quoniam ad poſteros durabit virtus, haud perueniet inuidia) ſuis non abſq́ laude titulis nominandos, non poſſum non plurimi facere, qui ſine cōtrouerſia non minus grauiter q̄ eruditè pro eo ipſo ſacroſancto Euangelio purgando contra eiuſdem corruptores, ſed ita tamen ſcripſere & ſcripta ędidere, vt interim adeò nō omnia, nec ſuo quæq́ ordine ſe complexos eſſe ſua quidem ſponte fateantur, vt pleriq́ eorum quotidianis penè conuitiis hortati ſint, vnáq́ magnoperè præcati, vt quæ in idem ſanctiſſ. Euāgelium pro fide & religione Chriſtiana tā tuenda q̄ conſeruanda pro concione ad populū Moguntinum hactenus nec ſine fructu dixiſſem, non diutius intra parietes premerem, ſed iam tandem emittere inciperem: Fore quidem adſirmantes, vt ſic, quæ ipſi fuſius & ſingula dumtaxat ſinguli, & vt incidiſſent, citra quoq́ ordinem, nec vnicuiq́ obuia tractaſſent, ego non modo vniuerſa & ſuo cuncta loco & ordine ſupplerem, ſed & tam præſentibus q̄ futuris, & nedum Moguntinis verumetiam toti Chriſtiano orbi in Ieſu Chriſti gloriā proficerem.

Prīa cauſa, cur authoꝛ ſuas Homiliās ędiderit.

Ipſe propterea non tam illorum authoritate (quæ profectò non mihi debuit eſſe non maxima) quàm re ipſa (quæ ſic propemodum, vt adſirmabant, pleriſq́ omnibus habere videbatur) coactus æditionem, non tamen ſine tuo grauiſſimo atq́ tuorum à conſiliis & aliorum doctiſſimorum piiſſimorumq́ virorum, quo & uſus ſum, iudicio meditari cœpi.

Secunda cā, cur authoꝛ ſuas Homiliās ędiderit.

Acceſſit etiamnum facundæ nimirum illorum perſuaſioni, quod non ſine dolendo animi mei dolore cum S. Iohanne olim Euangeliſta ſic in agro paſſim dominico hominē iſtum inimicum ſuper ſyncero tritico ſeminare lolia, ſicquè pernitioſam in bona ſegete zizaniam per nouos Cerinthianos, Ebionitas & hoc genus Hiebuſæos alios ſuppullulare, imò inualeſcere perſpicerem, vt niſi pro virili mea & ipſe ex officio huic ampliſſimo Eccleſiæ tuæ ſuccurrerem, certò fore, ut triticum ſimul cum zizaniis deperiret. Quod ne fieret, ſedulam & continuam in noſtris ad frequentiſſimū populū declamationibus operam dedimus.

Tertia cā cur autoꝛ Homiliās ſuas ędiderit.

Inſuper haud defuere ex noſtris in Euangelio coadiutoribus, qui & eandem æditionem ſupra quàm dici poteſt efflagitarunt, quod ſe per illam contra Pſeudoapoſtolos non parum adiutum iri ſperarent: quos utcunque mei iam olim ſtudioſiſſ. pleniore poſſem obſequio demereri. Quorum ſanè petitioni non facile poteram reluctari, quum & plurimum æquitatis & multum cum neceſſitate pietatis habere videbatur.

Quar. cā, cur autoꝛ ſuas Homilias ędiderit.

Poſtremo non parum vrgebat q̄ Sanctū Lucam Euangeliſtam ſuo tempore permouiſſe nimirum, vt quos ſine ſcriptis memoriter ex publica cathedra erudiuiſſem, maiorem mihi fidem haberent, qui adeo de iis, quæ non ſcripta docui confiderem, vt etiam ſcripturis prodere non formidarem. Siquidem de veritate & fide eius nemo iure dubitet, qui etiā ſcribit quæ loquitur: quæ proculdubio nō ſcripſiſſet, niſi vera ſe dicere confideret.

Quin. cā, cur autoꝛ ſuas Homilias æⁱdiderit.

Multas tráſiit ob breuitatē cās cur authoꝛ ſuas homilias ædiderit.

Quum proinde ſecundum id genus alia, quæ tranſeo, tot accedentibus cauſis tantopere quæ docueram efflagitarentur, vela tandem ventis, deo auſpice, permiſimus, & oram ſoluētibus bene præcati ſumus. Atque nimirum veſtigia Maiorum noſtrorum, quorum nonnulli (ſpiritu impellente) Homiliis, nonnulli commentariis ſua tempora illuſtrarunt, & nōnulli alios ſcribendi modos in Euāgeliis enucleandis tentarunt, nō ſecus atq́ Saul inter Prophetas ægrè ſequutus, iuſtam eorum, quæ hactenus in aliquod inſigniores Euangeliorum locos ex publico ad populum ſuggeſtu dixi, partem & in primis ad dei Optimi Maximi

Extenua autoris ropia.

gloriam,

Digitized by Google

gloriam, deinde ad Euangelicæ ueritatis cognitionem, poſtremo ad omnium utilitatem, ut omnes ad Euangelij intelligentiam proueherem, in tres Centurias diductam curaui ædi= tum iri: nihil addubitans, quin non vulgarem initurus ſim gratiam apud optimos quoſq; & apud eos præſertim, qui huius noſtri laboris ſubſidio multas ob cauſas egent, ijdemq; eun dem penitus ac uere intelligunt. Cur enim id minus ſperem, qui nulla ductus ambitione tam bene de omnibus, nec ſine diſpendio rei pecuniariæ, nec ſine iactura uoluptatum, nec ſine ſummo ualetudinis ac uitæ meæ periculo & detrimento mereri ſtudui? Sumus autem hoc in opere, nullo nec ordine nec modo nec ſtilo dicendi fortuito uſi, ſed quem loci, tem= poriſq; ratio propter uarias cauſas exegit plane ſequuti. Primo quidem loco ex Eccleſiaſti= ca nec illaudata inſtitutione ſemper de uerbo (ut ſic dixerimus) ad uerbum recenſendum duximus Euangelium Ieſu Chriſti, nempe, ut ita ſuas illud partes (.ſ. primas) ubiq; teneret, ceu quo nihil ſecundum deum prius eſſe poſſit ac debeat, utpote, quod nobis æternam ex bello perpetuo pacem, iucundiſſimam ex duriſſima ſeruitute libertatem, lætabundam ex in= deficiente luctu lætitiam, optatiſſimam ex ſumma perditione ſalutem, deſideratiſſimam ex miſerrima captiuitate redemptionem, & denique ex intermina morte uitam nullo tempore finituram pronuntiarit, ſimulq; pepererit, ac inde cœptum dici Euangelium, adeoq; uer= bum dei uiuificum, quod ſit eiuſmodi & infinitorum in ſupernis nos manentium bono= rum nuntium, & uerum illud è cœlo Manna delatum, quo (nec in ſolo pane) uiuit homo, proinde ſuo quidem iure à nobis inibi longè præferendum: tum quoque, ut ſubſequens in ipſum declaratio efficatior eſſet in animis auditorum & intelligibilior, quum hi memoria re= peterent, quæ paulo ante audijſſent ex Euangelio in primis deprompta, quò omnis noſtra reſpiceret interpretatio. Quam ob rem non facile probauerim, qui contrarium in ſuis ad po= pulum concionibus ordinem obſeruant: poſtremum uel medium Euangelio locum dãtes. Quum enim omnis noſtra ſit de Euangelio ad populum concio, certè non poteſt in rem non eſſe, primum ab eo ſumi exordium, quo de ſumitur concio ipſa, ut accipiatur quid ſit id, de quo concionamur. Ipſi itaque prorſus ab illis hac in re alieni primo ſemper loco (quod primum eſt) pronuntiauimus. Deinceps uel in idipſum Euangelium uel plerunque ſemper in aliquem locum ex illo communem pro loco & tempore deſumptum & declaratione indigentem præfati ſumus. Haud ſane, quia in omnibus uerboſior eſſe uelim, uerum quia ſic opus facto, idemq; percommodum fore uidebatur. Si enim (quod Caius iuriſconſultus olim non ineleganter dixit) in foro cauſas dicentibus nephas uideri ſoleat, nulla præfatione facta iudici rem exponere, quanto magis interpretationem in rem multo grauiſſimam & ſanctiſſimam promittentibus inconueniens fuerit, obmiſſis initijs atque originibus non re petitis, & ſic illotis (uti dicitur) manibus protinus materiam interpretationis tractare? Addiderim, quod & ipſæ præfationes (veluti per experientiam docemur) & libentius nos ad auditionem & lectionem propoſitæ rei perducunt, & cum eo venerimus, eius e= uidentiorem præſtant intellectum. Qua motus ratione præmiſſa ſuo loco præfatione, ſen= ſim & opera perinde non data (vt videre eſt) ad Sacroſancti, quod pro tempore in Eccle= ſia lectum eſt, Euangelij uel argumenti, quod thema uulgo appellant, à nobis inde ſum= pti expoſitionem ueni: quod deo duce pro uirili parte ſic nunc quæſtionibus & in eas reſ= ponſis, nunc doctrinis ſacrarum literarum præſidio fideliter & diligenter cõmunitis, nunc alijs hoc genus iuxta propoſitæ rei rationem modis exponendum ſuſcepi, ſuſceptumquè expoſui, non ſemper verbo verbum reddens, ut illic (ne quid uel humilius vel arrogan= tius dicam) me poſſis agnoſcere iuxta interpretem atque dogmatiſten: quippe qui nihil æquè inter eas maximè, quas Theologicas uocant, virtutes, atque fidem, ſpem charita= temquè, & ita quidẽ docuerim, ut hoc magis charitatem extulerim, quo cæteris illa lon= ge præſtat, ut quæ in alijs tantum polleat, ut ea ſublata non poſſit uirtus homini conſta= re alia, quemadmodum tam uerè quàm piè prodidit Paulus Tarſenſis. Cuius pariformi= ter admonitione non alia (quoad fieri vel potuit uel oportuit) ad noſtra obfirmanda uſus ſum ſcriptura, quàm ea, quæ diuinitus inſpirata utilis eſt ad doctrinam, ad correctionem, ad inſtitutionem, quæ eſt in iuſtitia, vt integer ſit dei homo, ad omne opus bonum ap= paratus.

Ad quod ita ſum plerumque ſemper ex animo conatus, ut eiuſdem Apoſtoli quoque hortatu, ſicubi uidebatur, pro eo conatu optinendo in gloriam dei maximi, adeoquè in omnium ſalutẽ (utcumque non ſine Vatiniano contra me odio) inſteterim tempeſtiue

[Margin notes:] Autorem no propt priuata, ſed ob publicã utilitatem ſuas ædidiſſe [illegible]. — Quę autor in hoc opere ſuo ordine ſeruauerit. Lectura ſit euãgelij [illegible] et [illegible]. — Euãgelio primas deberi partes in concionibus. — Quã conducãt pfationes in cõcionibꝰ. — Argumẽtũ Thema. — Ratio docendi. — Quid autor potiſſimũ docuerit in hoc opere ſuo. — Charitas virtutum maxima. — Sacras literas i docẽdo prodeſſe. — Veritatẽ

autorū ſine culpa pepe riſſe inuidi am.

Autorē ſ in opē a cō uitijs eſſe alienum.

& intempeſtiue: interim nihilominus cum omni lenitate & zelo Chriſtiano ſine acceptio-ne perſonarum arguens, increpans, exhortansquè, atque eos præſertim, qui ſanam doctri-nam, quæ ueritatis eſt & iuſtitiæ, non ſuſtinent, ſed iuxta concupiſcentias coaceruant ſibi doctores, quibus pruriunt aures, & ad fabulas conuerſi à ueritate declinarunt. Nec tamen in eos more quorundam fronte perfricta uel dicterijs vel ſalibus uel cachinnis uel cauillis uel ſannis uel ſtrophis uel conuitijs uel hoc genus iniurijs ludere collibuit, ſed illos qua po-tui abſque ſiniſtra contra me ſuſpitione grauitate & modeſtia à malo declinando & ad bonum perſiciundum cohortatus ſum, atque uſqueadeò ab omni humano abſtinui af-fectu, ut eorum adhuc (quod equidem ſciam) neminem vel quamlibet hæreſeos conui-ctum male cognominauerim, imò quos, ut oportuit, ſilentio tranſierim, neminem perſtrin-gens, qui omnibus bene uolo, nec cuiquam adblandiēs, qui à nullo quicquam ambio.

Autorem nō ſuo ca-piti imiti Maiores nr̄os ab a-poſtolis di-dicisse per ſucceſſio-nem.

Quos uerò in hæc uſque tempora tot ſeculorum conſenſus præter admirabilem ſacra-rum literarum peritiam ob vitæ pietatem approbauit haud ſubticeo. Etſi enim eam dum-taxat, quam à deo expectaui, ſequutus ſim gratiam & ſic aliorum laboribus incubuerim, vt inops magis à deo & eius uerbo penderem, ſicubi tamen mihi ipſi uidebar relinqui, eius quod perdocere conabar intelligentiam & ueritatem non ex propria præſumptione ſed uel ex ſacroſanctis Catholicæ Eccleſiæ decretis uel ex eorꝫ ſcriptis & authoritate maiorum deſumpſi, quos non poteſt ex Apoſtolica ſucceſſione intelligendi regulam ſuſcepiſſe non conſtare. Quorum præcipuè in Prophetas & Euangeliſtas commentarios anxiè diſcu-tiens theſauros ſapientiæ & ſcientiæ diuinæ in uaſis fictilibus perquiſiui & perquiſitos ita noſtris & dictis & ſcriptis adieci, ut de eis non facile ſit ſententiam laturus, niſi qui hu-ius loci & temporis rationem habuerit, & qui poſt ſacra Biblia etiamnum vigilantiſſimis oculis ueterum penè omnium, quos ipſi legimus, commentarios excuſſerit, ut qui ab il-lis adeò (ſicubi opus fuit) non abſtinuerim, ut eorum etiam aliquando nomina non illau-datis titulis prætexuerim, ſiue quia ſic deceat Chriſtianum, ſiue quia ſic veritatem certius inuentum benigniuſquè ſuſceptum iri crediderim: plenum ratus ingenui pudoris, fate-ri per quos profecerim, quiquè ſuis me ſcriptis magnoperè iuuerint, contra non parum multos & maximè Schiſmaticos. Qui tametſi nō nullorum dogmata ad uerbum (quod conſtat) tranſcripſerint, tam maluerunt tamen in furto depræhendi quàm mutuum red-dere, ut illos non modo non dignati ſint nominare, ſed quos etiam vulgo turpiter tradu-cere ſtuduerunt: nimirum infelices, non aliter atque Laruæ cum mortuis colluctantes, famamq́ ſibi obtrectatione alienæ ſciētiæ occupantes.

Aliorꝫ bo nori nō eē detrahen-dum.

Quàm verò ab iſtis alieni ſimus, iudicium eſto aliorꝫ, qui nos uel audierunt uel noſtra le-gerunt puro quidem adfectu.

Vafre di-ctū de De moſthene oratore Magnā eſſe viuæ vocis ve-hemētiā. Geſtus in oratore plurimum valere.

Quàmuis interim futuros haud ignorem, qui rem de me multo ſecius habere vociſe-rabunt, utpote, qui uerbis è publico ad populum ſuggeſtu, ut ipſi aiunt, longè alius: ni-mirum uehementior & acrior quàm ſcriptis appaream. At (ut paucis occurram) fugit illos, in Demoſthene magnam demoſthenis partem abeſſe, quod legitur potius quàm au-ditur. Id quod non dixerim, quia mihi uel tantillum uſpiam cum Demoſthene conue-niat, uerum quo iſti reſciant, habere nō parum latentis Energiæ uiuæ uocis actum, quan-do illa non tam dicere uideatur quàm oſtendere, atque inibi efficaciſſimi ſint corporis mo-tus: quemadmodum Aeſchines in Demoſthene ita acrem oculorum uigorem, terribile uultus pondus, accomodatum ſingulis uerbis ſonum uocis olim expertus eſt, ut admiran-tibus Rhodijs orationem Demoſthenis, reſpōdiſſe fertur.

Actionē in orando dominari. Cōciona-torē ex ze-lo decere auſterita-tem.

Quid ſi audiſſetis beluam ipſam ſua Lyra reſonantem? Sic ſane non inficias eo, quin fortaſſis dicendo tam longè alium quàm ſcribendo propter pronuntiationem, quæ inibi dominantur, præſtare nonnunquàm uidear, ut aliquoties Satyrico cuipiam ſimillimus ab eis iudicer, in quorum vitia (generatim tamen & in uniuerſum) domino per prophetam iubente, vel quàmlibet manſuetus & modeſtus inuehor, quum nihilominus interim Peri-cles Athenienſis citra alicuius detrimentum fando fulgurare & tonitrua ciere dicatur. Cæterum, quid multa? quum in hiſce noſtris lucubrationibus nihil præter improbum laborem cum ſumma fide & ſynceritate & coacti quidem iactitemus: nec interim dubi-tantes futurum, vt candidiſſimi quiq́ lectores inde plus in receſſu ſint deportaturi q̄ prima ſtatim fronte præ ſe ferant illę.

Atq

Atq; nimirum nullis neque verbis neque ſcriptis conſequuturus ſum vnquam quantum propter hoc opus in quærendo, in inueniendo, in collocando, in memorando, in abijciendo, in adijciendo, in diſcernendo, in declamandoquè laboris & ſudoris exanclaui & effudi: in tam iniqua præſertim mortalium & temporum conditione. Sileo quantus mihi fuerit labor, dum interim ſola diuinarum ſcripturarum authoritate fretus, tot ex alijs mendarum portenta ſubſtulerim, tot craſſiſſ. tenebras diſpulerim, tot ſenſus præpoſterè non ſolum ambiguè redditos ſuæ integritati reſtituerim: quandoquidem probè mihi conſcius meæ functionis diſcuſſis & exploratis, quantũ per alia licuit negocia, receptiſſ. authoribus haud oſcitanter nec per tranſennam obſeruauerim qd illi citauerint, qd legerint, quid emendauerint, qd interpretati ſint.

Quãtum laboris autor in hoc ope ſuſtinuerit.

Nec vacat hoc quidem loco vel ſummatim narrare, quãto ſudore nõ mõ nonnullos ob indigna Chriſtiano dogmata ſanctis dumtaxat ſcripturis confutauerim, ſed & eorum deteſtandam diſſenſionem & inconſtantiam in docendo refellerim, vtpote ab ipſis omnino alienus. Qui enim rectam fidem ſuſcepi & ſeruo, ad vnam illam Eccleſiam reſpicio, cuius iudicio in ijs, quæ ad neceſſariam fidem & religionem pertinent, fidelis perſto, id animo gero, id & verbis profero, atque etiam ſcriptis teſtatum relinquo, etſi quando acciderit, ut uel linguæ vel calami lapſu uel (quod hominis, quem & ipſe ago, proprium eſt) ignoratione ab ipſius fidei regulis aberrarem, id actutum & ante omnia reuocatum & exploſum velim: idque in hoc præſertim opere, in quo, teſte deo, non aliò magis ſpectauerim, nec aliquid æquè optauerim, quàm ut maximè prodeſſem, vel certè vt prodeſſe tantundem poſſem ut uellem: qui pariterq; non niſi ſimplici pioq; iuuandi ſtudio quicquid hoc eſt laboris & ex meo perinde officio coactus ſuſcepi, victusquè difficultate vtilitatem iuuandi gratiæ placendi ſic prætuli, vt hoc ipſum opus nullo prorſus rhetorico munere exornauerim, non calamiſtris, non phucis orationis, non floridis verbis, non eloquij concinnis, ſermoniſq; pigmentis, non eximijs tropis, non egregijs ſchematibus, varijsq; coloribus, non illuſtribus luminibus, delectiſq; characteribus, non deniq; oratorijs telis uſus.

Chriſtiana et legitima autoris proteſtatio.

Autorẽ in h opere ſuo ſolã publicã ſpectaſſe vtilitatem.

Autorẽ hoc in ope ſtilum ob certas rõnes nõ adfectaſſe.

Neque enim hoc, ſi vel maximè voluiſſem, debui, quoniam eo erat dicendi ſtilo vtendum, qui iuxta doctis & indoctis probari poſſet, ac utriſque intellectu non eſſet difficilis, qui utriſque ex æquo & in commune inſudaret, quo & me uti oportuit, qui non ex compoſito, ſed prout ſpiritus ille ſanctus ſcribere dedit & eloqui, loquutus ſum & ſcripſi. Atq; ſanè tantum abeſt, vt me huius rei quoquo modo pœniteat, ut etiam deo maximo gratias ex animo agam, qui hoc me uelut auſpicio docet à gloriolæ ſtudio deſperandum eſſe, ſimulq; omnia ſimplici nimirum fide proferenda, ut quo ſint à cultu faſtuque artificij alieniora, hoc ſint ad illius gloriam amplificandam potentiora, ut ſic omnibus conſtet, arma noſtra non carne, ſed deo eſſe potentia. Atque in hoc me prorſus, vtcumque impariter, excuſatum iri confido cum Apoſtolis, ut qui nec ipſi in ſuaſorijs humanæ ſapientiæ verbis confidentes, ſummam prædicationis dominice collocarunt, ſed in oſtenſione ſpiritus & in virtute, per quam mirabilibus conſumatis & fide ſuorum verborum facta, vniuerſo orbi cœlorum regni ſcientiam tradiderunt: paruiducẽtes munditiam ſermonis phaleratam, quia huiuſcemodi prædicationis adſertio, non argumento humanæ eloquentiæ ſed adſtipulatione diuinæ virtutis indigeat.

Aplos ſpirito ſimplicique vſos eẽ ſermone.

Fidẽ chriſtianã nõ indigere rhetorico ſermone.

Sed quid uſqueadeò multis noſtrum in hoc opere dicendi characterem protrepticum excuſare ſatago? quum ſi vel maximè idipſum rhetorico mundo uenuſtare voluiſſem, minus permiſiſſent inter cætera (quibus cum priuatim tum publicè plus æquo diſtineor) negocia, quotidianæ noſtræ lectiones, frequẽtiſſimæq; in tam periculoſis præſertim diebus cõciones, quas æquè ad populum protrito penè ſermone habui atq; ſcripſi.

Et hoc eſt, quod hac in parte inprimis Euſebium, Baſiliũ, Gregorium Nazianzenũ, Antiochũ, Origenẽ, Cyrillũ, Hilariũ, Maximũ, Gregoriũ, Hieronymũ, Ambroſiũ, Auguſtinũ, Bedã, Leonẽ, Aſclopiũ Aphrũ, Muſæũ, Saluianũ, Fulgentiũ, Auitũ, Radbodũ, Petrũ Damianũ, Odonẽ & id genus penè ſexcẽtos tã ueteres q̃ recẽtiores uenerãda ſimplicitate & humilitate Theologos, zelo non impio æmulatus, haſce noſtras laborioſiſſimas lucubrationes & uigilias non alio quàm Homiliarum titulo, utpote nequaquàm feſtiuo, ſed planè

Qui ſcripſerint inter veteres et neotericos in Euãgelia Homilias.

Authores op⁹ ſuũ nec ſine exẽplo nec ſine rõne homiliãs inſcripſiſſe. Homilia quid ſit. Quid centuria ſit.

humillimo & modeſtiſſimo, nec tamen operi diſſentaneo dignatus ſim: quoniam minus exquiſito, ſed mediocri & plane Homiliatico dicendi gñe populo inibi loq̃r & ſermocinor. Siquidem ὁμιλία triuialis ſit ad populum ſermo, & ὁμιλῶ triuialiter ad populum ſermonem habeo. Id quod ipſe poſt eos, quos recenſui, facio in ĳs noſtris Euangelicæ ueritatis Homilĳs. Quas ideò per nomenclaturam tribus incluſi Centurĳs, quoniam ſingulæ operis partes, quarum tres ſunt, Homilias complectantur centum, non aliud præterquàm (ut palàm uidere eſt) Euangelicam docentes ex ſacris Biblĳs ueritatem, quæ uel ipſa iure ſuo Homiliaticam, id eſt, ſimplicem inſcriptionem ſibi uendicat, ut quam deceat æquè nihil atque ſimplicitas, & locus ſit adagio ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ. Simplex ueritatis fabula. Quod uera dicentes, ſimplici ſermone utantur. Iam quid Euangelica ueritate uerius & ueracius? Vtique non aliud quicquam: nempe quæ manſura ſit in æternum, cœlo & terra interim tranſeuntibus. Hæc unica tituli operis ratio, quam optimis quibuſq; probatum iri ſperauerim, uelut rei propoſitæ non incongruam.

Veritatẽ fuco nõ indigere.

Multos ſuis libris feſtiuos indidiſſe titulos. Paraphraſis. Gloſſemata. Adnotamenta. Declarationes. Enchiridion. Diatribæ. Pandectę. Paradoxa.

Nec enim libuit imitari feſtiuitates inſcriptionum, quas haud parum multi in id genus libris fecerunt. Sunt enim, qui ſuas lucubrationes (nec quidem perperam) commentarios inſcripſerunt, quod in eis multas & uarias opiniones adferunt in medium, quo liberum ſit lectori, quam mauult eligere. Alĳ ſua Paraphraſes inſcripſerunt, quia eoſdem ſenſus æmulentur, quadam addendi demendiqúe licentia. Alĳ gloſſemata, quòd uocabula tantum interpretentur. Alĳ adnotamenta, quoniam non omnia, ſed quæpiam remotiora patefaciunt. Alĳ declarationes, quia ſimpliciter exponant. Alĳ ἐγχειρίδιον, quòd rem reddant tam ſuccinctè, ut penes ſe quiſpiam ferre illa ualeat, quaſi pugionem uel tabellam. Alĳ διατριβὰς, id eſt, exercitationes & ſtudia, quibus res ipſa exercendi gratia paulo modeſtius inibi diſputetur. Alĳ πανδέκτας, id eſt libros, promiſcua & omnimoda cõtinentes, tãquàm omne rerum atque doctrinarum genus complectentes, ἀπὸ τοῦ πᾶν totum, & δέχομαι capio, quod omnia intra ſe comprehendant. Alĳ Paradoxa, quoniam quæ ſunt præter opinionem, contineant & doceãt. Alĳ denique (quos haud uacat omnes enumerare) alios ſuis operibus titulos indiderunt, & tam quidem felices, tam feſtiuos, tam exquiſitos, ut propter eos uadimonium (ut ille ait) deſeri poſſit. Ipſe autem ex re ipſa hoſce meos labores inſcripſi uulgato admodum titulo Homiliarum, uſqueadeo cæteris omnibus in ipſius quoq; inſcriptionis laudẽ cedens, quantũ ceſſi in cura & elegantia ſcriptionis, nolens inter alios (ut dixi) quàm Saul inter Prophetas haberi pluris: tam meo nimirũ iudicio ad alios omnino nullus, ut nihil maliſſem, quã cum Propheta abiectus eſſe in domo dei.

Alia autoris extenuatio.

Quare libri pricipib⁹ dedicari ſoleant.

IAM VERO CLEMENTISSIME PRINCEPS, quum uiderem quaſi loco legis obſeruari laudatum paſſim & morem ſatis antiquatum, quo plærique omnes quod ædunt principibus uiris nuncupent, quoniam uel literarum dignitas hoc ipſum depoſcat, uel quod ĳ potentatu eorum, quibus dedicant, ab inuidis tutelam ſibi præparent, uel inuiolatam ſuis laboribus apud omnes authoritatem nanciſci contendant (ſolent enim multa ualde pretioſa uideri, quia ſunt tẽplis dicata) & ego iamdudũ decreuiſſem, hoc quicquid noſtri eſt laboris ſummis illis apud ſuos omnium uirtutum ac literarum Mœcenatibus & Antiſtibus, omnibus ornamentis Epiſcopalibus abſolutiſſ. Reuerendiſſ. L. Campegio Cardinali & Thomæ Campegio Feltrenſi Epiſcopo digniſſimo, fratribus germanis, meis patronis &. D D. inter pauciſſimos unicè colen. & obſeruan. dedicare, ut quibus meipſm quoque quantus quantus ſum debeo, non modo uniuerſum ſtudĳ mei prouentum: quia tamen ĳſdem meam in Euangeliſtam Iohannem Methaphraſim, paulòpoſt, ſuperis bene fauentibus, prodituram dicauerim, opus (ut ſpero) haud quaquàm contemnendum: uerſa ob hanc cauſam ſententia, tu ſolus & unicus interim, quoquo me uerterem, occurriſti, cui hoc noſtrarum Homiliarum opus multis admodum nominibus conſecraturus eſſem: & quidem maximè, ne (ut fit) præter cæteras ſemper ſubeat cura, an quæ dicamus, digna ſint eis, quibus dicantur.

Methaphraſis Ioan.

Alia autoris extenuatio.

Celſitudo Albẽti marchionis ex brãdebur. archiepi Mog.

Sanè non ſum neſcius, ubi me, huius laboris authorem, reſpexeris, haud undecunq; dedicationem quadrare, quoniam maior ſis & habearis, q̃ ut abs me, qui minimus ſum & infimæ nimirum ſortis homuncio, ſuſcipias, quem ſic Deus Opti. Max. in excelſo humani generis faſtigio poſuit, ut omnium poſt. pp. dignitatem ſine controuerſia ſis longe maximus. nempe nõ modo princeps, ſed ſummus etiam, non Epiſcopus tantũ, ſed & Archiepus, id eſt, Epõꝝ

princeps

Digitized by Google

princeps,& Cardinalis,id eſt,è paucis ,in quibus tanquam neceſſarijs quibuſdã cardinibus Romana vertitur eccleſia:imò non Cardinalis ſolum ſed & Germaniæ ampliſſ. Primas,id eſt,qui non ſecus atq; alter illic Papa omnium Germanicarum Eccleſiarum,quaſi Apoſtolus olim omnium Græciæ Eccleſiarum, curam geris multo maximam: Et quidem ad tam celſæ dignitatis altitudinem non tam hominũ ſuffragijs quàm mirando diuini numinis calculo delectus,adſcitus & euectus, imò perinde natus : vtpote corpus haud ſine pectore. Id quod ipſa nimirum fronte totoq; corporis habitu ſumma cum admiratione præ te fers. Quæ enim,obſecro, ſunt vel naturæ dotes vel ornamenta fortunæ ? Quid etiam diuinitus à deo dari poſſit mortalibus quod in te non ſit eximium & cumulatiſſimum? Quam enim inprimis Heroica tibi corporis proceritas? quanta formæ cum dignitas tum gratia? Quis oculorum vigor? Quàm fœlix ingeniũ? Quæ membrorũ firmitas? Qui ſtatus ? Quæ habitudo? Quid multis ? Nonnè te nobis Poeta graphicè depinxit, ita canẽs.

Cardinalis. Archiepiſcopus. Primas.

Laus D. Alb. Archiepiſcopi Mog. a dignitate corporis.

Vergil. 1. Aeneid.

Os, humeroſq; deo ſimilis, nanq; ipſa decorã
Caniciem nato genitrix, lumenq; iuuentæ
Purpureũ, & lætos oculis adflauit honores.
Quale manus addunt Ebori decus, aut vbi flauo
Argentũ, Pariusue lapis circundatur auro.

Nunquid falſo concinuit ille? Haudquaquã. Nam quis hanc generoſam illã venerandi tui capitis caniciem, hanc grauem diuini oris maieſtatem, illam cœleſtem faciem, ſydereos illos oculos, hanc denique compoſitiſſimam corporis tui, omni ex parte formam paulò diligentius perſpiciens, non illud ex animo dixerit? Digna imperio ſpecies priami. Illam equidem tui corporis intuens proculdubio formam & habitudinem, diuinam quidem, & ipſam honeſti faciem ſic ſpeculari videor, vt ſimul in te agnoſcam raræ & peruetuſtæ cuiuſdam nobilitatis & omnigenæ virtutis domiciliũ longè magnificentiſſ. vt qui utriuſq; laude inter vniuerſos principes viros nõ aliter micas atq; inter ignes luna minores.

Alb. Archiepiſcopũ Mog. ipſa q̃dem fronte p̄ſeferre rarã quãdã nobilitatem.

De illuſtriſſimo quidem Natalium tuorum ſplendore quid attinet dicere? vnde plures quàm ex equo Troiano proceres, domi foriſquè & inprimis belli gloria ſpectatiſſimi prodierunt. In quibus etiamnum tot regum, tot Imperatorum, tot Heroum adſinitatem & neceſſitudinem accipimus, vt ne fingi quidem poſſit quicquam vel illuſtrius vel amplius vel luculentius. Qui & proinde in illis tuis inclytiſſimis maioribus Marchionũ à Brandeburg quouis habeare & ſis ἐλευθεριώτης σπάρτης. Vnde factum, ut vix ſimus tam generoſam inuenturi proſapiam, quæ eſſe poſſit tuo inclytiſſimo ſtemmate vel antiquior vel famigeratior vel honore cumulatior. Cuius hoc unum ex inſinitis, quæ tranſeo, argumentum eſt longè maximũ, quod inclytiſſ. Marchiones Brandeburgẽſes inter eos, q orbi ex electione Cæſarem dare habent (quo nihil maius)partes meriti ſint non extremas ſed facile primas. Siluerim reliqua ſpecioſiſſima decora, maximarum uirtutum teſtimonia, quibus & illi tam vndique imaginibus & honoribus clari ſunt & toto terrarũ orbe ſuſpiciendi, vt nemo ſit, qui non æquè de illo nobiliſſimo ſtẽmate tuo dicere poſſit atq; q̃d olim de genere regis Aeneæ & urbis Troiæ in hęc verba Carthagineñ. illa regina.

Laus principis a natalibus.

Brandeburg.

Electio Cæſaris magna dignitas.

Quis genus Aeneadum? quis Troiæ neſciat urbem?
Virtuteſq; uiroſq;, & tãtæ nomina ſtirpis?

Quàm verò ab illo tuo genere inclytiſſ. non degeneres, ſat ſuperquè teſtantur glorioſa illa tua inſignia, quibus certo diſcimus documento, te ab eo non ſolum non degenerare, uerum quod maiorum tuorum gloriam uerius ſuperes quàm æques præluſtri diuinarum uirtutum ſpecimine, quod uera eſt nobilitas. Quæ nimirum tuæ uirtutes tot ac tantæ ſunt, ut totidem ac tantas Cyro ad effingendam optimam principis effigiem à Xenophonte præſcriptas eſſe non crediderimus. Ac inde fieri ſolet Præſul optime idemquẽ princeps eminentiſſime, ut tametſi mos ſit ſcriptoribus, pleriſque omnibus ut eorum laudibus, quibus ſuas conſecrant lucubrationes, bonam præfationis partem occupent, atque hoc uere uirtuti premium deberi uideatur : ego tamen de illarum ampliſſimarum tuarum uirtutum laudibus plane ſilere cogor, partim, dico, quod & mea ſimplicitas tibi non ignota, non ab adulatione modo ſed & ab omni blandiloquentiæ ſpecie uehementer æquè abhorret atq; tua ſingularis modeſtia nihil minus ferre ſoleat, quàm laudes etiam moderatiſſimas : partim, quia non minus illorum obruor magnitudine, quàm multi-

Virtutẽ eẽ verã nobilitatem.

Laus principis a clariſſimarũ virtutũ p̄conijs.

multitudine, utpote, quæ tam ſunt magnæ ſimulq́; multæ, ut hiſtoriæ magis perpetuitatem
quàm oratõis compendiũ exigant. Fitq; propterea, ut in eis recenſendis, qui uitæ tuæ formu
lã obſeruant & actionibus tuis interſunt, me uehementer ſint dãnaturi, quòd in cõmemoran-
dis laudibus tuis parcus fuerim & cõſciſus, & orationẽ ad uirtutes tuas lõge imparẽ attulerim
Quis enĩ, oro, inter alias præclariſſimas uirtutes tuas, uel ex parte ſaltẽ, eruditam illam tuam
pietatẽ? Quis animũ ad utranq; fortunam infractum? Quis ſimplicem illã, & a Chriſto lau-
datam in rebus agendis prudentiam? Quis ſanctam in aduerſis tolerantiam? Quis dignam
cœlo ſanctimoniam? Quis regiam in probos & eruditos liberalitatem? Quis piam in ege-
nos miſericordiam? Quis ſplẽdidam in portubus, ædibus, uijs, ſtratis, & hoc genus publicis,
& ualde neceſſarijs, ædificijs, & munitionibus inſtaurandis, & reparandis magnificentiam?
Quis ſæueritatem erga omẽs cũ comitate coniunctã? Quis conſtantẽ in rebus arduis confi-
ciundis & agrediundis fortitudinẽ? Quis temperatam in dictis factisq; manſuetudinẽ? Quis
æquã in uindicandis iniurijs ac iniquitatibus iuſtitiã? Quis humaniſſimã in admittendo faci-
litatẽ? Quis effuſam in omẽs benignitatẽ? Quis deuotiſſimã & pijſſimã illã tuã erga ſuperos
religionẽ? Quis (ut ſemel finiã) hoc genus reliquas uirtutes tuas æque infinitas atq; incõpara
biles enarrare ſufficiat? Non ipſe equidem. Quum prius omnes oratores, & hiſtorici ſcri-
bendo, prius omnes ſcriptores cogitando defatigarẽtur, quàm tu laude digna faciendo

Catalogus generalis virtutũ D. Alberti Archiepiſcopi Moguntinẽ.

Admirandũ D. Alberti archiepĩ apud omnes eſſe fauorem Moguntinẽ archiepĩ Moguntini autoritatẽ

Hinc ex tantarum tuarum uirtutũ claritate & magnitudine uis quædã archana & plane admi-
randa procedit, qua ſuperata inuidia, nõ ſecus atq; magnes quidã regũ, Impp. gentiũ, tuorum,
externorum, ſummatim omniũ mortaliũ animos in tui ſic rapias amore, ut non ſolũ aſpectus cõ
greſſusq;, ſed uel auditũ modo Alberti cardinalis Brandeburgeñ. nomen, miram quãdã exci
tet beneuolentiã & uenerationẽ. Atq; hinc felix illa tua apud omẽs authoritas, ob quam &
propter eximiam tot a deo dotiũ tuarum mirabiliũ maieſtatẽ tam factus es uniuerſis excelſus,
ut religioſe etiamnũ pene a ſalutantibus adiri ſoleas. Qua & ipſe tua celſitudine aliquoties
perinde ſuſpenſus, etſi te maiorẽ putauerim q̃ ut huc deſcenderes, partim tamen ſingularis
quædam naturæ tuæ bonitas, & incredibilis humanitas, non ſolũ publica totius orbis uoce
prædicata, uerum etiam ipſa (quod dici ſolet) fronte totoq́; corporis habitu relucens, partim hu-
ius operis noſtri materia præcelſæ tuæ amplitudini non incongrua dedicationi fiduciam
præbuit plane audacem.

Imperatores olim & reges etiã minima ſibi dicata non reſpuiſſe

Si enim de architectura Victruuius Imp. Auguſto, Iulius Pollux de grammmatica Com
modo Cæſari, Oppianus de piſcibus Imp. Antonino, Diophanes de agricultura Deiotero
regi librũ ſuũ dicauit, quanto rectius & iuſtius tibi opus de ueritate Euangelica, qua nihil ex
cellentius, cõſecrauerim, atq; nũc idẽ ſupplex dedico & conſecro? Qñ quidẽ pulchre admo
dũ quadret, ut opus Euangelicũ ei cõſecretur, cuius euãgeliũ peculiare eſſe debet, ac eſt, cuiuſ-
modi te plærique omẽs corã palamq́; experimur, ut qui in hoc ipſum unctus ſis Archiepũs, &
paſtor Euangelicus appellari cœptus, ut ex largiſſimo ueritatis Euangelicæ penu, populum
alas & ſuſtentes. Quàm ſanè prouinciam & eam quidẽ longe ſanctiſſimã uſqueadeo nõ ſo-
lum facis, ſed & perficis, ut oues tibi cum Petro concreditas, non tantũ ex uerbo Euangelico
nutrire curas, uerũetiam ut illud recte tradatur & doceatur ſatagis, atq; ipſe interim tam non
modo illud diligenti crebráq; lectione uerſas, ſed & uerbo uitæq; exemplo præſtas, ut facile
ſis unicum & hoc apud nos æuo pietatis Euangelicæ dici poſſis exemplar, utpote, qui illam
ipſam pietatem ſic modis omĩbus tutari, ſarcire, & propagare ſtudes, ut non immerito illius
dici ualeas doctor & propugnator.

Officium veri epĩ

Quare autor opus homiliarum ſuarum D. Alberto Archiepõ dicauerit. Librĩs dũtaxat æternitatẽ cõſeruari.

Haud debui proinde haſce meas de ueritate Euangelica Homilias alteri quàm tibi tot
Euangelicis undecunq; dotibus ſpectato dedicare, nec modo, quia tam pulchre ratio rei huc
uocet, uerum, quòd tantus etiamnum in te ſit Euangelicæ pietatis odor, ut eum nulla meri-
to debeat abolere uetuſtas. Cuius quoq; hoc præclarum de te præbes exemplum, quod po-
ſteritas ſpectet, & imitetur. Illud uero quomodo ad poſteros uſq; eſt perduraturum, niſi ſit,
quod uenientibus ſeculis commendet? Porro quibus poſſit hoc ipſum monimentis recti-
us & certius præſtari q̃ libris, & eis quidẽ maxime, qui de ueritate ſunt Euangelica, cuſuſmo
di non dubitauerim tibi & alijs per te probatum iri hoſce meos labores haud æſtimandos?

Authores hac operis ſui dedica-

Si enim Appion ille immortalitate donari a ſe ſcripſit, ad quos aliquid de grammatica
præſertim (nam grammaticus erat ipſe non incelebris, ſed glorioſus) componebat, quan-
to certius tibi perſuaſeris de eo, quod ad poſteros æditur de ueritate Euangelica? quæ quum
ſit in æternum permanſura facile præſtabit, ut eius & ipſe præſidio efficiaris, cuius memo-

Digitized by Google

ria immortalis ſit futura: quippe apud deum & homines nota. Quod equidem vel vnicū in decus & ornamentum tuum & in lucidiſſimum tam præſentis q̃ futuri ſeculi exemplum conatus ſum magnopere hac ſupplici dedicatione noſtri de ueritate Euangelica operis.

tione conari pro immortalitate noīs D. Alberti archiep. ſeo. Mogūt.

Nec eſt, quod metuerim, ne munus hoc meū uel quàmlibet puſillum & exiguum ſis adſpernaturus, qui illum uſq; adeò referas, qui duo minucila pauperculæ uiduæ tam non ſpreuit, ut ea etiam opimis diuitum donarijs longè prætulerit.

Ego ſanè, pater ac princeps colendiſſime, nō aliud in præſentia æquè ſupplex orauerim, atq; ut declares huiuſmodi meos labores ampliſſimæ celſitudini tuæ nō fuiſſe ingratos, ut ſic, quæ maxima eſt, tua authoritate publicū poſſint mereri fauorem, unde ſua deinde utilitas ad multos ſit itura. Nec enim, teſte conſcientia, ex tantis meis ſudoribus alium expecto fructū, quàm ut per eos Euangelica ueritas magis ac magis eluceſcat in laudē & gloriam dei Optimi Maximi, qui eandem tuam nobis & toti reip. Chriſtianæ celſitudinem perquàm diutiſſimè ſeruat incolumem, ſemperq; beatiſſimis incrementis in maius prouehat.

Autorem hac rā dedicatione ſua nil aliud q̃ animi gratitudinem peroptare.

Nunc uerò, ut occupationibus tuis & publico bono, cui (ut addecet) præ cæteris ſummopere inuigilas, parcam, quid ſingulis contineatur Centurijs & Homilijs per Elenchū paulopoſt adiunctum ſic oſtendo, vt cum candidiſſimo quoque lectore non difficile ſis inuenturus, quod uel ſigillatim inuenire uel ſcire deſideraueris. Capita enim rerum inſigniorum, quæ cuiq; Homiliæ inſunt, argumentis perinde quibuſdam præmiſi, declarans quo quid loco quæri & citra difficultatem inueniri poſſit.

AD LECTOREM PIVM.

IN primis, candide lector, te rogatum magnoperè tua uelimus cauſa, ut haſce noſtras ſubſequentes in Ieſu Opt. Euangelium Homilias pro Euāgelica ueritate ſyncero ſuſcipias adfectu ideóq; puro legas iudicio, utpote, poſt dei Max. decus & gloriam à nobis in tuam utilitatem planè nec aliundè quàm ex ſacris literis, nec ijs quoquo modo retortis, & ſtilo quidem protreptico congeſtas, comparataſq; & poſt continuas multorum preces tandem (ut uides) haud ineleganter excuſas & æditas. Quas ubi animo, quo ipſi ſcripſimus, perlegeris, non dubitamus eas tibi ſic probatum iri, ut illas non Homilias, ſed theſauros eſſe ſis adfirmaturus, unde poſſis & noua & uetera depromere. Inibi enim qua debuimus & potuimus fide & diligentia ſcripturas ſcrutati ſumus, in quibus iuſtam uitæ æternæ partem nobis repoſitam fateamur neceſſum eſt. Quia uerò in ijſce noſtris laboribus poſt dei Maximi laudem nihil æquè cupiamus atque tibi prodeſſe tantundem ut uellemus, profectò nos huic noſtro uoto operæq; huic noſtræ pretium non pœnitendum facturos rati ſumus, ſi quo modo in maiorem utilitatem uti poſſes eiuſmodi noſtris pro ueritate Euangelica Homilijs, mox ab earum frontiſpicio paucis oſtenderemus. Siquidem omnia breuiora & faciliora reddat ordo & ratio & modus. Te propterea nolimus fugiat, ſubſequentes noſtras Euangelicæ ueritatis Homilias in treis eſſe partes diſcretas, atque eas à numero Homiliarum titulo Centuriarum inſcriptas: quoniam ſingulæ partes centum Homilias cum illarum Paragraphis, partim de tempore, q̃d aiunt, partim de diuis contineant. Homilias autem ipſas (quarum nonnullæ totum pro tēpore occurrente Euangelium, nonnullæ locos dumtaxat aliquot inſigniores, qui calamitoſis noſtris temporibus in controuerſiam uenerunt, præcipuè declarant,) conſcriptas plerunque ſemper à præfationibus, uel ideo orſi ſumus, ut per eas non modo auditor adeóq; lector redderetur attentior & docilior, uerumetiam ut ſequens in Euangelij locos efficatior eſſet declaratio. Quibus ſane præfationibus & ipſe, qui diuini uerbi præco es pro nutu ſis uſurus aut non. Deinde uerba Euangelij, modis, quibus potuimus omnibus ſic expoſuimus, ut triticum cum zizanijs nequaquàm euelleremus. Atq; tandem pro loco & tēpore nihil æque ex animo conati ſumus atq; ut populū ſic inſtitueremus, ut iuxta prophetam à malo declinaret bonumq; faceret: nimirū, quò fides Chriſtiana uocat tota. Id deniq; ipſum pinde ſemper efficere ſtuduimus doctrinis quibuſdā: quas pro loci tēporiſq; ratione ſacris ad lōgum literis ita obfirmauimus, vt interim earum & capita & loca ſignantes. etiamnum addiderimus ex ordine diſtinctiones dogmatum, ut eorum, que doceremus facilior eſſet memoria & cum fide intellectus: à uocabulis Primo, ſecundo, tertio, &c̃. non abſtinentes, quod qui per ea (F. Quintiliano teſte) recte diuiſerit nunquàm poterit in rerū ordine errare. Certa enim ipſa ſunt, non ſolum in digerendis, ſed etiam in exequendis quæſtionibus & documinibus ut in noſtro cōcionandi Methodo multis oſtēdimus. Inibi uerò ſicubi tua fortaſſis ſententia

Autorē a lectore ſui operis ſynceꝝ deſiderare iudicium.

Quē autor ordinē ſeruauerit in hoc opere & quo idipſum diſcreuerit.

Quid oporteat p̄cipue docere concionatorem.

Autorē p doctrinas pias ꝯgredi.

Quin. li. ii ca. 2.

method° cōcionādi Nauſeæ.

ſententia paulò fuſiores fuimus, non eſt, quod male feras: quandoquidem ſic res & tempora hominumq́ mores tulerunt. Poteris quæ mauis in uſum tuum & quod eò profuturum duxeris ſumere, & more Apum ſeligere ac ita eſſe breuior. Siquidem nec ſemper nec ubique una eſt dicendi ratio, quam locus, tempus & perſona plerumq́ rectius inſtruunt. Alioqui non probauerimus, ut uelis inſtar Anaxagoreæ confuſionis quolibet loco & tempore, quælibet, ne dicam omnia, coaceruare atque congerere. Id quod nobis hac tempeſtuoſa tempeſtate inter tot non modo externos, ſed & internos domeſticosq́ aduerſarios facto ſummè opus fuit, ceu nemo non (nobis etiam ſilentibus) intelligit. Atq; utinam minus futura ſint tēpora, quibus & ipſe cogaris idem, quod nos, facere: nollemus certè nollemus.

Cōſiliū ex loco & tge, capiendū eſſe.

Sancti qui ſint ac dici poſſint. 275.o
Sanctos eſſe imitandos vt exempla. 252.m
Sanctos quadamtenus adorari, & quomodo. 261.n
Sancti cur ſint venerandi 262.a
Sanctorum deum habere rationem 268.f
Sanctorum implorationem eſſe antiquitus receptā 269.c,
Sanctorum vitas eſſe nobis diſcendas & ſequendas 340.c
Sanctorum omnium feſtiuitatem nobis deberi eſſe venerabiliſſimam 345.a
Sanctos vere pro nobis intercedere 18.h
Satanā cū ſuis imponere ſub ſpecie boni 41.i
¶Samaritanos fuiſſe olim Iudæis odibiles. 35.c
Samaritanum fuiſſe Chriſtum. 36.e.86.b
Sarraceni qui ſint 135.g
¶Satisfactio quō fiat pro peccatis. 28.h
Satisfacere oportere pro peccatis & quō.75.b.77.i
Satisfeciſſe Chriſtū pro peccatis nr̄is, & quō.97.n
Satisfacere neminē poſſe facere p ſe pro pc̄tis. 100
¶Seculū noſtrū propter ſcelera peſſimū eē, in quo nullius virtutis habeatur ratio 5.k
Sedere ad dextram patris quid ſit 206.g
Sententiā eē ferendā ex ordine iuris. 48.k
Sentētiā olim in nouiſſimo iudicio fore diuerſam. 146.q
Sentētiæ contra Chriſtum conſideratio. 190
¶Seruitutem à peccato venire 167.d
Seruos debere dominis ſuis obedire 11.t
Seruos eē humaniter tractādos, à ſuis dn̄is. 17.e
Sepeliēdos eſſe mortuos religioſe 90.o
Sepulturas in ſcripturis commendari. Ibidem
Septuaginta plerunq; annis vitam noſtram conſtare 168.b.289.c
Septuageſima, quid ſignificet, & quare ſit inſtituta. 168.b
Septuageſimā tēpus eſſe mœroris 288.a
¶Signa diem nouiſſimum præcedentia fore varia, multa & horrenda. 3.e.279.c.146.m
Signa fieri & propter quid, & quare non ſemper fiant. 26.a.214.l.239.f
Signa varia & multa feciſſe Chriſtum 39.K
Signa pſeudoapoſtolorum & Antichriſti qualia erunt. 104.d
Signa cur deus nunc non faciat contra ſchiſmaticos, vt olim. 174.c
Signa eſſe duplicia 239.g
Signa nuper in Germania ad confirmandā veterē religionē multa eſse facta Ibi.h
Signa non ſemp à deo deberi peti Ibidē.m
Signa varia & multa fecisſe Chriſtum 39.g
¶Simpliciter dictū nō eē in dubiū vocandū. 248.m
Simplici verbo ſtandū eē dubijs in ſcripturis. Ibidē
Similitudinario plerunq; ſermone Chriſtum vti fuisſe ſolitum 211.a
Symoniam fuiſse cauſam deſtructionis Hieruſalē 319.q
Symoniaci qui ſint & q̄ pernitioſi 318.l
Symeonē ſenē vere fuiſse beatum. 112.b
Sitis aquæ viuæ quid ſit 182.d
Sydera nihil certi poſse portēdere 185.e
Sydera non eſse à Chriſtianis conſideranda, vt omine certa. 185.l
Synagogam olim vnū habuiſse caput 126.q
¶Sol quare fuerit obſcuratus in morte Chri. 49.l
Soluenda eſse aliqua ſingularia deo 30.f
Solicitudinem nimiam pro rebus neceſsarijs reprehendi 265.a.322.d
¶Sors quid ſit 335.g
Sortis materiam dubie tractari à Theologis. Ibidē
Sortiri quid ſit. Ibidē
Sortium eſse varia genera Ibidem
Sors cur ſit inuenta. Ibidem.h.

Sorte quõ ſit vtendum licitè. 335.l
Sorte poſſe vti eligẽtes prælatum 336.m
Sortem olim fuiſſe licitam & frequentem. ibidẽ.q
Sorte apoſtolos eſſe vſos. ibid.ſ
¶Suffragia ſanctorum valere, in quæ & Dauid ſecundũ deũ confidit. 110.i.123.f.206.k
Supererogare quid ſit. 87.i
Superioritate in rep. æquè eſſe opus atq; capite in corpore. 66.l
Superiores haud cogi deberi ab inferioribus. 10.i,
Superioribus etiam malis in licitis eſſe obediendũ. 11.t,295.c
Superiores quõ debeant regere inferiores. 153.z
Superioritati vnicuiq; eẽ parendum. 242.d,350.o
¶Supflua nõ omnia & omnino eẽ abijciẽda. 110.e
Supbiam eſſe peſſimum vitium. 319.a
Superbia quid ſit 319.c
Superbi qui ſint. 314.c,319.d
Superbia nihil ſceleſtius eſſe 232.f
Suſpitiones à viro bono eſſe fugiendas 116.p
Surgendum eſſe à torpore. 130.d
Surgendum eſſe à peccatis, quomodo 323.g,
¶Scandala neceſſario fieri. 267.i
Scandalizare quid ſit. 4.c,5.e.62.b,138.g,266.e
Scandalum quid ſit 265.d
Scandalizãtem in Chriſto infelicem eſſe, nõ ſcandalizantem vero beatum, 4.c
Scandalizatos non eſſe ſanctos dei in Chriſto, ſed malignos quidem Iudæos 5.d
Scandalizare nũc eos, q Euchariſtiæ detrahũt. 5.d
Scandalizantes & ſcandalizatos peccare, non tamen ſemp æqualiter. 63.c
Scandalizãtes etiã bono exitu aliqñ peccare. 63.f
Scãdalizantes actiuè horribiliter peccare. 266.e
Scandalizare eum, qui facit cõtra præceptum Eccleſiæ. 66.h
Scandalizãtes magnope eſſe fugiendos. 267.K
¶Scriptum eſſe nihil ocioſe de Chriſto 8.a
Scriptura qd, & quãtæ ſit authoritatis, 38.d
Scripturis ſacris oĩno eſſe credendũ. 35.e,305.i
Scripturas oportere impleri, quia à ſpiritu ſancto inſpiratæ. 53.a
Scripta non eſſe omnia 55.m.
Scripturas rectè magno mari comparari. 328.a
Scripturis eſſe vtendum in prædicationibus. 109.f
Scripturas rectè aliquoties in duas vel plures partes referri 120.d
Scripturas non eſſe vbiq; adeo claras, vti Hæretici cauillant 124.d
Scripta eſſe pauca in libris canonicis de vita virginis deiparæ, 131.a
Scripturas non poſſe nec deberi quidem ab vnoquoq; tractari. 231.a
Scripturas ab Hæreticis deprauari 224.a
¶ Schiſmaticos male damnare cæremonias. 91.f. 144.m
Schiſmaticos male abrogare ferias. 92.K.l
Schiſmaticos errare, nolẽtes vnũ eſſe caput in Eccleſia ſpiritualium, 126.q
Schiſmaticos haberi, qui à Roma. Eccleſia deficiunt. 127.&
Schiſmaticos plerũq; grauiter à deo puniri. 165.d.
Schiſmaticos ꝑperã ſtat⁹, hoim cõfundere. 154.b
Schiſmaticos cur deus nunc, vt olim, non puniat 174.b,
Schiſmaticos errare, negantes poſſe ſeruari humanas conſtitutiones 181.d
Schiſmaticos prorſus falſo loqui de libertate Chriſtiana 329.i.
¶Spiritus ſancti virtutẽ eſſe maximam 189.f
Spiritus ſanctus quid ſit, 209.d
Spiritus ſanctus vñ dici cœperit ibidem
Spiritus ſancti ſpirationẽ & proceſſionẽ à nemine comprehendi poſſe. ibidem
Spiritũ ſanctũ apoſtolis difficilia ſuggeſſiſſe. ibi.e
Spiritum ſanctũ adhuc Eccleſiam docere ea, quæ ſcriptis p apoſtolos haud ſunt tradita, ibid.f
Spiritũ ſanctũ eſſe amorẽ. 210.a
Spiritum ſanctum eſſe ignem 311.f
Spiritus ſanctus quõ poſſit haberi 307
Spiritus ſancti præſentia vnicuiq; opus eſſe. 307.h 310.d
Spiritu ſancto nobis eẽ opus maximẽ ibid.c
Spiritus ſanctus quomodo acquirat. 311.f
Spiritualem poteſtatem à deo eſſe & dei loco, & deum appellari, quoniã præſit eis, quæ dei ſunt. 102.f.
Spiritualibus quid dandum ſit ibidẽ
Spirituali poteſtati æque eſſe parẽdum vt ſeculari 102.f,218.d
Spiritualibus quatenus ſit dandũ. 101.g.h
Spiritualia eſſe præponenda corporalibus. 89.b, 322.d
Sponſum Eccleſiæ & animę eſſe Chriſtum 16.e
¶Status, quoad ſe, omnes eſſe à deo quaſi bonos approbatos 8.c
Status nũc vniuerſos eſſe corruptos & malos. 3.K
Status hominum eſſe in triplici differentia 154.b
Statum coniugum in nonnullis eſſe inferiorem cęteris 153.b
Stella qualis fuerit Chriſto nato 285.f
Stephanũ in nouo teſtamento fuiſſe protomartyrem. i. primũ martyrem, 247.e,333.b
Stephanũ cõparari Abelo in vetreri teſt. 333.c
Stephanum fuiſſe pauperem, humilẽ & patiẽtem. Ibidem f
¶T. Signum eſſe crucis S. ſignũ 61.K
Templa viſitare eſt pium opus 16.k
Templorum vſum nullibi in ſcripturis tolli 33.g
Templa Chrm & apoſtolos ſua præſentia honoraſſe, 33.g,332.l
Templũ eſſe locũ ad docẽdũ, 107.l
Templum quid ſit 106.b
Templum eſſe triplex, ibidem
Templũ aliquod eſſe ſpirituale 106.c,332.n
Templorũ violatores ſemper fuiſſe punitos à deo. 106.f
Templorum ornamenta non eſſe neq; mala neq; fruſtratoria. ibidem

Digitized by Google

Templa ſingula ſanctis ſingulis rectè dicari. 269.e
Templum quale eſſe oporteat, 318.g
Templa à nobis deberi honorari & quõ. 332.n
¶Tempus vltimum huius ſeculi eſſe oĩbus incertum 3.d
Tempus huius ſeculi vltimum certo nunc imminere propter varia & multa ſigna, quæ nũc præſto ſunt ibid.k
Tempus hoc præſens eẽ valde periculoſum. 53.e
Tempus hic noſtrum eẽ breuiſſimum & inſtabile. 58.g
Tempus & locũ ſuũ omnia habere 65.a
Tempus præſens eſſe tempus merendi non recipiendi 169.h
Tempora male ſeruamus 22.g
Temporalia quõ à deo peti poſſint, 60.d
Temporalia bona aliqñ eẽ cauſam dãnatõis. 70.b
Temporalibus bonis bene eſſe vtendum. ibidẽ.c
Temporalibus bonis eſſe vtendum non abutendum. 227.e, 317.a
Tempora pręſentia eſſe turbulẽta, ſed fore ob pctã noſtra longè turbulentiora 30.h
Temporalia debere à nobis negligi 322.c
¶Tentari iuſtos duntaxat 25.m
Tentationes à deo ob varias pmitti cauſas. ibid.o
Tentationes eſſe vtiliſſimas, ibidem.q
Tenebras eẽ peccata 65.c
Tentationibus eſſe reſiſtendum, 174.e
Terrena deberi ſperni. 26.f.
Terrena quæ ſint, & dici ſoleant. 66.a
¶Teſtimoniũ reddere Chriſto qd ſit 310.e
Teſtimonium Iohannis Baptiſtę de Chriſto quale fuerit 148.c
Teſtem domeſticum & vacillantem eſſe reijciendum 124.d
Teſtatũ nobis Chriſtũ eẽ pacẽ, rẽ. ſ. lõge opt. 64.a
Teſtatorem non præſumi loquutum eſſe obſcurè, qualis fuit Chriſtus ĩ inſtitutõe Euchariſtię. 68.d
Teſtamentum feciſſe Chriſtũ in cruce. 49.g
Tertia die Chriſtum reſurrexiſſe à morte, & quare. 54.d
Titum Veſpaſianum Imp. Hieroſolyma deſtruxiſſe. 103.a
Timere & colere deũ eſſe primũ ad ſalutem. 15.d
Timorem domini eſſe baculum contra omnia mala. 30.d
Timorem eẽ duplicem 142.b
Timorem dñi eſſe initiũ ſapientiæ. ibid.c
Timore dñi nil melius. ibidẽ.d
Timorem domini parentes debere filios docere. ibidem.
Timor domini quid ſit ibid.b
Timorem domini vbiq; & ſemper eẽ hominibus incutiendum 213.d
Titulum S. crucis fuiſſe ſcriptum tribus idiomatibus quare 49.y
Thomam magnum fuiſſe Theologum in Chriſto tacto 202.d
Thomæ incredulitatem nobis profuiſſe contra hęreticos, 202.h. 305.g
Tobiam eſſe exemplum domeſticis pſonis. 161.f
¶Turtur quid ſignificet 113.h
Turcas fuiſſe crudeles in Hungaros 104.g
Turcæ qui & quales ſint, 155.g
Turcas eſſe peſſimos & imminere Germanis. 155.h
Turcas Mahometum peſſimum venerari. ibidẽ.l
Turcas eſſe effœminatos 156.o 135
Turcæ noui, qui ſint ibi.q
Turcis iuſtè bellum inferri à Chriſtianis. ibi.ſ
Turcas haud ſemper fuiſſe victores contra Chriſtianos ibidẽ.t
Turcam eſſe verum Antichriſtum & Eccleſię aduerſarium 276.n, 276.o
Turcarum inſanias & crudelitates eſſe maximas. 276.n
Turcarum fides & religio, qualis ſit ibid.n
Turcas eſſe impijſſimos & crudeliſſimos ibid.n
Turcæ quando & quomodo cœperint ibi.o
Turcas omnia pia turbare, terrasq́ue deuaſtare. ibidem.p
Turcæ quomodo ſint vincẽdi à Chriſtianis. 277.f
Turbæ appellatione quid veniat. 171.c
¶Trãslatitio ſermone Chriſtum ſæpe vſum fuiſſe. 56.b
Transferri multa de ſenſu ad ſenſum 133.e, 134.a
Trahi per deum ad deum quid ſit 182.d
¶Tres nobis eſſe tribulationes in vtilitatem noſtram. 174.e
Tres continuos nos habere inimicos 317.c
Tres dies dominum eſſe expectandum. 220.e
Tres eſſe aduerſarios Chriſtianorum. 135.e, 137.f
¶Triſtitiam aliquam eſſe ſalutarem 75.h
Triſtitiam huius mundi alibi verſum iri in lætitiã ſummam 59.h
Triſtitiam eſſe bonam & malam 246.a
Tria peccata nos præcipuè trahere à cœna Euangelica 72.e, 231.c
Triduum eſſe dominum à nobis ſuſtinendum. 77.g
Tributum quid ſit 102.e
Trinitas in diuinis quid ſit, 67.l, 311.a
Trinitatem à nullo ſciri & ſcrutari poſſe ſatis. 67.l 312.f
Trinitatem ſcripturis, figuris, creaturisq́; probari & oſtendi 67.p, 312.e
Trinitatis fidem duntaxat Chriſtianos habere. 211.a
Trinitatem in diuinis multis probari. 211.c 188.e
Trinitatis fides qualis ſit, 212.n
¶Tribulari plerunq; bonos in hoc mundo. 272.e
Tribulationes non omnino eſſe deprecãdos à deo 272.e
Tribulari eos, quos deus amat 297.b
Tribulatos conſtanter deũ inuocantes oĩno exauditum iri 271.h
Tropum non inueniri in verbis domini de inſtitutione Euchariſtiæ 68.g

V Alentinianum Imperatorem Romanum fuiſſe primum Imperatorē Chriſtianum, 330.o
¶Verbum eſſe lętiſſimum & gaudio plenum. Natus eſt nobis ſaluator 7.b
Verbum domini quid ſit, ac illud videre 7.e
Verbum domini quare ſit dictus filius dei. 7.f. 209.d
Verbum eē carnē factum quid ſit 7.g
Verbum carnem nobis eſſe oſtenſum, & quō 7.h
Verbum carnem quomodo videre debemus, 8.K
Verbum Dei dici ſemen 21.f. 26.y
Verbum Dei quomodo ſit verè audiendum 21.K
Verbo Dei viuere, quid ſit, & quomodo, 26.x
Verbo Dei hominem etiam corporaliter ſuſtentari poſſe ibidē.y
Verbum Dei multiphariam dici, 31.c
Verbum Dei verè audientes eſſe verè beatos ibid.
Verbum domini ſemp manere, 68.o
Verbum domini quare maneat in æternum 68.a
Verbum Dei in templis eſſe prædicandum & audiendum 107.K
Verbum Dei maximæ eſſe dignitatis & vtilitatis 289.a.
Verbum domini quale ſit, 149.a
Verbum domini quibus conditionibus ſit prædicandum & audiendum ad ſalutem. 170.d. 187.l 289.b. 298.e
Verbum Dei quomodo fructificet in homine, 170.d. 289.c.
Verbum Dei non modo auditum, ſed & opus exigere, 170.d, 290.g
Verba Dei quæ ſint, 187.l
Verbi Dei magnam eſſe vim & potentiam 218.b
Verbum Dei non ab omnibus audiri cum fructu, 289.b.
¶Væ dictio quid ſignificet, 250.a
Veritas quid ſit, cui nemo debet repugnare, 37.l. 118.d.
Veritatem ſemper vincere, 16.a
Veritatē eſſe triplicem 37.l
Veritatem eſſe diligendam multas ob cauſas 37.m
Veritatem non quocunq; tempore & loco proferēdam, non tamē tacēdam eē 37.o
Veritatem non indigere fucata huius mundi oratione & ſapiētia 42.l
Veritatē à prędicatore non eē tacendam 226.a
Veritatē ſcire eſſe maximam ſciētiam 310.d
¶Venerationem ſanctorum eſſe ſalutarem multis modis 268.e
Venerationē ſanctorum eē licitam 261.m. 262.s
Verecundiam & rariloquium decere virgines, 129.c.
Veſtimenta Chriſto ſubſternere quid ſit, 320.a
Vexilla Ieſu Chriſti quę ſint 297.a
Veſperum quid ſignificet, 52.b
¶Vidua quid ſit, 9.d
Viduitatem eſſe laudabilem, & multas fuiſſe viduas Deo gratiſſimas 9.d
Viduitatē ſanctè ſeruari debere & optari à deo. 9.e.
Viduas quales oporteat eſſe, 9.f
Videre Deum quid ſit, 320.a
Videri ab hominibus quid ſit, 24.e
Vias eē duas poſt mortem 75.e
Viam latam eſſe ad perditionem, arctam verō ad beatitudinem 79.140.n.207
Viam domino venturo eſſe præparandam, 280.e 149.g
Villicum quid facere oporteat, ne pereat 80.a
Vindictam à Deo peti poſſe ſub conditione. 277.x
Vindictam pro malo illatam tripliciter fieri 328.l
Vindictam aliquando de malis optari poſſe à Deo, ibidem.
Victoriam à Deo venire, 135.f.
Victoriam aliquando non ſequi propter ducis vel militum peccata, 136.v.x.
Vinum eē naturale & ſpirituale 16.c
Vino deficiēte, quo ſit fugiēdum 16.d
Viri appellatione non mox venire ſuſpicionē de actu vxorio 115.n
Vnigenitus quid ſit 116.r
¶Virginis appellatione peculiariter venire Mariam 142.a
Virginitas quid ſit 155.e
Virginitatem eſſe virtutem longē maximam multis probari, 155.e, 247.a
Virginitatē coniugio eē prępnonēdam 154.c
Virginitatem à mundo condito non fuiſſe reprobatam, 155.g.
Virginum fore maius in cœlis præmium quàm aliorum 155.K, 165.b
Virginitatem per ſingularem Dei gratiam ſeruari poſſe 155.m
Virgo quē ſequi debet 155.n
Virgo quid facere debet, vt continere poſſit 155.o
Virgo qualis eſſe debeat 155.p
Virginitatē eē virtutē generoſiſſimam. 156.a.
¶Virtutis ęmulam ſemper eē inuidiam 333.b
Virtutē deberi à parētibus doceri filios 78.b
Virtute nihil eſſe pulchrius, quæ proinde ſemp eſt amplectenda 78.a
Virtutē hominem exaltare hic & alibi 78.b
Virtus Chriſtiana quid ſit 78.b
Viuere poſſe hominē rectiſſimè ſine cibo terreno maximè delicato 26.a
Viſitationē noſtram debere nos ſuſcipere 318.e
Viſitationē Chriſti eē variam, 82.c. 223.a
Viſitationē Chriſti myſticam in nos quadrare 80
Viſitari nos variè à Deo, 80.g
Viſionem Chriſti eſſe alibi vitam æternam & gloriam. 307.f. 310.a
¶Vitæ æternæ conſequēdę cauſa nos omnia debere libēter ſufferre 303.a
Vitam præſentem potius eſſe mortem quàm vitam appellandam 258.a
Vitam ęternam eē beatitudinē veram 121.l
¶Vocatos nos eē ad nuptias quid ſit 96.f
Vocari ad cœnam magnam quid ſit 71.c
Vocari ad Chriſtum quid ſit, 244.a
Vocari variè ad pœnitentiam 269.h

Digitized by Google

Vocationem Chriſti eſſe quadruplicem. 244.b.
Voluntatem noſtram deberi diuinæ voluntati conformari 46.h
Votum continentiæ ſeruari debere 9.l.
Votum virginitatis diuæ virginis elici poſſe ex verbis ipſius 115.e
¶Vxore bona & proba nil melius, mala nil peius eſſe. 161.e
Vxorem non licet dimittere, & ea viuente aliam ſubducere 165.a
Vxores plures ſimul & ſemel habere non licere 158.d
Vt dictiunculam variam habere ſignificationem. 55.f.
Vulneratus apud Hiericho quis ſit 87.i.
Zachariam angelo non credidiſſe 118.e
Zacharias quomo interpretetur 30.h
Zachæus quis ſit. 243.a
Zedechiæ peccatum fuiſſe punitum 168.a
Zedechias quem figuret. ibidē.b.
Zelandum eſſe pro Deo & eius iuſtitia. 295.f. 298.f.

F I N I S.

EMENDATIO ERRATORVM PRAEFATIONIS, CVius titulus non inſcribitur Epiſtola nuncupatoria, ſed Præfatio.

Facie prima circa finem lege, Bedam Hiſpanum. Facie.2.linea 9.lege, Durnerium. Ibidē linea. 37. omniſſimæ. Ibidē linea penultima aliquot per e. Folio.4.facie.1.linea.50.veræ virtuti. Fol. vltio, fac.1.li.5. minutula Ibidē linea.13.ſeruet Ibidē linea vltia, in noſtra con. Facie vltia, linea.24 obrepere ſomnum.

Emendatio mendorum totius operis.

¶Primus numerus deſignat tibi folium, Secundus faciem, Tertius lineam: deinde ſequitur vera lectio. Item Ablatiuus eodem ſignificat foliū ſolū, Aduerbium vero Ibidem, folium & faciem ſimul.

Folio.10.facie.2.linea.49.lege mortalis. Folio.13 fa.1.linea.37.lege cauit Ibidem.50.ſeruandam Folio.14.fa.2. linea.12.ignorabant.15.1.35.eundum.17.1.20.facite 20.1.8.fuiſſe, Ibidem.11. At quam.22.1.5.appoſite.30.1.59.volunt.32.2.16.deo. Ibidē.39.viuens.34.1.56.Chriſti.36.2.48.ſciret. Ibidem vocabulum, Ibidem.59.eoſdem.41 2.8.aptata.42.1.6.arborem.40.2 26.tam.43.1.34 quibus.44 1.9 pertinuiſſe.49.1.1.oremus 53.1 52.ſui diuini.55, 2.50.ſuggeritur.61.2.16.diei.64.1.11.coniunctis.66.1.12.aliunde.69.1.11.credulitas. Ibidem.59 diſcipulos.70.2 60 iudicia 72.1.34.nobiſſipſis.74.1.55.gloriandum 80.2.9.examinandi.83.2.11.boitatæ ſunt.84.1.27. delectationem, 107.2.25v.ſumme.113.1.8.dicens.122.2.5.mori.124.1.23.excindamur.130.1.6.ne.132.1.24. Chriſti.140 2,54.patientiā 145.1.22.adde, pater.147.2.5.reſurgentem.149.1.15.mundū illuminat, 150.2.7.magis, Ibidem.11. Eccleſiam.152.1 .9, annum. 154.2.30.conſimilia loca, adde, aliter tonat.156.1.47. Bonum 158 1.10.verum.160.1.35. fornicatores, adde fidem, Ibidem.48.coniugum.164.2 13. Si 167.2.18.oneratos.168.2 35.exteriorum 170.1.11.referri, Ibidem velle, adde, diſcipulum.171.2.11 vana.172.1.41.teſtatum, Ibidem nullam.173.2,56.remotis.174 1.24 Qui, Eodem 240.nullis.175.2.39.quidem 180.2.35.non, Ibidē.46 errant, Ibidem nullam, Ibidem.59.poſſet.185.1.5.viui Eodem.2 24.inuehitur.192 1.58quum 198.1.53 gaudere.199 1.24.recordabant 203.2.31.abſentia 212.1.14.increpaſſe, 216,1,32 proinde Eodem 2,26, Iſam, Ibidē.30.veros,218,1,55,quo,223,1,56,ſe 224.2 36 damnatum.226,1 5.ora 206. Eodem 2,11 boim. Ibidem 16,citra.229,1 42 ſacerdotis.231.1 58, nos Eodem, 2,57,ipſe.239,1,19,quibus, 243,2,4,fontibus.245.1,58,cauſa.ccxlvi.1.36 Dura, Eodem 2 55,ſomnū inertē,ccxlvii ii,liii,cōuocātis.ccxlviii,1 xlviii.cuiuſcūq.ccxlix,1,20.corporis.250,2.17,conceptæ, Ibidē xlviii,ipſam.253.1 xlii,legatis abundat. 255 1 12, poti9.cclx 2,12,et,13,habitur9.262,1,3.illi.cclxv,1,13, veriſq.266,2,22,ceſſabat.268,1.30,patiētiā, Eodē,2,xlix 9 artos, Ibidē,liiii,redditurā.269,2 lix,ipſo.270,2,16,plurimi, Ibidem,lvii,neminem abundat.271,2,13,concitarunt 273,2,xlv.nōne.266,1,xll,colonibus.28iiii,1,liiii.adeoq.288,2,liii,me.289.2,36,iudicem9, Ibidē,lvi ſtiliæ,29iiii ii.lvi.veri,296,2,23 fructuoſi Ibidē,lvii, Prima,297,1,13,faciēs, Eodē.2,1,proſperitatū.298,2,11,ſim. 299 1 v dicentes 306 1 6 Canonizaturæ Ibidē xlvii quiſpiam princeps aut rex Eodem 2 3 ac Ibidem xlii vllam,301 1 21 is Ibidem liii morte 306 1 57 omne Eodem 29 videbimus Ibidem xliii vertentur 307 1 li mœſtos 308 2 1 ſalutem adde petere 309 1 11 Germaniæ 310 2 lvi quem 312 2 v ſupbenedicta Ibidem 6 intelligemus 315 1 v perornauit cccxiiii 1 60 ſit poſſeſſurus 316 2 6 religionis 317 2 23 boni 318 2 1 mittentes Ibidem liiii ſcriptura 320 2 7 perficit 321 1 23 proſit cccxxiiii 2 12 monuit Ibidem vt 327 2 li nonnullos 328 1 liii poteſtatē 330 1 10 gratia Ibidem xlvi reſuſcitauit 336 1 34 Apoſtolis Folio ccxlix ii 1 inuiolata &c.

¶Has emendationes, ſtudioſis minimè neceſſarias, vel ideò adiecimus, vt extremam hic factam eſſe diligentiam, nemo ſit qui ignoret.

Digitized by Google



CAROLVS. ROMA. IMPE. QVINTVS.

SOLI DEO OPT. MAX.

LAVS ET GLORIA IN NOMINE IESV CHRISTI OPT. MAX. REGNANTE INVICTISSIMO ET GLORIOSISS. RHOM. IMP. CAROLO V. P. F. AVG. PATRE PATRIAE LIBERTATISQVE CHRISTIANAE ADSERTORE. CHRISTIANISSIMO SVB CLEMENTE VII. PONT. MAX. ANNO SALVTIS HVMANAE, M. D. XXX. CALENDAS XVII. AVGVSTI. MOGVNTIAE SVB TEMPVS COMITIORVM IMP. IN AVGVSTA VINDELICIA.

Digitized by Google

FRIDERICI NAVSEAE BLANCICAMPIANI PRIMA EVANGELICAE VERITATIS HOMILIARVM CENTVRIA,

atq;(vt ſequitur)eiuſdem Homilia prima, de eo quod ſcriptum eſt Matthæi.21
Marci.11.Lucæ.19.Iohannis.12. Benedictus qui venit in noīe dn̄i,&c.

Dominica prima Aduentus.

A SACROSANCTI NIMIRVM TEMPORIS INI-
tium,fratres in dn̄o chariſſimi,hodie agimus,cui vulgo nomē Ad-
uentus. De quo eccleſia ex verbis Apoſtoli nos ſolicitè admonet,in Roma.13
quiens:Iam fratres hora eſt,nos à ſomno expergiſci. Quare? Quan
doquidē propius(inquit)adeſt nobis ſalus,q̄ tū, quū credebamus.
Nox progreſſa eſt,dies aūt appropinquat.Hoc vero frēs dilectiſſi-
mi,vnde intelligemus? Vtiq; vocabulo huius tēporis,ſcilicet aduē-
tus.Igitur maximè vellē,tā huius ſacratiſſimi tēporis & nominis ra
tionē eſſe cognobilē omnibus,q̄ ipſum eſt nomen Aduentus,toto
perinde terraꝝ orbe notū & celebre.Equidē non putauerim eſſe(qui modo Chriſtianæ ſit,
vel nomine ipſo,profeſſionis)quē fugiat hoc ipſum ſacroſanctū tēpus,vulgo nusq̄ non appel
lari Aduentū,at pauciſſimos è contrario eſſe ſuſpicor,qui vel eius rationē vere calleāt,vel ex
animo inueſtigēt,& ſcire ſatagant.Id q̊d tamē magnopere velle,idēq; facere debuerint: quū
inibi ſumma ſit noſtræ ſalutis repoſita,atq; ineffabilis Dei Opt. Max.erga nos miſericordia,
& clemētia cōtineatur,quā neſcire tā ſit malū,q̄ ſit & vtilis & neceſſaria,eadēq; grata deo pro
huiuſmodi ſua in nos pietate gratitudo & gratiaꝝ actio,quā vel ſolā deus à nobis perinde at-
q; rē modis oībus debitā diu noctuq; & quidē ſerio exigit.Inde nimiꝝ eſt,quod Paulus ait:
Pſallētes in cordibus noſtris dn̄o,gratias agētes ſemper pro oīmibus in noīe dn̄i noſtri Ieſu Ephes.5
Chriſti deo & patri.Et rurſus:Sine intermiſſione orate,in oīmibus gratias agite.Hæc eſt enim
volūtas dei in Chriſto Ieſu in oīnibus vobis.Vnde facile cōijcimus q̄ deū male habeat ingra- 1.Theſſ.5
titudo,quæ proculdubio omniū eſt vitioꝝ longe peſſimū & pernitioſiſſimū. Siquidē quod
inde nullum nō peccatū deriuetur.Quia eñ deo pro eius erga nos beneficijs ingrati ſumus,
ideo peccamus,& peccare nō erubeſcimus.Abſit aūt fratres,poſthac tāti nos ſceleris obno-
xios faciamus,veꝝ ex animo cogitemus ſummā in nos dei noſtri Opt.bonitatē & beneficē-
tiam,eidē deinde gratias ex animo agētes,ſimulq; humiliter. ¶Cæteꝝ,quomodo grati ſi-
B mus,niſi quātum nobis beneficioꝝ cōtulerit,ſciuerimus? Sciemus aūt vel ex parte, vbi quid
ſibi velit hoc tempus ſacrū,huiusq; peculiaris appellatio & inſcriptio ſtudioſius cōſideraue-
rimus. Atq; eius rationē plane perſcrutabimur,vbi acceperimus,quis ſit qui aduenit,atq; vn-
de is,& quo,& quomodo,& ad quid,& quādo aduenit? Laudabilis hauddubie curioſitas eſt
illa & admodū ſalutaris.Neq; eñ credi par eſt,ipſam catholicā eccleſiā tanta deuotiōe Aduē
tum celebrari inſtituiſſe,niſi in eo aliquod magnū,idemq; prorſus ſalutare lateret ſacramen-
tū.Si proinde,ceu propheta canit,beati ſunt,qui teſtimonia dn̄i ſcrutantur,ſcrutemur & nos,
quod inter illa nequaq̄ eſt infimū,ſed omniū tam facile ſupremū,q̄ ſit primū noſtræ redem- Pſal.118
ptionis.Cum igitur aduentus dici cœperit,quia quis venerit.
C ¶Quis modo venit,interrogo? Filius,reſpondet archangelus,altiſſimi ſcilicet regis regum,
& domini dominātium,dei ſcilicet Max.cœli ac terræ creatoris,quiq; omnia,quæ inibi ſunt,
gubernat.Si altiſſimi regis,domini ac dei Maximi,& cœli & terræ creatoris filius,ergo & q Lucæ.1.
venit rex eſt,idemq; dominus dominantium,ac deus coaltiſſimus.Neq; enim phas eſt dei fi- 1.Timo.6
lium degenerem ſuſpicari,ſed æqualem fateri neceſſum eſt ad omnia & in omnibus.Nam & Apoca.19
filios principum,principes,& filios regum,reges eſſe quis neſciat? At quis eſt filius ille excel-
lentiſſimus,qui venit? Eſt,inquam,Ieſus Chriſtus,dominus & redemptor noſter.Ille eñ eſt
qui(teſte apoſtolo)in dei patris eſt gloria,cuius gloriam quaſi vnigeniti à patre ſe cum cæ- Philip.2
teris apoſtolis vidiſſe Iohannes ſcribit:Ille quidem(ait idem apoſtolus)non arbitratus eſt ra- Iohan.1.
pinam,ſe eſſe æqualem deo,quum ſit ſplendor gloriæ patris,& figura ſubſtantiæ eius.Cuius Hebræ.1.
nomen,inquit propheta,quo vocabunt eum,eſt dominus iuſtus noſter. De huius aduentu,
cuius hodie frontiſpicium agimus,propheta Zacharias,ſpiritu ſancto adflatus,prędicēs ait: Zacha.9
Dicite filiæ Sion,Ecce rex tuus venit tibi manſuetus, iuſtus & ſaluator. Ille ergo filius altiſſi-
D mi venit.¶Sed vnde & quomodo? A ſummo vtiq; cœlo:ex altiſſimo,inquam,dei patris ſi-
nu,per ineffabilem diuæ virginis Mariæ partum. A ſummo cœlo(inquit regius propheta) Pſalm.18

Johan.16 egreſſio eius,& occurſus eius vſq; ad ſummum eius. Et ipſe aliàs:Exiui(inquit)à patre, & ve-
Eſaiæ.30 ni in mundū. Grandis planè patuit via,ſecundum eius teſtimonium,qui prophetico actus ſpi
ritu:Ecce,ait,nomen domini venit à longinquo. Quid,obſecro,diſtãtius & remotius,q̃ hinc
Johan.16 cœlum? ¶Sed quo venit? Exiui,reſpondet ipſe,à patre & veni in mundum. Sic Martha ve- E
Johan.11. rè reſpondebat:Ego(inquiens)credidi,quia tu es Chriſtus,filius dei,qui in hunc mundum
Hiere.23 veniſti. ¶At quomodo,inquis,venit de cœlis in terrã,qui deus vbiq; eſt? De ſe ipſo dicens: F
Ego cœlum & terram impleo. Reſponderim, Deſcendiſſe de cœlis dei filium,non quidem,
Pſal.138 quod per incarnationem cœlos dimiſerit,aut ante incarnationem in terris nõ fuerit,qui vbi-
q; eſt. Ad quē propheta proinde exclamat:Quo ibo à ſpiritu tuo,& quo à facie tua fugiam?
Si aſcendero in cœlū,tu illic es,Si deſcendero in infernum,ades. Si ſumpſero pennas meas di-
Johan.3 luculo,& habitauero in extremis maris. Etenim illuc manus tua deducet me,& tenebit me de
xtera tua. Qui & ipſe in terra degens,inquit: Nemo aſcendit in cœlum,niſi qui deſcendit de
cœlo,filius hominis,qui eſt in cœlo. Verum,inquam,dei filium de cœlo deſcendiſſe, quia per
ſuſceptionem noſtræ naturæ,nouo exiſtendi modo in terra eſſe cœperit,ſcilicet per vnionē
hypoſtaticam,diuinitatiſq; cum humanitate in vna perſona coniunctionem, quo nimirum
modo antea non fuerit in terris. Ad eum vero modum deſcendiſſe,ſuo loco,quum de eius ſa
croſancta incarnatiōe verba habebimus,ex Euangeliſtis aperte ſumus edocturi. Venit igitur
dei Maxi. altiſſimiq; filius è ſummo cœlo in haſce inferiores terræ partes. ¶Porrò,quam ob G
cauſam,& quando venit? Propter nos,reſpondeo,& quidem opportuno venit tempore &
gratioſo. Sed quomodo propter nos? Vtiq; vt nos illuminaret & dirigeret,ſimulq; redime-
Galat.4 ret propter peccata cæcos,& æterna olim morte captos. Hinc Apoſtolus: At vbi,inq̃t,ple-
nitudo venit temporis,miſit deus filium ſuum,factum ex muliere,factum ſub lege, vt eos qui
1.Timo.1 ſub lege erant,redimeret,vt adoptionem filiorum reciperemus. Idemq; iterum ait: Fidelis
ſermo,& omni acceptione dignus, q̃a Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum, peccatores
ſaluos facere,q̃rum primus ego ſum. Id quod ipſemet dei filius approbat,dicens: Venit enim
Lucæ.19 filius hominis,quærere & ſaluum facere,q̃d perierat. Quid perierat? Vtiq; ouis illa centeſi-
Lucæ.15 ma decrrans. Humanum,inquam,genus omnino perierat. Sane nulla fuit Chriſto veniendi
cauſa,niſi vt peccatores illuminaret & ſaluos faceret,qui vel ideo dictus eſt Ieſus,quia popu-
lum à peccatis eorum ſaluum faciat. Morbum enī ſi ſuſtuleris & vulnera,nullum habebis me
dicinæ cauſam. Siquidem venit de cœlo magnus medicus,quia magnus per totum terræ or-
bem ægrotus iacebat. Ipſe ægrotus vtiq; nemo erat,niſi genus humanum,quod prorſus pe-
Eſaiæ.53 rierat,ex quo vnus peccarat,in quo illud erat totum. Sed venit vnus ſine peccato, vt ſaluos
1.Petri.2 faceret omnes à peccato. Cæterum,q̃,quæris,perierat? Res,dico,ſic habet. ¶Quum iam luci- H
Eſaiæ.14 fer ille vnà cum ſuis complicibus ſuperbia ductus,& ingratitudine è cœlo cecidiſſet,eſſetq;
Gene.2.3 in locū eius homo ſola pietate creatus,vt paradiſi voluptate perfrueretur, idemq; mox dæ-
monis perſuaſione,q̃ eam illi beatitudinem & voluptatem inuidit,& ingrate & ſuperbe con
tra deū peccaſſet,nimirū & ipſe deo ſimilis eſſe cupiens,e veſtigio & ipſe à deo Max. indigna-
bundo è paradiſo in terram ea proſcriptus eſt conditione,vt hic ſuū in deū Opt. peccatū &
temporaliter lueret & aliàs æternæ pœnæ obnoxius foret,niſi redemptorem inueniret,pœ-
Geneſ.6 nitētiamq; vere ageret. Cæterū,tantum abfuit,vt is pro peccato ſatisfaceret,aut ſatisfacere
poſſet,aut verè pœniteret,vt etiam peccato peccatū adderet: vtpote à deo creatore ſuo vſq;
Roma.1. adeo alienatus,in illiuſq; voluntatis agnitione tam omnino obcæcatus,vt dei ſui, eiuſq; be-
Roma 4 neficiorū prorſus obliuiſceretur,& obſcurato ipſius corde,gloriam incorruptibilis dei in ſi-
militudinem imaginis corruptibilis hominis & volucrum & quadrupedū mutaret, ipſamq;
creaturam pro creatore adoraret. Interim tamen peccati & ruinæ,adeoq; pœnæ & cæcitatis
memor pars ad deum obnixis lachrymis & gemitibus clamare in hæc verba non ceſſauit.
Eſaiæ.16 Emitte agnū domine,daminatorē terræ de petra deſerti ad montē filiæ Sion. Vtinam diſrū-
Eſaiæ.64 peres cœlum & deſcēderes. Rorate cœli deſuper,& nubes pluant iuſtū,aperiatur terra & ger
Eſaiæ.45
Pſal.79 minet ſaluatorē. Domine deus virtutū conuerte nos,& oſtēde faciē tuam,& ſalui erimus,ob-
ſecramus æterne deus,ideóq; creator noſter,ſis memor noſtri,creaturarū tuarū miſerarum. O
complaceat tibi,vt eruas nos,quoniam infirmi ſumus,cæci ac perditi,quoniam de terra no-
ſtra furtim ſublati ſumus,& huc innocētes in exiliū miſſi ſumus,non tamē penitus innocētes,
ſed quatenus ad eum,q̃ nos ſeduxit innocētes, aliquatenus mēdacium nobis perſuaſum eſt
domine,veniat veritas,vt poſſit ſalſitas deprehēdi,vt cognoſcamus veritatem,& veritas li-
Johan.8 beret nos,quum alioqui nemo ſit,qui nos de hac miſeria redimere valeat. Omnes quidē pec
Roma.3 cauimus,tuaq; gratia egemus:declinauimus omnes,& facti ſumus inutiles. Ah domine,ah do
Pſalm.13 mine,ne perdas nos,ne iraſcaris in æternum,ſed exhibe ijs miſericordiam tuam,quos ad bea
titudinem tua pietate ſola creaſti. Ah domine ah,ne memineris iniquitatum noſtrarum an-
Pſal.78 tiquarū,cito anticipēt nos miſericordiæ tuæ,q̃a pauperes facti ſumus nimis. Adiuua nos deus
ſaluta-

Digitized by Google

ſalutaris noſter,& propter gloriam nominis tui libera nos,& propitius eſto peccatis noſtris
propter nomen tuum,ne forte dicant in gentibus,vbi eſt deus eorum.O deus noſter clemē- Eccle.4
tiſſime,redime nos.O domine mitte ad nos,qui mittendus eſt, qui eſt expectatio gentiū,ad
illuminandum ijs,qui in tenebris & in vmbra mortis ſedent,ad dirigendos pedes noſtros in Lucæ.1.
viam pacis.Ad faciendam miſericordiam cum patribus noſtris,& memorari teſtamenti ſui
ſancti.Et iuriſiurandi quod iuraſti Abrahamo patri noſtro,inquiens, benedicentur in ipſo Pſalm.71
omnes tribus terræ.Hiſce tandem,hocq́ genus alijs precibus & lachrymoſis clamoribus Gen.12 15
poſt aliquot millia annorum deus pater ad miſericordiam motus(qui & vice labentis homi-
nis nullam,ſicut poſt angeli lapſum,aliam creaturam condiderat,innuens hominem aliquā-
do ſua redemptum iri pietate,cui etiamnum,quia & ipſum aliena nequitia ſupplantarat,alie- Iohan.3
na charitas ſuccurrere deberet)adeo dilexit mundū,vt ſuum vnigenitum daret,nec ei,pro- Roma.8
prio filio ſuo parceret,quin eū pro nobis omnibus traderet,illum adueniente temporis ple- Galat.4
nitudine per mirabilem virginis partum,ſpiritu ſancto cooperante ad nos in hanc lachry-
marum vallem mittens,vt ſuo nos exemplo & dogmate perdoceret,deindeq́ ſua morte no Oſee.13
ſtram mortem deſtrueret:qui etſi patri ad omnia æqualis,ſe tamen metipſum exinaniuit,for Philip.2
mam ſerui accipiens,in ſimilitudinem factus,& habitu inuentus vt homo, humiliauit ſemet-
ipſum,factus obediens vſq; ad mortem,mortem autem crucis.Tunc enī(canente propheta) Pſal.111.
exortum eſt in tenebris lumen rectis,miſericors ſcilicet & miſerator & iuſtus dominus.

I ¶Hæc eſt,fratres dilectiſſimi,huius temporis aduentus ratio.Ex ijs modo intelligitis,eapro-
pter dici aduentum,quia in plenitudine temporis,Ieſus Chriſtus,filius altiſſimi è ſummo cœ
lo per incarnationem propter noſtram redemptionem in hunc mundū venerit:nimirum,vt
voluntatem patris exequeretur,ſua nos humanitate à captiuitate diabolica redempturus,eo
ipſo aliàs dicente:Deſcēdi de cœlo,non vt faciam voluntatem meam,ſed voluntatem eius, Iohan.6
qui miſit me,patris.Ad hæc autē quis non cum Apoſtolo exclamet:O altitudo diuitiarū ſa-
pientiæ & ſcientiæ dei,q̃ incomprehēſibilia ſunt iudicia eius,& inueſtigabiles viæ eius.Quid Roma.11.
ni fratres ita vnuſquiſq; exclamet:Sane ſi aduenientis perſonam intueor,non capio immen-
ſæ maieſtatis excellētiam.Venit enim ille,qui ſua maieſtate cœlū & terram implet,ſolus do
minus,ſolus ſanctus,ſolus altiſſimus,dominus noſter Ieſus Chriſtus.Si attendo ad quos ve-
nit,dignationis magnitudinē expaueſco,venit ſiquidem creator ad creaturam, dominus ad
ſeruum,optimus ad perditiſſimum.De quo indubie nouo & ipſi ſtupeſcunt angeli, videntes
infra ſe,quē ſupra ſe ſemper adorant,manifeſte iam & deſcendētes & aſcendētes ad filiū ho-
minis.Si conſidero propter quid venerit,accipio ſanè ineloquibilē,inæſtimabilemq́ chari-
tatē.Venit enim,q noſtri cauſa immortalis factus eſt mortalis,impaſſibilis paſſibilis,glorio-
ſus factus eſt deſpectus,diues & factus eſt pauper,& demum,qui ſuam pro nobis vitam po-
ſuit,qua charitate non eſt maior alia.Si autem cogito modum aduentus,agnoſco glorioſam
humanæ conditionis exaltationem.Venit enim vt qui hominem ad ſui imaginem crearat, Ioh.10.15
homo natus innoteſceret,vt ita patris voluntatem,& diuina impenderet,vterū virginis haud
eſt dedignatus,vt virginea,humanaq́ ſua natiuitate hominem à morte redimeret.Quo qui-
dem honore non dignatus eſt angelum,ita nimirum,vt non poſſum cum propheta non ex- Pſalm.8
clamare.Quid eſt homo,quod memor es eius,aut filius hominis, quia viſitas eum? Domine Hebræ.2
quid eſt homo,quia innotuiſti ei,aut quid apponis erga eum cor tuum?O mira dei quæren- Pſal.143
tis dignatio.O magna hominis dignitas,ſic quæſiti.In qua ſi gloriari voluerit,haud erit inſi- Iob.7
piens,non quia videatur aliquid eē,qui puluis ſit & cinis,tanq̄ à ſeipſo,verum quod tāti eum
fecerit,qui eum fecit.Ipſę enim omnes diuitiæ,omnis gloria mundi,& quicquid in eo con-
cupiſcitur,minus eſt ad hanc gloriam,imò nec eſt aliquid in eius comparatione.O æterne de
us,nonne & iuſtius & rectius,vt non ipſe ad nos,ſed creatura ad creatorem,ſeruus ad domi-
num,& homo ad deum te Maxi.veniſſet?Vtiq; iuxta viam naturæ iuſtius,ſed impediti non
potuimus,quia caligabant oculi noſtri,quum ipſe lucem inhabites inacceſſibilē,& iacentes 1.Timo.6
in lecto paralytici diuinam illam tuam celſitudinē attingere non valebamus. Propterea ipſe Matt.9
clementiſſimus ſaluator & medicus animarum deſcendiſti ab altitudine tua,claritatēq́ tuam
infirmis oculis tēperaſti ad nos oppertuno tēpore venire dignatus,vtpote in fine tēporum, Eſaiæ.2
quum iam adueſperaſceret,& inclinata erat dies,receſſiſſetq́; paulo minus,ſol iuſtitiæ veni- 1.Iohan.2
ſti,nimirum congrue & ſapiēter,vt cum magis eſſet neceſſarium,tum primo ferres auxiliū, 1.Cor.10
pronos ad ingratitudinē filios Adæ non ignorans. Gala.4

k ¶Nos vero chariſſimi fratres,huius aduētus tantæ maieſtatis,tantæ humilitatis,tantæ chari- Pſalm.15
tatis,tantæ etiam glorificationis noſtræ memores,quid faciemus,quomodo celebremus,ne
ingrati deo pro eius ineffabili erga nos dilectione ſimus?Non neq; aurum,neq; argētum de- Pſalm.115
bemus,quia deus noſtrorum bonorum non eget.Vtiq; & ipſi cum Dauide per ſpiritū olim Pſal.117
ſanctum vidente,tanquam præſentem eſſe aduentum ex animo,adeoq́ cū tota Iudaica olim

 ſynago

Digitized by Google

ſynagoga dicamus,canamus,exclamemus.Benedictus.i.inclytus,laudatus,& ad omnia glo-
Johan.6 rioſus ſit,dominus noſter Ieſus Chriſtus,qui venit in nomine domini,ſcilicet patris ſui.Quo-
modo in nomine domini venit? Quia in nomine,id eſt iuſſu,decreto,conſilioq́; patris venit,
vt patris impleret voluntatẽ,quæ erat,vt ſua nos natiuitate & morte ex hoc miſerrimo redi-
Eccle.15 meret exilio.Benedictus igitur hodie & æternaliter,dominus noſter Ieſus Chriſtus,qui tan-
ta in nos charitate venit in nomine domini.Quia autem non eſt ſpecioſa laus in ore peccato-
ris,ſupereſt,vt deo præſtemus nos.Id quod vnicè nec aliud cupit,qui propter nos dumtaxat
venit.Quomodo vero idipſum præſtabimus? Quando memores tanti aduentus cogitemus,
& alium myſticum eſſe domini aduentum , quo ſua ad nos gratia venit,de quo ipſe aliìs: Et
Johan.14 nos,inquit,veniemus,& apud eum faciemus manſionem.Atqui in maleuolam animam de-
Sapiẽ.1. us non intrat,nec niſi in mundo corde habitare dignatur.
¶Supereſt proinde,vt hodie ex apoſtoli admonitione,abiĳciamus opera tenebrarum,& in- L
Roma.13 duamur arma lucis,ſic vt in die,qua dominus,tum in morte noſtra,tum in nouiſſimo iudicio
venturus eſt,honeſtè ambulemus,non in comeſſationibus,ebrietatibus, cubilibus,impudici-
tĳs,contentione & æmulatione,ſed induamur Ieſum Chriſtum,ad nos ſua gratia venientem
dicentes:Benedictus,qui venit in nomine domini . Quantæ enim , obſecro, inſaniæ eſſet ac
deteſtandæ ingratitudinis,vt poſt tanti regis aduentum, alĳs quibuslibet negotĳs,quiſpiã
velit ſeu audeat occupari,& non magis,obmiſſis omnibus,ſoli eius cultui vacans,non minus
ore q̃ animo hoc verbum prophetæ bonum eructare,Benedictus qui venit in noïe dñi?

¶HOMILIA SECVNDA, DE EO QVOD SCRIPTVM EST
Matthæi.24.Marci.13.Lucæ.21.His autem fieri incipientibus,reſpicite & leua-
te capita veſtra,quoniam appropinquabit redemptio veſtra.

Dominica ſecunda Aduentus.


ATHOLICA eccleſia Chriſtũ caput ſuum,in quo omnes ſunt, A
& ſapientiæ & ſcientiæ theſauri,ſequens,nunquam non nobiſcum
agit,quod pia mater cum filĳs,ſibi ex animo charis.Illa quidem,na
turali ad hoc adfectu compellente,filios ſuos ad bene,beateq́; viuẽ-
dum ducere ſatagens,vt & ipſa ab eis diligi poſſit,& ſic dilectione
eos potius q̃ rigore ſub honeſtate tenere laborans,eis plerunq; ſem
per ſua in illos beneficia & merita, præmiaq́; proponit,arbitrans
eos iſtorum commemoratione permotũ iri,& ad optimam vitam
iri ductũ.Porrò,ſentiens ſe nihil eo inibi pacto efficere,minatur illis
deinde ſupplicia & pœnas,ita tamen,vt ſi vel ſupplicĳs moueantur, ſe eos in gratiam deniq;
recepturam.Idq; agit ne ſuppliciorũ grauitate deterriti,deſperent.Ita nimirũ mater eccleſia,
quũ ante octiduum nobis primum Ieſu Chriſti,domini noſtri aduentum,vel ideo propoſuit,
vt immenſam illius in nos charitatem,& ex charitate beneficentiam agnoſceremus, vtpote,
quod is ſuo nos aduentu à peccato redemit,& ad omnẽ virtutem capeſſendam,& ad vitã de-
niq; æternam poſſidendam,in hiſce mundi tenebris illuminauit,credens per hæc ipſa nos illi
noſtro pientiſſimo redemptori gratos fore,& ad eius,dũ viuimus,voluntatẽ omnia acturos.
Verum enĩ verò videns illa ipſa mater perq̃ pauciſſimos eo ſe aduentu dignos reddere,ſed eo
perinde neglecto,iſtos lucẽ magis q̃ tenebras diligere,& ſecuros ſe huius mundi delicĳs,atq;
carnis voluptatibus tradere,quaſi parũ vel nihil referat bene vel male viuere,mox ideoq́; ho
dierna die aliũ nobis domini aduentũ proponit:nimirũ eo nos terrere cupiens,vt vel ita me-
tu boni euadamus,qui benignitate nolumus,ita tamen,vt ſi vel formidine pœnæ reuerſi fue-
rimus,gratiam ſimus proculdubio reacquiſituri.
¶Sanè in eo ſecundo domini noſtri aduentu,q futurus eſt,nullum prorſus bonum manebit B
Roma.2 irremuneratum,neq; malũ aliquod impunitũ:quandoquidem tũ ſit(apoſtolo teſte)dies iræ,
2.Tim.4 & reuelationis iuſti iudicĳ dei,Ieſu Chriſti, filĳ hominis,q,eo ipſo hodie teſtante, venturus
Matt.16 eſt in nube cũ poteſtate magna & maieſtate,& iudicaturus viuos & mortuos,& reddet vni-
Actorũ.17 cuiq; ſecundũ opera eius,his quidẽ,qui ſecundũ patientiam boni operis gloriam & honorẽ,
& incorruptionẽ,quærentibus vitam æternã,his vero,qui ſunt ex contentione,& qui nõ ac-
quieſcunt veritati,credunt autẽ iniquitati,ira, indignatio,tribulatio,& anguſtia,in omnem
Johan.5 animam hominis,malũ operantis,tum enĩ,ait veritas,erit hora,in qua omnes,qui in moni-
mentis ſunt,audient vocẽ filĳ dei,& procedent,qui bona fecerunt,in reſurrectionẽ vitæ,qui
Eſaiæ.3 vero mala egerunt,in reſurrectionem iudicĳ. Tunc enim(inquit propheta) veniet dominus
Zacha.14 in ſanctis millibus ſuis facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios de omni-
Judæ.1. bus operibus impietatis eorũ,quibus impie egerunt,& de omnibus duris,quæ loquuti ſunt
contra

contra deum peccatores impij. Ad quos iudex iuſtiſſimus, lata ſententia, dicturus eſt: Diſce- Mat. 25
dite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius, & ibunt ij in Iohan. 5.
ſupplicium æternũ. Et deſperati præ nimio horrore pœnæ infinitæ, quam palàm, coràmq́
videbunt, horribiliter proclamantes, mutuóq́ inter ſe eiulatu de ſaluatis præ anguſtia ſpiri-
tu gementes. Hi ſunt, quos habuimus aliquando in deriſum & ſimilitudinem improperij, nos Sapiẽ. 5.
inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore. Ecce quomo-
do ſunt computati inter filios dei, & inter ſanctos ſors illorũ eſt. Proh quid nobis in via ini-
quitatũ laſſis profuit ſuperbia, aut diuitiarũ iactantia quid attulit nobis? Tranſierunt omnia Apo. 6. 9.
illa tanquã vmbra, & tanq̃ nuntius præcurrens, &c. Et dicent montibus & petris: Cadite ſu- Eſaiæ. 2.
per nos, & abſcondite nos à facie ſedentis ſuper thronũ, & ab ira agni, quoniam venit dies ma Lucæ. 23
gnus. Et quis poterit ſtare? Sane erit dies illa eius aduentus domini, dies iuſti iudicij, in quo Iohelis. 2
nullũ miſericordia locũ ſuper æternaliter damnatos eſt habitura, quoniam dies ſit iræ, dies
tribulationis & anguſtiæ, dies calamitatis & miſeriæ, dies magna & amara valde. Tam (in-
quit dominus) terribilis erit illa dies, q̃ non fuit ab initio mundi, nec vnquã futura. Cuius q-
dem horribilitatẽ facile arguunt horrenda & tremenda ſigna & prodigia, quæ ſunt illã præ- Mat. 24
ceſſura, præ quorum timore, ait hodie dominus, & expectatione, quæ ſuperuenient vniuerſo Marc. 13
mundo, homines areſcent, qui & præ timore illorum & futuri mali (Apocalypſi teſte) mortem Lucæ. 21.
quærent, & non inuenient eã, & deſiderabunt mori, & fugiet mors ab eis. Et niſi (inquit ve- Apoca. 9
ritas) dies illi abbreuiarentur, nõ fieret ſalua omnis caro. Sed propter electos breuiabunt dies Mat. 24
C illi. ¶ In quorum numero hauddubie præcipua erit, diua virgo Maria, cuius hodie conceptio- Matt. 19
nis diem agimus, conſeſſura cũ apoſtolis ſuper duodecim ſedes, iudicatura & approbatura
Chriſti ſententiã ſuper duodecim tribus Iſrael. Quid ni? Si eñ regina auſtri ſurget in iudicio Matt. 12
contra generationẽ incredulam Iudæorum & condemnabit eam, quid ni factura ſit regina cœ- Luc. 11
li, & domina mundi, ac mater iudicis, cum itidẽ promiſerit apoſtolis iudex? Et apoſtolus q̃q 1. Cor. 6.
doceat angelos à ſanctis iudicatũ iri, qui & (Sapientia teſte) nationes ſunt iudicaturi. Cur nõ Sapiẽ. 3
idem diua virgo Maria, deipara, quæ tanto illis omni modo eſt excellentior, illoſq́ tam ſupe
rat, q̃ diſtat ſolis ſplendor à radio lunæ, & q̃ excedunt minora ſydera ſol & luna: quandoqui- Apoca. 12
dem quæ illa ſit mulier, quæ (vt eſt in Apocalypſi) amicta ſole, & luna ſub pedibus eius, in ca-
pite ſuo habeat coronam ſtellarũ duodecim. Nonne illa vocata, carni infirmæ, id eſt, homi-
ni peccatori à iudice ſedente veniam eſt & gratiam impetratura? Vtiq; filius, Solomon ve- 3. Reg. 2
rus matri ſuæ nihil negabit, quũ alius in figura Solomon matri ſuæ dixit: Pete mater mea, ne
q; eñ phas eſt, vt auertã faciem meam. Certe honorabit in re tam pia filius matrem, qui pa-
rentes tantopere honorandos voluit, idemq́ præcepit. Propter illam igitur electiſſimã ma-
trem ſuam deus Opt. tempus illud tribulationis & anguſtiæ abbreuiabit.
D ¶ Cæterum, quæris, quando futurum ſit hoc temporis ipſum? Incertum, reſpondeo, fore, nec Actorum. 1.
eſſe hominis, noſſe tempora vel momenta, quæ in ſua poſuit poteſtate pater, imò quod nec Marc. 13
homini conſtare queat, dicente ipſo domino: De die autẽ illa vel hora nemo ſcit, neq; angeli 1. Theſſ. 5
in cœlo, neq; filius, niſi pater: quandoquidem ait Apoſtolus: Dies domini ſicut fur in nocte
ita veniet. Cum eñ dixerint pax & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperueniet interitus, ſicut
dolor in vtero habẽtis, & non effugient. Et hoc eſt, quod dominus ait: Videte igitur, & vigi- Mat. 24
late & orate. Neſcitis eñ quãdo tempus ſit. Vigilate ergo inquam. Neſcitis eñ, quãdo do- Marc. 13
minus domus veniat, ſerò, an media nocte, an gallicantu, an mane, ne cũ venerit repẽtinè, in- Lucæ. 21.
E ueniat vos dormiẽtes. ¶ Verum rurſus interrogas. Erũt ne ſigna, quibus apparebit propin-
quam eſſe eam diẽ iudicij? Erũt, inquam, aliquot certiſſima eius diei ſigna, & quidẽ tam pro-
pinqua, vt ipſa e veſtigiò dies ſit ſubſequutura, de quibus hodie Euãgelium, quæ breuitatis
cauſa nunc prætermittemus. Erũt & aliquot ſigna & ipſa eum diẽ antecedẽtia, ſed paulò re-
motiora, at quidẽ certiſſima, ita vt quaſi omni momẽto perinde in foribus ſit ipſa dies. Quo-
F rum quaſi præcipua recẽſet dominus quatuor in Euangelio. ¶ Primum eſt, q͂ appropinquã-
te nouiſſimo die, multi ſuborientur pſeudoprophetæ & magiſtri mendaces, atq; multos ad
viam iniquitatis ſeducent. Sint ne iſti hac tempeſtate, non eſt vt multis arguam.
G ¶ Secundum eſt, q͂ ſint & audientur prælia & opiniones præliorum. Age quãdo frequẽtiora
& terribiliora q̃ nunc in Chriſtiano orbe, & cõtra eundem prælia & bella fuere?
H ¶ Tertium eſt, q͂ futura ſit fames vnà cum peſtilentia. Et hoc quoq; ipſum late patet, adeo, vt
I opus probatione haud cenſuerim. ¶ Quartum eſt, q͂ tum frigeſcet charitas multorum, ſicq́ ab- Mat. 24
undatura ſit iniquitas, vt eam pene homines non putabunt eſſe iniquitatem, cui indulgebunt Lucæ. 17
iſti, donec præ foribus ſit dies domini. Sicut eñ (inquit veritas) in diebus Noe, ita erit & aduẽ- 2. Petri. 3
tus filij hominis. Sicut eñ erãt in diebus ante diluuiũ, comedẽtes & bibẽtes, nubẽtes & nuptui
tradẽtes, vſq; ad eum diem, quo intrauit Noe in arcam, & nõ cognouerunt, donec venit dilu- Geneſ. 7.
uium, & tulit omnes, ita erit & aduẽtus filij hominis. Nonne, obſecro, hoc nũc factitãt homi-

Digitized by Google

nes, quod illi quondã? Nec interim admonitiõibus horrẽdi iudicij acquieſcũt, & quidẽ adeo,
Eſaiæ 53 Roma. 10 vt pijſſimi q́ꝫ diuini verbi ꝑcones, recte cũ ꝓpheta dicere poſſint: Dñe, qs credit auditui nr̃o?
¶ Iam vero, agite frẽs chariſſimi, videamus an ne iniquitas hac miſera, calamitoſáꝫ tẽpeſtate k
Pſalm. 13 abundet, inchoantes à ſupremo vſqꝫ ad infimũ. Et ſane inuenietis, nullã ſub ſole cõditionem
eſſe rectã, & ita quidẽ, vt vix ſit, q faciat bonũ, poſſitꝫ modo vere propheta dicere, imò dñs
de cœlo proſpiciens. Omnes declinauerũt ſimul, inutiles facti ſunt, nõ eſt, q faciat bonũ. Qñ,
quæro, dei Opt. Max. mãdata magis q̃ hiſce tẽporibus fuere neglecta? Quando Ieſu Chriſti
mẽbra turpius dehoneſtata? Vbi nunc virtuti locus? Vbi integritas, quæ nulli prorſus eſt cu
ræ? Charitas oĩno mortua, veritas prorſus perdita, pax ad ſummũ ægrotat, iuſtitiã nuſquam
reperies, lex pariformiter obcæcata. Honor plane in nullo nõ loco euaneſcit. Quis modo ex
Matt. 5 animo rempub. curat? quũ quiſqꝫ ſuũ, non quod alterius eſt, quærit. Ecquid? Principes ac re-
ctores non parũ multi pueraſcunt, Epiſcopi per tranſennã conſpiciunt, Conſules & prælati
populo pleriqꝫ duces ſunt ad vitia quæqꝫ peſſima, quũ verbo & facto eſſe exẽplo debuerint,
religioſis, quos appellant, nihil pene irreligioſius, Monialibus quoqꝫ nihil irregularius. Nobi-
les pleriqꝫ rapinis ſtudẽt magis, q̃ rebus bene gerendis. Inter mercatores & artifices nulla pla
ne fides. Paſtores deglubunt, non paſcunt, ouiũ nulla, neqꝫ obedientia, neqꝫ de mulctis cura.
Clerici vita & habitu laici eſſe volunt, & hi ediuerſo clerici, canonici, atqꝫ id genus ſacerdotes,
die noctúqꝫ nepotanſ voluptuanturq́ꝫ, Symoniæ obnoxij, iudices nõ iure, ſed fauore & adfe
ctu iudicant. Nequitia nunc prudentiæ ſibi nomen vſurpat, ſcelere plus contaminanſ, quos
inde ſuppliciũ ſumere oportuit. Nec eſt in communitate concordia, fieríqꝫ inde adſolet, vt
peſſum ſit itura vbiqꝫ reſpub. Adulterium opprobrio non vertitur, vſura nuſquam non im-
pune adcreſcit. A ſuperbia nemo alienus, libido inter vitia ne æſtimatur quidem, gula toto
æſtuat orbe & crapula, fides omnino defuncta iacet, falſitas palàm protrita. Tranſeo interim
filiorũ in parentes inobedientiam, ſubditorum rebellionem, patriæ & ſuorum proditionem
ſeruorum perfidiam, ſenectutis neglectum, & hoc genus peccata tam numero infinita, q̃ rela
tu indigna, quibus nunc orbis ita abundat, vt ne curentur ipſa quidem, verum quæ propemo
Geneſ. 6 dum apud non paucos commendentur. An non, quum vſqꝫ adeo malitia mortalium adcreue
rit in terra, ipſáqꝫ terra vſqueadeo ſit corrupta coram domino, & iniquitate ſic differta, ſuáqꝫ
omnis caro viam prophanauerit, ipſe dominus omnipotens iam tandem patientiam pertæ-
ſus in indignatione ſit dicturus. Finis vniuerſæ carnis venit coram me, repleta eſt terra iniq-
Geneſ. 18 tate, & ego diſperdam eos cum terra? An arbitremur latere dominum ſcelera noſtra, & hæc
non clamare ad ipſum, quando clamor Sodomorũ & Gomorrhæorũ multiplicatus ad cœ-
Lucæ. 13 lum peruenerit? Hauddubie & peccata noſtra eo clamant, quibus dñs indignatus, dicet ſe nos
cũ terra deleturũ. Siquidem veritas dixerit, Si non pœnitentiam habueritis, ſimul peribitis.
¶ Num dubitamus de mundi interitu, adeóqꝫ de nouiſſimo eius die? Nequaquam. Hodie eñ L
Mat. 24 Chriſtus dicit: Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt. Et Iohannes:
1. Iohã. 2 Nolite, inquit, diligere mundum, neqꝫ ea quæ in mundo ſunt, mundus quidem tranſit, & con
Eccle. 3 cupiſcentia eius. Cuncta (ſcribit Eccleſiaſtes) ſubiacent vanitati, & omnia pergunt ad vnum
Saluſ. in locum. De terra facta ſunt, & in terram pariter reuertentur. Quid enim dubitemus ipſum mũ
bel. Iug. dum aliquando periturum, quando videmus omnia quæ creſcere cœpere, rurſus decreſcere,
& omnia aucta diminui, & tandem mori ac finiri? Quam ſane mundi alterationem facile in-
telligemus & eius diminutionẽ, quũ dies illos antiquos cogitauerimus, recollegerimuſqꝫ q̃t
intra aliquot annos terræ, regiones, inſulæqꝫ, defecerint ac interierint, & quam deniqꝫ omnia
elementa à primæua ſua natura degenerarint, & ipſa quoqꝫ omni tempore plurimũ ſint im-
mutata, nec ſuã nũc (teſtes ſunt ſeniores) ſeruãt, vt olim debito perinde tẽpore prorſus cõdi-
tionem, nec ipſa terra, priſtinam modo retinet vbertatem, vtcunqꝫ laborioſius q̃ antea ex-
Heſio. li. 1 colatur. Hinc poetæ & ſcriptores nonnulli non contemnendæ authoritatis ſcribunt, primã
Georg. ſeculi ætatem fuiſſe auream, atqꝫ ſecundam argenteam &c. & tam quamlibet ab altera pro-
Uer. ægl. 4 li. 1. Ge. pter vitiorũ incrementum defeciſſe, vt vltima nunc ætas, in qua ipſi ſumus, in quos fines ſecu-
Iuuenal lorũ deuenerũt facta ſit prorſus ferrea, quæ & in lutũ finaliter ſit exitura. Quibus profecto res
ſaty. 6 ipſa ſubſcribit, apertiſqꝫ exemplis fidẽ facit. Non igitur ſunt audiẽdi, ſed vt impij refutãdi, qui
1. Corĩ. 10 (vt Petrus ſcribit) venientes in nouiſſimis diebus in deceptione, illuſores iuxta proprias con-
2. Petri. 3 ſcientias ambulantes, & dicentes, vbi eſt promiſſio aut aduẽtus eius? Ex quo enim patres dor
mierũt, omnia ſic perſeuerãt ab initio creaturæ &c. Non vtiqꝫ, reſpondet idẽ, tardat domi-
nus promiſſionem ſuam, ſicut quidam exiſtimant, ſed patienter agit propter vos, nolens ali-
quos perire, ſed oẽs ad pœnitentiam reuerti. Aduenlet autem dies domini, vti fur, in quo cœ
li magno impetu tranſient, elemẽta vero calore ſoluentur, terra autẽ & quæ in ipſa ſunt ope-
Eſaiç. 65 Eſaiç. 66 ra exurẽtur. Nouos vero cœlos & nouam terram, & promiſſa ipſius expectamus, in quibus
Apoca. 21 iuſtitia habitat. ¶ Cum proinde dilectiſſimi fratres, coram, palámqꝫ videmus ea, quæ tam tre M

mẽdam

Digitized by Google

mendam diem præcedere debent, ſigna prorſus adeſſe, eamq́ terribilē calamitatē circa mūdi
finē plane portendere, eaq́ non modo fieri incipere, ſed nūc præſto eſſe, qd agemus, vt effuge
re poſſimus iram dei noſtri propter peccata noſtra indignantis? Nihil aliud, q̄ vt reſpicia-
mus, capitaq́ noſtra leuemus, qm̄ hoc agentibus appropinquabit redēptio. At quō reſpicia-
mus & leuemus capita noſtra? Nimirū ad cœlos, vbi dn̄s noſter, iudex iuſtus & fortis ſedet in
gloria patris, ab eo humiliter noſtrorū peccatorū veniā deprecantes, pœnitentiā agentes. Ad
quod Apoſtolus hortatur, dicens: Mortificate mēbra veſtra, quæ ſunt ſuper terrā, fornicatio- Coloſſ.3
nem, libidinē, auaritiā, & quæ ſurſum ſunt, quærite, vbi Chriſtus eſt in dextera dei ſedens, quę
ſurſum ſunt, ſapite, non quæ ſuper terrā. Et rurſus: Adeamus, inqt, cū fiducia ad thronū gratię Heb.4
eius vt miſericordiā cōſequamur, & gratiā inueniamus in auxilio opportuno. Hoc fratres pu-
to reſpicere & leuare capita eſſe. Ita leuauit caput ſuū Propheta, qn̄ ait: Leuaui oculos meos in Pſal.120
montes, vnde veniet auxiliū mihi. Auxiliū meū à dn̄o, q fecit cœlū & terrā. Quia igitur ille leua-
uit caput ſuū, redēptionis auxiliū inuenit. Sic & ipſi leuātes capita nr̄a inueniemus redēptionē.
N ¶Primo aūt qm̄ ſimul à peccato liberabimur, & ex hoc mūdo, q totus in maligno poſitus eſt, 1.Iohā.5
p ſolutionē ab anima corporis eripiemur, ſcientes (authore Apoſtolo) qm̄ ſi terreſtris domus 2.Cor.5.
noſtra huius habitationis diſſoluatur qd ædificationē ex deo habemus, domū non manufactam,
ſed in cœlis æternā. Quod ſanè & ipſe Apoſtolus vtrūq; deſiderauit, inquiens: Infelix ego ho- Roma.7
mo, qs me liberabit de corpore mortis huius. Gratia dei p Ieſum Chr̄m, dn̄m noſtrū. Et rur- Philip.1
ſus habens, inqt, deſideriū diſſolui & eſſe cū Chriſto. ſ. anima mea. ¶Secūdo, qm̄ caro noſtra
O poſt mortē in ſupremo iudicio animæ adiungetur & cū eā immortalitatis dote conglorificabitur Phil.3
iuxta fidē noſtrā ex Apoſtolo dicente: Noſtra vero conuerſatio in cœlis eſt. Vnde etiā ſalua-
torē expectamus, dominū noſtrū Ieſum Chriſtum, q reformabit corpus humilitatis noſtræ,
configuratum corpori claritatis ſuæ ſecundum operationem virtutis ſuæ, qua etiam poſſit
ſubijcere ſibi omnia. Et hoc eſt, quod Chriſtus hodie ait: His autem fieri incipientibus reſpi-
cite & leuate capita veſtra, quoniam appropinquabit redemptio veſtra. Qua de ſuo loco plu-
ra, ſi deus annuerit, dicemus.

HOMILIA TERTIA, DE EO QVOD SCRIPTVM EST, Matthæi.11. Lucæ.7. Et beatus eſt, q non fuerit ſcandalizatus in me.

Dominica tertia Aduentus.

A TRIA POTISSIMVM EX HODIERNO EVANGE
lio, quod in vniuerſum paucis à nobis tractabitur, colligimus. ¶Pri-
mū ſcilicet, quando Iohannes quærit per ſuos diſcipulos à Chriſto:
Tu es q venturus eſt, an aliū expectamus? Chriſtū multis annis, imò
aliquot ſeculis fuiſſe & qdem multipharia prænuntiatū, alioqui quō
dixiſſet: Tu es, q venturus eſt, niſi illū ſciſſet propheticis oraculis fu-
turū? Sanè deus pater pro immenſa ſua bonitate, & clementia con-
ſtituit ſe aliquando lapſum hoīem redempturū, poſt quem vel ideo Eſa.14
nullam aliā creaturā, ſicut poſt ruinā angelorū crearat, quæ in homi
nis lapſi vicē eſſet ſucceſſura, verū miſericordia & bonitate ſua ineffa-
bili illectus ſtatuit illi ſuo tpe ſuccurrere: nimirū, per admirabilē vnigeniti filij ſui ex virgine
Maria incarnationē. Cuius qdem argumento ne protoplaſti de eius ſtatim ac prorſus gratia
deſperarent, ſed veniæ ſpem colligerent, ad ſerpentē ſeductorē, præſentibus ꝓtoplaſtis, ait:
Inimicitias ponā inter te & mulierē, & ſemen tuū, & ſemen illius. Ipſa conteret caput tuū, & tu Gene.3
inſidiaberis calcaneo eius. Indubie ſignificans mulierē aliquando futurā, ſcilicet, virginē Ma- Iohā.2.19
riam (quam & ſcriptura ratione ſexus ſæpenumero mulierē appellat) cuius ſemen, id eſt, filius Galat.4.
Ieſus, q naturalis fuit filius Mariæ, in ea, ſpiritu ſancto authore conceptus, indeq́ ſine dolore Luc.1
partus, conteret caput, id eſt, ſuperbā potentiā ſerpentis, & eius ſeminis, id ē, aliorū eiuſdē ma- Matt.1
litiæ dæmonū, qd vtiq; dn̄s noſter ſua effecit natiuitate atq; morte, qua nos gratuito à captiui Oſee.13.
tate diabolica redemit, adeoq́ à morte æterna, quō nos ſatanas ſeduxerat. Iuxta illud ꝓphetę: Gala 4
Ero mors tua ò mors, morſus tuus ero inferne. Et hoc eſt, qd Apl's inqt: At vbi venit plenitu-
do tēporis, miſit deus filiū ſuū factū ex muliere, factū ſub lege, vt eos q ſub lege erant, redime-
ret. Qui deinde, eodem teſte Apoſtolo: Aſcendēs in altū. i. cœlū, captiuam duxit captiuitatē. Ephe.4
Quod qdem totū, vtcūq; obſcurius, ex verbis Dei Opt. ad ſerpentem aliqn̄ fore primi paren-
tes & q ab ijs prognati ſunt, conceperunt. Atqui ſuum deinde conſilium longe clarius idem Gene.49.
in conſolationem humanæ conditionis expreſſit, inquiens per Iacob: Non auferetur ſceptrum
de Iuda, & dux de fœmore eius, donec veniat, q mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium.
Id qd vtiq; Iacob, authore deo, vere dixit futurū, qui ſciebat illum naſciturū ex ſemine Abrahæ

Digitized by Google

Gene.12 adeoq; ex virgine Maria, quæ propter propagationem filia eſt Abrahæ. Ad quem ille antea
dixerat. Atq; in te, id eſt, per eum, q de tua naſciturus eſt progenie, ſcilicet filius meus Ieſus, be
nedicent vniuerſæ cognatões terræ. Quod poſtea Dauid multo dilucidius pinde interpreta-
Pſal.7 tus eſt, canẽs de Chriſto, q ex Abrahæ deq; eius ſemine ex Maria natus eſt. Sit nomen eius ſc3
venturi Chriſti ſaluatoris, benedictũ in ſecula, ante ſolẽ permanet nomẽ eius. Et benedicent
in ipſo oẽs tribus terræ, oẽs gẽtes magnificabunt eũ, hoc vtiq; per ſolũ Ieſum Chriſtũ factum
Roma.5 eſt, quandoqdẽ (ait Apoſtolus) ſicut vnius delicto multi mortui ſunt, multo magis gratia dei
& donũ in gratia vnius hominis Ieſu Chriſti in plures abundauit. Igit ſicut per vnius delictũ
in oẽs homines in condemnationẽ ſic & p vnius iuſtitiã in oẽs homines in iuſtificationẽ vitę.
Gene.17 Id qd qa ſibi ex ſuo ſemine futurum Abraham credidit, ei non ſolum ſed & omnibus ad iuſtiti-
Roma.4 am reputatum eſt. Siqdem ſicut nos per fidem de Chriſto nato iuſtificamur, ita veteres per fi
Gala.3 dem de Chriſto naſcituro, & redẽpturo, iuſtificati ſunt, Apoſtolo teſtante, quum ait: Priusq̃
aũt veniret fides, ſub lege cuſtodiebamur, concluſi in eam fidẽ, quæ reuelanda erat. Eſt enim
eadẽ in nouo & veteri teſtamento fides, ſed quæ erat in veteri teſtamento figuris velata, in no
uo teſtamẽto Chriſto nato reuelata eſt, ſuumq; deniq; effectũ, ſcilicet præſentiſſimæ ab infe-
ris redemptõis adepta, nempe, quòd lex ipſa vmbram bonorum futurorum habuerit. Nemo ſanè
Hebre.10 ante aduentũ Ieſu Chriſti cœlũ ingredi potuit, quũ Ieſus, Dñs noſter, primus eò viam fecerit.
Hinc omnis populus fidelis, Chriſti Ieſu aduẽtus cupidus, in figura p Moyſen à deo patre ſup
Exo.4 pliciter rogauit, inquiẽs: Obſecro domine, mitte quẽ miſſurus es .ſ. Ieſum Chrm. Hunc itaq;
lex & prophetæ in conſolationẽ fideliũ prædixerunt oẽs, Chriſto, ſumma veritate, dicente:
Omnes eñ prophetæ & lex vſq; ad Iohannẽ prophetauerunt .ſ. de Chriſto. Id qd Iohannes
Matth.11 hodie ſubindicat, dicẽs: Tu es .ſ. ille q venturus es .ſ. ſcdm prophetarum oracula &c. Vtiq; Iohã-
nes non ignorans quæ fuit, quando qdem ipſe ſciuerit, Ieſum eẽ, quẽ deus pater redẽptorẽ p-
Lucæ.1 miſiſſet, & pphetæ deinde in conſolationẽ & cõfirmationẽ prædixiſſent. Ipſe quidẽ ignora-
Mat.3 re haud valuit, q adhuc in vtero, Chriſti præſentiã præſentiſcẽs exultarat. Qui deinde ad ba-
Marc.1 ptiſmũ veniẽti dixerat: Et tu venis ad me &c. Quẽ & poſtea Iudæis palàm teſtificatus ẽ, inqui-
Eſa.40 ens: Ecce agnus dei, quẽ vñi mittẽdũ clamarũt, q tollit pctã mundi. Qui deniq; pfide Chriſti,
Iohan.1
Marci.6 eiuſq; iuſtitia incarceratus, mortẽ ſubire nõ dubitauit, quã & ſubijt. Quæ fuit itaq;, vt oſtẽde-
ret Ieſum verè eũ eẽ, quẽ prophetæ prædixerant, & ipſi expectarẽt: deindeq; vt expleret offi-
ciũ boni pręceptoris atq; fideliſſimi patris, q moriturus filios ſuos cõſignat fideli tutori. Iohan
nes eñ viuus plenã videre fidẽ diſcipulorum ſuorum deſiderabat, & ſine dubitatõe aliqua creden-
tiũ Chro. Sicut pater moriẽs ſi viderit filios ſuos bonis moribus ornatos, & omi ſapiã pfectos
quaſi ſecurus morit, nihil de cætero timẽs de illis &c. Et qdẽ Iohannes quaſi pædagogus alie-
nos filios, quos ad tps accepit, vt erudiret, eruditos volebat Chro reddere, quaſi pprio pri ipſo
rum. Ideo ipſe interrogabat p diſcipulos, non vt accipiẽs rñſum à Chro, audiret & diſceret, ſed
vt miſſi diſcipuli oculis ſuis viderẽt opera eius & crederent.
¶Hinc Scdm eſt, quod ex hoc colligimus Euangelio, Chrm Ieſum ſatis fuiſſe approbatũ, verum B
eũ eſſe Meſſiam in lege promiſſum, qa corã palamq; diuina ſua virtute fecerit miracula quę fa
cere futurus debebat ex vaticinio Meſſias, indeq; verus credi dei filius, q fuit, eſt, & erit in æter
nũ. Proinde rogatus, an ipſe eẽt Meſſias, rñdet: Euntes nũtiate Iohanni q̃ audiſtis & vidiſtis.
Cæci vidẽt, claudi ambulãt &c. qñquidẽ ea miracula pdixerant pphetæ futurum facere Meſſiã.
Eſaiæ.37 Eſaias qdẽ dudũ antea pdixerat. Puſillanimes cõfortamini, & nolite timere. Ecce deus noſter
vltiõnẽ adducet retributõis, deus ipſe veniet, & ſaluabit nos, tũc aperient oculi cæcorum, & aures
ſurdorum patebũt, & tũc ſaliet ſicut ceruus claudus, & apta erit lingua mutorum &c. Et inde ẽ, qd
dñs ait: Et btũs, q in me ſcandalizatus nõ fuerit &c. Ex quo colligimus.
¶Tertium ſcilicet eũ, q in Chriſto non ſcandalizatur beatũ eẽ, qui vero ſcandalizat, nequaq̃ C
eẽ beatum. Scandalizat aũt in Chro, q ſua iniqtate propria ductus in eo, vel ideo accipit pec-
candi & ipſum contemnendi occaſionem, & in eum hoc minus credit, & in verba ipſius quia
videt, & in eo infirma iſta, & (vt ita dixerim) humana, perinde ridiculum ſit, eum credi deum,
qui & ipſe tot ſit infirmæ carnis conditionibus circundatus. Et ſic ſcandalizat in Chriſto, qui
propter ipſius infirmitatem, quam ex humana natura contraxit, eum non credit eſſe Meſſiam
proptereaq; non eſſe tanti facienda, quæ vel dixit vel præcepit. Sic quid aliud Dominus ſibi
hodie vult dicere, inquiens: Beatus, qui non fuerit ſcandalizatus in me, quàm aperta voce ab-
iectionem humanitatis adeoq; mortis ſuę humilitatem ſignare, ac ſi palàm diceret: Beatus, qui
in me ſcandalizatus non fuerit, id eſt, me propterea non minorem aut deſpectiorem fecerit,
vtpote dubitans propter infirmitatem & humanitatem meam de deitate & diuina potentia,
credẽs me purum hoĩem eẽ, quia me videt in paſſibili carne. Beatus, inquã, qui me pati viderit &
ſufferre, quæ alius homo quoq; ſuffert, & tamen interim me non negabit, cuius fidei nihil tẽ-
tamẽti adfert crux, mors & ſepultura. Mirabilia ſanè facio, ſed abiecta perpeti nõ dedignor,
quia

Digitized by Google

quia ergo ploro, eſurio, algeo, frigeo, ſitio, perſequor, idemq́; morior, cauendũ eſt valde ho-
minibus, ne in me hmõi humanæ calamitatis conditões deſpiciant, q ſigna venerant. Sic aliàs
ne diſcipuli & qq; Chriſtiani ſcandalizarent ex eius paſſione & morte turpiſſima, prędicens Johan. 16
illam, inqt. Hæc locutus ſum vobis, vt non ſcandalizemini. Beati igit fuere Apli, ad qs dñs ait: Luc. 22
Vos aũt eſtis, q permanſiſtis mecũ in tentatiõibus. Infelices in ea nocte, quando aufugere, reli Mar. 14
cto Ieſu, iuxta ipſius prædictionẽ. Beatiſſima igit virgo Maria vnà cũ alijs Marijs quæ fideliſſi Johan. 19
ma aufugientibus diſcipulis, iuxta crucẽ ſtetit, gladio doloris iuxta vaticiniũ Symeonis tranſ- Luce. 2
fixa, filiũ ſuũ ex alta cruce ad ſe dicere audiens: Mulier, ecce filius tuus, & cætera. Beatus quoq; Luce. 23
fuit latro, inquiens, in cruce: Domine, memento mei, cum veneris in regnũ tuũ. Sed quare hi
om̃es beati? Quia in Chriſto non fuerunt ſcandalizati, id eſt, & ſi viderint ea in Chriſto fieri,
quę dedecent deũ, nihilominus ipſum minoris non æſtimarunt, ſed vt in verũ deũ ac dñm cre
diderunt, vtpote miraculis præcedentibus abundè inſtructi & roborati.

D ¶At infelices fuere Iudæi, q inuidia permoti, q̃uis viderent Chriſtũ facere miracula. Dixe-
runt: Nónne hic eſt faber, filius Mariæ, frater Iacobi & Ioſeph & Iudæ & Symonis? Nónne &
ſorores eius hic nobiſcũ ſunt? Et (inqt Euangeliſta) ſcandalizabant in illo, id eſt, increduli ipm Mar. 6
ppterea negligebant, q̃d eum ex Maria genitũ, vti hominẽ cõuerſari videbant. Sic & infeli-
ces fuere Iudæi, vt cũq; tum diſcipuli, q audito verbo per Chriſtũ: Caro mea vere eſt cibus, & Johan. 6.
ſanguis meus vere eſt potus, &c. murmurarũt, atq; retro abierũt, & iam non cum illo ambula- Matt. 27
bant: ſiqdem qa Chrm hic vti purũ hominẽ ſtare videbant, arbitrabant in eo nõ eſſe tantam Marc. 15
virtutẽ, qua poſſet & eſſe in cœlo, ſimulq́; in terra cibus eſſe fidelibus. Infelices quoq; fuere Iu- Luce. 23.
dæi, q eidem dño noſtro in cruce illudentes, pclamauerunt: Alios ſaluos fecit, ſe ſaluũ faciat, ſi Johan. 19
hic eſt Chriſtus dei electus. Sic infelices Athenienſes fuere, qñ Apoſtolũ, quia Ieſum & eius Acto. 17
reſurrectionem denuntiabat, ſemiuerbiũ, nouorumq; dæmoniorũ annuntiatorẽ nuncupaue
runt, vtpote ſcandalizati in Chriſto, id eſt, non credentes eum virtute ſua potuiſſe reſurgere,
nec vllam in eo fuiſſe deitatẽ, quoniam fuiſſet homo natus, & habitu, vt homo inuentus, vlti-
mo deniq; ſupplicio adfectus. Sic hodierno tẽpore infelices ſunt, q & ſi infinitis obfirmati mi
raculis, ſuam tamen in multis Chriſto, eius ſacroſanctis myſterijs & ſacramentis, eiuſq́; diuis
& cœlitibus virtutẽ & derogant & abrogant perinde ridiculã: nimirũ in eodẽ ſcandalizati, q̃d
ideo ei detrahunt eiuſmodi virtutẽ & potentiam, qa fuerit ipſe paſſibili humanitate prędi̇tus.
Et ſanè oſtendunt ſe aperte de numero eẽ iſtorũ, q (teſte Chriſto) circa fines ſeculorũ, ingruẽ- Mat. 24.
tibus pſeudoprophetis, exortiſq́; contra fideles tribulatiõibus ſcandalizabant, id ẽ, minus re-
cte de Chriſto ſentiẽtes ab eodẽ deficientes, quaſi minus fuerit verus dei filius, q̃d vti homo ijs
fuerit obnoxius calamitatibus.

E ¶Porrò, fratres dilectiſſimi, vbi eiuſmodi ſuboriri videbitis, ſcandalizari nolite in Chriſto,
id eſt, non ppterea minus in ipſum, vti verum deum, credere debetis, memores Chriſtum no
bis talia mala prædixiſſe, ne ſcandalizaremur, illiq́; placuiſſe in ſuo diuino ineloquibiliq́; con-
ſilio ſe per ſcandalum & ſtultitiam prædicationis ſaluos facere credentes. Ipſe quidem Chri-
ſtus damnandis eſt ſcandalum & ſtultitia, non aũt ſaluandis. Et hoc eſt, quod Apoſtolus ait: 1. Cor. 1
Nos aũt prædicamus Chriſtũ crucifixum, Iudæis qdem ſcandalum, gentibus aũt ſtultitiam.
Ipſis autem vocatis Iudæis atq; Græcis Chriſti dei virtutem, & dei ſapiam. Verbum qdem
crucis, pereuntibus qdem ſtultitia eſt, his autẽ, qui ſalui fiunt, id ẽ, nobis, dei virtus eſt. Et ſanè
omnia quæ vel de Chriſto eiuſq́; fide, adeoq́; de ad beatitudinẽ pertinentibus dicuntur, videñ-
tur mũdanis hominibus ſcandaloſa, ſtulta, ridiculaq́;, nõ quia hæc talia ſint, aut q Chriſtus ex
ſe alios ſcandalizat, verũ, qa illi ſapientiæ diuinæ, adeoq́; diuinorũ & cœleſtiũ ignari, minuſq́;
capaces ex ſua propria iniqtate, & malitia ſe inibi ſcãdalizant, id eſt, malos reddũt, vtpote in-
creduli. Sic de Iudæis alibi ex verbo ipſius propria iniqtate ſcandalizatis ait: Sinite illos, cæci Matt. 15
ſunt, & duces cæcorũ. Sanè Chrus dñs nulli vnquã fuit cã ſcandali actiuè, ſed pinde materia ſcã Eſai. 8
dali & occaſio paſſiuè, nec niſi ſua propria malitia ſe ſcandalizantibus. Vnde & à ppheta quo-
q; petra ſcandali appellatur, quũ ait: Dominũ exercituũ ipſum ſanctificate, ipſe pauor veſter,
& ipſe terror veſter, & erit vobis in ſanctificationẽ, in lapidẽ autẽ offenſionis, & petra ſcanda
li duabus domibus Iſrahel, & in laqueum & ruinã habitantibus Hieruſalẽ. Et offendent ex eis
plurimi, & cadẽt, & conterent, & irretientur, & capient. Quare petra ſcandali & offenſionis?
Nimirũ, quòd vt petra, nullũ ſcandalizat, quũ naturæ ſuæ debitũ facit, ſed de petra cæcus vel
incautus ſcandalizatur, q læditur. Et hoc eſt, quòd & Petrus ait: Vobis igit ſcilicet Chriſtus 1. Petri. 2
honor credẽtibus, non credentibus aũt lapis, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt Matt. 21
in caput anguli, & lapis offenſionis, & petra ſcandali, his, qui offenderunt, verbo nec credunt, Marc. 12
in quo poſiti ſunt. Hinc dominus hodie ait: Beatus, qui non fuerit ſcandalizatus in me. Non à Luce. 20 Acto. 4

F me, quoniam ipſe ex ſe neminem ſcandalizat. ¶Quo etenim dicto ille internuntios Iohan-
nis, q eũ Chriſtũ non credebant, pcutit, & à perfidiæ ſcandalo caſtigat, hoc vtiq; inducens, vt
Iohan-

Digitized by Google

Iohannis diſcipulos ad ſe traheret, q in eo videbant ſcandalizari, id eſt, ei minus tribuere, &
credere, q̃ Iohannes vitæ auſteritate, & genere maior clareſceret, ſimulq́ꝫ ſecretiore viuendi
cõuerſatiõe. Et iterũ: Videte, ne ſcandalizemini in me, & ne in aliq̃ minus de me ſentiatis, q̃ in
me ad faciem videtis, verũ cogitate diuina, quæ operor, miracula, quæ nemo niſi verus Meſſi-
as perficere queat. Sic nimirũ Chriſtus modeſte inuidiam diſcipulorũ Iohãnis ſubtaxauit, ita
vt nec ad turbam pudeſcerent, ſed taciti ſecũ agnoſcerent vitiũ ſuũ, temperato modis omni-
bus reſpõſo, vt illorũ adfectiõi potius mederet̃ q̃ traduceret, nobis vtiq́ꝫ exemplo, vt homines
Mat.18 Luc.17 citra infamiæ notam corripiamus, eos nõ publicè traducentes. Sic Chriſtus ait: Si aũt pecca-
Eccl.19 uerit in te frater tuus, corripe eũ, inter te & ipſum ſolũ. Et ſapiens: Corripe proximũ, anteq̃ cõ
Gala.6 mineris. Et Paulus: Fratres, & ſi præoccupatus fuerit homo in aliq̃ delicto, vos q ſpirituales
eſtis, hũc inſtruite in ſpũ lenitatis, cõſiderans teipſm, ne & tu tenteris. Et hoc eſt verũ, vbi pec-
1.Timo.6 cantes admonitiõi acqeuerint. Nam alioq in cõſpectu duorũ aut trium ſunt caſtigandi. Hinc
Apl'us: Peccantes, inqt, coram omnibus argue, vt & cæteri timorẽ habeant, ſine tñ præiudi-
cio hæc cuſtodias, nihil faciens, in alteram deſtinãdo partẽ. Id q̃d Chriſtus, ſumma ſapĩa, ho-
die perpulchre ſeruauit, inqens: Btũs q in me nõ fuerit ſcandalizatus, vtpote modeſte corri-
gens, & à ſcandalo admonens, ne videlicet ꝓpter humanã in ſe infirmitatẽ min' crederẽt, q mi
raculũ videbant. Sic & ipſi chariſſimi fratres, quũ paulopoſt audierimus Chrm in diuerſorio
natũ, pannis inuolutũ, reclinatũq́ꝫ præſepio vagire, moreq́ꝫ humano agere, nõ ideo ſcandali-
zemur, quaſi nõ ſit tantus, quantũ ſcilicet filiũ altiſſimi ſcripturæ prædicant, ſed animaduerta-
mus, q̃ diuina deinde opera fecerit, qbus ſuam æquè deitatem adſeruit, inquiens: Beatus q in
me non fuerit ſcandalizatus.

HOMILIA QVARTA DE EO QVOD SCRIPTVM EST IOhannis primo: Medius veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis.

Dominica quarta Aduentus.

SATAGIT CATHOLICA ECCLESIA PER HO- A
diernũ euangeliũ, q̃d & agit, & ſatagit toto hoc aduentus tẽpore in
ſuis canticis. Sicut enĩ illa in ĳs ſuis canticis, per varia & veriſſima ꝓ-
phetarũ oracula de mittẽdo ſaluatore ſonantia nobis planè arguit &
perſuadet, dñm Ieſum, cuius paulopoſt, eo ipſo volente, nãtalitia ſu-
mus acturi, eſſe verũ Meſſiã in lege & ꝓphetis olim ꝓmiſſum, adeoq́ꝫ
verũ totius mũdi ſaluatorem, quẽ ab initio ſeculi pater cœleſtis mun
Mat.11. do deſignauit in figuris, & multipharíã in ꝓphetis ꝓmiſit, veluti pro
Luc.16 ximis ex hoc ad vos loco homilĳs oſtendimus. Sic, inquã, hæc ipſa ca
tholica eccleſia, idẽ hodie in euãgelio agit teſtimonio Iohannis, oĩm
ꝓphetarũ termini & limitis. Et teſtis, inquã, oĩ exceptione maioris, quẽ adeò Iudæi nõ po-
tuerũt reĳcere, vt minus idoneũ, vt eundẽ, ſi is ꝓmiſiſſet, Chrm habuiſſent atq́ꝫ crediidiſſent:
Luce.4 quandoqdem vel ideoq́ꝫ nõ cõtemnendus, q̃ mirabiliter cõceptus, mirabiliter natus, mirabi
liter ſupraq́ꝫ penè hominẽ cõuerſatus, fama ꝓpterea per omnes fines Iudææ diuulgatus. Vn-
de etiamnũ permoti iſti hodie ad eũ, nõ plebeos, nõ indoctos, ſed ſacerdotes & leuitas ex pha
riſæis, legis & ꝓphetarũ nõ ineruditos mittũt rogatũ. An ſit Meſſias? Qui è cõtrario ne huma
na opinione raperet̃ inaniter ſupra ſe, vt veritatẽ loquens, membrũ veritatis fieret, cuius no-
Iohan.3. men nõ fallaciter vſurparet, eligens ſolide ſubſiſtere in ſe, ꝓfeſſus eſt ſe nõ eſſe Chrm, eccleſię
ſpõſum, ſed amicũ ſponſi, præcurſorem dñi, vocem verbi. Ego ſum, dicens, vox clamantis in
deſerto, & cætera. ¶Sed q̃d & quale dedit illi teſtimoniũ, cuius ſe vocẽ, amicũ & præcurſo- B
rem eſſe adſerit? Nimirũ, Medius veſtrũ ſtetit, quẽ vos neſcitis, q nõ in aqua tantũ, ſed in ſpiri-
tu ſancto baptizans, peccata remittit. Hic eſt, q poſt me venturus ẽ, à ꝓphetis prædictus, & q
venturus eſt paucis poſt me diebus ad prædicandũ, baptizandũ, moriendũq́ꝫ &c. q ante me fa
ctus eſt, prælatiõe ſcilicet & dignitate, &c. Verũ quõ, inqs, medius ſtetit inter Iudæos, & illũ iſti
neſcierũt? Stetit, reſpõdeo, Ieſus inter Iudæos medius. Primo, ſua diuinitate, qua vbiq́ꝫ præ-
ſens eſt & inuiſibilis, q̃ ſane pacto medius eſt omnibus rebus creatis, interimq́ꝫ incomprehen-
Hiere.23 ſibilis, q̃ mõ (vt proximè declarauimus) ait ſe implere cœlũ & terrã, eſſeq́ꝫ vbiq́ꝫ q̃ſi (verbi grã)
animam in oĩbus partibus corporis, q̃d viuificat. Sic quoq́ꝫ nobiſcũ medius erit oĩbus die
Mat.vlt. bus, ipſo teſtante, vſq́ꝫ ad conſummationẽ ſeculi. Secundo, medius fuit ac ſtetit inter Iudæos
Luce.2 Phil.2. ſua humanitate ſingulariter: q̃ inter eos, quaſi vnus ex eis, homo conuerſatus eſt, & in homi-
num habitu inuentus, illis peculiariter ad ſalutem datus, de quorum etiam radice corporali-
Mat.15 ter naſci voluit, alibi inquiens: Non ſum miſſus, niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrahel.
Pſal.73 Stetit proinde medius ipſorum & in medio, vt in medio terræ, iuxta Prophetæ eloquium,
ſalutẽ

Digitized by Google

ſalutem operaretur. Ipſi aũt inuidia obcæcati, neſcierunt, hoc eſt, ſcire noluerunt, qui neq̧
prophetarum, neq̧ ſcripturarum teſtimonijs, neq̧ operibus, neq̧ miraculis, credere voluerunt, Iohan.5.
dño ad eos dicẽte: Si crederetis Moyſi, forſitan crederetis & mihi. Ille enim de me ſcripſit. Lucæ.19.
Idemq̧ rurſus: Scrutamini ſcripturas, quia vos putatis in ipſis vitã æternã habere. Illæ q-
dem ſunt, quæ teſtimoniũ phibẽt de me, & nõ vultis venire ad me, vt vitã habeatis. Ideoq̧ Eſa.1.4.5
quia eũ neſcierunt, id eſt, ſcire & cognoſcere noluerũt, puniti ſunt, & tẽporaliter & æterna
liter, qm̃ tẽpus viſitationis ſuæ nõ cognouerũt. Id quod & dñs dudũ per prophetã fuerat
lamentatus: Propterea captiuus ductus eſt populus meus, qa nõ habuit ſciẽtiam, & ideo di
C latauit infernus animã ſuã, & aperuit os ſuũ ſine termino vllo. ¶Sed qd hæc commemo-
ro fratres? An propter Iudæos tantũ, quaſi inter ipſos dũtaxat Ieſus ſtetiſſet medius, & quẽ
iſti neſcierũt? Nõ vtiq̧, imò & propter nos, nã & illa nobis dicta ſimul crediderim, quum Marc.13
apud Marcum dñs dixerit: Quod vobis dico, oĩbus dico. Et apoſtolus: Quæcũq̧ ſcripta
ſunt, inquit, ad noſtrã doctrinã ſcripta ſunt, vt p patiẽtiam & cõſolationem ſcripturarum Roma.15.
ſpem habeamus. Subſequẽs igit̃ eſt, vt & dñs Ieſus redẽptor noſter, nõ ſolũ vẽturus eſt, ſci
licet p gratiæ augmẽtum ad eos, qui ſe in paulo poſt futura feſtiuitate Chriſtiani natalicij p
pœnitẽtiam ad manſionẽ deo præparãt, ſed & nũc medius & pſens ſtat inter nos. Primo,
ſua diuina maieſtate oĩbus indiſtans, iuxta q̃d Dauid ait: Si aſcẽdero in cœlũ, tu illic es. Si Pſal.138
deſcẽdero ad infernũ, tu illic ades &c. de q̃ nuper multa. Secũdo, In medio ſtat noſtrum,
ſua intima oĩm rerum viſibiliũ & inuiſibiliũ viſione & cognitione. Nimirum, cuius in deitate Eccle.23
oculi (vt ait ſcriptura) multo ſunt lucidiores ſup ſolẽ, circumſpiciẽtes omnes vias hominũ,
& hominũ corda intuẽtes in abſcõditas partes. Qui p prophetã dicit: Ego è vicino ſum, & Hiere.23
non deus de longe. Si occultabit̃ vir in abſconditis, & ego nõ videbo eũ? De q̃ etiam nuper
multa diximus. Quibus hoc addimus loco, Nihil eius cognitionẽ prǽterire, nihil in obli-
uionẽ tranſire. Id q̃d claret ex bñficijs hmõi ſine intermiſſione exhibitis, ex cõmiſſorum faci-
norũ flagellis, ex certiſſimo ac infallibili ordine rerum, tanq̃ ſignis euidẽtibus eius pſentia ma-
nifeſtat̃, ſicut ſplẽdore & calore ſol hauddũ viſus deprehẽditur. Tertio, ſtat in medio no-
ſtrum ſua ineffabili bonitate, qua æquè oẽs, tã bonos ac malos fouet ac nutrit & ad pœnitẽ- Matt.5
tiam prouocat, q facit ſolẽ ſuũ oriri ſup iuſtos & iniuſtos, bonos & malos, atq̧ oĩes volũ- 1.Tim.2
tate ſua antecedẽte, ſaluos vult fieri. Hinc apoſtolus: Ignoras, inquit, qm̃ benignitas dei ad Roma.2
pœnitẽtiam te adducit. Cæterum vereor fratres, ne ſint q neſciunt dñm eſſe inter ſe mediũ
& pręſentẽ. Et neſciũt, id eſt, ſcire nolunt. Primo, qui hui9 mundi adeoq̧ fortunę ac cor- Iacobi.1
poris bona, huiuſq̧ præſentis temporis bñficia, non à deo (à quo vtiq̧ omne eſt datũ opti
mum & omne donũ pfectum) ſed perinde neceſſaria eſſe, & ſint vel facto vel induſtria ſibi
acquiſita, qui pinde eis abutuntur pro ſua cõtra deum & honeſtatẽ voluntate. Iſti profectò
nec deum præſentẽ, nec ſui curam habentẽ, ſed perinde longe abſentẽ, & hæc inferiora nõ
conſiderantẽ cognoſcũt. Impiè cũ impijs alibi dicẽtes: Circa cardines cœli ambulat, & no- Iob.22
ſtra nõ cõſiderat. Atqui iſti deũ hoc pacto neſciẽtes, eũdẽ iudicẽ ignorare nõ poterũt cõdẽ
nantẽ, cuius tum iram (vt nup probauimus) pterfugere nequibũt. Secũdo, neſciũt deum
in medio, & coram ſtantẽ, qui hæc præſentia & tẽporaria mala & flagella & ſupplicia, non
quaſi à deo patre oĩa videtẽ, & ſic eorum exceſſus in melius reducẽte ſuſcipiunt, ſed ijs af-
flicti quaſi ignorante deo & abſente cõtingant, ſuã interim vitã nõ emẽdantes, cõtra ſcri-
pturam alibi dicentẽ (quam & apoſtolus repetit): Fili mi, noli negligere diſciplinã domini, Hebr.12.
neq̧ fatigeris dũ ab eo argueris. Quẽ eñ diligit dominus, caſtigat, flagellat aũt omnẽ filiũ, Prouer.3
quẽ recipit. In diſciplina pſeuerate. Tanq̃ filijs vobis offert ſe deus. Quis enim filius, quem
nõ corripit pater? Quod ſi extra diſciplinã eſtis, cuius participes facti ſunt oẽs, ergo adulte-
ri, & nõ filij eſtis. Sanè vti bona omnia, ita & pœnæ à deo Max. eueniũt, qui p prophetam Eſaię.45
inquit: Ego dominus, faciens pacẽ, & creans malũ, ſcilicet pœnæ. Hinc Amos propheta: Amos.3
Si erit, inquit, malũ in ciuitate, q̃d dñs nõ fecit Ideoq̧, quũ & hęc flagella huiuſq̧ temporis
mala nobis à deo in ſalutẽ proculdubio omnia pro ſapiẽti ipſius diſpoſitione eueniunt, re-
murmurare non debemus, pœnæ impatiẽtes & correctionis. Sed vel cũ diuo Iob dicere: Si Iob.2.
bona ſuſcepimus ſcilicet à dño, mala quare nõ ſuſtineamus? Vel cũ Iudith: Et nos ergo nõ Iudith.8
vlciſcamur nos pro ijs, quæ patimur, ſed reputãtes peccatis noſtris, hæc ipſa ſupplicia mi-
nora eſſe, flagella dñi, quaſi ſerui, qui corripimur ad emẽdationẽ, & nõ ad pditionẽ noſtrã
eueniſſe credamus, ne & ipſi cũ illis, qui tẽtationes non ſuſceperũt cum timore dñi, & impa 1.Cor.10
tiẽtiam ſuã & improperium murmurationis cõtra dñm protulerunt, exterminati ſunt, ab
exterminatore, extermine mur. Tertio, neſciũt deũ in medio ſtare, qui deũ iniquũ vel adeo
putant, quod vident plerunq̧ bonos atq̧ probos homines rebus aduerſis, malos vero pro-
ſperis adfici, dicẽtes cum Iob in perſona impiorum: Quare ergo impij viuunt, lætanturq̧, Iob.21
ſubleuati ſunt confortatiq̧ diuitijs? Si propter peccata hæc mea patior, cur impij viuunt?

Certe

Luc.16. Certe ijs primo ſatisfacere debuerit illa euangelij parabola de diuite epulone, purpura & byſſo induto, quotidieq́ꝫ ſplendide epulante, & Lazaro mendico ęgrotante, &c. quorꝫ hic in alio ſeculo requieuit in ſinu Abrahæ. Ille vero in flāmis inferorꝫ cruciabat. Secundo, quod deus ille om̄ia ex altiſſima ſua ſapientia, & bonitate agit, bonos quidē tentationibus à malo cuſtodire, & in virtute corroborare ſatagens, vt præmiū inde ſit excellentius futurꝫ, malos vero vel hic ſua bonitate & munificentia ad ſe prouocare ſtudet, vel hic ſuā illis dare felicitatē, quā vel per alios forte impetrarunt, & alibi æternā pœnam retribuere, quemadmodū ſuo loco & tēpore multa diximus, hic incaſſum repetenda. Si itaqꝫ chariſſimi fratres, Chriſtus dn̄s, deus noſter, vſqꝫadeo medius eſt, & inter nos præſens, quē tamen vereor, pleriqꝫ noſtrū eſſe præſentē nolumus ſcire & intelligere, quid aliud rectius hoc & om̄i tēpore facturi ſumus, q̄ vt toties ad eius ſcientiā prouocati, tandē ipſum vt creatorē noſtrū creaturæ ſcire, cognoſcereq́ꝫ incipiamus, & cuius iudiciū pertimeſcimus, ad eius miſericordiā fugiamus, ſupplices imitantes puerulum, qui deprehenſus in aliquo ſibi vetito, nullū vidēs fugæ refugiū proijcit, quæ male tenuit, ad patrē currit, virgā præoccupat, amplectit iratū, ſpondet emendā, vt tandē habeat placatū. Sic & ipſi proijciamus, quæ male contra deū tenuimus, occurramus, paterna imploremus viſcera, miſericordiā appellemus, proponamus emendationē. Et hoc eſt qđ Apoſtolus ait. Adeamus ergo cū fiducia ad thronū gratiæ eius, vt miſericordiā conſequamur, & gratiā inueniamus in auxilio opportuno. Quod ſi fecerimus, erit ipſe haud dubie ſingulari ſua gratia medius & præſens inter nos, quō & gratia illuſtrati ſciemus & cognoſcemus, quū ipſe dixerit. Reuertere ad me, & ego non auertam faciem meam abs te.

Heb.4 Hier.3.4

HOMILIA QVINTA, DE EO QVOD SCRIPTVM EST, Lucæ.2. Tranſeamus vſqꝫ Bethlehem, & videamus hoc verbū quod factū eſt, quod fecit dominus, & oſtendit nobis.

In ferijs dominicæ natiuitatis.

IN HAC IN PRIMIS FESTA DIE EADEMQVE SVPRA modū ſolenni lætandū eſſe, & quare non vni modo nationi, ſed toti terrarꝫ orbi, & quidē eatenus eſſe gaudendū, quatenus nemo hominū vel quamlibet eloquens, ideq́ꝫ facundus vnq̄ poſſit verbis conſequi, nullus facile eſt, opinor, qui angeli verba hodie audiens, ignoret. Sane, Nolite, inquit angelus, timere. Ecce em̄ euangelizo vobis gaudiū magnū, quod erit om̄i populo, quia natus eſt hodie ſaluator, qui eſt Chriſtus dn̄s. En audiuimus angelū nuntiare gaudiū, & gaudere quaſi præcipere. Quare? Vtiqꝫ, quia gaudiū, quod fidelibus æterni verbi tēporalis natiuitas attulit enarrare nemo ſufficiat hominū, nec vnus quidē angelus, niſi & cœleſtis multitudo militiæ iocundis vocibus gloriā deo decātarēt. Quare gaudendū? Quia, inquit natus eſt hodie ſaluator, Chriſtus dn̄s, q ſcilicet ideo vocatus eſt Ieſus, qm̄ populū ſuū à peccatis ſaluū faciet, ſiqdem hodie, ait Apoſtolus, benignitas & humanitas apparuit ſaluatoris, noſtri dei, non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundū miſericordiā ſuā ſaluos nos fecit. Non, inqt, ſecundū opera noſtra, ſed ſecundum propoſitū ſuū, & gratiā, quæ data eſt nobis in Chriſto Ieſu ante tēpora ſecularia. Manifeſtata eſt aūt nunc per illuminationē ſaluatoris Ieſu Chriſti, q deſtruxit qdem mortem, illuminauit aūt vitam & incorruptionem. Gaudete, inqt, gaudete ſcilicet vos, q in puluere eſtis, & q laboratis & onerati eſtis. Quare? Quia natus eſt nobis Chriſtus dn̄s, ſaluator. Quid hoc eſt dicere? Vtiqꝫ annuntio vobis gaudiū magnū, quia natus eſt nobis hodie medicus ęgrotis, redēptor venditis, errantibus via, mortuis vita. Quis? Chriſtus inqt, ſcilicet, qui de ſeipſo ait. Ego ſum via, vita, & veritas, q ægrotos verbo ſanauit, venditos morte redemit, errantes reduxit ſuo lumine vitæ & doctrinæ, mortuos reſuſcitauit, à morte ſcilicet æterna & tēporali, q proijcit in profundū maris omnia peccata noſtra, q ſanat om̄es infirmitates noſtras, qui nos proprijs humeris ad propriæ dignitatis reportat originem. Cui gaudendū? Non inquit angelus, vni homini ſolum, non vni domui, non vni ciuitati, non vni modo regioni atqꝫ terræ modo, verꝫ toti terrarꝫ orbi, omniq́ꝫ populo, inquit, gaudendū. Quare? Quia communis eſt natus ſaluator, quū & omnes ea indiguere ſaluatione. Cauſati enim, ait Apoſtolus, ſumus Iudæos & Græcos omnes ſub peccato eſſe. Omnes enim peccauerūt, & egent gloria dei. Et om̄es, inqt Propheta, declinauerūt ſimul, inutiles facti ſunt. Itaqꝫ cū omnis populus peccato ægrotus fuit, & communem om̄ibus Chriſtus natus attulit ſalutem, ergo oībus gaudendū eſt, quū nullius etiamnū perſonæ apud deum ſit acceptio, ſed æque omnes amet, q (vt Paulus ſcribit) omnes homines vult ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Et hoc eſt, quod lætabundus dixit ad Ieſum nuperrimè natū Symeon venerandus. Nunc dimittis ſeruū tuū domine, ſecundū verbū tuū in pace. Quia viderunt oculi mei ſalutare tuū. Quod paraſti ante faciem omniū populorꝫ.

Marginal notes: Lucæ.2 · Mat.1 · Tit.3 · 2.Tim.1. · Matt.11. · Eſa.61 · Coloſ.2 · Iohā.14. · Eſaiæ.35 · Roma.3. · Pſal.13 · Act.10 · 1.Timo.2 · Lucæ.2

Digitized by Google

pulorum: Lumen ad reuelationem gentiũ, & gloriam plebis tuæ Iſrael. Et hoc eſt, quod hodie
angelus inquit: Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnũ, quod erit omni populo, quia
natus eſt vobis hodie ſaluator, qui eſt Chriſtus dñs, in ciuitate Dauid. O vere fidelis & lætus ſer 1. Tim. 1.
B mo, & omni acceptione dignus, quia Chriſtus Ieſus, natus eſt in hunc mundũ, peccatores ſal-
uos facere, quales omnes fuimus, ſaluteq́; vniuerſi maximè indigi. ¶Cuius obſecro anima
in hoc ſermone nõ liqueſieret? Cuius ſpũs non in præcordijs ſumma iocunditate æſtuaret &
exultaret, audiens ſermonem, hodie natum eſſe Ieſum, id eſt, ſaluatorẽ? Nullius, opinor, certè.
Quid enim obſecro nobis olim perditis tam neceſſariũ, qd miſeris tam optabile, qd deſperatis
tam vtile q̃ naſci Ieſum, id eſt, omniũ ſaluatorem? Alioqui vnde ſalus? vnde vel tenuis aliqua
ſpes ſalutis eſſe poterat in lege peccati, in corpore mortis, in hac malitia huius diei præſentis,
qua in mundũ nati ſumus, & in hoc loco afflictionis, niſi ille nobis nouus ſaluator ac redẽptor
natus fuiſſet, quem hodie nobis angelus annũtiauit, ſummũq́; propter ipſum & de eo gaudiũ.
Ecce, inquiens, euangelizo vobis gaudiũ magnum, qa natus eſt vobis hodie ſaluator Chriſtus
dñs, & cætera. Lætemur itaq; & nos, fratres chariſſimi, ac exultemus, hoc ipſum de nato no-
bis ſaluatore gaudiũ intimis cordiũ pręcordijs ſuſcipiamus, ſpũalibus, inquam, canticis & hy-
mnis iugiter cũ paſtoribus hodie deũ laudemus, cũ angelis canamus, choreasq́; læti ducamus.
C Quod eſt hodie nobis ſeruator natus, deus ac dñs noſter Ieſus Chriſtus. ¶Quis aũt obſecro
fratres, tam animo ignauus, ferreus, itemq́; induratus, q hodie non læte?, non exultet, non prę Iohan. 8
ſentis huius diei ſolennitatem omni animi hilaritate ſuſcipiat, quam & Abraham, vel Chriſto
teſte, tantopere videre deſiderauit? In qua & cœleſtia tripudiarũt. Aſtra è cœlo mota ſunt,
Magi ex gentibus, & à longinquis terris properarũt, terra in ſpelũca lætitiã recepit. In qua de-
niq; die nihil ſine lætitia, nihil ſine officio fuit. Vnde & ipſi & quidem meritò ac neceſſario ad
ſummã animi lætitiã admonemur & prouocamur. Noſtra em̃ peculiaris eſt hæc ſanctiſſima
& lætiſſima dies, in qua Adami maledictio ſoluta eſt. Haud ſanè eſt, q̊d vltro dicamus. Terra
es, & in terram reuerteris, ſed cœleſti, ſcilicet, Chriſto coniũctus in cœlũ adſumeris. Non eſt di Gene. 3.
cere in doloribus paries filios. Beata enim, quæ Emanuel peperit, & vbera quæ lac præbuerũt.
Qñqdem natus eſt nobis Ieſus cuius imperiũ ſuper humerorum eius. Eapropter meritò & neceſſa-
rio hodie lætemur, & exultemus neceſſitate perpulſi, & cõmuni tam cœleſtiũ q̃ terreſtriũ ex-
emplo admoniti. Hinc nemo eſt, q ab hoc tanto gaudio ſecludi poſſit, vel q ſibi ſummopere
D eſſe lætandũ ignoret. ¶Cæterum, inqs, nequeo ſanè ignorare, hoc omnibus debere eſſe gaudi
um cõmune, ſed timeo ipſum non eſſe omnibus æque efficax: quando Chriſtus omnibus eſt
cõmunis ſaluator, q & ad omnes & propter omnes venit, ſed q nõ apud om̃es profecit, quum
nec om̃es ſalui ſint facti neq; fiẽt: quandoqdem om̃es ſint vocati, ſed pauci electi, omnibus ve Matt. 22
nit gaudiũ, ſed nõ omnibus id gaudij fuit, aut eſt ſaluti. Vereor qdem hodie multos gaudere,
ſed nõ æque multos ſaluari. Recte, inquam, dicis ac vereris, ſed rectius intelliges, om̃es æque ad
ſalutẽ hoc gaudiũ participare, q æque agunt, q̊d gaudij virtutẽ adfert. Cęterum qd agamus, vt re
E ipſa de tanto gaudio participemus? ¶Tranſeamus, inquam, & ipſi paſtores vſq; Bethleem,
& videamus hoc verbum, q̊d factũ eſt, q̊d fecit dominus, & oſtendit nobis. Quomodo ſimus
paſtores? Quando erimus ſimplices atq; pauperes, idemq́; puri vti paſtores à qbus vel ſolis
verbũ ipſum videri põt. Hinc gratias patri ſuo agit Chriſtus, dicens: Confiteor tibi pater, do- Matth. 11
mine cœli & terræ, qa abſcõdiſti hæc à ſapientibus & prudẽtibus, & reuelaſti ea paruulis, ſiq Iaco. 4.
dem deus ſuperbis reſiſtit, humilibus aũt dat gratiam. Paſtores ergo videamus verbũ. Sed qd 1. Pet. 5.
rurſum ais, videamus, & quomodo videamus verbũ, quod auriũ eſt obiectum, quũ ſit ſonus ex
ore prolatus, q vtiq; audiri, non videri poteſt? Cuius argumento in Hieremia dicitur: Audite Hier. 2.
verbum domini, domus Iacob, & omnes cognationes domus Iſrael. En, ait, audite, non vi-
dete, verbũ domini. Quid igit? Sciendũ duxerim, verbũ domini bifariam in ſcripturis eſſe,
ac dici. Vnũ, q̊d eſt perinde ſonus per os prophetarum, domino ſuggerente, prolatus, de q̊ apud Deuter. 8
Heremiam: In qua qdem ſignificatione Chriſtus ex ſcriptura vſus eſt, inquiens: Non in ſolo Mat. 4
pane viuit hõ, ſed in omni verbo, q̊d procedit de ore dei, ſcilicet per os eius ſanctorum. Sic Apo- 2. Cor. 2.
ſtolus ait: Non enim ſumus ſicut plurimi adulterantes verbum dei, ſed ex ſynceritate, ſicut ex
deo in Chriſto loqmur. Atq huiuſmodi dei verbum propriè audimus, non autem niſi impro-
priè & metaphoricè, & per tranſlationem videmus. De eo igitur haud vident hodie paſtores
dicere. Et videamus hoc verbum, & cætera. Alterum eſt domini verbum, quod dei eſt filius,
In principio apud deum exiſtens, quo & eodem verbo & deo & per ipſum omnia ſunt facta, Iohã. 1
& ſine eo qdem nihil eſt factum, quod quidem hodie caro eſt factum. Et hoc eſt illud ipſum
verbum, quod Eſaias in æternum adfirmat manſurum. Et Dauid quoq; cœleſtem patrem in Eſa. 40.
ſpiritu adloquens, inquit: In æternum domine, verbum tuum permanet in cœlo. Id quod ple- Pſal. 118.
riq; hac calamitoſa tempeſtate non ſatis adanimaduertunt. In quorum impudente ore eſt.
Verbum domini manet in æternum, qui tamen plane arguunt ſe neſcire, quid aut quod ſit

Digitized by Google

verbum domini, quod in æternum maneat, ſed de hoc ſuo loco multa diximus.

¶Iam vero rogas, quur æternus dei æterni filius, verbum appelletur? Reſpondeo, ipſum F
dei filium vocari verbum. Primo, quod ex mente illa diuina, eademq́ꝫ intellectuali dei pa-
tris ab æterno æque propemodum emanet ac verbum, id eſt, conceptus rei ex mẽte noſtra
procedit, nõ tamen, inquam, ad ſimilitudinẽ verbi, large dicti, quod eſt ipſa vox ſignificati-
ua vel cõceptus ipſe rei imperfectus, quandoquidem deus vnico actu intelligendi ſeipſum
& omnia alia concipit perfecte, quũ verbũ noſtrũ in mente multiplicetur. Quod eñ ſunt
inibi conceptus perfecti vel formati, totidẽ etiam inibi ſunt verba. In deo aũt vnicũ ẽ ver-
bum, qa poteſt ibi nõ niſi vnicus conceptus eſſe perfectiſſimus. In nobis verbũ eſt tranſiẽs
& accedens, quũ non ſemꝑ actu intelligimus, ſed in deo idem eſt, quod ſubſtãtia diuina ni-
hil plane alieni admittẽs, & ſemper actu ꝑmanens & æternum. Quod vero res ad hunc fer
Pſal. 44 me modũ habeat, deus ipſe pater de filio ſuo teſtatur. Eructauit cor meũ verbũ bonũ, ſcili-
Pſal. 109 cet filiũ ab eo æterno vnigenitũ. Et rurſus ad filiũ: Ex vtero, inquit, añ luciferũ genui te. Et
Eccle. 24 filius ipſe patris vnigenitus, aliàs patris æterni ſapiẽtia dictus, de ſeipſo ait: Ego ex ore al-
tiſſimi prodiui, primogenita añ omnẽ creaturã. Nec eſt quod quis profundius de huius ver
Eſaiæ. 52 bi diuina cõceptione & gñatione quærat, quũ nemo hominum eam ſatis poſſit intelligere
propheta dicẽte: Gñationẽ, ſcilicet diuinã, eius quis enarrabit? quaſi diceret, nullus planè.
Enimuero mens humana, quæ ſunt natura indeprehenſibilia attingere nequit. ¶Secun G
do dei filius verbũ eſt dictus hac gratia, quod ꝑ hũc deus ipſe, qui in ſuapte natura, nulla ra-
tione comprehẽdi põt, verbum ſuũ, id eſt, diuinam ſuam mẽtem & voluntatem, hoc vel il
lud à nobis agendi vel dimittẽdi verbo humano loqueretur & innoteſceret. Et hoc eſt q̊d
Heb. 1 Paulus ait: Multiphariam multiſq́ꝫ modis olim deus loquẽs patribus in prophetis, nouiſſi-
mis diebus illis loquutus eſt nobis in filio, de quo aliàs deus pater per vocẽ in nube. Hic eſt,
Matt. 17 inq̄t, filius meus dilectus, in quo mihi bñ cõplacui, ipſum audite. Locutus eſt & ille quon-
Lucæ. 1 dam per os propheta℞, ſed quod caro infirma ſine verbo, carne intelligere haud valuit. Vn
Lucæ. 24 de alibi hoc ipſum verbum, ſcilicet dñs Ieſus, diſcipulis in Emautem euntibus, incipiens à
Moyſe & omnibus prophetis, interpretabaꝉ illis in omnibus ſcripturis, quæ de ipſo erant
Iohã. 1 Sanè, inquam, verbũ illud dei Maxi. ſcilicet dñs Ieſus, caro factũ eſt, dũ eſſet, vt Iohannes
1. Tim. 6. ſcribit, In principio apud deũ, lucem (teſte apoſtolo) inhabitans inacceſſibilẽ, & non erat,
Roma. 11. qui caperet illud. Quis eñ inueſtigauit ſenſum dñi, aut q̄s cõſiliarius eius fuit? Carnalis q̄dẽ
1 Cor. 2. 3 homo, quæ ſunt ſpũs dei, non ꝑcipit, ſed nunc carnalis etiam homo capit, quia verbũ caro
eſt factum. Si proinde nihil præter carnẽ nouit audire, Ecce verbũ caro factũ eſt, audiat il-
lud vel in carne, quod prius haud potuit. O homo in carne tibi exhibetur ſapiẽtia illa, quõ-
dam prorſus occulta. Ecce iam trahitur de occultis, & ipſe ſeſe ingerit ſenſibus carnis tuæ.
Tranſeamus igitur hodie paſtores vſq́ꝫ Bethlehem, & videamus hoc verbũ, id eſt dei filiũ,
quod factũ eſt. Quid, aut quando factũ eſt? Caro factũ eſt, reſpondet Iohãnes, id eſt homo
Galat. 4. carnalis, quando (inq̄t apoſtolus) aduenĩẽte tẽporis plenitudine, deus pater ipſum miſit, fa
ctum ex muliere, factũ ſub lege, vt eos, q̄ ſub lege erãt, redimeret, vt adoptionẽ filio℞ reci-
Pſal. 106 peremus. Et hoc eſt, quod propheta ait. Et clamauerũt ad dñm, quũ tribularẽtur, &c. Mi-
ſit verbũ ſuũ, & ſanauit eos, & eripuit eos de internitionibus eo℞. Et quis fecit hoc verbũ?
Reſpondẽt paſtores, Dominus fecit. O mira & profunda, prorſuſq́ꝫ diuina ſimpliciũ pa-
Eſaiæ. 19 ſtorũ ſciẽtia, q̄ ſciuerũt, q̊d doctus Plato neſciuit, q̊d Demoſthenes ignorauit. Nec mirum
1. Cor. 1 æterne deus, quũ ipſe dixiſti, Perdã ſapiẽtiam ſapiẽtium, & prudẽtiam prudentiũ reproba-
Mat. 11 bo. Recte laudaſti dñe mi Ieſu patrẽ, inquiens: Cõfiteor tibi pater, dñe cœli & terræ, ꝙ reue
laſti ea paruulis, & abſcondiſti ea à ſapientibus. Vnde eñ, Dñe deus, niſi à te diuinitus edo
cti hodie aiunt paruuli, ĳdemq́ꝫ ſimplices paſtores. Trãſeamus vſq́ꝫ Bethlehẽ, & videamus
verbũ, q̊d factũ eſt, q̊d fecit dñs. Bñ ac vere dicũt, ꝙ dñs deus fecit verbũ, ſcilicet carnẽ, quã-
doquidẽ indiuidua ipſa trinitas verbũ fecerit incarnari, q̊d non factũ eſt ex virili ſemine, in
vtero inuiolatæ virginis, ante, in & poſt partũ, ſed q̊d deus ipſe ſua virtute ſupra & præter
naturã fecit fieri carnẽ, Archangelo paſtoribus ſubſcribẽte, quũ ait ad Mariam: Spũs ſan-
Luc. 1 ctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoq́ꝫ & q̊d naſceꝉ ex te, ſanctũ
Mat. 1 vocabitur, filius dei. Et alibi, ad Ioſeph: Quod in ea natũ eſt, de ſpũ ſancto eſt. Videte, q̄ſo,
fratres dilectiſſimi, q̄ cum Archangelo per omnia conueniunt hodie paſtores, dicẽtes: Et
videamus verbũ, quod factũ eſt, q̊d dñs fecit, ſcilicet non natura, neq́ꝫ virtus virilis ſeminis,
quia ſpũ ſancto autore conceptũ & caro factũ. ¶Valeant igitur & erubeſcant æternali- H
ter impĳ, q̄ impiè in ſymbolo apoſtolico obmittunt hanc clauſulam, q̄ cõceptus eſt de ſpũ
ſancto, natus ex Maria virgine, vtpote impiè & quidẽ obſcurius negantes, verbum à deo
ſpũ ſancto factũ cõtra ſpiritum ſanctũ, qui hodie loquutus eſt ꝑ paſtores, quũ non niſi ſim-
pliciter dicũt, à ſpũ ſancto acti. Videamus verbũ, quod factũ eſt, quod dñs fecit, Q. d. nõ na
tura, nec

Digitized by Google

tura,nec genitura ſeminis.Audiant,inquã,hodie impij hæretici,ijdemq; Iudæi non medio-
cre fidei à paſtoribus exemplũ & teſtimoniũ,nõ vilis perſona paſtorũ.Profectò,quo vilior ad
prudentiam,eo pretioſior ad fidem.Non gymnaſia choris referta ſapientium,ſed plebẽ do-
minus ſimplicẽ requiſiuit,quæ phalerare audita,& fucare neſciret. Simplicitas enĩ quæritur,
non ambitio deſideratur.Nec contemnenda putamus perinde verba vilia paſtorũ.A paſto
ribus etiam Maria fidem colligit.A paſtoribus populus dei ad reuerentiam congregatur.Sa
ne ait magnus ille Paulus:Quæ ſtulta ſunt mundi,elegit deus,vt confundat ſapientes,& infir- 1.Cor.1.
ma mundi elegit deus,vt confundat fortia,& ignobilia mundi & contemptibilia elegit deus,
& ea quæ nõ ſunt,vt ea quæ ſunt,deſtrueret,vt nõ glorietur omnis caro in cõſpectu eius.Nõ
igitur,chariſſimi fratres,tranſeamus cũ iſtis impijs hæreticis,quoniã verbũ,quod factum eſt,
nõ vident,quod dominus fecit,quos dñs deus per prophetã falſo dicit prophetare in nomi- Hiere.23
ne ſuo,quũ eos nõ miſerit:ſed trãſeamus cũ paſtoribus,& videamus verbũ,quod factum eſt, Johan.1.
quod fecit dñs,& nobis oſtẽdit? ¶Et quãdo & quomodo oſtẽdit? Quãdo(reſpondet Euan-
geliſta)habitauit in nobis,id eſt,in carne noſtra ex Maria virgine ſumpta, ſeq; nobis in noua
humanitatis forma per altiſſimũ incarnationis ſacramentũ inſinuauit,atq; trigintatribus an- Philip.2
nis manifeſtauit.Quãdo,inquam,(teſte apoſtolo)quũ in dei forma fuit,nõ rapinã arbitratus
eſt,eſſe ſe æqualẽ deo,ſed ſemetipſum exinaniuit,formã ſerui accipiens,in ſimilitudinẽ homi
num factus,& habitu inuentus vt homo,humiliauit ſemetipſum,factus obediens vſq; ad mor
tem,mortẽ autem crucis,qui hodie infans & homo paruulus natus eſt,in præſepio poſitus &
pannis inuolutus,vt homo vagiuit & alſit,ac friguit.Et hoc eſt,quod paſtores dicũt,& quod
oſtendit nobis.Quamobrẽ & nos hodie cũ paſtoribus paſtores tranſeamus. Quomodo? To
to mẽtis deſiderio abiectis carnalibus concupiſcentijs.Quò tranſeamus? Vſq; Bethlehem.
Sed quis,inquis,ex pauperibus ac inopibus eò perueniet,quũ Bethlehem Iudææ caſtellũ pro-
cul ſit hinc,& quidẽ trans mare & inter Antichriſtos? Tranſeamus(inquã)vſq; Bethlehem.
Non dico in Bethlehẽ,quod in Iudæa eſt,ſed quod nos ſumus.Bethlehẽ quidem domus eſt
panis,qualis nos,in qbus dominus Ieſus,panis ille viuus,q de cœlo deſcendit,ſe habitare pro- Miche.5
miſit,inquiens:Si quis diligit me,ſermones meos ſeruabit,& nos veniemus & faciemus man Matth.2
ſionẽ cum eo.Sic apoſtolus ait:Neſcitis,qa templũ dei eſtis,& ſpũs dei habitat in vobis.Sic & Johan.6 Johan.14
Iohãnes inqt,ſe de cœlo audijſſe vocẽ:Ecce tabernaculũ dei cũ hominibus,& habitauit cum 1.Cor.3
eis,id eſt,in cordibus eorũ.Vſq; ad hanc Bethlehẽ tranſeamus,vtiq; nõ remotã hinc,ſed om- Apoca.21
nino propinquã,prope enĩ eſt verbũ dñi,nec vltra mare quærendũ,quũ in eo ſit loco,q̊ nul-
li volẽti negatur acceſſus vel quãlibet claudo.Hinc Moyſes alibi:Nõ eſt ſupra te,inquit,neq; Deute.30
procul poſitũ,nec in cœlo ſitũ,vt poſſis dicere,qs noſtrũ valet ad cœlũ conſcendere,vt defe-
rat illud ad nos,neq; trans mare poſitũ,vt dicas,qs noſtrũ poterit transfretare mare,& illud
ad nos iuxta deferre.Sed iuxta te eſt ſermo valde in ore tuo & corde tuo. Tranſeamus igitur
vſq; ad noſipſos,pedibus cõuerſionis,nõ corporis.Quid inibi agemus? Vt videamus hoc ver
bũ,quod fecit dñs,id eſt,Chriſtũ Ieſum.At,inquis,qũo videamus ipſum,quũ glorificatus in Actor.1.
cœlo reſideat,quò glorioſus aſcendit? Videamus,inquam,nõ carneis oculis,ſed mentis,id eſt Galat.5
vera fide,quæ per charitatem operatur,quo pacto verbum in nobis vult habitare,pro quo Epheſ.3
Apoſtolus,vt ipſum habitaret apud nos modo deuotè orauit.Ita quidẽ Abrahã fide hoc ver Johan.8
bum,quod factũ eſt caro,vidit,quũ hauddũ caro eſſet factũ,Chriſto dicente:Abrahã pater ve 1.Cor.13
ſter exultauit,vt videret diem meũ,vidit & gauiſus eſt.Quo quidẽ pacto,vt ex apoſtolo acci
pimus,videmus nunc per ſpeculũ in ænigmate,tunc aũt facie ad faciem,& ſicuti eſt,quando Job.19
.ſ.noſtrũ eius virtute corpus illi cõfigurabitur:ſiquidẽ,ait Iob:Et in carne mea videbo deum, Johan.15
K ſaluatorẽ meũ.¶At quid aũt,qũo ipſum verbũ in hac proqinqua Bethlehem videamus,Ni- Actor.1.
mirum fide deuota,& corde ſyncero ipſum contẽplantes,qũo & qua in forma ſe nobis oſtẽ- 2.Cor.5
dit,vt & ipſum ſequamur,quod nos verbo & exemplo docere venit:vtiq; contemplemur
ipſum,qui cœli,terræ creator eſt,& rector ideq; oĩm dñs iaceat in diuerſorio,argumẽto,no-
bis hic non eſſe firmã manſionem,ſed aliã in cœlis,non manufactã.Et iaceat in præſepio par-
uulus,exemplo,vt & ipſi ſimus paruuli,neq; nos magnificantes,qui ſumus vermis,puluis,&
cinis,quũ ipſa maieſtas adeo ſe hũiliauit in ꝑſepio,vt nõ ſupbiamus de domibus ſupbis.Nec ẽ 1.Timo.1.
frẽs,ꝙ ad illũ trãſire timeamus,qa dñs venit.Siqdẽ venit ad ſaluãdũ,nõ iudicãdũ,q nil ſecũ ha
bet,q̊d tyrannidẽ præ ſe ferre poſſit.Nã puerulus infans,pãnis inuolutus,in ꝑſepio diuerſorij
ſine qua nemo in cœlū exaltabitur. Et ſic ſane diſcāt ſuperbi exēplū humilitatis, vt nō dedi-
gnent baptizari ab humilibus mēbris meis,dū viderint me caput baptizatū à te Iohāne ſer-
uo meo. ¶ Illa aūt eſt vera humilitas,quā comes ſequit obediētia. Sic itaq; facere volo, quod
faciendū oībus impero,vti bonus magiſter,q ſuā doctrinā,tā verbis inſinuare,q̄ actibus ex-
M ercere debet. ¶ Sed occurrūt modo Catabaptiſtæ dicētes: Quia ergo Chriſtus ſuū nos factū
voluit imitari,& ipſe ſenior baptizatus eſt,ergo & nos pueri adhuc infantes,& nondū ratio-
nis capaces,male ſumus,cōtra exēplū Chriſti,tūc baptizati,ergo nūc maiores natu ſumus re
N baptizandi? Quibus equidē: ¶ Primo reſpondendū velim, Chriſtus baptizatus eſt tricenari-
us,ergo & ipſi nō niſi tricenarij ſumus baptizandi? Chriſtus in Iordane baptizatus eſt & à Io
hanne,ergo & ipſi in eodē flumine,& à Iohāne ſumus baptizādi: Id q̄d plane nō modo mul-
tīs difficillimū eſſet,ſed & prorſus impoſſibile. Nō eſt ita arguendū à Chriſti factis,quę nō vt Eſaiæ. 14
homo ſolus,ſed vt idē & deus fecit & operatus eſt,quo modo & lucifer ipſe cū ſuis,& proto- Geneſ. 2
plaſti,deū ſequi tentarūt. Quod vero Chrūs iā vir,vtpote,tricenarius baptizari voluerit,ra-
O tionibus aliquot factū accipimus. Quaꝝ ¶ Prima eſt,vt doceret vel ſacerdotē vel p̄dicatorē
in pfecta ætate debere inſtitui: Nec quēpiā docēdo ſeniores lanuginē pueniré. Ita traditur Io
ſeph tricenarius regimē Aegypti ſuſcepiſſe, Dauid in ea ætate regnū ſuſcepiſſe, Ezechiel ſub Gene. 41
eodē tēpore prophetiā meruiſſe. Atq; vtinā idipſum hactenus quoq; in eccleſia eſſet obſer- 2. Regū. 5
uatū,quo ſeruato,fortaſſis eccleſia nō eatenus fuiſſet deformata,q̄ olim rectiſſime canit,vt ni- Ezech. 1.
ſi à vigeſimoquinto anno ſuæ ætatis leuitæ cōſecrarent,& à triceſimo presbyteri ordinarent
Recte quidē,vtpote,legē veterē imitata,q̄ niſi leuitas tabernaculo deſeruire patiebat ab anno diſt. 77. c. in veteri.
vigeſimoquinto. Sic & Chriſtus in anno triceſimo baptizari voluit,vt deinde presbyterum Nume. 8
ageret & doceret,vt circiter eā ætatē ſui ſacerdotes officio fungerent,& nō in ætate imperfe
ctiore. Iā vero obijcient Danielē & ſimiles vtcūq; pauciſſimos, vtpote, & Timotheū,quem Danie. 1
adoleſcentē Paulus appellat,q iuniores functi ſunt officio. Quibus ego reſponderim, Nō eſſe 1. Tim. 4
legē eccleſiæ,quod raro cōtingit,quū nec vnica hirundo ver faciat: Inſuper (vt leges habent) L. Nā ad
iura ad ea q̄ perraro cōtingunt nō aptant,nec ab ijs q̄ ſpecialiter fiunt aut cōcedunt,argumen ea ff. de le
tū ad alia trahit. Præterea attendant,quam paternè & ſolicitè apſus dicat Timotheo. Nemo gibus. L.
adoleſcentiā tuā cōtemnat,id aūt quis iunior ſacerdos vel p̄dicator p̄ſtat,quādo,vel apſo ibi- 1. ff. de con
dē teſte,fideliū eſt exēplo in verbo,in cōuerſatine,in charitate,in fide,& caſtitate, dūq; atten ſtitutiōibꝰ
dit lectioni,exhortationi,& doctrinæ. Sed quā nō hoc ipſum pleriq; noſtrū faciūt, dolenter
audio,nedū refero. Hinc velim plane ſeruandū ætatē Chriſti,qua baptizatus eſt anno trige-
P ſimo. Vel. ¶ Secūda,vt in ea ætate,q̄ cuncta peccata recipit,totā legē perficeret,ne qs diceret
Ideo legē ſoluit,qa eā cōſummare haud potuit,id q̄d lege ſeruata de eo,qui nō venerat ſolue- Matt. 5
Q re legē,dici deinde nō potuit. ¶ Tertia,vt oſtēderet ſpiritalē regenerationē viros parere per-
fectos ſecundū ſpiritalē ætatē (Euāgeliſta teſtāte) nō ex ſanguinibus,neq; ex volūtate carnis
R neq; ex volūtate viri,ſed ex deo naſcuntur. ¶ Quarta,vt intimaret myſteriū propter fidem. ſ. Johan. 1.
trinitatis,cuius noīe vnuſqſq; poſt ſe baptizandus foret,eo ipſo deinde dicente: Euntes er-
S go docete oēs gentes,baptizātes eos in noīe patris,& filij,& ſpūs ſancti. ¶ Quinta, ſenex ba Mat. 28
ptizari voluit,ne ſi iunior baptizaret,ſui gratia,id eſt,ob peccatū originale,quo nō erat con-
taminatus,baptizatus neceſſario crederet: q cū vtiq; nō erat properādū ſicuti nobiſcū, q vel

Digitized by Google

Pſal. 50 quālibet paruuli & infantes, ſumus baptizādi, ne in pctō originali, in q̄ (Dauide teſte) cōceptū
Johan. 3 & ex vtero nati ſumus, morientes regnū dei ingredi nō valeremus, Ipſe vero dn̄s Ieſus, quum
eſſet deus & hō ſine pctō cōceptus, nō propter ſe indigebat purgamine, cui nec differēti aliq̄d
periculū imminebat, q̄d vtiq; nobis p̄ſtō foret natis in corruptiōe, ſi incorruptiōis veſte in ba
ptiſmo nō eſſemus veſtiti ac induti, deinde trāſmigraturi. Id q̄d niſi cōfeſſi fuerimus, Chriſtū
Pſal. lxxi. Ieſum eē & verū deū & hominē negabimus, quē tn̄ (& recte & vere) hodie cōfeſſi ſunt, eiuſmo
Eſaiæ. 60 di eē, tres Magi ijdēq; reges. ¶ Qui procidētes adorauerūt eū, & aptis theſauris (iuxta prophe T
tæ oraculū) ei munera obtulerūt, aurū, thus, & myrrhā. Nō vtiq; caſu, ſed in magno myſterio
& teſtimonio fidei hæc & talia munera offerūt. Quid enī aliud ſignificabāt, q̄ Chriſtū eſſe ve
re ſapientē regē ipſo auro, q̄d regē decet, Deū aūt notabāt thure, q̄d in dei ſacrificiū olim po-
nebat, & nūc eodē ille venerat: Myrrha hominē arguebāt, ea quidē condiunt hoīes mortui,
quū & Chrūs puerulus moriturus eſſet pro ſalute hoīm. Recte igit tres illi Magi, ijdēq; reges,
procidētes adorarūt eū, & munera offerētes, ipſum deū eē & hominē, eundēq; regem cōfeſſi
ſunt. Sed qs illos hodie nō toto pectore obſtupeſcēs, appellet? V n̄ vobis hoc, o viri alienige
Lucæ. 23 næ? ¶ Vnde vobis tāta fides, quantā nō inuenio in Iſrael? Latro in cruce dicēs: Dn̄e cū vene- V
Mat. 27 ris in regnū tuū, memēto mei, Chriſtū regē, Centurio illū dei filiū & hominē ſimul cognouit,
Marc. 15 inquiēs poſt mortē illius: Verè filius dei erat iſte. Nec quidē adeo mirū, qm̄ tunc antea Chrūs
Lucæ. 23 miracula multa fecerat, à multis prædicatus, à multis adoratus fuerat. Vos vero Magi om-
Pſal. lxxi. nino alienigenæ de Saba & à finibus terræ veniētes, nullo adhuc edocti miraculo prociditis &
adoratis, munera offertis, q̄bus illū planè regē, deū & hominē cōfitemini. ¶ Quid igit o Ma- X
gi, q̄d facitis? Lactentē puerū adoratis in tuguriolo, in p̄ſepio poſitū, in vilibus pannis? Si deū
Pſalmo 10 adoratis, ergo illius (ſecundū prophetā) ſedes in cœlo. Quid eū vos q̄ritis in vili ſtabulo, ī ma
Pſal. 102 tris gremio? Quid aurū offertis, ergo rex eſt ille puerulus? Et vbi aula regia, vbi thronus, vbi
curia regalis, & aulicorū frequētia? Nunq̄d aula eſt ſtabulū, thronus p̄ſepe, curiæ frequētia Io
ſeph & Maria? Quæ vtiq; nō diademate fuerat coronata, nec in aureo lecto recumbens, q̄ vix
vnā habuit, nō ad ornamētū corporis, ſed ad tegumētū nuditatis tunicā: qualē habere potuit
carpētarij vxor peregre conſtituta. ¶ O mira, o ſtupēda fides. Nōne frēs timēdū erat, ne ſcā- Y
dalizarent viri iſti, & illuſos ſe crederēt, cū tāta indigna viderēt? Quādoq̄dē à regia ciuitate,
vbi regē q̄rendū cōiectabant, ad Bethlehē villā paruulā dirigunt. Ingrediunt ſtabulū, non ca-
ſtrū excelſum, inueniūt paruulū, inuolutū pannis, non vel ſericis vel aureis veſtibus, tantū tn̄
abeſt, vt illis ſordeat ſtabulū, vt pannis offendant, vt ſcādalizent lactētis infantia, vt etiā pro-
cidētes puerulū venerant muneribus vt verū regē, adorātq; vt verū deū. ¶ Nōne inſipiētes ho Z
die facti ſunt viri ſapiētes, vt adorēt paruulū deſpicabilē, tā ſua ætate, q̄ paupertate ſuorū? Vti-
1. Cor. 3 q; facti ſunt inſipiētes mūdo, vt fierēt ſapiētes deo, q̄s p̄docuit ſpūs, q̄d p̄dicauit deinde aplus:
Qui vult ſapiēs eē, ſtultus fiat, vt fiat ſapiēs: Qn̄quidem mūdus in ſapiētia ſua deū cognoſcere
nō poterat. Placuit enī deo p ſtultitiā ſaluos facere credētes. Quis autē hodie tantū eſſe pueru
Num. 24 lū docuit Magos? Hauddubie, q illos adduxit, ipſe & inſtruxit, & qui p ſtellā foris admonuit,
ipſe in occulto cordis edocuit. Sane qa illi regē cœleſtē, nō terrenū q̄rebāt, etſi nihil regale vi
debāt in eo, tn̄ ſolius ſtellæ teſtimonio cōtenti, gaudebāt oculi eorū cōtēptibilē puerū adſpice
re, qa ſpūs in cordibus eorū terribilē eū mōſtrabat. Vnde procidētes adorauerūt eū: Vidētes
hominē, agnoſcunt deū. O vera fides, eadēq; mirabilis. ¶ Atq; vtinā ea oībus ſit fides, & deus &
1. Tim. 6 aliquorū fidē adaugeat, quā vtiq; augebit, vbi cū Magis ab oriēte nō mō ſtellā ſequētes, ſed &
Pſal. 140 ſolē iuſtitiæ requirētes ad Bethlehē. i. in cor noſtrū deuotiōe ſyncera venerimus, ibiq; corā Ie
Galat. 5 ſu dn̄o nr̄o procidētes obtulerimus. Primo aurū. i. eius noīe abiecerimus huius mūdi ſubſtan
tiā, contēti q̄bus tegimur & nutrimur. Secūdo thus, q̄d offerimus, vbi oratiōes ex corde, quaſi
incēſum redolēs in cōſpectu dei deuote effuderimus. Tertio myrrhā, qn̄ carnis vitia p abſtinē
tiā mortificauerimus. Quicūq; enī ſunt Chri, inq̄t aplus, carnē ſuā cū vitijs & cōcupiſcentijs
crucifixerūt. Hæc enī noſtra oblatio hodie deſignata eſt in myſterio per Magos.

¶ HOMILIA. IX. DE EO QVOD SCRIPTVM EST Matthæi. 2 Surge & accipe puerum, & matrem eius, & vade in terram Iſrael, defuncti ſunt enim qui quærebant animam pueri. &c.

1. Cor. 12 SI (FRATRES CHARISSIMI) QVOD VERE PAVLVS A
Epheſi. 4. ſcribit, & ipm̄ quoq; natura p̄docet, atq; experiētia quotidiana, quū patit vnū
mēbrū, cōpatiunt oīa mēbra, & maxime ægrotante capite, cætera q̄q; mēbra
1. Cor. 4 recte omnia ægrotant, illi, perinde ei, vnde accipiunt ſuas vires omnes, condo
lentia & cōpatientia Quis non hodie ex animo condoleat dn̄o Ieſu Chriſto
capiti ſuo, vnde quicquid eſt & habet, deſcēdit, audiens quam ipſe tenellus adhuc puer, & nu-
perrime natus, mox ab exordio ſuæ natiuitatis tot, tātiſq; miſerijs & calamitatibus diuexat?

Ferreæ

Digitized by Google

Ferreæ nimis ſit oportet atq; lapideæ naturæ, q nō doleat audiens, qūo recedētibus Magis (de qbus cras aliqua dabimus) angelus dñi apparuerit in ſomnis Ioſeph, dicēs: Surge & accipe puer, & matrē eius, & fuge in Aegyptū, & eſto ibi vſquedū dicā tibi, futurū eſt em, vt Herodes qrat puer ad perdendū eū. Qui cōſurgēs, accepit puer & matrē eius nocte, & ſeceſſit in Aegyptū, & erat ibi vſq; ad obitū Herodis circiter ſeptē annos. Quo deinceps defuncto, Matt. 2

B rurſum angelus dñi apparuit in ſomnis Ioſeph in Aegypto, dicēs: Surge, & accipe puer, & matrē eius, & vade in terrā Iſrael, defuncti ſunt em̄ qui qrebāt animā pueri, &c. ¶Cogita hodie Chriſtiana aīa, an nō planè in hoc ipſo puerulo Ieſu ſit impletū, qd ipſe olim p prophetā dixit, inquiēs: Pauper ſum ego, & in laboribus à iuuētute mea. Hoc profecto verū eſſe inuenies, vbi hodie tecū pœnitius cogitaueris, quāta fuerit Ioſeph tribulatio, & Mariæ anguſtia, quū viderūt puer Ieſum ad occiſionē qri. Proptereaq; admoniti, vt irent ex patria in Aegyptū, in terrā, dico, & longinquā & horridā, quā & ignorabāt, qs & ire p aſperas vias oportebat, vtpote, minus ad peregrinationē idoneos. Siquidē inabilis Maria propter iuuentutē, Ioſeph propter ſenectutē, puer, quē habebāt, portare propter teneritudinē. Et quidē maxime, quū eſſent profecturi p horrendū illud deſertū, quo filij Iſrael trāſierunt, in eoq; quadraginta Psal. 87

C annis pſeuerarunt. Regio oīm inopia laborās, plenū ſerpētibus & vermibus venenoſis. ¶Cogita hodie quātus & patri & matri adeoq; puero ipſi labor eē potuerit atq; timor: Quæ cōſolatio matri, quū puella adhuc delicata, q & nuper de partu ſurrexerat, in terrā longinquā per vias aſperas, & incognitas, & latronibus, & inimicis plenas, cogebat fugere, qn puer tenellū ſic per vias longas circūferre ppellebat, & inter Idolatras Aegyptiacos circiter ſeptē annos manere: Et hoc eſt qd & Euāgeliſta ait, eos de nocte diſceſſiſſe: vtiq; vt & Herodis furorem & Exod. 16 Nume. 14 Deut. 29 Plin. lib. 5 ca. 9 Esaie. 19 Iuuenal saty. 15

D proditorū inſidias tutius declinarēt. ¶Nec eſt, qd quiſpiā neget illos nō potuiſſe propterea fuiſſe mœſtos aut tribulatos, quū diuinā habuerint reuelationē. Quādoquidē dixerim, illos pro

E pter hoc nō debuiſſe obmittere, quod poterāt facere ſecundū naturā humanā. ¶At demirās hauddubie qris, quū teſtimonio oīm ſcripturarū & miraculorū, q deinde operatus eſt, hic puer Ieſus dei Max. filius, ideoq; verus deus & hō fuerit, quur tātopere tyrānū Herodē cæterosq; inimicos ſuos timuerit, vt & aufugerit peregrinus & quidē in Aegyptū. Qūo filius dei an hominē fugit: Aut qs liberet de inimicis, ſi & ipſe inimicos timet: Quur itaq; timet, quur pere-

F grinus fugit, quur in Aegyptū: ¶Ad primū reſpōdeo, Timuit Chrs vt hō, nō vt deus. Qui em̄ naturā humanā ſuſceperat, neceſſum habebat, vt regulā humanæ naturæ, quā ſuſceperat, conſeruaret in oībus, & quidē hac in parte, qa & humanæ naturæ puerilitati cōuenit, timere poteſtatē minantē. Et hoc eſt qd de illo apſus ſcribit, inquiēs: Qui æqualis deo ſemetipſum exinaniuit, formā ſerui accipiēs, in ſimilitudinē hominū factus, & habitu inuētus vt hō. ¶Ad ſe- Philip. 2

G cundū reſpōdeo. ¶Primo Chriſtū ideo peregrinatū eē, & quidē mox à principio vitæ ſuæ fugiſſe, vt impleret ſcripturā, q eū fore peregrinū oſtēderat, inquiēs: Tibi peccauimus, expectatio Iſrael in tpe tribulatiōis, qre futurus es ſicut colonus in terra, & qſi viator declinās ad manēdū. Et rurſus ipſe p ſcripturā: Extraneus factus ſum fratribus meis, & peregrinus filijs matris Hiere. 14 Psal. 68

H meæ. ¶Secundo fugit vt peregrinus propter nos: nimirū, vt hac ſua in terris māſionū irrequieta mutabilitate, nos filios Adā exules & vagos, extraneos à cœli ciuibus factos, & peregrinos à filijs cœleſtis Hieruſalē, q ſurſum eſt, matris nřæ, eò rurſus reduceret, & in cœleſtiū manſionū ſtabilitate firmaret. Hinc Paulus: Scitis em̄ (inqt) grām dñi nři Ieſu Chriſti, qm̄ propter nos egenus factus eſt, cū eſſet diues, vt illius inopia vos diuites eſſetis. Id qd & ipſe cōqueritur aliàs: Vulpes (inquiēs) foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autē hoīs nō habet, vbi ca- Genes. 3 Galat. 4 2. Cor. 8 Matt. 8

I put ſuū reclinet. ¶Tertio peregrinatus eſt, fugiē, vt nos admoneret nři exilij, nřæq; peregrinationis in hac terra, & admoniti eſſemus patiētes in aduerſis, q iuxta atq; proſpera æquo aīo ſuſtineremus, & ipſe ex hac Aegypto (q eſt locus tenebrarū & anguſtiæ atq; tribulatiōis, &c. qua pſens mundus, q eiuſmodi eſt, ſignificat) cū eo, adeoq; cū Ioſeph & Maria redire poſſemus ad illā verā terrā Iſrael, q eſt ſupna Hieruſalē. Et hoc eſt qd iterū ait apſus: Exeamus igit ad eū extra caſtra, improperiū eius portātes. Nō em̄ habemus hic manētē ciuitatē, ſed futurā inquirimus. Et alibi: Habemus quidē domū nō manufactā, ſed æternā in cœlis. Audiētes igit & ſciētes, qm̄ dū ſumus in hoc corpore, peregrinamur à dño. Audiemus autē & bonā voluntatem habemus, magis peregrinari à corpore, & pſentes eē ad dñm. Igit fratres chariſſimi, nō grauabimur peregrini in hac Aegypto tenebrarū & tribulatiōis ſufferre aduerſa, quū & Chrūs cum ſua ſanctiſſima matre hæc ipſa ſuſtinuerit, imò ſimus memores, q hic ſemp aduerſa proſperis & proſpera aduerſis miſceant, finitq; deus ſemp ſuos pſecutionibus, q pie inibi viuere volunt, vexari: Qui tamē illos vbiq; & ſemp dignatur conſolari, vt ipſe per angelum eſt cōſolatus: argumēto vtiq;, ne in conſolationibus & proſperis extollamur, nec in tribulationibus frangamur: qui quidē pius & miſericors nobis dat conſolationē ad ſpem ſubleuandam ne deficiamus, & tribulationē ad humilitatem conſeruādam, vt cognoſcentes noſtram miſeriā, ſemp in Luce. 9 Galat. 4 Hebre. 13 2. Cor. 5 Iob. 14 2. Tim. 3

Digitized by Google

eius timore ſtemus, minime impatientes & turbati, quum tribulati fuerimus in hac Aegypto
quaſi nobis debeat largiri priuilegium, quod ille nec ſibi nec matri tribuit, qui propterea pe-
regrinus factus eſt, & tribulatus, vt nobis exemplo eſſet, quod imitaremur indeficientes. Qui
& ideo. ¶ Quarto fugit, nõ vt deus, ſed vt homo Herodẽ miſeꝝ, qui refugiũ eſt omniũ, & illi- K
Matt. 4 us cedit furori, non quod timeat deus faciem perſequutoris, cui angeli miniſtrant, & qui ho-
Mat. 26 ſtẽ nutu perdere poterat, ſed vt bonus magiſter nos ſuos diſcipulos inſtruat, nobis exemplũ
relinquens, vt & aduerſantibus vel perſequentibus nõ reſiſteremus, nec de ipſis vindictã ex-
peteremus, ſed patienter expectaremus, furoriq́; ipſoꝝ cederemus, futuꝝ quidem, defunctis,
qui quærerẽt animã noſtrã, illis rediremus. Et hoc eſt, quod idẽ puer poſtea vir factus docu-
Matt. 10 it, dicens: Cum autẽ perſequentur vos in ciuitate iſta, fugite in aliam. Id quod ipſe vir deinde
aliquoties fecit, Iudæoꝝ furori cedens, quẽ & inter cæteros apoſtolos ſequutus eſt Paulus, qui
Actoꝝ. 13 cũ propter ſeipſum videret Iudæos concitare religioſas mulieres & primos ciuitatis in ſe, ex-
cuſſo puluere pedũ, diſceſſit Iconium. Idemq́; alibi, ne eſſet ſeditionis propter Euangeliũ ex-
Actoꝝ. 19 citandæ obnoxius, ab Epheſo diuertit aliò. ¶ Et vtinam hac in parte ſaltem pſeudoapoſtoli L
noſtri tẽporis, ſequerentur Chriſti exemplum, qui nunc non aliam ob cauſam demorantur,
quã vt tumultus excitent, impatientiſſimi & ſuperbiſſimi, minime Chriſtũ ſequentes, qui (vt-
2. Coꝛ. 6 cunq; nulla poſſit eſſe Belial cũ Chriſto comparatio) hodie fugit Herodem, verũ eccleſiæ ho-
ſtem, vt daret exemplũ ſuis, vt & ipſi vel boni paſtores fugerent, maxime cum fuga videretur M
prodeſſe eccleſiæ. ¶ Sane quod dominus, ne occideretur, ſublatus eſt in Aegyptũ, ſignificat
electos ſæpe maloꝝ improbitate ſuis è ſedibus effugandos, vel etiam exilio damnãdos, quos
ad patientiã & ſpem hortatur in hoc, quoniã futurum ſit aliquando, vt ipſi ſurgant cũ Ioſeph
& Maria, & veniant ad terrã Iſrael, vtpote defunctis ijs, qui eos ſunt perſequuti, eorumq́; ani-
mam quæſierũt. Quòd eñ occiſis pro dño pueris, Herodes & alij aduerſarij non longe poſt
obierint, & ideoq; Ioſeph dominũ cum matre reduxerit, arguit omnes perſequutiones, quæ
contra eccleſiam erant mouendæ, perſequutoꝝ morte vindicandas, & pacẽ eccleſiæ denuo
reddendam, & ſanctos qui latuerant, ad ſua loca reuerſuros, & qui prius cũ Herode propter
Mala. 4 Chriſtũ erant quaſi cũ omni Hieruſalem inuidia turbati & permoti, ſopita inuidiæ flãma fidẽ
eſſent veritatis accepturi. Sic nimirum Enoch & Helia prædicantibus Iudæi olim, depoſita
Joſe. lib. 2 cap. 8 inuidia, fidẽ veritatis ſuſcipient. Sic etiamnũ Moyſes, quũ iam poſt Aethiopicam victoriam
per ſucceſſionẽ regni indipiſcẽdi futurus crederetur dux atq; rex, repente fit ex duce exul, &
ex ſucceſſore infeſtiſſimus, ſoceriq́; ouiũ paſtor. Qui tamen nuper ſeruiebat, qui oues verſa-
bat, prouidentia deinde diuina ſexcentis hominum millibus præficitur. Et qui vni Raguelĩ
erat notus apud oẽs, omnibus fit gentibus illuſtris, & demũ qui ſuæ libertatis erat indigens fit
2. Reg. 13 & deinde. alienæ adſertor. Sic quoq; Dauid rex ab exilio in regnũ vocatus eſt. Idemq́; regio deturbatus
ſolio, iteꝝ fit exul. Eiecto & extorri, ac ſibiipſi diffidenti, eadẽ diuina prouidentia diadema
reſtituit. Sic ſane ſperauerim eos, quos impius Herodes (talem autẽ iudico vnamquãq; impiã
poteſtatẽ cum ſubiectis ei, vt ſit, in impietate adhærẽtibus, quæ Chriſti religionẽ nititur ſup-
primere, eaq́; de cauſa illos qui eius ſunt, vel proſcribit vel opprimit) in Aegyptũ, id eſt, in ex
iliũ propulit, aliquando cũ Ieſu atq; matre eius & Ioſeph in proprias ſedes reuerſuros, vtiq; de
functis illis, qui animas eoꝝ quæſierunt. ¶ Quod tũ certo futuꝝ cõfido, vbi illi expulſi in Ae- N
gypto patiẽter degerint, pœnitentiã pro delictis, quoꝝ forte cauſa in Aegyptũ, deo permit-
tente, coacti ſunt, agẽtes, quam à Chriſto inibi obtinere indulgentiã nõ diffidãt, quandoqui-
dẽ ille, cuius pſtabilis eſt ſup malitiã miſericordia, recordatus ſit (qui non in finẽ iraſcitur) q̃ta
Jobel. 2 mala fecerit ſup Aegyptũ, ideo miſit filiũ ſuũ in eã, & dedit illi magnæ reconciliationis ſignũ
Pſal. 102 vt decẽ plagas Aegypti, vna medicina ſanaret, vt populus q antea fuerat pſequutor populĩ
Eſaiæ. 57 primogeniti, cuſtos fieret filij vnigeniti, vt q illi violẽter dominati ſunt, iſti cũ deuotione ſer-
uirent, vt iã non irent ad mare rubrũ demergendi, ſed vocarẽtur ad aquas baptiſmatis. ¶ Cæ- O
terũ, fratres in dño dilectiſſimi, qa nos oẽs à ſuperna Hieruſalẽ in hanc mundi tenebroſi pecca
tis Aegyptũ, coacti ſumus, operã, obſecro, demus, vt defunctis, qui nos pdere conabant, cum
Ieſu atq; Maria redeamus ad eã Hieruſalẽ, ad verã terram Iſrael. Id quod fiet, quando (vt di-
ximus) Chriſti exẽplo, huius mundi tribulationes & anguſtias noĩe Ieſu conſtanter & patien
ter ſuſtinuerimus, memores, hmõi pturbationes eſſe inſeparabiles virtutum comites, nec nos
aliter q̃ per illas ad terrã Iſrael poſſe reuerti cũ Ieſu, quũ & ipſe p paſſionem amaram in gloriã
intrauerit ſuam, vtiq;, vt nobis exemplum relinqueret, quod ſequeremur, qui & nobis in exẽ-
plum ante faciẽ Herodis fugit, non quia mortẽ timeret, ſed vt tempore congruo ſuſtineret.
Lucæ. 24 Haud quidẽ fugit mortẽ, qui mori venerat, nec inſidias expauit, qui inſidias & verſutias diabo
boli aperire venerat. Atq; vtinam ille domini angelus ad vnumquẽq; noſtrum ſit dicturus,
Surge, accipe puerum & matrẽ eius, & vade in terram Iſrael, defuncti enim ſunt, qui quære-
bant animam pueri.

Homilia

Digitized by Google

¶HOMILIA. X. DE EO QVOD SCRIPTVM EST Lucæ.2.
Neſciebatis, quia in ijs, quæ patris mei ſunt, oportet me eſſe, &c.

Dominica infra octauas Epiphanie.

A QVI SIMPLICITER HACTENVS DIXERVNT,
ſufficere ad ſalutē æternam conſequendā, vt credamus Chriſtum
pro peccatis noſtris mortuū, proꝗ illis tam præteritis & præſenti-
bus q̄ & futuris ita eū ſatisfeciſſe, vt penitus nihil à nobis bonarum
operationū ipſe exigat, nec opus eſſe pro ijs, quæ poſt baptiſmum
quotidie peccauimus, aliqua pœnitentia, in deū ipſum optimum,
adeoꝗ in eius iuſtitiam plane ſunt impij atꝗ iniurij & blaſphemi
quiꝗ illius ineffabilē miſericordiam & bonitatē plane peruertunt
in quandā iniquā licentiā peccandi, contra omnē omniū ſcriptura-
rum veritatē. Qui (proculdubio) de numero ſunt iſtoꝝ, qui (aplo te Titum.1.
ſte) confitētur ſe noſſe deū. ſ. verbis inanibus ipſum confitendo, factis aūt negant, cū ſint abo
minabiles, incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi. Vtiꝗ ſi crederēt in Chriſtū, in eoꝗ 1.Johan.2
manerent, deberēt (vt Iohannes ſcribit) ſicut ille ambulauit, & ipſi ambulare. Quos (ſi modo
doceri à nobis paruulis non dedignātur) ſcire velim, nos peccato primoꝝ parentū ita (Aplo Roma.5
teſte) oēs peccaſſe, vt, iuſtitia dei Max. cenſente, per eos & ipſi omnes facti ſumus morti æter
næ obnoxij, nec ab aliquo hoīe vnq̄ redimendi, quū qui aliū debuerat à morte redimere, ne-
ceſſum fuerit, vt is à peccato eſſet liber, cuiuſmodi non erat reperibilis: quandoquidē oēs decli Pſalm.13
narant, factiꝗ erant inutiles, nec erat qui faceret bonū: vtpote quū oīs caro ita viam ſuā ſuper Roma.3
terrā corruperat, vt iam oīno in vanitate ſenſus ſui ambularet, tenebriſꝗ obſcuratū haberet Geneſ.6
intellectū, vt à dei veritate alienatus, propter denſas ipſius tenebras, deum neꝗ agnoſcere de- Ephes.4
nuo poſſet, nec ſine diuino lumine ad illius veritatē peruenire. Quos cū pater ille omnipotens
oculis ſuæ diuinæ bonitatis atꝗ miſericordiæ in tenebris & in vmbra mortis ſedētes adſpexit
motus ineffabili ſua pietate ſuū illū vnigenitū ab æterno filiū incarnari ſine virili ſemine, & ſic
abſꝗ omni macula ꝓcurauit, vt natus deīde ſua hūanitate illos exēplo vitæ ac doctrinis ſan-
ctioribus in via ſalutis & felicitatis æternæ cōſequēdę illuminaret, & illuminatos patriꝗ recō
ciliatos ſuaꝗ tandē innocentiſſima morte redemptos à morte æterna, ad vitā æternā perdu-
ceret. Igitur adueniente tēpore plenitudinis, de quo hactenus multa diximus, hoc ipſum to- Galat.4
tū, q̄tum ad ſe Chriſtus dn̄s implere ſtuduit, qui nos, adhibita baptiſmatis arra, à prioribus de
lictis, q̄bus ante baptiſmū detinebamur, liberauit, deindeꝗ ſua ſanctiſſima vita, quæ lux erat Johan.1.
hominū, & ſalutari eruditione, è tenebris peccatoꝝ, ad ſemitam veræ vitæ reduxit, & q̄uo &
quo ſit eundē quaſi ſplendiſſimo lumine cōmonſtrauit, inquiēs: Exemplū dedi vobis, vt quē- Johan.13
admodū ego feci, ita & vos faciatis. Ego em̄ q̄diu ſum in mundo, lux ſum mūdi, qui ſequitur
me. ſ. bonis virtutibus & moribus, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ ſcilicet, & Johan.8
huius & futuræ. Et hoc eſt, quod dudū propheta de ſalutari illius natiuitate ꝓconcinuit, di-
B cens: Populus gentiū, qui ambulauit in tenebris, vidit lucē magnā, habitātibus in regione vm Eſaiæ.9
bræ mortis, lux orta eſt eis. ¶Vnde ſubſequitur, qui vitā æternā ingredi voluerit, eſſeꝗ ꝑpe-
tuo felix, neceſſum eſt credat, primo Chriſtū dei æterni ab æterno filiū eſſe naturalē, propter-
ꝗ nos veniſſe, vt nos ſua humanitate à prioribus delictis redimeret, idēꝗ ꝑdoceret quomo-
do deinde peccata declinaremus, ne eſſemus rurſum in eandē pœnā, qua prius detinebamur,
caſuri. Secundo nos nō aliter ſaluatū iri, niſi ea, quæ nos facere docuit, ſeruaremus, id eſt, ſi nō Matt.19
peccaremus denuo, q̄bus alioqui poſteriora eſſent prioribus peiora, eo ipſo aliàs dicente. Si Lucæ.10
vis ingredi vitā, ſerua mandata. Et rurſus: Hoc fac & viues. Quē ſubſequitur Petrus, inquiens 2.Petri.1.
Cui em̄ nō præſtò ſunt hæc, ſcilicet bona opera, vtpote, virtus, ſcientia, patientia, pietas, abſti
nētia, charitas, hocꝗ genus alia, cæcus eſt, & manu tentans, obliuionē accipiens purgationis
veteꝝ ſuoꝝ delictoꝝ. Quapropter fratres magis ſatagite, vt per bona opa certā veſtrā voca-
tionē & electionē faciatis. Idē iteꝝ. Si em̄ refugientes coinquinatiōes mūdi in cognitiōe dn̄i 2.Petri.2
nr̄i ſaluatoris Ieſu Chr̄i, his rurſus implicati, facta ſunt eis poſteriora prioribus deteriora. Me
lius em̄ erat illis non agnoſcere viā iuſtitiæ, q̄ poſt agnitionē retrorſum conuerti ab eo, quod
illis traditū eſt, ſancto mandato. Conemur itaꝗ fratres chariſſimi, ſi ſalui ꝑpetuo eſſe volue-
rimus nō modo q̄ nos docuit audire, ſed & ſeruare, nec ipſum verbis cōfiteri, ſed factis imita-
C ri pariter, & ita vt ipſe ambulare, ne reprobi ſimus. ¶Cæteꝝ, q̄d poſt fidē ipſam in primis chri
ſtiano ſit faciendū, & quidē mox à principio adeptæ rationis & intelligētiæ, ipſe idē Chriſtus
Ieſus, dn̄s & vnicus magiſter noſter, adhuc puer duodecim natus annos hodie primo ſuo, q̊d
literis mandatum eſt, verbo, euidenter arguit, ad matrem ſuam atꝗ patrem dicens. Neſcieba
tis, quia in ijs quæ patris mei ſunt, oportet me eſſe. Quo quidem verbo vſqueadeo profundo

 & diuino,

& diuino, vt illi nõ intelligerẽt, qd ſibi vellẽt, docet ¶Primo opus eẽ ad æternã ſalutẽ, vt pri- D
Deute. 6 mo deũ colamus & timeamus, haud ſecus atq; vnicũ noſtrũ creatorẽ, patrẽ & ſaluatorem, ita
enĩ fiet, vt nihil nobis deficiet. Sic alibi Moyſes ait: Præcepit nobis dñs, vt faciam⁹ oĩa legiti-
ma hæc, & timeam⁹ dñm deũ noſtrũ, vt bene ſit nobis cũctis diebus vitę nřæ. Timere aũt deũ
Tobię. 4 illũq; colere, eſt illius amore, & ne in eius ĩdignationẽ ĩcidamus, pctã declinare, & eius mãdatis
inhærere. Hinc Tobias ille venerãdus ſenex, paulopoſt mori ſe arbitrãs in teſtimẽto ad To-
biã filiũ ait. Oĩbus aũt diebus vitæ tuæ, in mẽte habeto deũ, & caue ne aliqñ pctõ cõſentias, &
ꝑtermittas ꝑcepta dei nři. Et noli timere, fili mi, pauperẽ quidẽ vitã gerimus, ſed multa bona
Eſaiæ. 56 habebimus, ſi timuerimus deũ, & receſſerimus ab omni pctõ, & fecerimus bñ. ¶ Secũdo do- E
Matt. 21 cet ad cultũ dei & ad eius pertinere timorẽ, ipſius domũ, qđ oratiõis eſt tẽplũ, cõgruo ꝑſertim
Johan. 2 tẽpore viſitare, ibiq; inter alia q̃ dei ſunt, cũ puero Ieſu diligẽter audire. Sic deus alibi ad Moy
ſen: Cõgrega (inqt) ad me populũ, vt audiãt ſermões meos, & diſcãt timere me omni tpe quo
Deute. 4 viuũt in terra, doceãtq; filios ſuos. Id ꝑceptũ Maria & Ioſeph ſequẽtes, ſecũdũ cõſuetudinem
dieꝝ feſtoꝝ, q annuatim agebanť, Hieroſolymis tẽplũ petebãt, & cũ ĳs hodie Ieſus adhuc pu
erulus eſt profectus, pueris vtiq; oĩbus ad bene beateq; viuendũ exẽplo: quippe, cuius vita eſt
abſolutiſſima virtutis idea. Nec fuit vnq̃ in illo, nec potuit eſſe tãta indoles, vt ſtudio ſapiẽtiæ
& cœleſtiũ reꝝ cura, puer parẽtes reliquerit, matre, cui chariſſimus fuit, propinquoꝝq; comi
tatu relicto, triduo requiſitus, nõ in pueroꝝ cœtibus, ſed in ſapientũ viroꝝ cõſeſſu, nõ puerili
intẽtus luſui, ſed diuinaꝝ reꝝ diſceptationi, nõ in prophano, ſed auguſtimo eſt tẽplo repertus
teſtatus oportere ſe nõ in ĳs eſſe, quæ hominũ ſint, ſed q̃ ſui (qui ſe in terrã miſit) patris. Atque
vtinã hoc ſanctiſſimũ Ieſu ſeruatoris nři exẽplũ veſtri pueri imitarenť, vel ipſi eos perinde ad
Geneſ. 8 malũ proniores pĳs admonitionibus & caſtigationibus eò (vt parẽtes decet) mox à pueritia
Proue 22 cogeretis, memores, ſenſum hoĩm & cogitationẽ humani cordis ab adoleſcẽtia prona eſſe ad
Thren. 3 malũ. Et adoleſcentẽ (Salomone teſte) ire à via ſua, & cũ ſenuerit, nõ recedere ab ea: Proinde
Eccleſi. 7 q; bonũ eſſe viro, cũ portauerit iugũ dñi ab adoleſcentia q alioqui à malo duriter & difficul-
ter retrahi poterit. Ad quod hortatur ſcriptura, dicens: Filĳ tibi ſunt, erudi illos, & curua il
Proue. 23 los à pueritia eoꝝ. Et rurſus: Noli ſubtrahere à puero diſciplinã. Si ꝑcuſſeris eũ virga nõ mo
Lucæ. 23 rietur, tu virga percutis eũ, & animã eius de inferno liberabis, Imò nõ modo ipſum, ſed ſe q̃q;
parentes ab inferis liberant, quò aliàs vnà cum filĳs ſint certo peruenturi, dño quaſi in figura
aliàs dicente: Filiæ Hieruſalẽ nolite flere ſuper me, ſed ſuper vos & filios veſtros, vtpote qui
1. Regũ. 4 temporales patior pœnas, ipſi vero, qui nunc inílioꝝ correctione negligenter agitis, vnà
cum filĳs veſtris in perpetuis tormẽtis lugebitis. Sic aliàs, quia Heli, vir alioqui nõ malus, fi-
lios ſuos in timore dñi non tenuerat: & quos nouerat indigne agere, nõ corripuerat, illis pri-
mo mortuis, cecidit de ſella retrorſum iuxta oſtiũ, & fractis ceruicibus, mortuus eſt. Argumẽ
to nimiꝝ, vt in primis parentes retrahant filios à malo ad bonum. ¶Et ſic tertio hodie docet
Chriſtus, vt filĳ parentibus humiliter obediant, quum ipſe deus, rex, & dominus ſuis parenti- F
Coloſſ. 3 bus obedierit. Et quare? Quia præceptum eſt pœnæ & promiſſionis pariter. Hinc apoſto-
Epheſ. 5 lus: Filĳ obedite parentibus per omnia, hoc enĩ placitum eſt in dño, & iuſtum eſt. Honora pa
trem tuũ & matrem tuam, quod eſt mandatum primũ in promiſſione, vt bene ſit tibi, & ſis lõ
gæuus ſuper terram. De inobediente autẽ filio aliàs dicit ſcriptura: Si genuerit homo filium
Exod. 20 contumacẽ & proteruum, qui non audierit patris ac matris imperiũ, & coercitus obedire cõ
Deute. 21 tempſerit, apprehẽdent eum, & ducẽt eum ad ſeniores ciuitatis illius, & ad portã iudicĳ, di-
centq; ad eos. Filius noſter iſte proteruus & contumax eſt, monita noſtra audire contẽnit, co
meſſationibus vacat & luxuriæ atq; conuiuĳs, lapidibus eũ obruet populus ciuitatis, & mo-
rietur, vt auferatis malũ de medio veſtri, vt vniuerſus Iſael audiẽs pertimeſcat. Ex ĳs attẽdãt
Tit. 1. pſeudoapoſtoli & apoſtatæ noſtri tpis quã male mereanť, quoꝝ impĳs ꝑdicatiõibus filĳ nũc
L. 16. pſua pleriq; oẽs ſuis parẽtibus redduntinobedientes, q (vt ſunt olim ab aplo notati) certe præ filĳs
dere. ff. de lapidãdi eſſent, quũ vel legibus imperatoꝝ caueatur, eũ, qui malũ perſuadet, cũ malũ faciente
ſeruo cor. plectendũ. Atqui iuſto dei iudicio crediderim nunc magiſtratus pleroſq; obcæcari, qui non,
L. conſilĳ quod rationi aduerſatur, animaduertunt. ¶Quare docet Chriſtus hodie eatenus eſſe obedien G
ff. de reg. dum parentibus, quatenus interim propter hoĩes parẽtes nõ obmittunť, quæ dei ſunt, q̃ vtiq;
iur. oĩbus ſunt humanis longe ꝑponẽda rebus. Siquidẽ (Petro teſte) deo magis oporteat obedire
Actoꝝ. 5 q̃ hoĩbus. Ne ille, quod olim Adamo, dicat. Pro eo, ꝙ obediſti voci tuæ vxoris plus q̃ meæ,
Geneſ. 3 maledicta terra in opere tuo. Debẽt enĩ filĳ ita parẽtes amare, vt præ illis deũ amẽt, illumq;
ſemp præferãt vti ſummũ parentẽ. Qui enĩ (inquit Chriſtus) amat patrem aut matrem plus q̃
Matt. 10 me, non eſt me dignus. Sic ad eum qui alibi prius volebat ſepelire patrẽ, deinde ſequuturus,
Marci. 8 dictum eſt. Sine mortuos ſepelire mortuos, tu me ſequere. Sic quoties filius à diuino cultu à
parẽtibus, vt fieri aliqñ ſolet, retrahitur, cũ Ieſu hodie reſpondeat. Neſcitis, ꝙ oporteat me eẽ
in ĳs quæ patris mei ſunt? Quo quidem verbo perinde firmiſſimo ſcuto & gladio recte quis

vtetur

Digitized by Google

vtetur contra quemcunq; qui ipſum à virtutibus ad vitia ſolicitat, vtpote dicat aliquis, vel
etiam ipſe Cacodæmon vel mundus vel caro ſuggerat malũ, inquiens: Veni fruamur bonis,
quæ ſunt, ædamus, bibamus, poſt mortem nulla voluptas. Reſpondeat: Neſcis, quia in ijs &
cætera. Quod ſi forte adhuc perſiſtat tentator adeò, vt poſſis cum Apl'o ter dñm rogare, vt 2. Cor. 12
diſcedat à te angelus ſatanæ, te colaphizans. Adde demũ Chriſti in cruce verbũ, dicens: In ma Lucæ. 23
nus tuas commendo ſpiritũ meũ. Quaſi diceret: Licet ſciam me in negotijs patris mei eſſe de-
bere, infirmus tamen ſum ad reſiſtendum impugnatoribus, ideo in manus tuæ potentiæ, cui
reſiſtere nihil poteſt, commendo ſpiritũ meũ, vt tuo iuuamine, tua gratia, tua defenſione mu-
nitus, vicere poſſim aduerſa, & in ijs, quæ tua ſunt, ſemper manere. Quod ſi dat mihi aliqñ vin
cere, nõ mihi dñe, ſed nomini tuo ſit gloria, & ne ſpũs meus in ſuperbiam efferat, etiam modo
& ſemper in manus tuas commendo ſpiritum meum.

HOMILIA VNDECIMA, DE EO QVOD SCRIPTVM EST, Iohannis. 2. Implete hydrias aqua, & cætera.

Dominica pꝛima poſt octauas Epyphanie.

A QVIBVS ET QVANTIS SCRIPTVRARVM LO-
cis & rationibus anno ſuperiore ſacroſanctum huius diei euangeliũ
tractant antes, matrimonimoniũ eſſe eccleſię ſacramentũ adſtruxeri
mus, non eſt, vt hodie repetamus, & quidem maximè (deo gratias)
quod q̃ tũ diximus, ita veritate ſuffulta fuiſſe intelligimus, vt nullus
hæreticoꝝ vel tantillum hactenus ex eis infringere potuerit: nec mi
rum qdem, quando ſcripturæ veritatem continuerint, cui non eſt
contradicendũ: Imò cui fortiſſimæ perinde rei nemo queat reſiſtere
iuxta ſcripturam, dicentem: Super oĩa aũt vincit veritas. Ea igit de Eccle. 4
B re in præſentia ſilentes. ¶Primo, duxerimus admonendos ſimpli- 2. Eſdre. 3
ciores. Ideo Chriſtũ dñm humanas hodie nuptias honorare voluiſſe ſua & matris præſentia Mat. 9
& illic initiũ ſignoꝝ facere, vt ſe veꝝ & ſpũalem eccleſiæ ſuæ ſponſum oſtenderet, nuptiasq́ Mar. 2.
bonas eſſe ſimul monſtraret, qbus alioqui non interfuiſſet, vtpote quas à principio etiam de-
us voluerit in paradyſo inſtituere, nimiꝝ ad prolis procreationẽ, dicens: Creſcite & multipli- Gene. 2
camini. Oſtendens (inquam) aperto, nuptias eſſe ad legitimam generis humani propagatio-
nem à ſe inſtitutas, easq́ eſſe legitimas, quũ non voluptas virum & mulierem coniungit, ſed
deus. Deus vero coniũgit, quando trahunt deſiderio voluntatis dei, legisq́ diuinæ implendæ
poſitæ ad ſuſcipiendam prolem, quæ ſubinde deũ agnoſcat, cuius ordinatõe ſuſcepta fuerat,
legemq́ & voluntatem eius ſimiliter obſeruet, & cuſtodiat. Nec debent nuptiæ eẽ luxurioſæ
illecebroſæ, ac voluptuoſæ, nec libidinoſum illic matrimonij opus eſſe debet, ſed puꝝ & caſtũ
Cuius qdẽ argumẽto hodie nuptijs adfuit virginitas, q̃ ẽ mr̃ Ieſu, ad illas vocata, & ipſe Ieſus, q
eſt ĩmaculatus totius naturę nr̃æ ſpõſus, q (teſte ſcriptura) tanq̃ ſpõſus ꝓceſſit de thalamo ſuo. Pſal. 18
Adfuerũt & ideo illic poſitæ ſex hydriæ lapideæ ſcd̃m purificationẽ Iudæoꝝ, qb' illi ad nuptias
vocati lauabant. Nõ enim Iudæi niſi loti & purificati in nuptijs diſcũbere ſolebãt. Vtiq; in ſpi
rituale argumentũ, oportere matrimoniũ, q̃d legitimis contrahit nuptijs, eſſe caſtũ, & à car-
nali libidine alienũ. Et hoc eſt, quod Aplus ait: Hæc eſt enĩ voluntas dei, ſanctificatio veſtra, 1. Theſ. 4.
vt abſtineatis vos à fornicatõe, vt ſciat vnuſquiſq; veſtrũ vas ſuũ poſſidere in ſanctificatione, Ephe. 5.
& honore, non in paſſione deſiderij, ſicut & gentes quæ ignorant deũ. Vindex eſt de omnibus
ijs deus, q non vocauit nos in immunditiam, ſed in ſanctificationẽ. Et rurſus: Honorabile con Hebr. 13
nubiũ in omnibus, & thorus immaculatus. Et hæc breuiter prælibauimus in ædificarionem
eorum, qui minus norunt, quibus matrimonium legibus atq; terminis contineatur, & contra
eos, qui tot næuis atq; exceſſibus hoc ipſum ſanctum eccleſiæ ſacramentum defœdare haud
erubeſcunt, quos anno ſuperiore ſat, vt oportuit, redarguimus.
C ¶Cæteꝝ qa ſancti euangelij lectio ad literam ſatis perſpicua eſt, nec ſuperuacanea indigeat
expoſitõe, in rem eſſe putamus, vt ſpm̃ ſub litera diligentius quęramus. Sanè, in operibus dñi
minus capaces (vt & Paulus alibi ſubindicat) animos exterior conſideratio poſcit, q vero ma- Heb. 5
gis habent exercitatos ſenſus ſolidiorẽ intus cibũ inueniũt & ſuauiorẽ, tanq̃ adipẽ medullamq́
frumẽti. Sũt enĩ & exteriora ſpecie delectabilia, & ĩteriore virtute multo delectabiliora: quẽ-
admodũ & ipſe exterius qdem ſpecioſus erat forma præ filijs hoĩm, interius aũt tanq̃ cãdor lu Pſal. 44
cis æternę: etiam ipſis ſupeminens vultibus angeloꝝ. Quorſum hęc, dilectiſſimi fratres. Huc. Sap. 7
Audiſtis pauloante factum in nuptijs miraculum, vtiq; initiũ ſignoꝝ dñi, cuius & hiſtoria ſa-
tis ẽ admirabilis & ſignificatio delectabilior. Ingẽs ꝓfectò diuię maieſtatis indiciũ fuit, ad nutũ
dñi, aquã in vinũ cõuerti, ſed & illa multo melior mutatio dextrę excelſi, quã in iſta ꝓfigurauit Pſal. 76

Etenim ſi ſpiritum & myſterium inſpexerimus, quid aliud in Chana Galilææ ſignificant nu-
Oſee.2 Matt.22 ptiæ, quàm eas nuptias, q̃bus Chriſtus ſibi nos, iuxta ipſius in Propheta dictum, in fide diſpē-
ſauit, & ſic ipſe cum eccleſia nuptias fecit? Ad quos (vt aliàs ex Euangelio claret) nos om̃es vo-
Iohã.4 cati ſumus, in quibus vtiq; ſponſus eſt Chriſtus, alibi de ſe dicens: Qui habet ſponſam, ſponſus
Pſal.18 eſt, vtpote tanquàm ſponſus de thalamo ꝓcedens. Sponſa vero noſipſi quoq; ſumus omnes
vna, & animæ ſingulorum quaſi ſingulæ ſpōſæ. Et hoc eſt, q̃d aliàs perinde cōparatiuè (vt ita di-
Ephe.5 xerim) Ap̃lus inquit: Viri diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſ̃m
tradidit pro ea, vt illam ſanctificaret. Et paulopoſt: Sacramentū hoc. ſ. matrimonij, magnum
Iohã.10 eſt, ego aūt dico in Chriſto & Eccleſia. Nec em̃ ille minus nos diligit quàm ſpōſus ſpōſam ſuā
Pſal.103 ſed longè magis, quum pro ea animam ſuam tradiderit. Nobis itaq; in ijs exiſtentibus nuptijs
Ephe.5 hoc vtiq; in ſeculo per fidem, ſed aliàs in ſpecie, nequaq̃ deficit vinum. Sed quale? Spirituale. ſ.
vinum deuotōis & gratiæ, q̃d ſp̄ualiter lætificat cor hominis. Quia em̃ haud dum ꝑuenit Ec-
cleſiam ad ꝑfecta purificationē, donec eam ſibi Chriſtus exhibebit glorioſam non habentem
Roma.5 maculā neq; rugam aut aliq̃d hm̄oi interim purificationibus opus habet: quatenus ſicut abun
dauit peccata, eatenus abundet indulgentia, ſicut multiplicat̃ miſeria, ſic & miſericordia, niſi
q̃d non ſicut delictū, ita & donū. Gratia em̃ nō ſolum peccata lauat, ſed & merita donat. Sex
igit̃ hydriæ ſunt poſitæ ijs, q̃ poſt baptiſmū in nuptijs fidei in peccata labunt̃, inde purificandi
De ijs em̃ loquimur, q̃a de ijs ſumus. Exuimus vtiq; lauacro regeneratōis veterē tunicam, ſed
1.Ioh.1 heu peius reinduimus eam. Lauimus pedes noſtros, ſed peius inquinauimus eos. Nam ſi dixe
rimus quia peccatū non habemus, noſipſos ſeducimus, & veritas in nobis nō eſt. Ideoq; nobis
opus eſt hoc tempore, vt lauemur, vt purificemur. At vinum deficit. ſ. gratiæ & deuotōis, quo
lauari & purificari debemus? ¶ Quo igitur? Vtiq; confugiendū nobis eſt ad dn̄m Ieſum, vnà D
cum eius matre Maria, dicentes: Dn̄e nos inuitati tui ad nuptias æternæ gloriæ, vocati q̃dem
ſumus, ſed pauci electi, quandoq̃dem vinum non habemus. ſ. gratiæ & deuotōis. Haud dubie
Maria fideliter interpellabit nobiſcū pro nobis, dicens: Vinum non habent dn̄e. Non em̃ po
terit illa nō & nobiſcū inuitata eſſe ſolicita mediatrix, quæ hodie tam miſericors, tamq; beni-
gna eſt cōpaſſa verecundiæ eorum, q̃ in nuptijs fuere, dicens: præueniendo confuſionem: Domi
ne, vinum non habent. Quid (obſecro) de fonte pietatis procederet, niſi pietas? Exorabimus
igit̃ & ipſam Mariam matrē miſericordiæ, vt ſuggerat ſuo pientiſſimo filio, q̃m vinum nō ha
bemus. Et ipſa proculdubio à nobis pulſata, nō deerit neceſſitati noſtræ, quoniam miſericors
eſt, & mater miſericordiæ. Si em̃ compaſſa eſt verecundiæ illorum à q̃bus fuit inuitata, multo-
magis compatiet̃ nobis, ſi piè fuerit inuocata? Placent em̃ illi nuptiæ noſtræ, & pertinent ad
Pſal.18 eam multo amplius illi: nimirum de cuius vtero tanq̃ è thalamo ſuo cœleſtis ſpōſus ꝓceſſit.
¶ Sed q̃d eſt: O Dn̄e Ieſu Chriſte, q̃d hodie tuæ benigniſſimæ atq; ſanctiſſimæ matri paulò du E
rius videris reſpōdere, quū ais ad petentē. Quid tibi & mihi eſt mulier? En Dn̄e ex hoc tuo ver
bo hæretici ſcandalizati, adſerunt nihil apud te neq; matris tuæ neq; tuorum ſanctorum aliq̃d va-
lere interceſſionē, quæ & impia ſit, quum ipſe matrē hodie tuam duriter à petitione repuleris,
Luce.1. inquiēs: Quid mihi & tibi mulier? Id eſt: Quid mihi tecū eſt mulier? Nihil tibi cū illa eſt? Vtiq;
Matth.1. eſt: Nónne q̃d filio & matri? Quid ad illam pertines, quæris? quū tu ſis benedictus fructus ven
Eſa.7. tris eius immaculati? Nónne dn̄e ipſa eſt, quæ ſaluo pudore te concepit, & ſine corruptōe te
peperit? Nónne ipſa eſt, in cuius vtero nouē menſibus delituiſti? Cuius virgineis vberibus la-
Luce.2 ctatus es? Cū qua iam duodecim annorum factus de Hieruſalē deſcendiſti, & eras ſubditus illi?
Matth.8 Num minus apud te valet mater tua, quæ te peperit, lactauit, nutriuit, quàm Centurio cum ſe
nioribus, quorum interceſſione illius ſeruū ſanaſti? Tu eam matrē orantē dedignaris exaudire?
3.Reg.2 quū ipſe verus Solomon, imò, te teſte, plus quàm Solomon alibi dixeris perinde in figura, Pete
Mat.12 mater mea, neq; em̃ fas eſt, vt auertam faciē tuam. Non vis Dn̄e vt ꝓ alijs ſuiſq; confratribus
Luc.11. Iacob.5 oret? q̃ per Ap̃lm tuū dixiſti, & præcepiſti, inquiens: Orate ꝓ inuicē vt ſaluemini. Abſit Dn̄e,
Iohan.14 tibi ſis contrarius & mutabilis, q̃ ſis vita & veritas. Abſit verba tua mutent̃, quū dixeris: Cœ-
Mat.24. lum & terra tranſibūt, verba aūt mea nō tranſibunt. Iam igit̃ dn̄e, q̃d ais: Quid tibi & mihi mu
lier? Multum profectò per omnia.
¶ Atqui dn̄e, tua gr̃a adiutus intelligo, hæreticos falſo tuū intentū & ſenſum peruertere, q̃ vi- F
deo, q̃d haud perinde indignans aut confundere volēs virginis matris teneram verecūdiam,
dixeris: Quid mihi & tibi, cū venientibus ad te iuxta matris præceptū miniſtris, nihil cūctatus
facias q̃d illa ſuggeſſit, tū q̃d & ipſa mater intellexerit rn̄ſum tuū nō eſſe, vel repulſionis, vel in-
dignatōis, quæ planè de tua benignitate ꝓſumpſit certa, dicēs miniſtris: Quæcūq; præceperit
vobis, facite. Quaſi diceret: Pro vobis interceſſi apud filiū meū oı̄potentē, quē ſcio mihi matri
Coloſſ.2 ſuæ nihil negaturum, & cui etiā grata eſt mutua ſuorum interceſſio apud ſeipſ̃m. Hæc fratres ab eo,
in quo ſunt om̃es theſauri ſciæ & ſapiæ quæſiui, vt ſolutōes melius accipiatis. Quid igit̃ fratres,
dn̄s hodie paulò durius videtur reſpondiſſe, dicens: Quid mihi & tibi?

¶ Pri-

Digitized by Google

G ¶Primo, vt doceret, ne ad dominum conuerſi cura carnaliũ parentum ſolicitemur, neq; il
loꝝ neceſſitudinibus ab exercitio ſpirituali impediamur. Quãdiu eñi ſumus de hoc mũdo, de
bitores nos cõſtat eſſe parentibus, at poſtq̃ reliqmus noſmetipſos, multomagis ab eoꝝ ſolici
tudine liberi ſumus. Et hoc eſt, qđ ipſe dñs alibi ad eum, q dicebat. Sed permitte mihi primũ Luc. 9
renuntiare ijs, q domi ſunt, ait: Nemo mittens manũ ſuam ad aratrũ, & adſpiciens retro, aptus
eſt regno dei. Itaq; ꝓpter nos hodie dicit: Quid mihi & tibi mulier? Secundo, vt ijs verbis,
miraculoꝝ authoritatẽ ab humanis adfectibus adſereret, ac diuinæ virtuti totã gloriã vindi-
caret: illi eñi ſoli debet miraculoꝝ gloria, q ſolus mirabilia facit. Hinc Dauides ait: Non nobis Pſal. 113
dñe, nõ nobis, ſed nomini tuo da gloriam. Sic & Chriſtus nõ in hoc gerebat miracula, vt ſuoꝝ Mat. 6
cognatoꝝ adfectibus ſeruiret, ſed vt apud incredulam nationẽ ſignis corporalibus ſpirituali
doctrinæ fidẽ præſtrueret. Id qđ hominũ ſaluti expediebat, quàm vnicè quæſiuit & ſitiebat.
Itaq; nõ abnegans matrẽ, ſed ab huius negotij, qđ gerendũ erat, authoritate declarans alienã,
reſpondit: Quid mihi rei tecum eſt mulier? Quaſi diceret: Eſt mihi tẽpus præſcriptũ à patre,
quando & qbus modis agere debeam negotiũ humanæ ſalutis, id nondũ venit. Atqui quoti-
es dei patris gloriæ erit inſeruiendũ, nihil opus erit tua interpellatõe. Vltrò faciam, qđ res po-
ſtulabit, habeo tempus à patre præſcriptũ. Sic & antea matrem admonuerat, adhuc puer, qđ Lucæ. 2
in templo diſputantem interpellaſſet. Sic rurſus admonuit, quũ apud populum concionantẽ Mat. 12 Mar. 3
euocari iuſſiſſet. Hinc Maria mater hodie reſponſum intelligens, nõ offenſa eſt duriore reſpõ Luc. 8
ſo filij, nec diffidens de illius bonitate pariter ac virtute, & ſi nihil ipſe qdem reſpondit. Cæte-
rum accitis miniſtris clàm in aurẽ dicit. Quicquid vos facere iuſſerit, facile nõ dubitantes, quin
daturus ſit vinũ gratiæ, deuotionis, & charitatis. Relinquit itaq; mater pia & prudẽs, tẽporis,
ac rei gerendæ arbitriũ filio. Et ſanè dñs ipſe nõ fortuito, ſed conſultò diſtulit miraculum, quo
magis oĩbus innoteſceret vini defectus, & neceſſitati nõ oſtentationi datũ videret: quando-
quidẽ ſic ille omnia ſua miracula geſſit, vt nõ ad laudẽ humanam affectata, ſed ſubleuandis ho
minũ malis ĩpẽſa viderenſ, ita tẽperato reꝝ ordine, vt maiore certioreq; fide geri nõ poſſent.
Qui itaq; etiam ſi dixerit hodie, nihil deo cum mortali eſſe, & nondum venire horam ſuarum
nuptiarum ad manifeſtandam tamen ſuam eximiam bonitatem, & ſupereminentem gloriam
& propter orantium fidutiam paratus eſt dare vinum, quòd mater alijs petit, modo faciant,
quod ipſe iubeat. Quid iubet? Vt ſex hydrias ad purgationem poſitas aqua impleant.

H ¶Sed quæ ſunt in ſpiritu illæ hydriæ, & quæ aqua? Proculdubio eſt in myſterio. Prima hy-
dria, quæ ad purgationẽ delictoꝝ pro vino gratiæ & deuotõis impetrando poni debet, eſt ꝓ
peccatis cõpunctio, de q̃ ſcriptura: In quacunq; ĩgemuerit pctõr oĩm iniquitatẽ eius nõ recor Ezech. 18
I dabor. ¶Secunda eſt peccatoꝝ cõfeſſio: Ad quã hortaſ Propheta, inquiens: Venite adoremus Pſal. 94
& ꝓcidamus añ dñm, q fecit nos, qa ipſe eſt dñs deus noſter. Præoccupemus faciem eius in con
feſſione. Qui & alio in loco inqt: Dixi confitebor aduerſus me iniuſtitiam meam dño, & tu re- Pſal. 31
miſiſti impietatẽ peccati mei. Et ſcriptura alibi: Non cõfundaris cõfiteri peccata tua. Et rur- Eccle. 4
ſus: Non demoreris in errore impioꝝ, ante mortẽ confiteri. Reuertere ad dñm, & auertere ab Eccle. 17
iniuſtitia tua: quoniam magna miſericordia dñi, & ꝓpitiatio illius conuertentibus ad ſe. Ideo
Iohannes ait: Si confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt & iuſtus, vt remittat nobis peccata no 1. Iohã. 1
ſtra, & emundet nos ab omni iniquitate. Atqui hæc tam de mentali quàm auriculari (quam fal
K ſo hæretici abijciunt) intelliguntſ, vt euidenter verboꝝ ſenſus exprimit. ¶Tertia, Eleemo-
ſynaꝝ largitio. Sic Dñs ait: Date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis. Et Tobias: Luc. 11
Eleemoſyna ab omni peccato liberat, & à morte, & non patieſ animam ire in tenebras. Tobie. 4
L ¶Quarta, Remiſſio iniuriarum. Hinc Dominus. Remittite, & remittetur vobis. Qui & ideo Mat. 6
nos orare iuſſit. Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.
M ¶Quinta, Adflictio corporis. Sic Dauid ait: Flagellatus fui tota die, & caſtigatio mea in matu Pſal. 72
tinis. Sic Paulus dixit: ſe corpus ſuũ caſtigare, & in ſeruitẽ redigere, qđ fit mortificatiõe vi- 1. Cor. 9
tioꝝ ꝑ abſtinentiã eoꝝ, quæ carni & ſenſui applaudẽt, à qbus vbiq; monemur abſtinere per
N Chriſtũ & eius Apl'os. ¶Sexta, Obediẽtia præceptoꝝ, quæ (ſcriptura teſtante) plus eſt q̃ vi- Eccle. 4
ctima, ſicut audierũt diſcipuli, qđ vtinam & nos audire mereamur. Vos mundi eſtis ꝓpter ſer
O monem, quẽ locutus ſum vobis. ¶Hæ ſunt (fratres dilectiſſimi) ſex hydriæ à nobis ponẽdæ, Iohan. 15
& quidẽ lapideæ, non tam propter duritiam quàm ſtabilitatẽ: quæ cum vacuæ adhuc ſunt vi-
no & plenæ vẽto, cum Maria dicẽdum eſt ad dñm: Ah dñe, vinũ nõ habemus .ſ. gratiæ & de-
uotionis, qua indigemus ad purificationem peccatoꝝ noſtroꝝ, quæ vtiq; ſine Dei gratia non
remittunſ, nec emundanſ. Quid proinde agendum? Indubie qđ dñs iuſſerit. Quid iubet? Im-
P plete, iubet, hydrias aqua. ¶Quæ eſt illa aqua? Vtiq; timor dñi, qui (teſte ſcriptura) eſt fons Prouer. 14
vitæ, vtcũq; minus ſapidus, refrigerans tamẽ animam noxijs deſiderijs eſtuantem. Sed quan-
tum aquæ eſt infundendum? Vtiq; duarum vel ternaꝝ metretaꝝ. Id eſt triplicem timorem.
Quoꝝ primus eſt, ne cruciemur in gehenna, quam & dominus alibi dicit timendam eſſe. Secũ
dus: Ne

Matt.25 dus: Ne excluſi à viſione dei priuemur tam ineſtimabili gloria, de qua aliâs ſaluator. Tertius:
Eccl.9 Neforte deſeramur à gratia, quo modo, ait Eccleſiaſtes: Et iuſtus ſemper debet timere: Niſi
1. Petri.4 enim hydriæ prædictæ impleant hmői aqua timoris, id eſt, ꝓpterea fiant, nihil ꝓderunt. Qua
1. Johã.4. re dñs hortatur, dicens: Implete hydrias aqua, quam ipſe in vinum cõuertit, quando charitas omnem timorem foras emittit. Siqdem iubemur implere hydrias aqua, vt obſeruent mandata domini, quæ tunc mutantur in vinum, cum timor expellitur à charitate, & implent omnia ſpiritus feruore & iocunda deuotione.

HOMILIA DVODECIMA, DE EO QVOD SCRIPTVM eſt. Matthæi.8. Lucæ.7. Domine puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur, & cætera.

Dominica ſecũda poſt octauas Epyphanie.

DE DVOBVS OMNIPOTENTIAE CHRISTI MIraculis hodierni euangelij lectio nos admonet. Siqdem recenſet leproſum ab illo mirabiliter ſanatũ, & Centurionis puer paralyticum priſtinæ ſanitati ab eodẽ diuinitus eſſe reſtitutũ, quo de nobis ſermo, duce dño, futurus eſt, quũ quæ de leproſi ſaluatiõe dici queunt, anno ſuperiore ſatis abundè tractauimus. Quis igit Centurio, de quo hodierni euangelij lectio? Nimirum alienigena generatõe, vtpote gentilis ſed domeſticus corde, alienus natione, ſed proximus fide, princeps militũ, ſed ſocius angelorum, in quo inuenies, quæ iuxta poſſis demirari atq; diſcere. ¶ Sanè miracula. ¶ Primo, in eo eſt orationis cõpoſitio, B quum ait: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquet. Tribus qdem verbis, dñm ſibi beneuolum reddit, petitionemq; ſuam breuiter & efficaciter demõſtrat, ſimulq; dñm ad miſericordiam flectit, inquiens: Dñe: Quaſi diceret. Et ad te & non ad alium cõfugio,

1. Regű.2. in cuius poteſtate eſſe ſcio morbũ & ſanitatem, mortem & vitam. Rectè qdem, quũ iuxta ſcri-
pturam dñs ſit, q mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit, humiliat & ſubleuat. Et
Sap.16. rurſus ait ſcriptura: Tu es dñe, q vitæ & mortis habes ptãtem, & deducis vſq; ad portas mortis & reducis. Puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Quaſi diceret: Accipe animæ meæ anguſtias, & ad miſericordiã flectaris, tu ſcis qd mihi deſit, qd velim. Et infirmitatem ſerui mei tibi expono, ſed remediũ ipſius ſanitatis in ptãte miæ tuæ dimitto & repono, tu eñ ſanare noſti. Et rectiſſimè, ſe atq; ſua oĩa dei miæ cõmendat, nõ multiloquio inſiſtens.
Matt.11. In quo: ¶ Primo diſcamus, vt infirmi in primis ad dominum deum curramus, ab illo ſanitatẽ C
Sap.16 petentes quandoqdem ille ait: Venite ad me omnes, q laboratis & onerati eſtis, & ego reficiã vos. Sic eũ alloquit ſcriptura, dicens: Tu es dñe, q vitæ & mortis habes ptãtẽ, eteñ neq; herba
2. Par.16 neq; malagma ſanauit eos, ſed tuus dñe ſermo, q ſanat omnia. Hinc Aſa correptus eſt, quoniã in infirmitate ſua dñm nõ quæſierit, ſed magis in medicorum arte confiſus fuerit. De quo multa anno ſuperiore, quũ de remedijs cõtra peſtilentiam ageremus. ¶ Secũdo, hodie diſcamus, nos D debere paucis quo prẽmimur, deo dño nño oſtendere illiusq; totũ miſericordię cõmittere, vt
Mat.6 iuxta ſuam voluntatẽ nobiſcũ agat. Id qd Chriſtus planè voluit, inquiens: Orantes aũt nolite
Lucæ.11 multũ loqui, ſicut Aethnici faciũt. Putant eñ, qd in multiloquio ſuo exaudiant. Nolite ergo aſſimilari eis. Scit eñ pater veſter, qd opus ſit vobis, anteq̃ petatis eũ. Sic hodie Centurio breuiſſimis verbis, ſui ſerui infirmitatẽ expoſuit, ſimulq; mente petijt, dicens: Dñe, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquet. In quo: ¶ Tertio diſcamus, æque nos de ſalute ſeruo E
Ephe.6 rum noſtrorum, atq; de noſtra debere eſſe ſolicitos. Hinc Apľs cũ iam præcepiſſet ſeruis, vt fide
1. Tim.6. liter & nõ ad oculũ dñis ſuis carnalibus inſeruirent, ſiqdem idipſum corã deo eſſet iuſtũ, ab illoq; vnũquenq; ſui operis reciperet mercedẽ, ſtatim ſubiunxit: Et vos dñi, eadẽ facite illis re
Acto.10 mittẽtes minas: ſcientes, qa & illorum & veſter eſt dñs in cœlis, & pſonarum acceptio nõ eſt apud
Coloſſ.3 eum. Et ad Coloſſenſes: Dñi (inqt) qd iuſtũ eſt, & ęquũ ſeruis pręſtate, ſciẽtes, qm & vos dñm habetis in cœlo. Et ſi hoc ſemp ſeruis dñi pręſtare debent, maximè tamẽ tẽpore ægritudinis, quos tunc minimè debent negligere, ſed de eorum ſanitate eſſe anxij, & eos nequaquàm è domibus, quod pleriq; faciunt, ſine miſericordia & ꝓuiſione expellere, ſed illis ex pietate omnẽ miſericordiam impendere, imitantes hodiernum Centurionem qui propter ſeruum ſuum ſolicite ad dñm pro ſanitate impetranda mittit, illum domi iacere ait: miſereq; torqueri.

¶ In quo etiamnum licet admirari eius humilitatem, qui ſe indignum duxit Chriſti præſen- F tia, vtpote ipſum eſſe deum agnoſcens, ſe vero peccatorẽ. Ita et Petrus humillimè alibi ad ge-
Luc.5 nua procidens, clamabat: Exi à me dñe, qa homo peccator ſum. Sic Centurio hodie: Dñe, nõ ſum dignus (inqt) vt intres ſub tectũ meũ &c. Ad maiorẽ ſui humiliationẽ adiecit, inquiens:

Propter

Digitized by Google

Propter quod & meipſum arbitratus non ſum dignum, vt venirem ad te, ſed internuntios
ſubmiſi pro me. Siquidem ſcribit Lucas, quod cum Ieſus hodie intraſſet Capharnaum, Cen- Luc. vij.
turionis cuiuſdã ſeruũ male habuiſſe, & perinde moriturũ, illiq́ʒ pretioſũ fuiſſe. Et illum, quũ
audiſſet de Ieſu, miſiſſe ad eum ſeniores Iudæorũ, & rogaſſe vt veniret, & ſeruaret ſeruũ eius.
At illos, cum veniſſent ad Ieſum ſolicite rogaſſe, dicentes: Quia dignus eſt, vt hoc illi præſtes,
diligit enim gentem noſtram, & ſynagogam ipſe ædificauit nobis. Deinde Ieſum cum illis
iuiſſe. Et cum ipſe non longè à domo fuiſſet, miſiſſe ad eum Centurionem amicos, dicentem:
Domine, noli vexari: Non enim ſum dignus vt ſub tectum meũ intres, propter quod & me-
ipſum non ſum dignum arbitratus, vt venirem ad te. Sed dic verbo, & ſanabitur puer meus.
Mox quoqʒ deinde à minore ad maius argumentaſſe in hæc verba. Nam & ego ſum homo,
&c. Quaſi diceret: Potius debet fieri verbũ dei, quàm hominis ſubiecti. Sed verbũ meũ fit, qui
ſum homo & non deus, ſubiectus & non dñs ſummus, ergo & tuum ipſius, qui es deus & ſum-
mus dñs. Quaſi diceret: Qui vbiqʒ es præſens, & potens ſuper omnes poteſtates, & omniũ de-
us, cui omnes poteſtates ſeruiunt, cui angeli & oĩa obediũt, poteris ſolo verbo & ſine præ-
ſentia corpali ſeruũ meũ curare. En q̃ magna humilitas q̀ ad ſe dñm ire paratũ noluerit ſubin-
trare. En magna fides, vt qui cũ eſſet gentilis, crediderit ſolo qdẽ verbo, deũ puero ſuo redde- Pſal. 148
re ſanitatẽ poſſe. Et rectè qdẽ, quum ille ſit, cuius dicere eſt facere: Dixit enim & facta ſunt, ait Heb. a
Propheta: Cuius quoqʒ verbo oĩa creãtur, reguntur, & ſanãtur. Quibus ſanè duobus, ſcilicet
humilitate & fide ad vniuſcuiuſqʒ orationis exauditionem opus eſt, ſine quibus nec aliqs ſani
tatem habiturus ſit, p quæ hodie Centurio quod voluit etiam per internuntios, impetrauit.
G ¶ Qua in parte biphariam & quidem euidenter redarguuntur noſtræ tempeſtatis hæretici.
H ¶ Primo, negantes quempiam poſſe pro alio orare, idq́ʒ ipſum agentes, vt diuina in templo
officia ſupprimant, ſiqdem inutiles ſint ſacerdotũ pro alijs preces & orationes. Atqʒ iſti ho-
die audiũt ſeniores pro Centurione oraſſe, ſimulq́ʒ impetraſſe, q̃d optauit ille. Itemq́ʒ domi-
num pro ſeruo petijſſe, petitiq́ʒ factũ eẽ cõpotem. Inde catholica eccleſia rectiſſime ſuũ vſum
accepit, pro alijs orans. Indeq́ʒ fieri ſolet, vt recte qs, peccatorũ ſuorum conſcientia ductus &
humilitate, confugiat ad patronum qui pro ſe deum oret. Id quod vtiqʒ non eſt diffidentiæ in
deum, & inuerſi ordinis, ſed meræ humilitatis, firmæq́ʒ fidei, qua ſolum credit ſuum petitum
à deo impetrari poſſe, ſed ſe indignum, vt ſolus petat. Alioqui hodie non vſqʒ adeo fuiſſet à do
mino fidei cõmendatus ipſe Centurio, qui per interceſſores orans p̃iſſimè exauditus eſt. Sic Lucæ. 4
etiã vt dñs ſocrum Symonis grauì detentam febri ſanaret, rogarunt amici, & familiares eius Mat. 15
pro ea. Et pro filia ſua rectè orauit, mulier Chananæa. Et pro Lazaro defuncto reſuſcitando Iohã. 11
ſorores ambæ nõ inefficaciter orarunt. Sic Apoſtolus: Obſecro (inqt) vos fratres per domi- Roma. 15
num noſtrũ Ieſum Chriſtum, & per charitatem ſancti ſpiritus, vt adiuuetis me in orationibus
veſtris pro me ad deum, vt liberer ab infidelibus qui ſunt in Iudæa. Sic Heſter regina ſancta ait Heſter. 4
Mardochæo: Vade & congrega omnes Iudæos, quos in Suſis repereris, & orate p me. Nun-
quid hi omnes impij, quod (quantũ ad temporis ordinem) prius ad ſanctos quàm ad deũ ſe cõ
uerterint? Abſit, quũ eos piè feciſſe ſcriptura teſtet, ipſaq́ʒ petitorum impetratio approbet. Il-
li enim & ſi tempore prius ad ſanctos videnť currere, non tamen fide & animo, quũ vtiqʒ pri-
us mentem & fidem ad deũ habeant, quàmuis humilitate præuenti temporis prioritate ad ſan
ctos confugerit. Quem qdem modũ deus ipſe approbat, perinde per ipſum facilius velit pla- Iob. 42
cari in orando, quũ amicos ipſius Iob miſerit ad impetrandam beati Iob orationem. Et Abi- Gene. 20.
melech regem Geraræ ad expoſcendam Abrahæ viri ſancti precem. Sed quid multis ea in re
quæ ſole clarior eſt? Quũ huiuſmodi petendi modus vſqʒ adeo hodie in Centurione per alios
orante pbetur, vt & ipſe dominum quaſi coram palamq́ʒ orarit à Matthæo euangeliſta pro-
hibeatur, qui reſponſa, quæ dominus dedit miſſis à Centurione, ponit facta Centurioni: quan
doqdem ea, quæ per alios alicui fiũt, eidẽ quoqʒ facta dici ſoleant, & reuera orat, q cũ & per-
alios orat, imò pp̃ter humilitatẽ cũ interceſſoribus orans, magis orat q̃ ſine illis. Vnde & leges L. i. de ſecis
imperatorũ ſibi regulã definierũt. Qui per aliũ facit, eſt, ac ſi ipſe feciſſet. Id q̃d ſumma veritas ſe. ff. de vi,
hodie approbat in centurione, cuius quoqʒ interceſſio, humilitas, & fides, alieno. ſ. ſeruo eius z vi armat
pfuit. Sed hac de re aliàs multa. Sanè qcq̃d hic de interceſſiõe viuẽtiũ dicitť, idẽ de defunctorũ L. utrũ. ff.
q̃qʒ interceſſiõe dici ſolet, vtpote q vere dicunť viuere, & iuxta pphetã, eẽ in regiõe viuentiũ, ad. l. Cor. de falſis
I id q̃d videbanť inficiari hæretici. Qui & hodie. ¶ Scd̃o redarguunť, quũ argutizantes ipſi (vt Pſal. 114
ita dixerim) oẽm velint humanã argumentationẽ reijciendã, maximè, quæ arguit ab humanis
ad diuina, quã tñ dñs hodie in Centurione maxime & vſqʒ adeo cõmẽdarit, vt eius fidẽ ſumme
inibi extulerit. Illius ãt argumẽtũ tale ẽ. Si eñi ego q hõ ſum ideq́ʒ alijs ſubiect⁹, ſolo verbo meo
p miniſtros meos operor q̃d volo, cur nõ & ipſe q de⁹ es & ſol⁹ dñs, nulli ſubiectus, tuo ſolo ver
bo vl̃ p ãgelos tuos idẽ facere poſſis? Vides q̃ ſapiẽter cõparet arguẽdo fcm̃ hoĩs fctõ dei, idq́ʒ
dñs approbet. Qui ipſe aliàs penè oĩa diuĩa nos doceat p hæc hũana, q̃ ſili pinde mõ fieri oñdit.
Nõne

Nónne inter infinita pene exempla idem docet nobis à deo dimitti peccata, quemadmodum
Mat. 6. Lucæ. 11 homini homo debita dimittit? quando orare docuerit: Et dimitte nobis debita noſtra ſicut &
nos dimittimus debitoribus noſtris. ¶ Iam vero, vt aliquando finiamus, quærimus, qs ſigni-
Matt. 8. ficet in myſterio per hunc centurionẽ? Vtiqꝫ gentiles vocandi. In hoc eñ qđ dñs ait: Amẽ di-
co vobis, non inueni tantam fidẽ in Iſrahel, & quod multi venient ab oriente & occidente, &
recũbent cũ Abraham, Iſaac, & Iacob, in regno cœloꝝ, filij aũt regni eijcient: certè ſignificat,
fore, vt Iudæi increduli, à regno cœloꝝ excludant, gentiles vero per humilitatem & fidẽ ad-
ſumant, per duas qdem orbis partes ſcilicet orientem, & occidentẽ totus orbis deſignat, q in
Roma. 10 Chriſtũ ſit crediturus ex parte, non totus: qa non omnes credunt euangelio. Hoc vero totũ
Matt. 21 Chriſtus alibi notat, dicens: Malos male perdet, & vineã ſuã locabit alijs agricolis, q reddãt ei
fructũ tẽporibus ſuis. Ideo dico vobis, qa auferet à vobis regnũ dei, & dabit genti facienti fru
Acto. 13. ctus eius. Hinc & aliàs Paulus & Bernabas dixerũt: Vobis oportebat primũ loqui verbũ dei,
ſed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ. Ecce conuertimur ad gẽ-
tes. Sic eñ nobis præcepit dñs: Et crediderunt, qtqt erant præordinati ad vitã æternam.
¶ Sed qs moraliter eſt Centurio? Eſt homo peccator, cuius ſeruus eſt anima eius peccatrix. L
Johan. 8. Quæ dicit & eſt. ¶ Primo, ſerua, qa peccato ſeruit, dicente dño: Oĩs q facit peccatũ, ſeruus M
2. Petri. 2 eſt peccati. Et Petrus quoqꝫ ait: A quo qs ſuperatus eſt, huius & ſeruus eſt. Siqdem peccator
tot dñoꝝ eſt ſeruus, quot vitioꝝ. Sic Superbus Luciferi, Auarus mammone, Luxurioſus Aſ-
modei ſeruus eſt. ¶ Secundo, anima peccatrix iacet, quippe quę nihil operatur, nec operari N
poſſit boni meritorij, quum ſit vel detenta ſuperbia, vel iracundiæ, vel luxuriæ luto, vel ſpinis
auaritiæ. Et ſic in perſona peccatoris ait Apoſtolus: Ego aũt carnalis ſum, vęnũdatus ſub pec
Roma. 7 cato. Non eñ quod volo bonũ, hoc ago: ſed qđ odio malũ, illud facio. Nunc aũt non ego ope
ror illud, ſed qđ habitat in me peccatũ. Nam velle adiacet mihi, perficere aũt bonũ non inue-
nio. Non eñ qđ volo, bonũ, hoc facio: ſed qđ nolo malũ, hoc ago. Si aũt qđ nolo, illud facio,
iam non ego operor illud, ſed qđ habitat in me peccatũ. ¶ Tertio iacet aĩa peccatrix paraly O
Psal. 13 tica, id eſt, trepida & timida ſcilicet inutili timore, de q Propheta: Non eſt timor dei ante ocu-
los eoꝝ, illic trepidauerũt timore, vbi nõ erat timor. Sic cũ ſuadet peccatori, vt largiat eleemo
ſynas, vł male acquiſita reſtituat, timet, ne deficiat. Si vt ieiunet, timet, ne eſuriat. Si vt peccata
confiteatur, timet de verecundia. Si vt pœniteat, timet, de adflictione, & cætera.
¶ Quarto, male torquet, id eſt, adfligit in ſpũ & cõſcientia, ſanè torquet oĩs peccator, & pun- P
git, ac rodit vermi cõſcientiæ, vt ſemper in ſe, deo ordinante, habeat pœnam. Semper eñ, in-
Sap. 17 quit ſcriptura: præſumit ſæua perturbata cõſcientia. Torquet eñ anima peccatrix, quando an
xia cogitat, quomodo acquirat honores, diuitias mundi, oblectamenta corporis. Tomquet in-
ter proſpera per curam ſuperfluam, & inter aduerſa per impatientiam. Itemq́ꝫ torquet, quan-
Sap. 16 do cõſiderat turpitudinẽ vitioꝝ, in qbus iacet, & pœnas infernales, qbus æternaliter ſubiace-
bit. Nec tamen miſera per pœnitentiam reſilit. Cum itaqꝫ Centurio ſeruũ habeat, vtpote ani-
mam peccatricem, quid faciat vt huius acquirat valetudinẽ & ſalutẽ? Vtiqꝫ ex animo ſumma
humilitate, & integra fide cogitet ad dñm vitæ & mortis potentẽ, mittatq́ꝫ ſecũ ad illum in-
terceſſores amicos & fratres, rogatũ ab illo ſanitatẽ moriturae animæ, dicentes: Domine, puer
meus iacet in domo paralyticus, & male torquet. At dignus non ſum proter fragilitatem na-
turæ, propter fœditatẽ culpæ, & multiplicitatẽ miſeriæ, vt intres ſub tectũ meũ, tam anguſtũ,
tagn immundũ, tam ruinoſum, ſed tantũ dic verbo, & ſanabit ad tuũ imperiũ. Quod vbi Cen-
Ezech. 18 turio fecerit, dubiũ non erit, quin & dñs, q non vult mortẽ peccatoris, ſed vt viuat & cõuerta-
tur, ad eum dicturus ſit: Vade & ſicut credidiſti, fiat tibi. Et ſanabit ſeruus illius ex illa hora, &
ſanatus vitam habiturus eſt æternam.

HOMILIA DECIMATERTIA, DE EO QVOD SCRIPTVM eſt Matthæi. 8. Marci. 4. Lucę. 8. Quid timidi eſtis modicæ fidei &c.

Dominica tertia poſt octauas Epyphanie.

QVOD HISTORIA HODIERNI EVANGELII SEMEL A
factũ cõmemorat, hoc ipſum aliquoties futuꝝ arguit eius rei myſterium. Nec
eſt, quod multis hiſtoriam tractemus, quæ per ſe plus q̃ clara eſt, non ita my-
ſteriũ. Admonet aũt hiſtoria paucis, Chriſtũ eſſe veꝝ deũ & hominẽ, ac terræ
mariſq́ꝫ dominũ: vtpote qui, quum multa & magna & miranda oſtendiſſet in
terra, tranſierit ad mare, vt & ibi excellentia opera demonſtraret, & ſic, vt erat
& eſt, futurusq́ꝫ ſemp, terræ mariſq́ꝫ dñs crederet. Nimiꝝ ventis & mari imperans, cuius nutui
illa paruerũt. Nec immeritò tota illi mundi machina obedit, q totius eſt mundi creator. Hinc
Judith. 9. ad illum oratura Iudith ait: O deus cœloꝝ, creator aquaꝝ, & dominus totius creaturæ. Quem
hodie

Digitized by Google

hodie homines admirati ſunt, vel ideo, quod quaſi homo nauem aſcenderit, & quaſi deus ma- Pſal. 64
re conturbarit, quaſi hō in naui dormierit, & quaſi deus ventis & mari imperarit, eorūq; furo
rē verdo coercuerit, q̄ tunc, vtcunq; inſenſibilia, domino obedire dicuntur, quando ille ſolo
verbo de ijs facit quod vult. Et hoc eſt quod hodie aiunt. Qualis, id eſt, q̄ magnus & potēs eſt
hic, quia venti & mare obediunt ei? Hæc (vt rem plane geſtā hiſtoria vere tradit) longe ma-
ius aliud intus ſubindicans in myſterio. Id quod tunc intelligimus, vbi ſingula Euāgelij ver-
B ba excuſſerimus in hunc mundū. ¶ Mare eſt hic mundus, qui vt mare ſemper amarus, incon-
ſtans eſt & periculoſus, & (vt Iohannes ſcribit) totus in maligno poſitus. Nauicula eſt eccleſia 1. Iohā. 5
proculdubio ſignificata per nauim, in qua ap̄lus nauigabat, in qua qui non erat, fieri & mane- Acto. 27
re ſaluus nō poterat. Sic neq; ſaluatur, qui eſt extra eccleſiā, Cuius nauta, id eſt caput, eſt Chri
ſtus, vnicū eccleſiæ refugiū & ſalus. Diſcipuli ſunt Chriſti fideles, qui vtiq; in principio eccle- Epheſ. 5
ſiæ omnes ſunt vocati diſcipuli, ſed primū Antiochiæ Chriſtiani appellari cœpti, ij vti mē- Actorū. 11
bra ſimul ſunt cū Chriſto capite in nauicula, id eſt, in eccleſia. Venti ſunt maloꝝ ſpirituū fla-
tus & ſuggeſtiones. Fluctus in hoc mari ſunt maloꝝ & peruerſorum hominū atq; hæretico- Sapiē. 11
rum inſultus à ventis, id eſt, inſtigantibus dæmonū ita exorti & cōmoti, vt per eos aliquo-
ties ipſa eccleſia videatur operiri, non tamē ſubmergi. Dormit Chriſtus, quando diſſimulat
hæreticoꝝ conatus & peccata hominū, ad vlciſcendum paulo tardior. Accedunt diſcipuli &
Chriſtiani, quando orationibus diuinā aurem pulſant. Excitatur ille, quando ad ſubuenien-
dum cōtra malignos mouetur. Imperat ventis & mari, quando dat eccleſiæ ſuæ pacē. Incre-
pat modicæ fidei, quando p̄tendit hm̄oi inſultus propter noſtrā paruā fidē fieri. Et ſic (vt pau
C lo vtiliora quæramus) docet Euangeliū hodie. ¶ Primo eccleſiā ſemp in hoc mundo, non ſe-
cus atq; in mari cymbam, tribulari, diuexariq; eos, qui in ea ſunt eccleſia. Et hoc eſt, quod idē Iohan. 16
alibi dicit. In me pacem habebitis, in mundo autē preſſuram. Ita quidē à deo comparatū eſt
vt qui velint ingredi regnū dei, quo ſolum veniunt, qui in eccleſia ſunt, non ingredi poſſint, Acto. 14
niſi per multas tribulationes, vti nemo ex naui venit trans mare ad portum, niſi per tribulati- 2. Tim. 3
D ones & anxietates. ¶ Secundo, vltra communē Chriſtifidelium tribulationē ſemp illis pari-
ter fore hæreticoꝝ inſultationes & inſidias, & quidē tam frequētes & vehemētes, vt aliquo-
ties videatur eccleſia velle ceſſare & perire, multis interim deficientibus. Id quod ipſe palam Mat. 24
futuꝝ p̄dixit, inquiens: Et multi pſeudoprophetæ ſurgēt, & ſeducēt multos, & ſcandalizabū-
tur multi, & inuicem tradent, & odio habebunt inuicem. Et quoniā abundabit iniquitas, re-
frigeſcet charitas multoꝝ. Hinc ap̄lus diſceſſurus ait: Attendite vobis, & vniuerſo gregi, in q̄ Acto. 20
ſpūs ſc̄tūs poſuit Epiſcopos regere eccleſiā dei, quā acquiſiuit ſanguine ſuo. Ego ſcio, qm̄ in-
trabunt poſt diſceſſionē meam lupi rapaces in vos, nō parcentes gregi. Et ex vobis ipſis exur 2. Petri. 2
gent viri, loquētes peruerſa, vt abducant diſcipulos poſt ſe. Sic & alij apoſtoli paſſim futuros 1. Iohā. 2
E prædixerunt hæreticoꝝ fluctus. ¶ Tertio, Chriſtū non latere huiuſmodi hominū ſcelera & Iudæ. 1.
peruerſa conſulta, ſed diſſimulare patiēter, ſuo tempore & loco iuſte vlturum. Sic ad eū dicit Sapiē. 11
ſcriptura: Parcis omnibus, quoniā tua ſunt domine, qui amas animas. Et miſereris omnium,
quia omnia potes, & diſſimulas peccata hominū propter pœnitētiam. Ille em̄ etſi hodie cor-
porali humanitate dormiebat, deitate tamē vere vigilabat. Vnde ipſe in Canticis: Ego, inq̄t, Canti. 5
dormio, & cor meū vigilat. Ita ille dormiuit, id eſt, diſſimulauit iniquitatē eoꝝ, qui vixerunt
tēpore Noe, ſed euigilans inq̄t, finis vniuerſæ carnis venit corā me. Repleta eſt terra iniquita Geneſ. 6
te à facie eoꝝ, & ego diſperdam eos cū terra. Sic etiam dormiuit tēpore Sodomitaꝝ, de q̄bus Geneſ. 18
tandē euigilans ait: Deſcendā & videbo, vtrū clamorē qui venit ad me, opere cōpleuerint, an
eſt ita vt ſciā? Iſti nimiꝝ putabāt ſua pc̄tā deū cælare, quū ille diſſimulauit propter pœniten-
tiā, donec euigilās, id eſt, indignatus miſit diluuiū, & ignē è cœlo. Hinc nō eſt, q̄ impij pecca-
tores & hæretici exiſtimēt dn̄m dormire, quū de eo Dauid dicat ad eccleſiā: Nō det in cōmo Pſal. 120
tionē pedē tuum, neq; dormiet qui cuſtodit te. Ecce nō dormitabit neq; dormiet q̄ cuſtodit
Iſrael. Hinc ad nos omnes Petrus ait: Et erunt in vobis magiſtri mēdaces, qui introducēt ſe- 2. Pet. 2 3
ctas perditionis, ſuperinducētes ſibi celerē perditionē. Et multi ſequētur eorum luxurias, per
quos via veritatis blaſphemabitur, & in auaritia fictis verbis de rebus negotiabuntur. Quibus
iudiciū iā olim nō ceſſat, & perditio eoꝝ nō dormitat. Si em̄ deus angelis peccātibus non pe-
percit, nec originali mūdo, q̄ ciuitates Sodomoꝝ & Gomorrhæoꝝ in cinerē redigens, euer-
ſione dānauit, exemplū eoꝝ, q̄ impie acturi ſunt, ponēs. Et Noe præconē iuſtitiæ cuſtodiuit,
& Loth iuſtū eripuit. Sic nouit deus pios de tētatione eripere, iniquos vero in die iudicij ſer-
uare cruciandos, magis autē eos, qui poſt carnē in cōcupiſcētia immunditiæ ambulant, do-
minationemq; cōtemnunt, audaces, ſibi placētes, ſectas nō metuūt introducere, blaſpheman
tes. Sane non tardabit dn̄s promiſſionē ſuā, ſicut quidā exiſtimāt, ſed patienter agit propter
vos nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti. Quod vtinā animaduertant
omnes hæretici & ad pœnitentiam & ipſi aliquando redirēt, ſat enim ſuperq; peccauerunt,

Digitized by Google

domino diu multumq; eorum ſcelera diſſimulante. ¶Quarto Nauiculam, ſcilicet Eccle- F
ſiam vticunq; hæreticorum inſultibus agitatam nullo tamen tẽpore prorſus obrutum iri,
nec perituram: quandoquidẽ pro eius fide Chriſtus orauit, alibi ad Petrum loco Eccleſiæ
Lucæ.22. dicens. Simon, ecce Sathanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticum, Ego autẽ oraui pro
Matt.16 te, vt non deficiat fides tua. Et alibi. Aduerſus quidem eam .ſ. Eccleſiam, portæ inferi, ſcili-
cet hæreticorum inſidiæ & machinæ, non præualebunt. Quod eſſe verum arguit multitu-
do hæreticorum, quorum vſq; huc vltra trecenti fuere autores (ſileo quos ſeduxerunt, eo-
rum complices) qui totis viribus Eccleſiam impetere conati, miſerè tamen omnes vna cũ
Prouer.29 nominis memoria periere: Quorum ruinam dudum ſcriptura prædixit. In multiplicatõe,
inquiens, impiorum multiplicabuntur ſcelera, & ruinas eorum iuſti videbunt. De quibus
Pſal.1 & Dauid. Non ſic impij, inquit, non ſic, ſed tanquam puluis, quem proijcit ventus à facie
Pſal.36 terræ, & iter impiorum peribit. Et rurſus. Inimici domini, mox vt honorificati fuerint &
exaltati, deficientes quemadmodum fumus deficient. Vidi impium ſuperexaltatum, & ele
uatum ſicut cedros libani, & tranſiui, & ecce nõ erat, & quæſiui eum, & non eſt inuẽtus lo-
cus eius. ¶Quinto, propter nos fieri huiuſmodi inſultus contra Eccleſiam, motus & flu-
ctus: nimirum, vt vel imbecilles in fide vna cum apoſtolis ad Chriſtum pro ſubſidio curra G
1.Cor.11 mus, vel fide firmi probemur. Hinc apoſtolus ait. Oportet & hereſes eſſe, vt & qui probati
ſunt, manifeſti fiant in vobis. Id quod in hæreſi apud Germanos nuper ſuborta ſat patuit:
Niſi enĩ hæc hæreſis exorta fuiſſet, & per deũ contra Eccleſiam Germanicam permiſſa, qs
alioqui crediſdiſſet tantam fuiſſe in nobis leuitatẽ & inconſtantiam, nõ vtiq; tantam, ſi vel
Turca cum omni ſua poteſtate veniſſet, qui nõ adeo longe nos à fide, religione, deuotione,
& ſcripturarum veritate cogere potuiſſet. Nunc autem, deo volente, per hanc hereſim ma
nifeſti facti ſunt, qui à deo probati ſunt, & qui in fide imbecilles, vtcunq; ſciuerint fidẽ no-
ſtram ſcripturis, rationibus & miraculis, magna ſeculorum ſerie probatã, qui de ea & Ec-
cleſia, quæ in fide eſt, ita dubitarunt vt partim defecerint, partim defecturi, dicentes. Do-
mine ſalua nos quia perimus. Quibus dominus reſpondet. Quid timidi eſtis vos modicæ
fidei? ¶O veraces diſcipuli, quid timetis, ſaluatorem vobiſcum habetis, & periculum ti- H
Pſal.126. metis? Vita vobiſcũ eſt, & de morte ſoliciti eſtis? eum dormire putatis & reſuſcitatis, qui
populum ſuum æterna vigilia cuſtodit. Et niſi ille cuſtodierit ciuitatẽ, fruſtra vigilant, qui
cuſtodiunt illam. Atqui vtiq; fiduciæ eſt, quod dicitis, domine ſalua nos, ſed puſilla nimita-
1.Petri 1 tis, quia dicitis, perimus, quod ſuſcitatis, infidelitatis. Si enĩ fidem haberetis, nõ timeretis,
ſed faceretis, quod velletis, & ventos & mare placaretis. Sanè timorem non facit tẽtatio-
num inductio, ſed imbecillitas mentis, fides enĩ in tentationibus probatur, ſicut aurum in
igne. Quid igitur timidi eſtis, modicę fidei? In quo quidẽ verbo Chriſtus. ¶Vltimo do- I
cet, nos nequaquam debere diffidere de ſua vel Eccleſiæ fide, quum viderimus eam tã ve-
hemẽter ab hereticis, & hoc genus inimicis impugnari, verũ firma fide ad ſe clamare. Ad-
iuua nos domine, quia ſcilicet ſine tuo iuuamine, perimus: Siquidẽ fide maxime opus eſſe
in periculis huius mũdi, maris, qua vel ſola dominum habebimus adiutorem, & vincemus.
1.Joh.5. Hæc enim (inquit Iohannes, eſt victoria, quæ vincit mũdum, fides noſtra. Non eſt igitur,
fratres dilectiſſimi, quod dubitemus, ne propter tantam nũc hæreticorũ preſſuram perea-
mus, ne & ipſi propter paruitatẽ fidei periclitemur, & à domino hodie redarguamur hiſce
Mat.14 verbis. Quid timidi eſtis modicæ fidei? Qui & alias Petrum increpat propterea, dicẽs. Mo
dicæ fidei cur dubitaſti? Qui vtiq; non debebat timere, qui venire erat iuſſus ab eo, quem vi
derat tot miracula facere, & cui qui adheret, perire non poteſt. Qui certè erat modicę fidei,
quum in aduerſitate timebat, preſſuræ perinde impatiens dicit. Quid timidi eſtis, modicæ
fidei? Quaſi diceret, quia diffiditis mihi & potentiæ meæ, ideo periclitamini.

¶Sic fratres chariſſimi, quia nos ſumus Chriſti diſcipuli in ea nauicula ſuper mare con- K
ſtituti, aduerſus quos inſurgũt vſq; adeo fluctus & hæreticorum inſultus, vt pleriſq; videat
penè nauicula velle perire, & ipſum Chriſtũ nonnulli dormire putent, quaſi neq; videat,
neq; nos velit adiuuare, nos tamen, inquam, non dubitemus de Chriſto nec de eius Eccle-
ſia, ſed firmiter credamus illam ex Chriſti verbis malorum ventis agitandam, ſed nũquàm
ſubmergendam, imò debito tempore adiutum iri à Chriſto, vbi in fide firmi orauerimus.
O domine, q ſolus es noſtrũ refugium & virtus, adiuua nos, quia ſine te perimus. Semper,
Lucæ.22 inquam, ſimus memores, in ea nos eſſe Eccleſia, pro cuius fide, vt nunquam deficiat, idem
Mat.16 orauit. Contra quam portę inferi nunquam ſint præualituræ. Recordemur, & hanc nobis
Johan.16 ipſam ab illo prædictam fuiſſe maris preſſuram, dicente. Hæc loquutus ſum vobis, vt ĩ me
pacem habeatis, in mũdo preſſuram habebitis, ſed confidite, ego vici mundum. Sic hodie
vult, vt ex diffidentia in tantis hæreticorũ preſſuris haud timeamus, ſed ad eum in vera fide
& deuotione clamemus, Domine, adiuua nos, qui tum ventis & mari, id eſt, mũdo & eius

adſeclis

Digitized by Google

adſeclis hæreticis ſit imperaturus ita, vt in eius virtute futuram habeamus pacem & tranquil-
litatem, mirantibus interim hominibus, q̄ vnicum Chriſti verbum eos ſedauerit, qui totam
nauiculam obruere moliebantur.

¶HOMILIA XIIII. DE EO QVOD SCRIPTVM EST Matthæi. iij
Cum autem creuiſſet herba, & fructū feciſſet, tunc apparuerunt & zizania, &c.

Dominica quarta poſt octauas Epyphanie

A MAXIME VELLEM, FRATRES, HODIERNVM
Euangeliū à nōnullis, & diligentius, & penitius fuiſſet lectū & intelle
ctū, vtpote, qui obfaſcinati & hæreticoꝝ dolis atq; phalaris obcæca
ti, plane adſirmabāt iſtoꝝ dogma è cœlo eſſe, vt & ij, vtcunq; falſo,
gloriari ſolebant. Ad quā inibi errarint, aliosq́; errare coegerint, &
quam miſere infelicē popellum ruinæ dediderint, & quid ea in re fu
iſſet aut faciundū aut dimittendū, hodierni Euangelij lectio euiden
ter arguit, cuius initio clauſulas breuiter enodamus, deinde ad eiuſdē
B nucleum veritatis ituri. ¶Regnū cœloꝝ eſt ipſe dei filius, adeoq́; re-
gnū ipſius. ſ. eccleſia in hoc ſeculo ad finē vſq; mundi currēs. Ille eſt
homo, quia filius Mariæ, ſeminauit, p̄dicauit, Semen, id eſt, verbū ſalutis vitæq́; æternæ. In
agro ſuo, id eſt, in mundo, inimicus eſt diabolus. Superſeminare eſt deinde ſuperinſerere. Zi
zania, ſunt hoīes corrupti, vtpote hæretici, omniſq́; eoꝝ corruptio & hæreſis, impietas. Tri-
ticū eſt homo pius & bonus, adeoq́; pia & bona doctrina. Herbā creuiſſe & fructū feciſſe, eſt
mundū, tā in bonis q̄ in malis ad finē vſq; tēpore proceſſiſſe. Serui patriſfamilias, ſunt cœle-
ſtes poteſtates. Paterfamilias deus. Bonū ſemen, verbū eſt Chriſti. Malū ſemen, eſt verbū dia
boli, & dogma peruerſum. Meſſis, homines qui colliguntur, ij ad vitā, illi ad combuſtionem
æternā. Tempus meſſis, finis mundi. Meſſores, angeli dei, &c. Iam ſubinde colligimus. Johan. 6
C ¶Primo hæreticos adeoq́; eoꝝ dogma non eſſe à deo, ſed ab ipſo inimico diabolo. Hinc de
ijs Iohannes: Ex nobis, inquit, prodierūt, ſed nō erant ex nobis, Nā ſi fuiſſent ex nobis, p̄man
ſiſſent vtiq; nobiſcū. Et de ijs ap̄lus: Multi em̄ ambulant, quos ſæpe dicebā vobis, nunc aūt & 1. Johā. 2
flens dico, inimicos Chriſti, quoꝝ finis interitus, quoꝝ deus venter eſt, & gloria in cōfuſio- Philip. 3
ne ipſoꝝ, qui terrena ſapiunt. De quoꝝ doctrina ait Iacobus. Non enim iſta ſapientia de ſur- Jacobi. 3
ſum, deſcendens à patre luminum, ſed terrena, animalis, diabolica. Hinc falſo ſe hæretici ſub
titulo Chriſti, apoſtoloꝝ, & eccleſiaſtaꝝ vendiderunt, qui & ſuū hæreſiarchā primitus ima-
gine columbæ deſignabant, in non vtiq; vulgarem dei blaſphemiam. Qui & impie plebi im-
poſuerunt, dicentes: Sed licet nos aut angelus de cœlo euangelizet vobis præter q̄ quod euan
gelizauimus vobis, anathema ſit. Id quod Paulus de ſuo euangelio veriſſime, iſti vero nō niſi Galat. 1
D falſiſſime de ſuo dicere potuerunt, quū haud Chriſti, ſed diaboli verbum ſeminauerit. ¶Secū-
do colligimus diabolum, adeoq́; vnumquēq; hęreticum dici ac eſſe inimicum hominem, qui
dei gloriæ, hominiſq́; ſaluti ſua propria iniquitate & malitia officere molitur, ſempq́; ſuo do-
gmate peruerſo obeſſe, & nunq̄ non hominibus iacturā infert inuidia in nos accenſus. Hinc
de eo Petrus: Sobrij eſtote & vigilate, q̄a aduerſarius veſter diabolus, tanq̄ leo rugiens circūit, 1. Petri. 5
quærens quem deuoret. De hæreticis Ap̄lus inquit: Mali autē homines & ſeductores, p̄fi- 2. Tim. 3
cient in peius, errantes, & in errorē mittētes. Tu vero p̄mane in ijs, q̄ didiciſti, & credita ſunt
tibi, ſciēs à quo didiceris: quoꝝ ſermo vt cācer ſerpit. ſ. inficiēdo & nocēdo. Quare eos ap̄lus
appellat lupos, inquiēs: Ego ſcio, q̄m intrabūt poſt meā diſceſſionē lupi rapaces in vos, non 2. Tim. 2
parcētes gregi. Etenim iſti homicidæ ſunt, vti diabolus p̄r & dn̄s eoꝝ, quū & hoīm corpora Acto. 20
E & aīas occidant, Veluti hactenus (prohdolor) in multis millibus experti ſumus. ¶Tertio col-
ligimus, hæreticos primū eorūq; ſermones ita eſſe in principio ſpecie bonitatis & veritatis
p̄mixtos & fucatos, vt eos difficile quis agnoſcat, eos tn̄ agnoſci, vbi fructificari cœperint.
Hinc de iſtis Chrūs in euangelio: Attendite, inquit, à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in Matt. 7
veſtimentis ouiū, intrinſecus aūt ſunt lupi rapaces, à fructibus eoꝝ cognoſcetis eos. Et ap̄lus
Hoc autē ſcio, q̄ in nouiſſimis diebus inſtabunt tēpora periculoſa, & erunt homines ſeipſos 2. Tim. 3
amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parētibus non obedientes, ingrati, ſceleſti, ſine affe
ctione, ſine pace, criminatores, incōtinentes, immites, ſine benignitate, proditores, proterui,
tumidi, & voluptatū amatores magis q̄ dei, habentes ſpeciē quidē pietatis, virtutē aūt eius ab
negātes. Quis te, o Paule, tā vera aliq̄n futura p̄dicere docuit? Nōne deus in cœlo, q̄ raptus fu- 2. Cor. 12
iſti? Ah, ah Paule, nimiū nobis vera prædixiſti, & pluſq̄ eleganter nobis hęreticos depinxiſti,
qui nimirū in principio obumbrant ſeipſos, qui vero cum multā accepiſſent libertatē, totum
ſermone & nihil aliud q̄ letale venenum effuderunt, & ita quidem vt fructificantibus illis

Digitized by Google

2.Tim.3 zizania planè apparuerũt,& iuxta tuum dictũ,Inſipiẽtia,& peruerſa volũtas illorũ, manifeſta eſt omnibus,ſicut olim Iamnis & Mambris,qui vt ipſi Moyſi reſtiterunt,ita & ij reſiſtunt veritati:homines quidẽ corrupti mẽte,reprobi circa fidẽ,& omnino ex fructibus demum cogniti,quũ planè non videmus aliud eos in hanc vſq; diem fructificaſſe, quàm dei eiuſq; genitricis glorioſæ Mariæ,omniumq; ſanctorũ neglectũ,bonarum actionũ & virtutum oppreſſionẽ,ſtudiorum ignauiam, parẽtum & omniũ ſuperiorũ tam in ſubditis q̃ in filijs,inobedientiam,fratrum diſcordiam,charitatis proximorũ extinctionẽ, proditionem,immunditiam,impudicitiam,hocq; genus bis mille viciorũ anſam & originẽ. Hinc, quum adeo zizania,id eſt,pu̇erſa & pernitioſa iſtorũ dogmata,ex fructificatione facta ſint omnibus nota,vt ea ſine periculo tritici,id eſt, ſanæ doctrinæ & piorũ hoĩm eradicari poſſint,colligimus. ¶Quarto mgr̃atus debere & obligari ad extirpationẽ hæreticorũ,eoſq; F
1.Cor.5 de medio tollere,ne boni p̃ iſtos,vt triticũ p̃ zizania,prorſus ſupprimant. Siquidẽ ait apoſtolus. Modicũ fermentũ totã maſſam corrũpit. Auferte malũ ex vobiſipſis. Ideoq; ille voluit hmõi hominẽ Sathanæ in interitũ carnis tardi,vt ſpũs ſaluus eſſet in die dñi noſtri Ieſu
Nume.16 Chriſti. Huius argumẽto olim dñs curauit ſchiſmaticos, Chore, Dathan & Abiron viuos in infernũ detruſum iri,q̃nquidẽ terra ſub pedibus eorũ dirupta aperuit os ſuũ & deuorauit illos cũ tabernaculis & vniuerſa eorũ ſubſtãtia,deſcenderũtq; viui in infernũ operti humo,& perierũt de medio multitudinis. In q̃s & cõſimiles ſchiſmaticos & hæreticos clamat
Psal.118 propheta. Exurgat,inquiẽs,deus,& diſſipent inimici eius, q̃a diſſipauerunt legẽ tuã. Sic in veteri teſtamẽto,Helias p̄phetas Baal interemit. Et Matathias filios ſuperbiæ pſequutus eſt. Quos & imitari oĩno debẽt mgr̃atus chriſtiani,& in hæreticos ſeductores & induratos ſerio animaduertere,ne ſi in opere dñi negligẽtes fuerint,eorũq; negligẽtia cæteri perierit,
Ezech.3. deus ipſorũ ſanguinẽ à manu ipſorũ,iuxta eius verbũ,ſerio requirat. Nec eſt q̃d ſe tueri conẽtur hoc dñi dicto. ¶Sinite vtraq; creſcere vſq; ad meſſem. &c. Quia reſpõdeo hoc ipſum G
intelligi de ijs,q adeo ſpecie pietatis,& qdẽ apud ſe tm̃ nõ alios temere ſeducẽtes obũbrati fuerint,& tritico.i.veris chr̃ianis p̃mixti,vt penè cognoſci nequeãt,vel ſine periculo non eradicari. Siqdẽ in hoc caſu monemur,ne cito amputemus fr̃es,q̃a fieri p̃t,vt q hodie noxio deprauatus ẽ dogmate,cras reſipiſcat,& defendere incipiat veritatẽ. Sic ap̃lus ait. Infir
Roma.14 mũ aũt in fide adſumite,nõ in diſceptatõibus cogitationũ. Præterea in hoc quidẽ caſu monemur,ne eius.q̃d ambiguũ eſt,cito ſententiã p̄feramus,ſed deo iudici reſeruemus,vt cum dies iudicij aduenerit,ille nõ ſuſpitionẽ criminis,ſed manifeſtũ reatũ,de ſanctorũ cætu reijciat. Ad hũc modũ inq̃t Paulus. Nolite iudicare añ tẽpus q̃aduſq; veniat dñs,q & illumina
1.Cor.4 bit abſcondita tñbrarũ,& manifeſtabit cõſilia cordiũ, & tunc laus eius erit vnicuiq; à deo. Atqui idẽ nõ ita cẽſuit de notorio fornicario,quẽ Sathanæ dandũ voluit,nec ita de hæretico,quẽ poſt vnã & ſecundã correptionẽ p̃cipit deuitandũ,q̃a ſubuerſus ſit,qui eiuſmodi ẽ, & delinquit,quũ ſit proprio iudicio condemnatus: vtiq; de tali hæretico indurato & aliorũ ſeductore loquimur,quẽ vti malefactorẽ & aliorũ ſeductorẽ conuenit noxæ tradi, quẽ dñs
Titum.3 hodie nõ prohibet eradicari:q̃nquidẽ cuius crimen ex fructu adeo ſit notũ & manifeſtũ,vt citra periculũ tritici bñ poſſit colligi & eradicari,tũc nimirũ nõ debuerit dormire ſeueritas diſciplinæ,in qua tãto eſt efficacior emẽdatio prauitatis,quãto diligẽtior fuerit obſeruatio charitatis. Quis p̃terea non vellet p̄ dei gloria hæreticũ ferire vel aliq̃d p̃dere,quũ aliter (vt ait Auguſtinus) nõ meruerit habere pacem domus Dauid,niſi Abſolon filius eius,in bello, quod cõtra patrẽ gerebat,fuiſſet extinctus? Quãuis magna cura mãdauerit ſuis, vt eũ quantum poſſent,,viuũ ſaluumq; ſeruarent,& eſſet,cui pænitẽti, paternus affectus ignoſceret. Quid aũt ei reſtitit,niſi perditũ flere,& ſui regni pace acquiſita ſuã meſtitiã conſolari? Sic ergo catholica mater eccleſia,ſi aliquorũ perditione tã multos cæteros colligit, dolorẽ materni cordis lenit,& ſanat tantorũ liberatõe populorũ. Nec eſt q̃d aliq̃s leuitate quadã perci
Actor.9. tus dicat. Liberũ eſt credere vel nõ credere. Cui vim Chr̃s intulit? Quem coegit? En habet Paulum,in q̃ prius agnoſcant cogentẽ Chriſtũ,& poſtea docentẽ,prius ferientẽ,& poſtea conſolantem. Qui vtiq; pœna corporis ad Euangeliũ coactus plus illis oĩbus,q ſolo verbo vocati ſunt,in Euangelio laborauit. Cur ergo nõ cogeret Eccleſia perditos filios vt redirent,ſi perditi filij coegerũt aliq̃s vt perirent? Vt (proch dolor) hactenus vidimus, q̃tidieq; nõ ſine gemitu fieri videmus. Quid aũt vlterius agendũ, niſi quod colligimus.

¶Quinto ex hodierno Euangelio,ne dormiãt in poſterũ homines,id eſt,eccleſiæ prælati & prepoſiti epiſcopiq;,interimq; dormiẽtes nõ ſinant zizania in triticũ ſupſeminare. Sanè palam Chriſtus hodie innuit,hæreſes irrepſiſſe propter hoĩm, id eſt, p̄latorũ ſomnũ & H
Actor.20 deſidiã. Et quidem veriſſime. Hinc ap̃lus alibi monet. Attẽdite, inquiẽs,vobis & vniuerſo gregi,in q̃ vos ſpũs ſanctus poſuit ep̃os,regere eccleſiã dei,quã acquiſiuit ſanguine ſuo. Ego ſcio,q̃m intrabũt poſt diſceſſionẽ meã,lupi rapaces in vos,nõ parcẽtes gregi. Et ex vobiſipſis

Digitized by Google

bis ipſis exurgēt viri loquētes peruerſa, vt abducant diſcipulos poſt ſe, propterea vigilate. Vigilabūt aūt eccleſiæ plati, vbi diligēter in ea, q̄ Chriſti ſunt, intēderint, ſcripturaſq́ꝫ, ſemotis vanis rebus, lectitauerint. Vnde ex hoc paſſim Euangelio ſubtiliter elicimus, deū planè nullū malū permittere, niſi ex ſua ineffabili bonitate inde aliq̄d bonū (& quidē, vt ita dixe- 1. Cor. 11.
I rim, per accidēs) elicere poſſet, & fortaſſis hæreſes pmittere. ¶Primo, vt qui, Paulo ſcribente, probati ſint manifeſti fiant, manifeſtata interim hæreticorꝫ prauitate & inſipientia
K quæ prius videbat eſſe pietas. ¶Secūdo, vt veritas ex pugna contra hæreticos magis elu-
L ceſcat, quæ q̄ magis inquirit hoc magis luceſcit. ¶Tertio, vt Eccleſiaſtes hoc magis ſtudeant ſcripturas iuxta Germanū ſenſum tradere & docere, quo frequētiores ſunt hæretici,
M cōtra quos voluerint ſuā interpretationē approbare, vt nūc videmus. ¶Quarto, vt excitentur prælati & pbri quiq; ad ſacrarꝫ literarꝫ frequentē lectionē, obmiſſis vanarꝫ rerꝫ ſtudijs, aut otijs depoſitis, vt edocti & vigilantes, caueant ab hoīe inimico, ne in medio tritici ſuperſeminet zizania, vel (deo ita pmittēte hæreſes) herba ſuccreſcēte & fructificāte mox videāt apparere zizania, vt ſine iactura tritici illa eradicēt. Quēadmodum anno ſuperiore latiſſimè, & quidem de hæreticorum animaduerſione, citra inuidiā, diſputauimus.

HOMILIA DECIMAQVINTA, DE EO QVOD SCRIPTVM eſt, Mat. 13. Lucæ. 8. Marci. 4. Quod aūt in bonā terrā, ij ſunt, qui in corde bono & optimo audiētes verbū retinēt, & fructū afferunt in patientia. &c.

Dominica quinta infra octauas Epiphanie.

A QVIA IN PROXIMA DOMINICA IN VINEAM domini, id eſt, in Eccleſiam & fidē ideo vocati ſumus, vt inibi fructus, id eſt, opera bona producamus: cōſequenti nūc ordine ſub oculos ponitur Euangeliū, quod recenſet, vnde fructus proueniant. Quū itaq; fructus naſciturus ſemen prærequirit & terrā, ideo de ſemine & terra ſuū Chriſtus ſermonem hodie incipit: denuo (more ſuo) ſimilitudinis inuolucro vtens.

B ¶Primo, vt planè impleret, quod olim per prophetam dixit. Aperiā in parabolis os me- Pſal. 77
um, loquar propoſitiones ab initio. Ille nimirum (ait Marcus) ſine parabola illis non loque- Marc. 4
batur, quas tamen ſeorſum diſcipulis ſuis diſſerebat oīes. Cuius ipſe rationē in Euangelio hodie reddens ait. Vt vidētes non videant, & audientes non intelligant. ſ. indigni. Quem-
C admodum diffuſe anno præcedenti demonſtrauimus. ¶Secundo, quod hoc genus orationis familiare ſit & accōmodatiſſimum ad docendū & ad flectēdos animos populi, quod collatio, ſumpta à rebus, oīm etiā idiotarꝫ ſenſibus notiſſimis, ſtatim permoueat vnūquē-
libet. Sic Solomon pene oīa parabolis docuit, & ipſe quoq; Eccleſiaſtes populū parabolis in- 3. Reg. 4.
D ſtruere conatus eſt. ¶Tertio, ꝙ ea (vt ita dixerim) illecebra & iucundius irrepunt in animos hoīm, q̄ dicuntur, & hærēt tenacius, quādoquidē parabolæ propter obſcuritatē in audientibus diſcēdi ſtudiū excitent. Hinc & hodie diſcipuli percupide pquirunt parabolę ſen- Eccle. 12
E ſum. ¶Quarto, quoniā parabolica admonitio nullū traducat, ſed tacite p imaginē taxat & cuiuſq; conſciētiam minus offendat. Id quod plerunq; ſemp dn̄s obſeruauit, quē & hoc quidē loco diuini verbi pdicatores omnino ſequi debuerint, quoad fieri poſſit. Quia enim Chriſtus aliquando vidit nondum ſatis omnes ſe præbere idoneos, quibus aperiretur veritas, qua non ſolū aliqui non fierēt meliores, verumetiā irritati redderētur ſceleſtiores. Ideo quales illi attulerunt animos ad audiendū, tales illis propoſuit ſermones, vtpote obſcuros, quū aliquoties vel manifeſtiſſimos intelligere nollēt. Sic hodie turbis in parabola loquitur, quā deinde ſeorſum diſcipulis, intelligere illam ſatagētibus exponit, vt admodum clare in contextu relucet. Nimirꝫ inter cætera per ſemē intelligēs verbum dei, per terram vero hominē, adeoq; cor eius. Et ſic idem hodie duo ſummatim proponit, largam. ſ. ſeminis iacta-
F tionē, & variam eiuſdē receptionē. ¶Et rectè nimirum, dei verbum eſt ſemē dici à do-
mino cœptū, quod in ipſo principiū ſit totius ſpiritualis vitæ. Et fructus beatitudinis æter- Abacuc. 2
næ, ſitq; ipſum, vñ pmanet fides, fundamētū q̄q; & ſubſtātia rerꝫ ſperādarꝫ, quod eſt fides. Roma. 1.
Sanè p ipſum dei verbū haberi ſolet actualis fides, p quā habetur & cætera. Et hoc eſt quod Hebre. 10
apſus ait: Fides ex auditu, auditus aūt p verbū dei. Et iterꝫ: Oīs q inuocat nomē dn̄i, ſaluus Roma. 10
erit. Quomodo aūt inuocabūt, in quē non crediderūt? Quomō credēt ei, quē nō audierūt? Quomodo audient ſine pdicante? Poſtea, qui ſeminare exijt, & q ſeminat, eodē teſte, filius
eſt hoīs, dn̄s Ieſus, qui à patre exiens, venit in hunc mundū, non vt agricolas pderet, aut ter- Iohan. 3
ram combureret, ſed vt ſator omnium ſeminaret ac euangelizaret noua ſemina. ſ. myſteria regni cœlorꝫ in terram ipſam, id eſt, in homines ipſos, aliquādo fructificaturos. Quos quadripharium hodie diſtinguit, vtpote ſub figura viæ, petræ, ſpinarum, & terræ bonæ.

Digitized by Google

¶Primo quidem ſubindicans, multos quidem vndecunqꝫ confluere ad prædicationẽ euan- G
gelij, ſed tamen non in omnibus gigni fructum, nec id accidere docentis culpa ſed audientiũ
vitio. Audientes em̃ nonnullos haud fructificare ex audito verbo dei, q̃a illud negligenter au-
diunt. Nonnullos, quod tentati ipſum ſubito relinquunt. Nonnullos ſolicitudinibus, diuitijs,
voluptatibusq́ꝫ irretitos, fructũ ferre haud poſſe. Siquidẽ quod ita ſuffocet. Et ſic ſolummodo
quartum eſſe hominum genus, quod ex verbo dei fructificat, & adſimilať terræ bonæ, quæ no
tat eos, qui in corde bono & optimo audientes verbum, retinent, & fructũ adferunt in patien-
tia. Ita nimirꝝ. ¶Secundo docet Ieſus, quo ſtudio ſit accipiendus ſermo doctrinæ cœleſtis, H
ſi cupiamus ex eo fructũ exoriri, docetq́ꝫ. ¶Tertio, vt omnes auidis animis accipiamus ſer- I
monem euangelicum, nec ſatis habere illum audijſſe, niſi diſcamus & audiamus & ad vſum pie
tatis conferamus. Dñs em̃ noſter Ieſus Chriſtus, vt è cordibus noſtris omnes errores amoue-
ret, nõ ſolum verbis ſed exemplis ad veritatẽ atqꝫ fidẽ magis facientibus nos planè docet, vt
non tam mala quæ damnat vitare, ſed quæ præcipue bona omnino facere debeamus. Ait em̃
Mat. 5 alibi: Si non abundauerit iuſtitia veſtra plus quàm ſcribarꝝ & phariſæorꝝ, non intrabitis in re-
Mat. 7 gnum cœlorꝝ. Item, omnis q̃ audiuerit ſermones meos, & non fecerit eos, ſimilis erit homini
ſtulto, q̃ ædificauit domũ ſuam ſupra arenam, & deſcendit pluuia, & venerũt flumina, & irrue
Luc. 13 runt venti in eam, & cecidit domus illa, & fuit ruina eius magna. Et rurſus: Arborẽ plantauit
aliq̃s in vinea ſua, & venit quærens fructũ eius, & non inuenit, & ait ad vinitorẽ. Iam tres an-
ni ſunt, q̃bus venio quæſitũ in ea fructũ, & non inuenio, excide illam, ne terram occupet. En
vides, quod inibi non aliquid eorꝝ quæ prohibenť, ſed eorꝝ quæ ſunt imperata, negligentiam
atqꝫ obmiſſionem infert. Et ſic planè innuit, haud ſolum, q̃ malefaciunt, dignos eſſe morte, ac
igne extinguibili excruciatũ iri, ſed etiam q̃ officium deſerunt, ac benefacere nequaquàm cu-
rant, cum ijs vnà damnatum iri. Nec item ſolum eos, ſed & qui quod boni agunt, negligenter
Hiere. 48 agunt, pœnas omnino daturos: ſiquidem ſcriptum ſit. Maledictus homo, qui opera domini
negligenter fecerit. Ex quorum numero eſt perinde præcipuum audire verbum, & ij qui ipm̃
audiunt, quando duntaxat ij in ſalutem audiunt, qui ipſum in corde bono & optimo audien-
tes retinent, & fructum adferunt in patientia. Vnde colligimus.

¶Primo eos, q̃ volunt ſalutiferè audire verbum dei, debent ipſum audire bono & optimo K
animo, id eſt, ea intentõe, vt per hoc deus glorificetur, & ipſi ſaluenť. Sic proculdubio audiuit
Luc. 10 Maria Magdalene, de qua Lucas ait: Quæ etiam ſedens ſecus pedes dñi, audiebat verbũ illius.
Luc. 7. 8 Quæ ob id meruit à ſeptem dæmonijs liberari, quæ & ideo optimam partem elegiſſe, quę ab
Acto. 8 ea non erat auferenda, à dño dicebatur. Sic quoqꝫ audiuit Eunuchus ille magnus à Philippo, à
Acto. 17 quo vel ideo baptizari meruit. Non ita audierũt primitus Athenienſes à Paulo, q̃ illum ad ni
hil aliud vocabant, niſi vt aliq̃d noui audirent ab eo, quorꝝ (vereor) & nũc pleriqꝫ reperiuntur
perquàm ſimillimi. Nec bono animo audierũt phariſæi, q̃ aliàs (teſte Euangeliſta) abeuntes
Matt. 22 conſilium iniebant, vt caperent Ieſum in ſermone. Vti & nunc pleriqꝫ faciunt & audiunt ſer-
Mat. 7 monem dei, quibus noluit dominus proijciendum margaritũ, inquiens: Nolite ſanctũ dare ca
nibus, neqꝫ mittatis margaritas veſtras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus ſuis, &
canes conuerſi dirumpant vos. Id quod iam nuper aperto facere nonnullos didicimus.

¶Secũdo, vt non modo verbũ dei bono animo audiant, ſed & retineant in memoria tena- L
Joh. 12. citer. Quandoq̃dem ipſum propterea comparet ſemini, quod niſi ſubtus terram condať, ſi-
1. Cor. 15 ne fructu manet, ſic & dei verbũ, q̃d audiť, niſi in profundo memoriæ ſerueť, omnino perditur.
Luc. 11 Hinc dñs: Beatus (inq̃t) q̃ audiunt verbum dei, & cuſtodiunt illud. Ex quorꝝ numero fuit Pro-
Pſal. 118 pheta, q̃ de ſe dicit: In corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Et diua Virgo fuit
quoq; ex eorum catalogo, quæ omnia de deo verba in corde ſuo contulit.

Luc. 2 ¶Tertio, vt non modo audiant bono animo, & ipſum memoria teneant, ſed & vt inde & M
Roma. 2 per ipm̃ adferũt fructũ in patientia, id eſt, iuxta illud operenť. Non em̃ (inq̃t Apoſtolus) audi-
tores legis iuſti ſunt apud deũ, ſed factores legis iuſtificabunť. Hinc Iacobus hortatur, dicens.
Jaco. 1. Eſtote aũt factores verbi, & non auditores tantũ, fallentes voſmetipſos. Quia ſi q̃s auditor eſt
verbi, & non factor, hic comparabiť viro conſideranti vultũ natiuitatis ſuæ in ſpeculo. Conſi
Mat. 23 derauit em̃ ſe, & abijt, & ſtatim oblitus eſt, qualis fuerit. Ideo dñs alibi: Quæcũqꝫ (inq̃t) vobis
Mat. vlt. dixerint, ex lege, ſ. prędicatores, ſeruate & facite. Qui ꝓpterea hinc abiturus ad diſcipulos ait:
Euntes ergo docete om̃es gẽtes, baptizãtes eos in noĩe patris &c. docentes eos ſeruare om̃ia
Mat. 7. quæcũqꝫ mandaui vobis. Siq̃dem oĩs, q̃ audit verba mea hęc, & facit ea, adſimilabť viro ſapiẽ
ti, q̃ ædificauit domũ ſuã ſupra petrã, & deſcendit pluuia, & venerũt flumina, & flauerũt venti,
& irruerũt in domũ illam, & non cecidit. Fundata em̃ erat ſupra petrã. Sic haud dubie verbũ
dei audierũt, & iuxta illud fecerũt Apľi, & quicqꝫ martyres & cõfeſſores ſanctiſſimi: longè alie-
ni ab hominibus nonnullis noſtri temporis, q̃ cum quotidie verbum dei, q̃d eſt euangeliũ, vt
ipſi dicũt, audiũt, nihil minus ſunt quàm Euangelici, quãdo vtiqꝫ nõ ſunt de ijs, de q̃bus hodie
dñs ait:

Digitized by Google

dominus ait. Qui in corde bono & optimo audiētes verbū retinēt, & fructū adferūt in pati-
N entia. ¶Adferunt aūt fructus in patiētia, q vſq; ad finem bonis operibus inſiſtētes pmia 1. Cor. 13
expectant: quandoquidē dum (vt ait Gregorius) æquanimiter proximoꝝ mala tolerāt, &
humiliter flagella ſuſcipiunt, poſtmodū ad requiē ſublimiter ſuſcipiuntur.
O ¶Et vide, quā oppoſitē bona terra habeat conditiones omnino oppoſitas alijs, in qbus
ſemen cecidit. Quàm eñi ij audiētes verbū retinēt, contra eos eſt, qui ſunt ſecus viā, & ve-
nit diabolus, & tollit verbum de corde eoꝝ. Quàm aūt fructū adferūt ſanctaꝝ, ſcilicet ope-
rationū, eſt contra eos, qui ſunt ſpinæ ſuffocantes dei verbū. Quod verò idipſum in patiē-
tia, eſt cōtra eos, qui ſupra petram, qui ad tēpus credūt, & in tēpore tentationis recedunt.
Quamuis enim ſemen diuini verbi de ſe ſit fęcundum, ſit tamen (vt intelligimus) infęcun-
dū vitio male audientium. Et ſanè dolendum eſt tot eſſe malos ac tam paucos ſaluari, quū
quarta duntaxat pars ſeminis ſaluata inueniatur. Nec tamen interim exemplo Chriſti ec-
P cleſiaſtes à prædicatione ceſſare debet, paucos inde fructificare videns, qui enim cum facit
quantum in ſe eſt, ſuum meritum non eſt pditurus. ¶Faxit aūt deus optimus vt omnes
ſimus terra bona, & de numero illoꝝ, qui in corde bono & optimo audiētes verbum dei, re
tinent & fructum adferunt in patientia. Cuiuſmodi erimus vbi pro ſalutifera verbi dei au
ditione gratiā à deo orauerimus, exēplo Moyſi, qui verba dei loquuturus orabat. Concreſ-
cat in pluuia doctrina mea, fluat vt ros eloquium meū, quaſi imber ſup herbam, & quaſi ſtil Deute. 32
læ ſuper gramina. Et Dauid deū laudaturus orabat. Domine labia mea aperias, & os meū Psal. 50
annuntiabit laudem tuam. Deus in adiutorium meum intende. Quem quidē morē pror- Psal. 69
ſus ſalutarem eccleſia in omnibus ſuis officijs, obſeruat, ſemper deum laudatura in primis
gratiam deprecatur.

HOMILIA DECIMASEXTA DE EO QVOD SCRIPTVM
eſt, Lucæ. 18. Ipſe vero multo magis clamabat, fili Dauid miſere-
re mei. &c.

Dominica Quinquageſime.

DVO NOBIS hodie ſancta mater Eccleſia proponit, quæ magnā & me-
rito doloroſam hoc maximè tempore in nobis deuotionem prouocare &
excitare debuerint, ad noſtram quidem ſalutem omnino neceſſaria.
A ¶Primo quidem in perſona cæci hodierni nobis ſub oculos ponit miſe-
rabilem illam humani generis in vno Adamo protoplaſto ex paradyſo ex-
pulſionē & deflendā æternæ tum felicitatis amiſſionem. Quem eñi hodie a-
lium (Gregorio teſte) per cæcum mendicantem intelligere quimus, quàm genus humanū,
quod vtique in primo parente propter peccatum, ſupernæ lucis claritatem ignorans, dam Gene. 3
nationis ſuæ tenebras patitur, in hac Hiericho mendicans, id eſt, in hoc mūdo inops & pau
per, quo iuſtitia definiente, pertruſum eſt? Per Hiericho autem intelligi hunc mundum,
vanum & labilem, argumento eſt, ipſa dictionis Hiericho ſignificatio, quæ idem notat q̃d
luna. Sicut modo luna eſt mutabilis & variabilis creſcendo & decreſcendo, ita & mundus,
in quo nihil plane ſtabile eſt, ſed vana ſunt & tranſitoria omnia. De quo Eccleſiaſtes. Vidi, Eccle. 1. 2.
quæ fiunt cuncta ſub ſole, & ecce vniuerſa vanitas & afflictio ſpiritus. Cuncta ſubiacēt va-
nitati, & omnia pergunt ad vnum locum. Et hoc eſt quod Iohannes hortatur, dicens. No-
lite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt. Tranſit mundus & concupiſcentia e- 1. Joh. 2
ius. In hoc itaq; mundo iacuit humanum genus, mendicum & inops, atq; cæcum ex ma-
ledictione, quam habuit ex peccato primus parens, quando ad ipſum deus dixit. Quia au- Gene. 3
diſti vocem vxoris tuæ, & comediſti de ligno ex quo præceperam tibi ne comederes, ma-
ledicta terra in opere tuo. In laboribus comedes ex ea, cūctis diebus tuæ vitæ. Spinas & tri-
bulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ, In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, do-
nec reuertaris in terrā de qua ſumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Hoc ve-
rò genus humanum in hoc Hiericho vſq; adeo cæcum iacuit & mendicans, & adeo mente Roma. 1
obcæcatum fuit, vt ſui quoq; creatoris ſit oblitum: quippe, quod (vt apoſtolus ſcribit) cum-
cognouiſſet deum, non ſicut deum glorificauit, nec gratias egit, ſed euanuit in cogitationi
bus ſuis, & obſcuratū eſt inſipiens cor ipſius: quod & cōmutauit veritatē in mendaciū, &
coluit & ſeruiuit creaturæ potius quàm creatori. Quod cū prorſus ſe obcæcatū ſciēs ſolum
Ieſum eē dñm, q (Dauide teſte) cæcos illuminaret, ad eū duntaxat clamauit, dicens. Dñe, vt Psal. 145
videam. Et (vt eſt in Pſalmo) deus meus illumina tenebras meas. Hinc ¶Secūdo Eccleſia Psal. 17
B nobis hodie in Euangelio proponit miſericordem illū tranſitum Ieſu Chriſti, q̃s Hieri-
cho appropinquauit, id eſt, ſua natiuitate in hunc mundum venit, ſua ſanctiſſima vita
& ſaluta-

Johan.3 & ſalutari doctrina non modo cæcum genus humanum illuminaturus, ſed & idipſum ab
omni miſeria, paupertate, mendicitate, redẽpturus ſua innocentiſſima & amariſſima paſſio
Johã.1 ne. Erat eñ ait Euangeliſta: Lux vera quæ illuminat omnẽ hominẽ venientẽ in hunc mundũ
Johã.12 Et Chriſtus de ſe: Ego (inqt) lux veni in mundũ, vt oĩs q credit in me, in tenebris nõ maneat
Johã.3 Et idẽ aliàs: Sic deus dilexit mundũ, vt filiũ ſuũ vnigenitũ daret, vt oĩs q credit in ipſum, nõ
pereat, ſed habeat vitã æternã. Et hoc eſt, q̃d hæc ipſa Eccleſia nobis hodie ante oculos collo-
Luc.18 cat verba Ieſu Chriſti, quæ de ſua ille paſſione ad diſcipulos dixit, inquiens: Ecce aſcendimus
Hieroſolymã, & cõſummabunt oĩa, q̃ ſcripta ſunt per ꝓphetas de filio hois. Tradet eñ gẽti
bus, & illudet, & flagellabit, & conſpuet. Et poſtq̃ flagellauerint, occident eum & cætera.
¶Hæc igit duo, miſerabilem .ſ. humani generis olim cõditionẽ & perditionẽ, & laborioſam il C
lam ex ea conditõe redemptionẽ, eccleſia ſingulariter nobis hodie ꝓponit, vt ex deuota illo
rum meditatõe ponderemus. ¶Primo, quàm miſeri olim fuerimus ꝓpter peccata noſtra, vt- D
Ephe.2 pote natura filij iræ, & planè excęcati & damnati, Aplo dicente: Memores eſtote, quod aliqñ
vos, q eratis gentes, eratis in illo tpe ſine Chriſto, alienati à conuerſatõe Iſrael, & hoſpites te-
ſtamentorum ꝓmiſſionis ſpem nõ habentes, & ſine deo in hoc mundo, natura filij iræ.
1. Pet.1 ¶Secundo, vt & ponderemus quam cũ ſummo labore, & magno precio ab hmõi dura noſtra E
ꝓpter peccata amiſſione liberati ſimus. Vnde Petrus ait: Scientes, q̃d nõ corruptibilibus auro
Roma.8 vel argento redempti eſtis, de vana veſtra conuerſatõe paternæ traditõis, ſed pretioſo ſangui
ne, quaſi agni immaculati Chriſti & incontaminati. Adeò eñ deus nos dilexit, vt (teſte Aplo)
Ephe.2 nõ pepercerit ꝓprio filio ſuo, ſed ꝓ nobis oĩbus tradidit illũ. Qui (inqt Idem) diues in miſe-
ricordia ꝓpter nimiam charitatẽ, qua dilexit nos, & cũ eſſemus mortui peccatis, cõuiuificauit
nos in Chriſto, cuius gratia ſumus ſaluati. ¶Tertio, vt meditatõe hoꝝ duoꝝ ꝓuocaremur ad F
abſtinentiam peccatoꝝ, & ad deuotã gratiaꝝ actionẽ Chriſto Ieſu pro tam pretioſa, laborio
ſa, miſericordiq; redemptõe, ſinguli apud ſe cũ Dauide dicentes: Quid retribuam dño, ꝓ oĩ-
Pſal.115 bus quæ retribuit mihi? Calicẽ ſalutaris accipiam, & nomẽ dñi inuocabo. O dñe dirupiſti vin
cula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis. Hoc modo aũt ſacrificare quid aliud eſt, q̃ à peccatis
abſtinere, deoq; ꝓ eius tanto in nos beneficio gratias agere, q nihil à nobis præter animi gra-
2. Cor.6. titudinẽ expoſcit? Et hoc eſt, q̃d hoc tpe ad nos ait Apls, & in eius perſona catholica eccleſiæ:
Ecce nunc tẽpus acceptabile, Ecce nunc dies ſalutis. Nemini dantes vllam offenſionẽ, vt nõ vi
tuperet miniſteriũ noſtrũ Sed in oĩbus exhibeamus noſmetipſos ſicut dei miniſtros: In mul
ta patientia, in tribulatõibus, in neceſſitatibus, in anguſtijs, in plagis, in laboribus, in vigilijs, &
ieiunijs. ¶Sed heu q̃ male & impiè peruertimus hoc tẽpus mœroris & recõciliatõis, in tẽpus G
vani gaudij & offenſionis, q nunc ingratiſſimi plus alio qdem tẽpore vacamus riſui, voluptati,
crapulæ, cõmeſſationi, & ebrietati, potius ſummè eſſet dolendũ & plangendũ. An nõ de no-
Job.17 bis verè Iob locutus ẽ, dicens: Noctẽ verterunt in diem. An nõ ad nos iuſtè dñs dicere queat.
Matth.11 Lamentauimus & nõ planxiſtis. Sanè iam eſt tẽpus, in quo melius eſt ire, iuxta verbũ Eccle-
ſiaſtæ, ad domũ luctus, q̃ ad domũ conuiuij. In illa eñ finis cunctoꝝ admonet hominũ, & vi-
Eccle.7 uens cogitat, qd futuꝝ ſit. Melior eſt ira riſu, quia ꝑ triſtitiam vultus corrigit animus deliquẽ-
2. Pet.1.2 tis. At nos iam in tanto omniũ rerum luxu & vano gaudio viuentes, qd aliud agimus, q̃ quod
(Petro ſcribente) cęcutimus, & manu tentantes obliuionẽ accipimus purgatões veteꝝ deli-
ctoꝝ? Et refugientes mundi coinquinatões in cognitõe dñi noſtri & ſaluatoris Ieſu Chriſti, &
iterum rurſus implicati ſuperamur, nobiſq; poſteriora facimus peiora prioribus, qbus haud dubie
melius eſſet nõ cognouiſſe viam iuſtitiæ, quàm poſt agnitionẽ retrorſum conuerti ab eo, qd
nobis traditũ eſt, ſancto mandato. Siqdem nunc nõ natura ſed voluntate cæci ſumus, iacen-
Johã.3 tes in hac Hiericho prorſus derelicti, mendicantes & inopes. Sumus eñ omnes, q in deũ pec-
Sap.2 camus, mente cæci, tenebras quàm lucẽ magis diligentes, quos (teſte Sapientia) malitia excæ-
Sopho.1. cauit. Ambulabũt eñ (inqt Propheta) vt cæci, quia dño peccauerunt. Quid igit agamus, fra-
tres dilectiſſimi, niſi q̃d ipſi cæci in via vitæ hodie cum cæco. ¶Primo, Ad Chriſtũ ſolũ cur- H
Johã.1 ramus, q ſolus cæcos illuminat, quũ ſolus ſit, q lux in mundũ veniens omnẽ hominẽ illuminat
Pſal.33 & à cæcitate peccati redemit. Hinc Propheta: Accedite (inqt) ad eum, & illuminamini, & fa-
1. Johan.2 cies veſtræ non confundent. Et Iohannes: Filioli mei. Hæc ſcribo vobis, vt nõ peccetis. Sed
& ſi quis peccauerit, aduocatũ habemus apud patrẽ Ieſum Chriſtum. Et ipſe eſt ꝓpitiatio pro
Mat.11. peccatis noſtris. Propterea ipſe nos ad ſe hortat, dicens: Venite ad me omnes, qui laboratis, &
Heb.4 onerati eſtis, & ego reficiam vos. Adeamus ergo (inqt Aplus) cum fiducia ad thronum gratiæ
eius, vt miſericordiam conſequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. ¶Secũdo, I
Ipſum dñm Ieſum vera fide deum & hominem confitentes, inuocemus & oremus, dicentes:
Hiere.29 O Ieſu, fili Dauid, miſerere mei. Vnde ipſe ait: Inuocabitis me, & viuetis: & orabitis me, & ego
exaudiam vos: quæretis me, & inuenietis. Cum quæſieritis me in toto corde veſtro, inueniar à
vobis. Et ſi eñ dñs nouit, qd nobis opus ſit anteq̃ petamus, ipſe tñ à nobis, vti ſubditis creaturis

ceu crea

ceu creator peti vult hoc, quod & nos petere & ſe concedere p̃noſcit. Pius em̃ dñs ſua dona
gratuita, noſtra vult eſſe merita, nec vult bonũ noſtrũ inuitũ & coactũ, ſed ſpontaneũ & vo
luntariũ, & quod nobis ſponte largitur, vult noſtris petitionibus tribuere. Hinc aliàs inquit: Matt. 7.
Petite & accipietis. Et hodie quærit à cæco quid cupiat, nõ vt ignorans, ſed vt illũ ad petẽdũ Luc. 11.
K excitet. ¶ Tertio, Petamus cũ cæco vt videamus, id eſt, petamus quod ſaluti eſt, id eſt, vide
re ipſum verũ lumen, Ieſum, qui illuminat omnẽ hominẽ venientẽ in hunc mundũ. Ad quod Iohã 1
lumen videndũ fides ipſa eſt via, qua ſaluamur. Hinc dñs alibi. Quærite primũ regnũ dei, & Matt. 6.
iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis. Sic Solomon, quia ſibi ſapientiã à deo, qua po 3. Reg. 3
pulum ſuũ regere poſſet, rogauit, nõ modo ſapientiã maximã, ſed & diuitias & honores hoc Matt 20
cq̃ genus omnia, obtinere meruit. Cæterũ, Mater filiorum Zebedei repulſam paſſa eſt, q̃a va-
nam gloriam & regnum petierat. Non igitur petamus neq; aurũ neq; argentum neq; fugiti-
uos honores, nec longam vitam, nec vindictam inimicorum aut hoc genus temporaliũ quic
quam. Qui em̃, ait Paulus, proprio filio ſuo nõ pepercit, ſed pro nobis om̃ibus tradidit illum, Roma. 8
L quomodo, non etiã cum illo omnia nobis donauit? ¶ Quarto, Vt ſedulo petamus nõ ceſ-
ſantes ſed maxime inſtantes. Multum enim, ait Iacobus, aſſidua iuſti deprecatio valet. Et dñs Iacobi. 5
ait. Pulſate & aperietur vobis. Et ille ſi p̃ſeuerauerit pulſans dico vobis, & ſi non dabit illi ſur- Luc. 11.
gens, eo q̃d amicus eius ſit, propter improbitatẽ tamen eius ſurget, & dabit illi, quotq̃t habet
M neceſſarios panes. Et rurſus. Oportet ſemper orare & nõ deficere. ¶ Debemus itaq; cõſtan- Lucæ. 18
ter petere, nec ceſſare, nec propter turbam prę euntẽ à clamando deſiſtere. Turba aũt præeũs
eſt ipſa caro, & carnalis ſeu diabolica ſuggeſtio, à diuinis nos retrahere moliens. De qua apl's:
Caro cõcupiſcit aduerſus ſpm̃ & ſpũs aduerſus carnẽ. Hæc em̃ ſibi inuicẽ aduerſanť, Vt nõ q̃- Roma. 7
cũq; vultis illa faciatis. Sanè carnalia, Petro teſte, militãt aduerſus aĩam, retrahuntq; à vero lu 1. Petri. 2
mine, ac increpant, ne clamando exaudiamur pro ſalute noſtra. Eſt & turba præcedens con- Gal. 5.
ſuetudo ipſa peccãdi, quæ durius incipit rebellare, cum ſenſerit poſt adſueta mala ad virtutem
hominem redire velle. Eſt & turba increpans, omnis chriſtianus nomine tantũ, nõ opere &
veritate, qui factis Chriſtũ minime ſequiť, ſed qui ſua volũtate nõ Chriſti p̃ceptis dirigitur, Titum. 1.
ſibiipſi p̃ambulans, regulã cõſtituens, voluntatẽ ſuã dño p̃ferens, ac verbis & operibus bonos
chriſtianos à Chriſto prohibere ſtudẽs, vtpote vidẽs ad Chriſtum quempiam vel ſpernendo
mundũ, vel largiendo ſua pauperibus, vel ieiunãdo, vel vigilãdo, reipſa clamare, increpat di-
cens. Quid inſanis? Nimius es. Iſtud dementia eſt. Nunq̃d alij nõ ſunt chr̃iani? Quid conaris
tã duris op̃ibus? Nõne Chr̃s pro te paſſus eſt, & p̃ te ſatisfecit, adeo, q̃d nõ cogeris vltra bene
agere? Veni ergo fruamur bonis, q̃ ſunt, & vtamur creatura tãq̃ in iuuẽtute celeriter. Et hoc Sapiæ. 2
genus reliq̃ obijciẽs, q̃ alias ſcriptura recẽſet. Cæterũ, nos hm̃oi turbã malã & Chriſtũ p̃cedẽ-
tem nõ vero ſequentẽ nequaquã audiamus, nequaquam à clamãdo ore & opere ceſſemus, ſed
exẽplo hodierni cæci magis atq; magis clamemus, dicentes. Dñe, vt videã: Memores, inquã,
ſimus ſcripturę, dicẽtis. Ne ſeq̃ris turbã ad faciẽdũ malũ, nec in iudicio plurimorũ acquieſcas Exodi. 23
ſnĩæ, vt à verbo deuies. Imò magis ac magis clamemus, memores, iuxta p̃phetã, Lõge à pc̃tõ
ribus eẽ ſalutẽ, & magna munera multis & magnis largiri p̃cibus. Interim minime de nobis Pſal. 118
neq; de meritis nr̃is p̃ſumamus, ſed in illius mĩa cõfidamus. Siquidem ita (teſte p̃pheta) in deo Pſal. 59
N faciemus virtutẽ, & ipſe ad nihilũ deducet inimicos nr̃os. ¶ Hæc ſi exẽplo hodierni cæci fe
cerimus, nõ dubitemus & nos à dño p̃ eius mĩam & gratiã illuminatũ iri. Quãtã em̃ ille mĩam
pęnitẽtibus exhibeat, q̃le auxiliũ pugnãtibus cõtra pc̃m̃ p̃beat, hyſtoria hodie de cæco euĩ-
dẽter arguit. Ille em̃ qui prius trãſibat p̃pter tentationes, q̃s in oratione patimur, ſi in orãdo
p̃ſeuerauerimus, q̃ſi ſtans nos ad ſe adduci iubet. Siquidẽ p̃pe eſt dñs om̃ibus inuocãtibus eũ,
omnibus inuocãtibus eũ in veritate. Quo quidẽ modo cæcus hodie inuocauit eũ dicẽs. O Ie- Pſal. 144
ſu fili Dauid miſerere mei. Dñe, ut videã, quẽ neq; turba increpans à clamore p̃hibere potuit,
quippe q̃ ſemp̃ multo magis clamarit, inquiens. O Ieſu fili Dauid, miſerere mei.

HOMILIA DECIMASEPTIMA, DE EO QVOD SCRIPTVM eſt. Matth. ſexto. Attendite, ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus vt videamini ab eis. &c.

Feria ſexta poſt cinerum.

A DVAS HABET HODIERNI EVANGEILII LECTIO
partes. In quarum prima dominus oſtendit, quibus rebus oporteat nos excelle
re iuſtitiam ſcribarum & phariſæorũ, & quatenus eſſe Aethnicis meliores. Si-
mulq; inibi docuit, quomodo lex quo ad præcepta ſecundum ſpiritum adim-
plenda ſit, & nequaquam ſoluẽda ſed ad perfectum ferenda: qua de re anno q̃-
dem ſuperiore plurima diximus, quando primam partem Euangelij tractaba

 mus, quam

mus, quam nunc ideoq; ſilẽtio ſumus tranſituri, & ſecundam ſuſcepturi partẽ. In qua perdocet dominus, quid circa eandem iuſtitiam noſtram ſit vitandum, quoq; modo illa ipſa legis iuſtitia in noua lege ſit implenda, vt per ipſam coram deo iuſtificemur, inquiens. Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. In quibus quidem verbis colligimus. ¶ Primo, Iuſtitiam noſtram eſſe & dici operationẽ & actionem bonorũ operũ, quibus deus ipſe merito paſſionis dilecti filij ſui dñi noſtri Ieſu Chriſti nos iuſtificat, & iuſtos, id eſt, ſua iuſtificatione. ſ. ad vitam æternam dignos facit. Sine em̃ mandatis bonisq; operibus ille neminem adultum vult iuſtificare, Apoſtolo ſcribẽte, Non em̃ auditores legis iuſti ſunt apud deum, ſed factores legis iuſtificabuntur. Sic hortatur Iacobus, dicens. Eſtote autẽ factores verbi, & nõ auditores tantũ, fallentes voſmetipſos. Errarunt igitur plurimum, & pernitioſiſſimè alios ſeduxerũt dicentes, Solam fidem nudam ſine operibus ſaluare: quum nulla ſit vera fides ſine operibus, quandoquidẽ hæc ſit fides, quæ, Apoſtolo teſte, per charitatem operatur. ſ. bona opera, ſine quibus illa (vt Iacobus ſcribit) non aliter mortua eſt, ac corpus ſine ſpiritu mortuũ eſt. Eapropter Apoſtolus ſcribit, nos eſſe creatos in Chriſto Ieſu in operibus bonis, quæ præparauit deus, vt in illis ambulemus. Et niſi quis ambulet, id eſt, operetur in illis, nõ poteſt dici eſſe Chriſti, Iohanne dicẽte. Qui dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare. Accepimus ſanè ab Apoſtolo, habitare Chriſtum per fidem in cordibus noſtris. Vnde ſequi neceſſum eſt, tam diu Chriſtum in nobis viuere, q̃ diu viuit fides. At poſtquam fides mortua eſt, quomodo Chriſtus viuus eſt in nobis? Porrò fidei vitam opera atteſtant. Chriſto dicẽte. Opera, quæ dedit mihi pater, ipſa teſtimoniũ perhibẽt de me. Sicut em̃ corporis huius vitã ex motu cidnoſcimus, ita & fidei vitam ex operibus bonis. Itaq; vita quidem corporis eſt anima, per quam mouetur & ſentit, Vita verò fidei charitas eſt, quia per illã fides, Apoſtolo teſte, operatur. Et ſic dicit ſcriptura, iuſtum viuere ex fide. ſ. vera, quæ operatur per charitatem, nec alius ex fide viuit niſi iuſtus. Cæterum, inquit Iohannes, Iuſtus eſt qui iuſtitiam facit. Iuſtitia ſunt per ſe omnia bona opera, quibus Chriſtus ſuos iuſtificat, & ſua per crucẽ iuſtificatione dignos reddit. Vnde colligimus. ¶ Secundo, tria potiſſimũ in primis eſſe opera bona, quibus, quæ iuſtitia ſunt dicta. Chriſtus nos vult iuſtificare, non minus ipſi grata quam nobis ad ſalutem neceſſaria. Oratio. ſ. & eleemoſyna, & ieiunium, quæ Chriſtus hodie ſingulariter recẽſet, perinde atq; contra tria peccata, quibus peccamus, omnino neceſſaria. Sanè oratio contra peccatũ in deum Maximum, Eleemoſyna cõtra peccatum in proximũ, Ieiuniũ cõtra peccatũ in ſemetipſum. Sicut etiam tria ſunt præcipua in mundo vitia, q̃bus maxime dãnamur. ſ. Auaritia, Supbia, Luxuria, ſic tria ſunt illa pdicta bona opa cõtra hæc. Siquidẽ oratio eſt cõtra ſupbiã vitæ, Eleemoſyna contra auaritiam, Ieiuniũ cõtra cõcupiſcentiam carnis. Eſt autem oratio proprie petitio decentium à deo. Sic Chriſtus orauit qñ ad deũ patrẽ dixit. Pater mi, ſi nõ poteſt hic calix tranſire, niſi bibam illũ, fiat voluntas tua. Sic idem nos orare docuit, inquiẽs. Pater noſter. &c. Vbi quõ & qd orandũ ſit demonſtrauit. Quo de loco ſuo plura diximus, dicturi & ſuo tempore aliqua. Eleemoſyna vero eſt, q̃ indigenti ſubuenimus, vt dare eſuriẽti panẽ, mœſto conſolationẽ. Ad quam hortatur ſcriptura dicens. Facere Eleemoſynã ne deſpicias. Eleemoſynã fecit Tobias, de quo ſcribitur, quod eſuriẽtes aluerit, nudis veſtimenta præbuerit, mortuiſq; ſepulturam exhibuerit. De Eleemoſyna ſuo quoq; loco, duce deo, plurima diſputabimus. Ieiunium vero eſt à peccatis & ab ijs, quæ ad peccatum prouocant, abſtinentia. Sic abſtinere à multo vino eſt ieiunare, quandoquidẽ inde veniat luxuria, Apoſtolo dicente, Nolite inebriari vino in quo eſt luxuria. Eſt aũt ad depulſionẽ dæmonũ maxime opus oratione & ieiunio, quũ dñs alibi dixerit. Hoc aũt genus. ſ. dæmonũ nõ eijcit, niſi p orationẽ & ieiuniũ. Delirant ideoq;, q nihil neq; oratõi neq; ieiunio deferũt, carni vbiq; & ſemper inſeruientes. Atqui ſatis euidenter hodie intelligimus dñm nos adhortari ad hæc tria iuſtitiæ opera. ſ. orationẽ, eleemoſynã, Ieiunium, de quo (deo volẽte) dñica proxime futura nõnihil dicem⁹. Colligimus. ¶ Tertio, Nõ ſufficere, vt hæc & hoc genus alia opa iuſtitiæ per ſe bona faciamus, niſi ea recta & vera intentione. i. pure propter deũ faciamus, Nõ vt inde vanã gloriã q̃ramus, aut qd cõmodi ambiamus. Et ſic docet Chrs, nos dei pcepta pro cœleſti duntaxat mercede facere debere, nõ pro terrenis, q̃ olim promittebat. Quæ quidẽ terrena ad duo potiſſima reduci videntur. ſ. ad humanã gloriã, & ad terrenorũ affluentiã, quorũ vtrũq; in lege promiſſum eſſe videtur. De gloria quidẽ in Deuteronomio. Faciet te dñs excelſiorẽ cũctis gẽtibus, quæ verſant in terra. De affluentia aũt temporaliũ ibidem quoq;. Abundare te faciet dñs in om̃ibus bonis. Et ideo hæc duo dominus ab intentione fideliũ excludit. ſ. gloriã & terrenorũ affluentiam. Quia vero appetitus gloriæ vel maxime inſidiatur virtuti, & ſæpe etiamnum irrepit natura probis. Et qa em̃ omnia mala ſeruos diaboli vexent, concupiſcentia vanæ gloriæ magis

Marginalia: Roma. 2 — Iacobi. 1 — Gal. 5 — Iacobi. 2 — Eph. 2 — 1. Iohan. 2 — Eph. 3 — Iohan. 5 — Eph. 3 — Abacuc. 2 — Rom. 1 — 1. Iohan. 3 — 1. Iohan. 2 — Mat. 26 — Marc 14 — Matt. 6 — Matt. 25 — Eccle. 7 — Tobiæ. 1 — Eph. 5 — Mat. 17 — Marc. 9 — Deute. 26 — B — C — D

Digitized by Google

vtrum ſeruos dei q̃ diaboli,ideo dominus intentionem gloriæ primo excludit, dicens:Atten
dite,id eſt,diligenter cauete.Quaſi diceret,Cupido inanis gloriæ hoſtis eſt callidus,qui etiã
perinde ſanctis irrepere ſtudet.Nec eſt,qui ſentit,quas vires nocendi habeat humanæ glorię
amor,niſi q ei bellũ indixit:qa etſi facile eſt cuiq̃ laudem non cupere dum negatur, difficile
tamen eſt,ea non delectari,cum offertur.Eam ob rem ſummo ſtudio dominus admonet,in-
quiens:Attendite,id eſt,diligenter conſiderate,& attenti & cauti eſtote, ſcilicet contra inſi-
dias ſuperbiæ,quia etiam bonis operibus inſidiatur,vt faciat ea perire,quando fiunt propter
vanam gloriam,quæ vtiq; datur glorianti pro æterna mercede,quæ eſt apud deum vera glo
ria,cuius amore omnis noſtra iuſtitia fieri debet.Sane ille debet mercedẽ dare,cuius manda-
to moueatur operarius vel amore.Niſi ergo deus ſingulariter ſit in cauſa,non operis merce-
dem,ſed fallaciæ ſuppliciũ apud deũ habebunt,qui hic ab humano ore mercedem.ſ.leuẽ au-
ram fauoris recipere voluerunt.Ab ijs quidẽ acceperunt,à quibus concupiuerunt. Quia eñ
intentio ad homines tantum fertur,non eſt aliquid iuſte à deo expectandũ, quia non virtus,
ſed cauſa virtutis mercedem habet apud deum:Hoc igitur eis pro mercede deputatur, cuius
amore fecerunt.ſ.laus humana,quam quæſierunt.Quemadmodũ pulchre & grauiter domi-
nus exemplo orationis,eleemoſynæ,& ieiunij declarat.

E ¶Sed inquis,Quomodo poteſt fieri vt nõ coram hominibus eleemoſynam faciamus, aut nõ
in eccleſia oremus? aut ſi fiat,quomodo non ſentiemus? Si eñ præſente aliquo occurrerit pau
per,quomodo dabitur ei in abſcondito,ſed eum deducendo in ſecreto videtur, quia datur.
Reſpondeo,dominum prohibere ſolummodo ne propterea aliquod bonum opus faciamus,
vt ab hominibus videamur,vanæ gloriæ cauſa,& ne inibi finẽ noſtri propoſiti collocemus.
Quẽadmodum fecit phariſæus ille,ſtans apud ſe & orans.Deus gratias ago tibi,qa non ſum Lucæ.18
ſicut cæteri hominũ,raptores,iniuſti,&c.Non autẽ prohibet nos bene operari hominibus vi
dentibus,imò ad hoc & in primis pfectos admonet,inquiens:Sic luceat lux veſtra corã homi Matt. 5
nibus,vt videant opera veſtra bona,& glorificẽt patrẽ veſtrum qui in cœlis eſt.Qui igiẽ ſuã
iuſtitiam non ideo palàm coràmq; fecit,vt ab hominibus videatur,etſi coram hominibus fe
cerit,non tamen corã hominibus feciſſe videtur.Qui eñ aliquid fecit propter deũ, neminem
videt in corde ſuo,niſi deum propter quẽ facit,ſicut artifex eum ſemper habet prę oculis,qui
ſibi opus faciendũ commiſit.Sic etſi apoſtolus alibi aliter dixerit:Si adhuc hominibus placerẽ Galat.1.
Chriſti ſeruus non eſſem, nihilominus alio in loco dicit:Ego omnibus per omnia placeo.
Quod vtiq; nõ ideo facit,vt placeret hominibus,ſed deo,ad cuius amorẽ corda hominũ vole- 1.Cor.10
bat conuertere ex eo,quod eis placebat.Sic Chriſtus hodie ait:Attendite ne iuſtitiã veſtram
faciatis corã hominibus,vt videamini ab eis.Sunt eñ,qui ſic ſuam iuſtitiam faciunt corã ho-
minibus,vt non videantur ab eis,ſed vt ipſa opera videantur,& glorificetur pater,qui in cœ
lis eſt.Non eñ ſuam iuſtitiam deputant,ſed eius cuius fide viuunt.Et ſic dominus nihil aliud
demonſtrat,niſi illud nos cauere oportere, ne humanam laudem pro noſtrorũ operum mer-
F cede quæramus. ¶Vehemẽter itaq; errant qui ex hoc loco refellunt omnẽ in tẽplo oratio-
nẽ,& eos,qui inibi orant vel canunt phariſæos appellant,contra præceptũ domini iudican-
tes etiam de occultis,quorũ iudex ſolus eſt dominus,qui ſcrutator eſt renũ & cordium,cuius Hebr. iiij
oculis omnia nuda ſunt & aperta.Sileo quod omnia media charitas ipſa,Paulo teſte,in meli- 1.Cor.13
orem partẽ,quæ malum non cogitat,ſed omnia ſperat,vertit.Non eſt igitur,quod iſtorũ im
pudentia ab eo,quod per ſe bonũ eſt,diſtrahamur,nihil boni coram hominibus facientes, id
qđ dominus nequaquam prohibuit,imò præcepit,inquiens:Sic luceat,&c.Adde & apoſto-
lum dicentẽ:Prouidentes bona non tantum coram deo,ſed etiam coram omnibus homini-
dus.Et aliàs:Vt honeſte,inquit,ambuletis ad eos,qui foris ſunt.Sic & Petrus voluit, noſtram Roma.12
eſſe conuerſationem bonam,vt in eo,qđ infideles detraherent de nobis,confunderentur,qui 1.Theſ.iiij
calumniarentur noſtrã bonam in Chriſto conuerſationem.Ita & Chriſtus plane voluit, ho- 1. Petri,2
die dicens:Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt ab eis videamini, ni- 1.Petri,3
hil prohibens,niſi vanam gloriam.At præcipiens omnia bona opera ſui ipſius cauſa nos de-
bere facere,ſi æternam in cœlis mercedem cuperemus. Si tamen per alicuius cor cogitatio
vana aſcendit,deſiderans hominibus apparere,ânima autem intelligens contradicit, ille non
propter hominem feciſſe videtur, quia quod cogitauit,paſſio carnis eſt,quod eligit,iudici-
um animæ.

¶HOMILIA XVIII. DE EO QVOD SCRIPTVM EST
Deut.8.Matth.4.Mar.1.Lucæ.4.Non in ſolo pane viuit homo,ſed
in omni verbo,quod procedit de ore dei,&c.

Dominica prima quadrageſime.

c 2 Non

Digitized by Google

NON DVBIVM EST, QVOD HISTORIA HO- A
dierni Euangelij recenſet, Chriſtū feciſſe, ſed nō propter ſe Chrs,
Actor. 1 ſed propter nos fecerit, quū omnē ſuam, iuxta humanitatē, actio-
Iohā. 13 nem noſtram eſſe voluit inſtructionē: qui, Luca teſte, facere cœpit
idemq; docere, de ſeipſo dicens. Exemplū dedi vobis, quēadmodū
ego feci, ita & vos faciatis. Porrò tradunt Euangeliſtæ ipſum dn̄m
à ſpiritu ſancto, quo plenus erat, à Iordane regreſſum & baptizatū,
actum eſſe à ſpiritu in deſertum, ibiq; quadraginta diebus & nocti
bus ieiunaſſe, & deniq; fuiſſe à diabolo, eo volente, tentatum, ac ſu-
peraſſe. At hoc totum quur ipſe fecit? Proculdubio, vt doceret qd
chriſtiano poſt baptiſmū mox vſq; in finē vitæ ſit agendū, & ſanè admonet. ¶Primo, vt B
baptizatus mox poſt baptiſmum in ſpū, id eſt, in veritate & non hypocriſi exire debeat in
deſertum. i. ad opus bonū in iuſtitia vacans. Relictis em̄ mundi illecebris, carniſq; oblecta-
mentis, atq; ſocietate maloꝝ, diuinis per om̄ia mādatis debeat inſeruire. Hinc ad Colloſ-
Collo. 2. 3 ſenſes baptizatos ait apſus. Si ergo mortui eſtis. ſ. per baptiſmū cū Chriſto ab elemētis hu-
ius mundi, quid adhuc tanquā viuentes mūdo decernitis? Si cōſurrexiſtis quoq; cū Chr̄o,
Roma. 6 quæ ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt in dextera dei ſedens, quæ ſurſum ſunt ſapite, nō
1. Petri. 3 quæ ſuper terrā. Et Petrus. Chriſto igitur, inquit, paſſo in carne, & vos eadē cogitatione
armamini, qa qui paſſus eſt in carne, deſiit à peccatis, vt nō iam in deſiderijs hominum, ſed
voluntate dei, quod reliquū eſt in carne viuat tēporis. ¶Secundo, vt & ipſe cū Chriſto C
1. Pet. 2 ieiunet, id eſt, ſe in omnibus membris ſuis à luxu & voluptate abſtineat, Chariſſimi, ait Pe-
trus, obſecro vos tanquam aduenas & peregrinos, abſtinere vos à carnalibus deſiderijs, q̄
militant aduerſus animam. Eſt autē ieiunium aliquod corporale, quo abſtinemus à cibarijs
Heſte. 14 corporalibus ob dei reuerentiam ad maceratione carnis inſtitutum. Sic ſcribit de Heſter,
Exodi. 24 quod humiliarit corpus ſuū ieiunijs, & cinere & ſtercore implerit caput. Ita Moyſes qua-
Exod. 34 draginta diebus ab omnibus comeſtibilibus abſtinuit. Sic quoq; Helias totidem dies à ci-
3. Reg. 19
Dan. 6. 14 bo abſtinuit. Et Daniel quoq; iam ætate prouectiore, triū etiam hebdomadarum ieiunio
ſe adflixiſſe legitur. Sic multi viri alij ſanctiſſimi abſtinuerunt, quoꝝ princeps Chriſtus, q
& ipſe quadraginta dies & noctes ieiunauit. Quare vero tantiſper, & nec minus neq; plus
ieiunarit, anno ſuperiore oſtendimus. Aliquod eſt ieiunium ſpūale, quo abſtinemus à vi-
Eſaiæ. 58 tijs & peccatis, de quo Eſaias. Hoc eſt enim ieiunium, quod elegi, diſſolue colligationes im
pietatis, ſolue faſciculos deprimentes, dimitte eos, qui confracti ſunt, liberos, & om̄e opus
dirumpe. Sine hoc quidem ieiunio, ipſum corporale, quod propter ſpūale fit, ieiunium co
ram deo nihil planè meretur, quemadmodū inibi per Eſaiam dominus ſatis arguit. Ita ali-
Eccle. 34 bi ſapiens. Sic homo, inquit, qui ieiunat in peccatis ſuis, & iterum eadem faciens, qd profi-
cit humiliando ſe? Orationē illius quis exaudiet? Itaq; chariſſimi fratres, eſſe vos velim ad-
monitos, vt nō modo tēpore ieiunij abſtineatis ab eſcis, ſed & ab omnibus illecebris carnis
& vniuerſa corporis voluptate. Imò vero ieiunandum longe amplius à vitijs quam à cibis
eſt, quandoquidem hoc ſit propter illud re ipſa inſtitutū. ¶Quàm autem corporale ieiu D
nium ſit vtile & neceſſarium, quanq; ad ipſum adſtringimur & prouocari debuerimus fa-
cit. ¶Primo, contraria recompenſatio, vtpote quemadmodum primo per gulam pro- E
toplaſti ad viam damnationis peruenimus, ita conuenit vt per abſtinentiam, eius contra-
rium, ad viam ſalutis redeamus. Et hoc eſt, quod Apoſtolus ait. Sicut em̄ exhibuiſtis mem-
Roma. 6 bra. &c. ¶Secūdo, quia nō modo eccleſiæ præceptū ſit, ſed & Ieſu Chriſti dicentis. Ve- F
Matt. 9 nient aūt dies cū auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabūt. ¶Tertio, quod ſumma & pe G
Eccle. 37 nè infinita ſit ieiunij vtilitas. Ieiunium qdem confert ſanitati, ſcriptura dicēte. In multis eſ-
cis erit infirmitas, & auiditas appropinquabit vſq; ad choleram. Propter crapulam multi
obierunt, qui autem abſtinens eſt, adijciet vitam. Ieiunium reddit hominem liberū, vt ex-
1. Cor. 9 peditius deo & ſapientiæ ſtudio inſeruire poſſit. Hinc Paulus. Caſtigo, inquit, corpus me-
Luc. 21 um, & in ſeruitutem redigo. Et hoc eſt, quod dominus ait. Videte ne grauentur corda ve-
ſtra crapula & ebrietate. Ieiunium prohibet à vitijs & peccatis futuris, vti abſtractio ligno-
rum, ab igne & incēdio. Sic eſt in Prouerbijs. Cū defecerint ligna, extinguetur ignis. Inde
Prou. 26 canitur. Qui corporali ieiunio vitia comprimis. Qui enim ſeruum ſuū delicatè nutrit, ſen-
Proue. 29 tiet eū contumacem. Sic itaq; homo ſi ieiunat, corpus ſuū humiliat, ne ad peccata inclinet
Matt. 17
Marci. 9 & rebellet. Ieiunium quoq; dæmonia expellit, domino alias dicēte. Hoc genus dæmonij in
Exod. 24 nullo poteſt exire & eijci, niſi in oratione & ieiunio. Ieiunium confert gratiam cōtra om̄ia
3. Reg. 19 mala & aduerſa. Sic Moyſes ieiunādo meruit fieri idoneus ad recipiendā legē. Helias ieiu-
Daniel 6
Iudith 13 nando ambulauit vſq; ad montē dei Oreb, qui & deinde in cœlum raptus eſt curru igneo.
Daniel ieiunādo factus eſt archanoꝝ interpres. Iudith ſctā ieiunādo meruit vincere Olo-
phernē,

Digitized by Google

pherne͂,typũ diaboli,Heſter q̄q ieiunãdo meruit populũ Iſraeliticũ ab internitiõe,q̄ illi apud Aſſuerũ iminebat,liberare,& Aman ꝑditore͂ extinguere.Hinc q̄ties apl'i qd magni cõſultabãt aut impoſitiõe manuũ ſpm̄ ſanctum dare vellẽt, ieiunijs indulgebãt.Id quod & in multis hactenus eccleſia factitare ſolita eſt,atq; vtinã pleriq; nõ vſq; adeo illi repugnarẽt. Ieiuniũ quoq;,maxime adiunctis deuotis orationibus,quæ deuotione͂ ex ieiunio acquirunt,à peccato liberat,à furoreq; diuino eripit.Tobia dicente:Bona eſt oratio cũ ieiunio & eleemoſyna, q̄m à peccato liberat.Sic ieiunãdo Niniuitæ per triduũ veniã ſuorũ peccatorũ meruerunt. Et ſic liquet,pro eo,quod ab ipſis quoq; licitis abſtineamus,ea nobis,quæ prius commiſimus illicita condonari,id eſt,ieiunio breui,ieiunia redimi ſempiterna, Gehennã quide͂ meruimus,vbi nullus vnq̄ cibus eſt,& cõſolatio nulla,terminus nullus,Vbi guttã aquæ diues poſtulat,& accipere nõ meretur.Bonũ ergo & ſalutare ieiuniũ,quo redimunt æterna ſupplicia,dũ remittũtur hoc modo peccata,Id quod non ſolum abolet peccata,ſed & extirpat vitia. Nec modo veniam obtinet,ſed & promeretur gratiã.Nec ſolũ delet præterita quæ commiſimus peccata,ſed & repellit futura quæ cõmittere poteramus. ¶Cum igitur,fratres chariſſimi,ieiuniũ nobis ſit à Chriſto præceptũ,& à neceſſitate conſtitutũ,ſimulq; tantis vtilitatibus diſſertum, quis non(ſi modo rationis eſt compos)pro tantis fructibus conſequendis frequenter ieiunare ſataget,quandoquidem recta perſuadeat ratio,propter alias ſpeciales cauſas,vtpote corporis ſanitatem,aut alia aliqua corporalia expeditius exequenda,cibum parcius ſumendum eſſe quanto magis propter tot bona ſpiritualia acquirenda & mala cauenda ieiunare ſuadeat ratio recta,etiã dum nõ concurrit præceptũ,maxime quo d ad illud prouocari debuerimus.

Heſter.4 Actor.13 14.& 6.27 Tobiæ.12 Ionæ.3 Lucæ.16

H

I ¶Tertio,propter Chriſti exemplũ,quod vtiq; imitandum nobis eſt ſemper,& hoc quide͂ deuotius hac in parte,quo certius ſit illũ propter nos,non propter ſeipſum ieiunaſſe.Quãta,obſecro,deuotione ſuſcipiendũ eſt nobis,qđ à ſancto Moyſe tanq̄ hæreditario iure tradit, cui ſpeciali præ cæteris prophetis ꝓrogatiua facie ad facie͂ dñs eſt loquutus? Quanto feruore amplectendũ,quod Helias ille cõmendat,igneo curru raptus in cœlũ? Iã vero fratres,ſi cõmendant ieiunium præſens Moyſes & Helias,quãuis magni,tamen conſerui noſtri. Quantũ cõmendat illud Ieſus dñs noſter,qui & ipſe diebus totidem ieiunauit? Qualis ille eſt, qui minus deuotè ieiunium ſuſcipit,quod ei tradidit ipſe Chriſtus? Quod ſi aliquis in opere ſalutis ſuæ ei collaborare pigebit,in quo deinceps ſe coadiutore͂ exhibebit illi? Et quid magnũ eſt,ſi ieiunet cũ Chriſto,q̄ ſeſſurus eſt ad me͂ſam patris cũ Chriſto? Non eſt magnũ,ſi compatitur me͂brum,cũ quo eſt glorificandũ.Felix membrum,quod huic adhæſerit per oĩa capiti & ſequit illud quocunq; ierit.

Iohan.13 Exod.24 Exo.34 3.Reg.19 Lucæ.22

K ¶Ieiunemus ergo chariſſimi,& deuote ieiunemus, ſancto præſertim hoc quadrageſimæ te͂pore,ita ſane vt nouerimus,quadrageſimã noſtrã non ſolum quadraginta dies habere.Continuanda em̄ nobis eſt quadrageſima cunctis diebus miſeræ huius vitæ dum per auxiliũ gratiæ,quæ in quatuor Euangelijs cõme͂datur, neceſſe eſt nobis decalogum legis implere.Errant plane qui pauciſſimos dies iſtos ad pœnite͂tiam ſufficere credunt,cũ totũ huius vitæ te͂pus conſtat ad nihil aliud inſtitutum,vbi omnis vita noſtra ſuper terram debet eſſe militia.Veruntame͂ præſenti quadrageſima maiore nobis ieiunio eſt deus quære͂dus, & verbis,cibis,potibus,iocis,parcius & arctius vte͂dum,quoniam non ſolum pars,ſed & ſacrame͂tum ſit totius temporis huius.Propterea ſi forte diebus cæteris ſtudia noſtra aliquatenus intepuerant,dignum eſt,vt nunc feruore ſpiritus recaleſcant,ieiunentq; in nobis membra,quæ peccarunt omnia.Ieiunet palatus cum ventre,quoniam gula peccauit.Ieiunet oculus à curioſis aſpectibus,& omni petulantia,vt bene humiliatus coerceatur in pœnitentia, qui male liber vagabatur in culpa.Ieiunet auris nequiter pruriens à fabulis & rumoribus, & ab omnibus quæ ocioſa ſunt,& ad ſalutem minime pertine͂tia.Ieiunet lingua à detractione & murmuratione,ab inutilibus & vanis atq; ſcurrilibus verbis.Ieiunet manus ab ocioſis ſignis,& ab operibus omnibus malis.Sed & multo magis anima ipſa ieiunet à vitijs & propria voluntate ſua.Etenim ſine ieiunio hoc(vt dixi)cætera à domino reprobantur,ſicut ſcriptum eſt:Quia in diebus ieiuniorum veſtrorum voluntates veſtræ inueniuntur.

Iob.7

L ¶Nec ſinamus nos fratres,ab huiuſmodi ſancto ieiunio abſtrahi vllis diaboli tentationibus, ſed illi eiuſq; tentationibus fortiter reſiſtamus, memores Chriſtum docuiſſe. Eſaie.58

M ¶Quarto,poſt baptiſmum nos debere præparatos eẽ ad te͂tationes,quum & ipſe hodie te͂tatus viriliter reſtiterit.Hinc ſcriptura:Fili accedens ad ſeruitutem dei,ſta in iuſtitia & timore, & præpara animam tuam ad te͂tationem,deprime cor tuum & ſuſtine. Væ his, qui perdiderunt ſuſtine͂tiam,& qui dereliquerunt vias rectas,& diuerterunt in vias prauas.Beatus autem (inquit Iacobus)vir,qui ſuffert te͂tationem,quoniam cum probatus fuerit,accipiet coronam vitæ,quam repromiſit deus dilige͂tibus ſe:Memores ſimus fratres,oẽs qui volunt pie in Chriſto viuere,pati ꝑſequutiones & te͂tationes.Soli enim filij dei & ſancti exeunt in deſertũ,vt te͂tentur,qui & ſoli,non autem diaboli patiuntur tentationes.Quur enim diabolus eum tentet

Eccleſi.2 Iacobi.1 2.Tim.3

Digitized by Google

Judith.8 qui eius eſt? Vtpote quo à libidine tentetur, q cum vxore eſt? Sic certe dicit ſcriptura. Oẽs qui placuerunt deo per multas tribulatões & tentationes tranſierunt fideles. Hos aũt tentari permittit deus. ¶Primo, vt corã palamq́ probentur & inde coronam vere recipiant, N
Judith.8 quemadmodũ monachus de obedientia & caſtitate, miles de cõſtantia probari ſolet. Hinc Iudith. Memores, inqt, quo tentati ſunt patres noſtri, vt probarẽtur, ſi vere colerẽt deum.
Job.1.2. Sic à Sathana tentatus eſt Iob, diſſipante oẽm eius ſubſtantiã. ¶Secundo, vt ꝑ eas tentationes, O ſi reſtiterint, ab omibus etiã minimis pctis corrigant & purgẽtur. Vñ ſancti mar-
Psal.65 tyres de ſe in diuino pſalterio dicũt. Poſuiſti tribulatões in dorſo nr̃o, trãſiuimus ꝑ ignem & aquã, & eduxiſti nos in refrigeriũ. Sic filij Iſrael ducti ꝑ quadraginta annos per deſertũ,
Exodi.16 Nume.20 magnis tentatiõibus & tribulatiõibus purgati ſunt. ¶Tertio, vt ad humilitatẽ euidenter P erudiantur, vt minus de ſe ſentiant, quũ in tentatõibus ſuã agnoſcunt fragilitatẽ. Qui enim
Eccle.34 inquit ſcriptura, nõ eſt tentatus, qd & qualia ſcit? Quaſi dicat, nihil. Sic & Chr̃us ſuis in hu-
Hebre.4 manitate tentatõibus infirmitatẽ noſtrã didicit, nobiſq́ compati. Apoſtolo ſcribẽte, Non ẽm habemus pontificẽ, qui nõ poſſit cõpati infirmitatibus noſtris, tentatum aũt per omĩa
2.Cor.12 pro ſimilitudine, abſq́ peccato. Sic & ipſe Aplus Paulus, etſi vas eſſet electiõis, tentatus tñ eſt, ne magnitudo reuelationũ extolleret eũ, id eſt, vt ex ea colaphizatione ſe cognoſceret.
ꝑ moraliũ cap.36. Et ſanè, inqt Gregorius, ſuperna diſpenſatio, idcirco nos tota ſibi intentõe feruientes, carnis noſtræ ꝑmittit tentatõibus concuti, ne mens noſtra audeat in ſuperbã ꝑſumptionẽ ſecuritatis eleuari, vt dũ pulſata trepidat, in ſolius creatoris adiutorio fidẽ ponat robuſtius. Q

¶Quarto & vltimo, vt ab hmõi tentatõibus demũ perinde ex certamine victores coronam gloriæ habere mereantur, & vitam deniq́ regni cœlorum, quo nemo niſi per multas
Actor.14 tribulatões peruenire debet neq́ poteſt. Siquidẽ comparatũ ſit, vt homo in deſerto huius mundi multis diaboli tentatõibus ſubiaceat, vt vincens coronetur, & victus deiciat. Vult ẽni & ſinit deus res proprios motus agere, q & ideo tam hominem q̃ diabolum in liberta-
Eccle.15. te arbitrij cõſtituit, & in manu cõſilij ſui reliquit, & vtrũq́ ꝑmiſit agere q̃d voluit, ſiue hunc in tentando ſiue iſtum in conſentiendo, vt appareat virtus & laus ꝑ oppoſitũ. Nec etiã homini eſſet laudabile, ſi ideo bñ viuere poſſet, quia nemo male viuere ſuaderet. Si quoq́ ꝑ naturã homo haberet non poſſe peccare, nulla laus vel gloria eſſet homini non peccare & tentationi reſiſtere, qa vero is peccare, vincere, & vinci tentatõibus poteſt, ideo gloria per triumphum, & vituperium per caſum acquirit, qui vbi fortiter reſtiterit tentatõibus & vice-
2.Tim.2 rit, maiorem inde habiturus eſt gloriam. Nã & qui certat, ait Apoſtolus, in agone, nõ coro-
2.Tim.4 nabitur niſi legitime certauerit. Idẽ de ſe paulopoſt, inquit. Bonum certamen certaui, curſum cõſumaui, fidẽ ſeruaui. In reliq̃ repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quã reddet mihi dñs, in illa die iuſtus iudex. ¶Eapropter, frẽs chariſſimi, incipiamus hodie baptizati in deſer- R tũ ire, ac inibi ieiunare & tẽtari, & à tentatõibus minime ſuperemur, diabolo viriliter reſi-
1.Cor.10 ſtentes, memores deũ eſſe, Paulo teſte, fidelẽ & iuſtũ, ideoq́ nos vltra id, q̃d poſſumus, nos tẽtari nõ ſinere, ſed facere etiã cũ tentatione ꝓuentũ, vt poſſimus ſuſtinere. Reſiſtamus igitur, inquã, diabolo ſiue ſuggeſtiõe, ſiue delectatione, ſiue cõſenſu, nos q̃libet etiã pctõ tentãti. At q̃ modo? Nõ vindicta, nõ ferro, nõ gladio materiali ſed ſpũali, q eſt verbum dei, ſed
Hebre.4 verbo dei, & diuino eloquio, ſequẽtes Chriſtũ dñm nr̃m, q etſi tentatorẽ ſuũ mergere in abyſſum poterat, virtutẽ ſuæ potentiæ nõ oſtendit, ſed teſtimonijs legis ac ſcripturæ illũ vicit, inqens. Nõ in ſolo pane, &c. Vtiq́ nos ꝑdocẽs, vt q̃ties per ipm à prauis hominibus aliquid patimur ad doctrinã excitemur potius q̃ ad vindictã. Si itaq́ hoc ſacratiſſimo ieiunij tẽpore diabolus nos tentauerit, à ieiunio ad gulã ꝑnitioſam nos retrahere molitus fuerit, dicens. Si filius dei es. &c. Quaſi dicat, ſuggerẽdo alicui noſtrũ ꝑ ieiuniũ eſurienti & fatigato atq́ macerato. Dic vt lapides iſti, id eſt, illa dura opera & virtutes (vnde aĩa reficit ſicut caro pane) panes fiant, id eſt mitiora, &, quaſi diceret. Quid te vſq́ adeo maceras debilitaſq́? Nimiũ eſt, q̃tidie ieiunare, habes caput debile, ſtomachũ nõ idoneũ oleo, ſenio deficis. Fac
2.ethicor. ergo tẽperatã refectionẽ & abſtinentiã, quã natura dictat Ariſtotile teſte. Iteq́ Paulus te
Roma.12 hortatur ad rationabile obſequiũ, q̃d tu irrationabile facis, minus ſumẽs q̃ natura appetit. Quid præterea, ſubdole ſuggerit? Abſtines ab ijs q̃ in tuã ſuſtentationẽ deus creauit. Vult ẽm tuus Paulus, non eſſe abſtinendũ à cibis, q̃s deus creauit ad ꝑcipiendũ cũ gratiarũ acti-
1.Tim.4 1.Cor.10 one fidelibus, & ijs qui cognouerũt veritatẽ. Quia omĩs dei creatura bona eſt, & nihil reijciendum, q̃d cum gratiarũ actione percipitur. Qui & alias dixit. Omne quod in macellum venit manducate, nihil interrogantes propter cõſcientiã. Omne, quod vobis apponitur,
Matt.15 manducate, nihil interrogantes propter cõſcientiam. Quid? Quod dñs tuus dixerit? Non quod intrat, in os, coinquinat hominem, ſed quod procedit ex ore coinquinat hominem. Quid præterea tu Chriſtiane, qui liber es, iudaizas, ciborũ differentiam faciens? Hęc & hoc genus alia tentatori ſubdole & ideo alleganti, vt nos de ſalutari ieiunio, ad damnoſam gulã

ꝓuocare

Digitized by Google

prouocare poſſit. Nihil aliud reſpondeamus q̃. Non in ſolo pane uiuit homo, ſed in omni
verbo, quod procedit de ore dei. &c. Q. d. Tua ſanè perſuaſio eſt tentatio, quũ mentionem
faciat & mihi tm̃ de cibo corporis nõ mentis ſuadeat. Quũ conſtet ex ſcriptura, ex Deute- Deut. 8
ronomio deſumpta, hoĩem nõ ſolũ viuere & ſuſtentari pane corporali, ſed etiã ſpũali. ſ. ver
bi dei, de ore dei procedente, q̃ ſcilicet voluntatẽ ſuã per ſcripturas nobis reuelat. Et licet
eſuriam nõ tñ opus eſt, vt mox guloſe veſcar pane terreno, quũ dñs me eſurientẽ ſolo ſer-
mone ſuo ſuſtentare poſſit. Ex qua q̃dem ſcriptura collige cõtra diabolũ, & aduerſus quẽ-
S libet guloſum & luxurioſum. ¶Primo hominẽ vel ſolo pane naturaliter & corporaliter
ſine aliquo cõdimento vel p̃tioſo cibario ſuſtentari poſſe. Hinc in hac parte ſolũ panis non
carnis vel alterius cibarij fit mentio. Sic à principio deus homini cõſtituit pro cibo natu-
rali herbam & panem, inquiens. In laboribus comedes ex ea cũctis diebus vitæ tuæ, & co- Gene. 3
medes herbas terræ. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Hinc alio in loco ſcriptura. In- Eccle. 29
itiũ, inquit, vitæ hominis, aqua & panis & veſtimentũ. Reliqua vero dñs ad moderatã de-
dit recreationẽ, q̃ hoĩm luxus, relictis naturæ legibus, p̃uertit in p̃nitioſam crapulã, q̃ mul- Eccle. 37
tos & corporaliter & ſpũaliter perdit, nec hoĩes nunc vt olim parciter viuẽtes, diu viuere p̃-
mittit. Et ve ideoq́ꝫ (ait Eccleſiaſtes) tibi terra, cuius rex puer eſt, & cuius pricipes mane co- Eccle. 10
medũt. Beata terra, cuius rex nobilis ẽ, & cuius principes veſcunt̃ in tp̃e ſuo, ad reficiendũ,
& nõ ad luxuriandũ. Sic Ap̃lus inq̃t. Non eſt regnum dei eſca & potus, ſed iuſtitia & pax & Roma. 14
T gaudiũ. ¶Quid ad hæc vos guloſi & luxurioſi, q̃ꝝ deus vẽter eſt, q̃ꝝ om̃is vſus aut in ven
tre aut ſub ventre eſt, q (vt ait Iacobus) in luxurijs enutriſtis corda & corpa veſtra? Nonne Philip. 3
deus & ventrẽ & eſcas deſtruet? Ve vobis q dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtra- Iacobi. 5.
tis vris, qui comeditis vitulũ de armento, & bibitis vinũ defecatum. Neſcitis q̃d pinguedo 1. Cor. 6
carnis, delitiæ corporis, ſaturitas ventris, aut añ mortem vos deſerent, aut vos in morte illa
relinquetis? Vos ſanè eſtis, q̃s mors depaſcit, q̃a ſemp̃ moriamini ad vitam & ſemp̃ viuitis
ad mortẽ. Quandoquidẽ hic caro vermibus, illic anima ignibus deputat̃, donec rurſus inſe
lici collegio colligati tormẽtis pœnalibus ſocient̃, q ſocij fuere in vitijs. Quid ergo facitis,
vos delicati, confuſionẽ expectatis & mortẽ? Neſcitis q̃a regnũ dei nõ eſt eſca & potus? Nõ Roma. 14
purpura & byſſus: quia diues ille vtroq; circũfluus, in puncto ad inferna deſcẽdit.
¶Nec eſt, q̃d hodie vobiſcũ diabolus falſo alleget ex Paulo & ex Euãgelio de cibis, quos Lucæ. 16
V vtiq; Eccleſia nõ prohibet, vt male creatos, aut in ſua natura malos, & ad ſalutẽ p̃nitioſos,
vt plærịq; hæretici, & maximè Iudæi, cenſebãt, ſed vti ad luxuriam immoderatè ſumptos
magnopere prouocantes. Nõ eoꝝ naturã ſed abuſum & quidem ad tempus & pro loco &
tempore prohibet, q̃ vtiq; hoĩem non p̃ ſe coinquinãt intrãtes, ſed quæ ex illoꝝ luxu pro-
ueniunt, & inde exeunt coinquinãt, ideoq́; decuerit & cauſam vitare, qui effectũ habere no
lit. Valeant igitur, q hiſce falſis cũ diabolo ſcripturaꝝ allegatiõibus ſacratiſſimã à cibis vo-
luptuoſis abſtinentiã cõtra Eccleſiæ ſtatutũ refellunt, aduerſus Chriſti, Pauliq́; Et ſcriptu-
rarũ mentem, quã iſti vel non acipiunt vel accipere nolunt. q̃a carnales ſunt, & carni adhę-
rent, q vtiq; hodie ex ſcriptura Deuteronomij per Ieſum allegata debuerant colligere.
¶Secũdo, hoĩem, qui ſecundũ deſideriũ carnis viuit, haud viuere ſed mori. Ap̃lo dicẽte. Roma. 8
X Si ſcd̃m carnẽ vixeritis moriemini, Spũs q̃dẽ eſt, q viuificat. ¶Tertio, hoĩem nõ poſſe ni Iohan. 6.
ſi verbo dei vitã in ſe habere ſpũalem, qua verè dicitur viuere. Si quidẽ ſcriptura teſte. Iu-
ſtus ex fide viuit. Fides aũt per auditũ, auditus aũt (Apoſtolo ſcribẽte) per verbũ dei. Sic &̃ Abacuc. 2
as dñs ait. Amen amen dico vobis, q̃a qui verbũ meum audit, & credit ei, qui miſit me, ha- Gal. 3.
bet vitam æternã, & in iudiciũ non venit, ſed tranſiet à morte ad vitã. Et diſcipuli ad dñm Roma. 10
dicunt. Domine ad quẽ ibimus? verba vitæ æternæ habes. Hinc diabolo hodie reſpondit. Iohan. 5
Non in ſolo pane. &c. Q. d. Qui cupit viuere vita, q̃ nõ labitur nec deficit, q̃rere illam debet Iohan. 6
Y & habere per verbũ dei nõ in terreno pane. ¶Quarto tantã eſſe verbo dei virtutẽ & effi-
catiam, vt p̃ ipſum homo, illi credẽs & deuotè audiẽs, non ſolum ſpũaliter viuat, ſed etiam
abſq; terreno pane aliquãdiu ſuſtẽtari queat, vt hauddubiè aliq̃n deuoti ipſi⁹ auditores ſen
ſerũt ſine fame illi auſcultãtes, vti cũ dño in ipſis audiẽtibus verbũ eius accidiſſe nõ dubita-
mus. Inde putamus & ipſum à dño ſemini fuiſſe collatũ, q̃d vti ſemen, ita illud q̃q; corpus Matt. 13
reficere poſſit. Ita nimiꝝ paſtus ẽ Iſraeliticus populus, colligẽs annis quadraginta, & gau- Marci. 4
dens volatiliũ præda. Ad quẽ Moyſes ait. Afflixit te penuria, & dedit tibi cibũ Manna, q̃d Lucæ. 8.
ignorabas tu & patres tui, vt oſtẽderet tibi, q̃d non in ſolo pane viuit homo, ſed in om̃i ver Deute. 8
bo, q̃d egreditur de ore dñi. Sic Moyſes q̃q; dei colloquio ſuſtentatus tradit̃. Sic diuino q̃q; Exod. 20
conſilio Helias conuiuas habuit coruos. Helizeus herbis agreſtibus ſocios nutriuit. Et ba- 3. Reg. 17
p̃tiſta locuſtis eſt paſtus. Et profectò experientia docemur, vt diuino pabulo lectionis in- 3. Reg. 19
tentus famem corporis negligat, alimentum verbi acquirat. Non eñ poteſt, qui verbũ ſe- 4. Reg. 4
quitur, panem deſiderare terrenum. Vnde colligimus. Matt. 3

 Mar. 1

Digitized by Google

¶Quinto, humanis multo diuina præſtare noſq́ʒ quàm de pane terreno magis oportere ſo- Z
licitos eſſe de pane cœleſti, quod dei eſt verbum, quo anima, corpore longè pręſtantior, ſuſtẽ
Matt. 6 tať & viuit. Hinc Chriſtus: Quęrite (inqt) primũ regnum dei, & iuſtitiam eius, & hæc oĩa adij-
Mat. 16 cienť vobis. Et alibi: Qui voluerit animam ſuam ſaluam facere perdet eam. ſ. à corpore abſtra
hat, quæ corpori placent. Quid eñ prodeſt homini, ſi vniuerſum lucrareť mundũ, animæ ve-
ro ſuæ detrimentũ patiatur? Aut quã dabit homo commutationem pro anima ſua? Si igitur
anima omnibus eſt rebus, & non ſolum corpore pretioſior, certè primo illi de ſuo victu, q eſt
verbum quod procedit de ore dei, prouidendum eſt. Vnde hodie dominus: Non in ſolo &c.
Q. d. filius dei non corpori primũ ſed animæ alimentum quærit, vti rei pretioſiori, qua vtiqʒ
viuente, & corpus viuet, quando hoc per illam ſuſtentetur.

HOMILIA DECIMANONA DE EO QVOD SCRIPTVM
eſt: Matth. 12. Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cũ generatõe iſta & condem
nabunt eam, quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ, &c.

Feria qrta poſt primã dñicã quadrageſime.

HAVD SANE EST, QVOD PLVRIBVS PRIMAM HODI- A
erni Euangelij partem agamus, quam anno ſuperiore (ni fallor) abundè tracta-
uimus, inibiqʒ inter cętera, quę nunc conſulto tranſimus, rationes adduximus,
cur aliquando deus nobis ad voluntatẽ ſigna non facit? Vtiqʒ quod indigni ſi-
mus videre ſigna ad votum noſtrum, quando quæ ille in noſtram ſalutẽ dudũ
& quidem plurima fecit, quibus nobis ſuam voluntatem & maieſtatem non ob-
ſcurè declarauit, nos ingrati & indurati vel non curauimus vel parui reputauimus vel non ſpi
ritali affectu ſuſcepimus. Id quod planè feciſſe videntur perfidi Iudæi, hodie ad dominum di-
Mat. 11 centes: Magiſter, volumus à te ſignum videre. Etenim reputabant iſti miracula Chriſti par-
Lucę. 7 ua, quod fortaſſe vt plerunqʒ erant circa inferiora, vtpote circa ſanitates corporum, & hoc ge
Mat. 12 nus alia. Nónne enim viderant cæcum & mutum à dæmonio vexatum, nuper à domino ſa-
Lucæ. 11. natum? Erat né hoc ſignum? Erat ſanè, & tale quidem quod turbas in ſtuporem & admiratio
Marci. 8 nem conuertebat, ſed erat ſignũ in terra, & ſalutare atqʒ vtile. Sed iſti (ſcribente Marco) pete-
bant ſignũ è cœlo aliquod fieri cœleſte curioſumq́ʒ. Cuiuſmodi fuit, quod olim manna tem-
Exo. 16 pore Moyſi in deſerto plüerit, quod tempore Samuelis ſonuerint tonitrua, quod magnum
1. Reg. 12 erat in palæſtina tempore ęſtatis propter defectum materiæ, & potentiam agentis ſcilicet ſo-
3. Reg. 18 lis, omnes vapores conſumẽtis. Quod ignis de cœlo tempore Heliæ deſcenderit, quod tẽpore
Joſue. 10 Ioſue ſol ſteterit, quod idem ſol tempore Ezechiæ retroceſſerit, vel hoc genus ſimilia. Quibus
4. Reg. 20 Chriſtus reſpondet: Generatio mala & cętera. Quaſi diceret: Vos ſcribæ & phariſæi mala &
adultera generatio, mala ob legis tranſgreſſionem, adultera ob veſtram traditionẽ ab ea, quæ
Dei eſt deficientem, vultis ſignũ è cœlo videre. At non pro veſtra voluntate dabitur vobis ſi-
gnum è cœlo, ſed dabiť vobis ex oppoſito contra veſtram voluntatem ſignũ in inferno. Siq-
Jonę. 3 dem dabitur vobis impletio, & veritas ſigni Ionæ prophetæ.

¶Et rectè qdem in præſentia ad voluntatem ſigna iſtis negauit, quæ ſciebat eos æque atqʒ B
priora paruifacturos, quæ vtiqʒ iſti, vtcunqʒ cœleſtia & maxima calumniari poterant ſimulq́ʒ
dicere, ea ex occultis & varijs aeris paſſionibus accidere. Qui enim calumniantur ea, quæ ocu-
lis vident, manu tenent, vtilitate ſentiũt, qd facturi eſſent in ijs, quę de cœlo veniunt, vtiqʒ re-
Exo. 8 ſponderent & magos in Aegypto multa ſigna de cœlo feciſſe.

¶Et ſic dominus in ſuo reſponſo non modo innuit ſigna nobis ex voluntate noſtrã nega- C
ri propter incredulitatem & indignitatem noſtram, ſed & quaſi ſub imagine taxat eos vti p-
uerſos, qui curioſe & ſuperbè ſupra vires rimari conantur cœleſtia ſcrutariq́ʒ diuina, de cœlo
ac cęleſtibus & diuinis diſputantes, interimq́ʒ ſalutaria dei præcepta & conſilia, qbus ad illa p-
uenitur obmittentes, quum facerent in dei gloriam & populi ſalutem. Contra quos ſcriptura
Eccl. 3 Altiora (inquit) te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcruteris, ſed quæ pręcepit tibi deus, illa cogi-
ta ſemper, & in pluribus opibus eius, ne fueris curioſus. Non enim eſt tibi neceſſarium ea, quæ
abſcondita ſunt, videre oculis tuis. Multos enim ſupplantauit ſuſpitio illoꝝ, & in vanitate de-
Puerbi. 25 tinuit ſenſus illoꝝ. Qui enim (inquit alia ſcriptura) ſcrutator eſt maieſtatis, opprimeť à glo-
Pſal. 130. ria. Hinc Propheta imprecatur ſibi retributionem in animam ſuam, ſi vel cor ſuũ fuerit exal-
tatum, vel oculi elati, vel ambulauerit in magnis, vel in mirabilibus ſuper ſe. Atqʒ vtinam hæ
retici ſuperbi illum quoqʒ imitati fuiſſent, qui vtcũqʒ diuiniſſima & ſuper cœleſtia ſcrutari vo-
luerunt, viderunt qʒ in literis ſacris, & quotidie adhuc pro fide noſtra & religione ſigna, petũt
tamen & alia ſigna, quæ meritò ad iſtoꝝ voluntatem ipſis deus negat, quando ex ipſius tot &
tam multis antea ſignis nondum neqʒ credunt, neqʒ ſe emendant. De quibus, deq́ʒ omnibus
e 4 infideli

infidelibus & male chriſtianis dñs hodie ait. Viri Niniuitæ ſurgēt in iudicio cum gñatione
iſta, ſ. Iudæorum, hæreticorum, hocq́ genus malorum hominū, & cōdemnabūt eam, qa pœniten
D tiam egerūt in pdicatione Ionæ. In quibus qdem verbis. ¶Primo colligimus, vnam eſſe
omniū & futurā malorum & bonorum reſurrectionē. Inde Apłus. Ecce myſteriū vobis dico. 1. Cor. 15
Omnes, quidē reſurgemus, ſed nō oēs immutabimur. In momēto, in ictu oculi, in nouiſſi-
ma tuba. Canet enī tuba, & mortui reſurgēt incorrupti, & nos immutabimur. ſ. de ſtatu a-
nimalitatis ad ſtatū ſpūalitatis & gloriæ, nō etiā mali. Errarūt ergo hæretici, qui dixerunt, Johan. 5
vnā eſſe reſurrectionē bonorum, & alterā malorum. Id qd contra dictū eſt Chriſti. Venit hora,
in qua oēs, qui in monumētis ſunt audiēt vocē filij dei, & procedēt. &c.
E ¶Secūdo colligimus. Illico reſurrectione facta, fieri & de mortuis iudiciū ſine aliq inter- Johan. 5
uallo. Venit enī, inquit dñs, hora, in qua omēs q in monumētis ſunt, audiēt vocē filij dei, &
procedēt q bona fecerūt in reſurrectionē vitæ, qui vero mala egerūt in reſurrectionē iudi- Mat. 25
cij. Et alias. Cū aūt venerit, inqt, filius hominis in maieſtate ſua, & oēs angeli cū eo, tunc ſe
debit ſuper ſedē maieſtatis ſuæ, & cōgregabūtur añ eum oēs gētes, & ſeparabit eos abinui-
cē, ſicut paſtor ſegregat oues ab hædis. Et ſtatuet oues qdē à dextris, hædos aūt à ſiniſtris.
Et paulopoſt. Et ibūt ij in ſuppliciū æternū, iuſti aūt in vitam æternā. Falſo igitur fabulan-
tur Iudæi, dicētes, Ante iudiciū mille annis celebrari reſurrectionē: quum clare dicat hodie
Chriſtus. Viri niniuitæ ſurgent in iudicio & cōdemnabūt eam, oſtendēs, qd mox vbi cele
F brabit reſurrectio, celebrabit & iudiciū. ¶Tertio colligimus, Cōdemnationē in extremo
iudicio eorum, q ex Chri verbis, doctrinis, ſignisq́ nō cōuerſi ſe emēdarūt & pœnituerūt, iu-
ſtiſſimā planē oſtēſum iri exēplo cōparationis eorum, q ex verbis & doctrinis longe mino-
ris. ſ. Ionæ cōuerſi pęnituerūt, cuiuſmodi fuiſſe dñs arguit Niniuitas, q ex pdicatōe Ionę cō
uerſi pœnituerūt, iuxta hiſtoriā, q ita habet. Et crediderūt viri Niniuitæ in dño, & pdicaue
rūt ieiuniū, & veſtiti ſunt ſaccis à maiore vſq; ad minorē. Et puenit verbū ad regē Niniue,
G & ſurrexit de ſolio ſuo, & abiecit veſtimentū ſuū à ſe, & indutus eſt ſacco, & ſedit in cinere.
&c. ¶Si ergo, dilectiſſimi frēs (nā & nos tāgit hiſtoria) Niniuitæ verbis Ionæ credētes à
pctis cōuerſi ſunt & pœnituerūt de illis, qd mali faciēt in iudicio, qñ videbūt aſtātes Niniui Jone. 3
tas, argumētū iudici cōdēnationis eorum reddētes? Nunqd vllā habebūt excuſationē de ſua
inpęnitētia? Neqquā. Quur enī nō crediderūt Chro, quū illi Ionæ crediderīt? Quū Niniui
tæ fuerīt Aſſyrij & qdē gētiles, Nos vero chriſtiani. Ionas ppheta, purus hō, Chrs vero dñs
prophetarum, idēq́ deus & hō. Ionas peregrinus, Chrs vero incola. Ionas tm̄ tribus pdicauit
diebus, Ieſus vero mille & quingētis annis & vltra nobis pdicat. Ionas nullū, Chrs infinita
effecit ſigna. Niniuitæ pniam egerūt ex pdicatōe Ionæ, Mali vero Chrm adhuc pctis blaſ
phemāt. Illi pphetā ſuſceperūt, iſti dnm ipm repellūt. Illi neq; in lege inſtructi, neq; in p-
phetis admoniti, ad dñm cōuerſi ſunt, cognoſcētes ſuū pcm, Iſti tot pceptis & legis & euā-
gelij edocti, à dño recedūt. Abſit frēs abſit, ex nūero induratorum Iudæorum ſimus, ne id nobis
dictur⁹ ſit dñs. Viri Niniuitę, &c. Et fortaſſis qd alibi dixit. Ve tibi Corozaim, Ve tibi Beth Mat. 11
ſaida, qa ſi in Tyro & Sydone factę fuiſſent virtutes, q factę ſunt in vobis, olim in cilicio & Luce. 10
cinere ſedētes pęniterēt. Verūtn̄ Tyro & Sydoni remiſſius erit in iudicio quā vobis. Et tu
Capharnaū vſq; ad cęlū exaltata, vſq; ad infernū demergeris. Nolite frēs vobis oblādiri
quaſi ad Iudęos dūtaxat, & nō ad nos loquutus fuiſſet, quū ille æquè nos cēſuit alibi inquiēs.
Qd vobis dico, oībus dico. Vereor enī vereor Iudęis olim nos nūc multo peiores factos, q, Marc. 13
iuxta verbū Petri, refugiētes coinqnatōes mūdi in cognitōe dñi nri, & ſaluatoris Ieſu Chri 2. Petri. 2
his rurſum īplicati ſupati ſumus, ſuntq́ nobis poſteriora fctā prioribus peiora: Quibus (vt
idē ait) melius fuiſſet, viā iuſtitiæ nō cognouiſſe, quā qd retrorſum defecim⁹ ab eo, qd nobis
traditū eſt, ſctō mādato, Quibus qtidie Chrs nūc ī ſcripturis, nūc in pdicatoribus, nūc in ſi-
gnis, nūc in creaturis, & rebus alijs pdicat. Videamus, inquā, & pęniteamus de pctis nris ex
H pdicatōe tāti Eccleſiaſtis, Ieſu, dei & hoīs, nri ſaluatoris vnici. ¶Sed qritis quā agem⁹ pę
I nitētiā? Rñdeo, ex verbis Chri. Viri Niniuitę. &c. nos colligere. ¶Quarto, pniam eē qn
dā dolētis vindictā, puniētē in ſe, qd dolet ſe cōmiſiſſe, tribus cōſtātē ptibus. ſ. cōfeſſiōe cō-
miſſorum, cōtritione p eiſdē, & ſatisfactiōe humana & poſſibili, q fit pluriphariā: Vtpote ni-
mio planctu, caſtigatōe corpis acerba, piaq́ eleemoſynarum largitōe, & hoc genus rebus a-
lijs, vt facillime qs colliget ex pnia Niniuitarum, qs in exemplo hodie dñs allegat. Et lꝫ nemo
ſua, quā vocāt, caſtigatōe p ſe ſatisfacere poſſit p culpa & reatu, ſatisfacit tñ dño ipſam caſti
gationē miſericorditer ſuſcipiēte. Ita ſuſcepit ſatisfactionē Niniuitarum, q pęnituere ī ſacco, Luce. 10
cilicio, ieiunio, & cinere, &c. & ſatis cōprobat dñs ī Luca, vt ſupra, quū ait. In cilicio & cine Psalm. 6.
re pęniterēt. Sic & Dauidis, q de ſe dicit. Lauabo p ſingulas noctes lectū meū lachrymis me Luce. 7
is ſtratū meū rigabo. Sic Mariæ Mag. q lachrymis pnię pedes dñi lauit, & deinde ī hęremo Mat. 26
pęnituit. Sic & Petri, q exijt foras & amare cępit flere, q & deinde pęnituiſſe ſp traditur. Marc. 14 Luce. 22

¶Errāt

Digitized by Google

¶Errant ergo vehemēter, & iniurij ſunt iuſtitiæ dei, q̃ dicūt pœnīam nihil aliud eſſe q̃ reſipiſcentiā, quā Græci dicūt μετάνοιαν, vel tranſmētationē, & nouā vitā, & à vitijs ceſſationem. Quandoq̃dē virtus vocabuli pœniæ refragaẗ. Eſt em̄ pœnitere pœnā tenere, vt ſemp puniat in ſe vlciſcēdo, qđ cōmiſit peccādo. Et pœna ꝓpriè eſt læſio, qđ punit & vindicat, qđ commiſiſſe dolet. Refragaẗ quoq; ſacra vndiq; ſcriptura: Si em̄ (vt iſti ſomniāt) pœnīa nihil aliud eſſet q̃ reſipiſcētia, qđ Niniuitæ tam doluiſſent? Quur Petrus adeò & Maria fleuiſſent? Quid ſcriptura diceret: Quantū glorificauit ſe, & in delicijs fuit, tantū date ei tormentū? Et alibi: Pro menſura delicti, erit & plagaꝝ modus? Cur dixiſſet Baptiſta: Agite pœnīam, & facite fructus pœnīa dignos? Et quare Paulus adfirmaret, ſe gētibus annuntiaſſe, quatenus pœnīam agerēt, & conuerterenẗ ad deū, digna pœnīa opera facientes? Et idem cur monet eos, q iam per gratiam ſanctificati ſunt, quatenus exhibeant deinceps ſua membra tanta ſedulitate ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem, quanta prius exhibuerunt eadem immunditiæ & iniquitati ſeruire ad iniquitatem? Quis modo ambigere poſſit, qui Euangelium audit, de dignis pœnitentiæ fructibus loqui, ſimul & Paulum ad opera digna pœnitentiæ cohortari, quin aliud ſit pœnitere, aliud digne pœnitere, aliud reſipiſcere, & aliud opera reſipiſcentiæ digna producere? K

Aug. li. de vera & falſa pœnia. capite 19 — Apoca. 18 — Deut. 25 — Matth. 3 — Roma. 6

¶Sed de hoc in præſentia ſatis, q̃d in proxima & ſequēti Homilia ex parte ſumus repetituri. L
Iam vtiq; vltra oīa maximè in rem faciūt verba Chriſti. Viri Niniuitæ ſurgēt in iudicio cū generatōe iſta, & condemnabūt eam, q̃a pœnīam egerūt in prædicatōe Ionæ. Certè vult & Iudæos & nos male Chriſtianos ſeq debere Niniuitas, ſi ab eis condēnari nolumus. Q̃uo ſequiẗ? Id eſt, agere pœnīam vt illi. Q̃uo? Reſipiſcere quidem à peccatis noſtris, & illa deplangere ex corde. Proīq; ijs deo, quoad poſſumus ſatisfacere, vtpote ieiunando, & veſtiēdo ſaccis, & hoc genus corporis caſtigationē ſuſcipiēdo, &c. Hæc ſi fecerimus, q̃s ſcit, ſi conuertaẗ & ignoſcat deus, & reuertaẗ à furore iræ ſuæ, & non peribimus?

Jone. 3

HOMILIA VICESIMA DE EO QVOD SCRIPTVM EST
Iohannis. . Surge, tolle grabatum tuum & ambula, &c.

Feria ſexta poſt primā dn̄icā quadrageſime.

QVVM MEMINERIMVS, VT CERTE SEMPER meminiſſe debemus, quod Chriſtus dominus noſter in carnem venit (ſiquidem deus ſit homo factus verbumq; caro factum) profectò intelligemus ipſum non propter carnem præcipue, ſed propter animam veniſſe: quandoquidem venerit ſaluare, quod perierat. Perierat autem propter peccatum anima, & per animam deniq; corpus, quod & ſimul in reparanda anima reparandum erat. Hinc ſanè conſtat, quod cum ille beneficia miraculoſe corporibus exhibuit, maiora ijs contulit animabus. Parum quidem fuiſſet ſummo & largiſſimo principi, viſibiliū & inuiſibiliū factori, corpoꝝ & animaꝝ medico, propter male habentes venienti, ſolis morituris corporibus temporaneam præſtare valetudinem, niſi etiamnum curaſſet & curaret animas immortales, ad ipſius quondam imaginem creatas, ne dum tunc præſentes, ſed etiam vſq; in finem ſeculi poſt futuras. A

Johan. 1 — Luc. 19 — 1. Timo. 1 — Mat. 9 — Marc. 2 — Luce. 5

¶Vnde frēs dilectiſſimi, magnopere nobis eſt curandū, vt in animabus nr̄is ſanitatē conſequamur, quoties audimus, quoſdā à dn̄o curatos in corporibus. Et qdē maximè qđ animæ tāto præſtāt corporibus, quæ (dn̄o teſte) nullā poſſunt hr̄e cōmutationē, & q̃bus languētibus plerūq; & corpa languere ſoleāt, quemadmodū euidēter hodie patet ex hoīe iſto circiter triginta & octo annis valetudinario, ad quē pauloante curatū dn̄s ait: Ecce ſanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliq̃d contingat. Nimiꝝ apertè arguēs, illū ob infirmitatē animæ, & corpore pariter laboraſſe. Iā vero q̃s dubitat ſpū ſancto inſtructore, ab ipſo Euāgeliſta ideo nobis tā diligēter huius hoīs valetudinarij, valetudinē & curationē, eē deſcriptā, vt qđ is ob adipiſcēdā valetudinē ſcđam iuſſus ē facere, idē nos faceremus, deſideraturi corpis ſit atq; aīæ ſanitatē. B

Matt. 16

¶Nobis aūt rem, vt debemus pœnitiſſimè (vt ita dixerim) intuētibus ſuccurrit, planè p eūdē valetudinariū ſignari pctōrem inueteratū, q vtiq; interrogatus, an curari velit, rn̄dere pōt: Dn̄e, hoīem nō habeo, vt cū turbata fuerit aqua, mittat me in piſcinā &c. Certè pctōr inueteratus hoīem nō habet, vtpote q omni humano conſilio deſtituiẗ per pctm̄ quo illi tolliẗ cōio ſanctoꝝ, per quā deberet hr̄e adiutoriū ab alio. Cuius quoq; natura per pctm̄ vulneratur, per quā deberet habere auxiliū in ſeipſo, quum ſit mortuus. Anima enim, ait ſcriptura, quæ peccauerit ipſa morietur. Quid igitur illi agendum eſt, vt ſaluari poſſit à morte tam animæ q̃ corporis? Debet, rn̄deo, ꝓcepto Chriſti nō ſolū timore, ſed etiā amore. ¶Primo qdē ſurgere. ſ. à pctīs deq; ijs pęnitere. Hortāte Aplō: Surge q dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chrūs. C D

Ezech. 18 — Ephe. 5

Debet

Debet, inquā, ſurgere à terrenis & trāſitorijs ad cœleſtiū meditationē, Item Apl'o hortāte. Colloſſ.3
Quæ ſurſum ſunt, q̄rite, vbi Chr's eſt in dextera dei ſedēs, q̄ ſurſum ſunt ſapite, nō quæ ſup
E terrā. ¶Secundo, debet tollere lectū. ſ. ſatisfaciendo. Debet em̄ in corpore ſuſcipere pœ-
nitentiā & laborē ieiunādo, orādo, vigilādo, vt ſatisfaciat pœnæ debitæ. Et hoc eſt q̄d A-
poſtolus ait. Sicut em̄ exhibuiſtis mēbra vr̄a ſeruire immunditiæ & iniq̄tati ad iniquitatē, Roma. 6
ita nūc exhibete mēbra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationē. Licet em̄ deus opti. tantæ
ſit miſericordię & clemētiæ, q̄d actutū peccatori relaxet p̄ cōtritionē maculā & culpā, non
tā tollit pœnā, nec dimittit, niſi peccator tollat lectū. ſ. laborē ſatisfaciendo. Sanè in com-
F miſſione peccati duo inueniunt. ¶Primū, eſt culpa, q̄. ſ. cōtra dei p̄ceptū q̄s fecit: quā de
us pro ſua ineffabili pietate ex ſola, eaq̄ tā vera cordis cōtritione peccatori cōdonat, iuxta
prophetā dicentē. Cor cōtritū & humiliatū de' nō deſpicies. Et rurſus. Dixi cōfitebor ad- Pſal. 50.
uerſum me, iniuſtitiā meā dn̄o, & tu remiſiſti impietatē peccati mei. Eſt aūt cōtritio, mo- Pſal. 31
tus quidā animi charitate formatus, q̄ dolet q̄s ſe cōtra deū peccaſſe, & gratiā ipſius amiſiſ-
ſe. Cuius formā p̄bet tibi filius ille in Euāgelio p̄digus, qui pœnitentia punctus, & reuerſus Lucæ. 15.
ait. Pater peccaui in cœlū & corā te, iam nō ſum dignus vocari filius tuus, fac me ſicut vnū
G de mercenarijs tuis. &c. ¶Secundū eſt pœna p̄ pc̄ō debita, quā deus non tam eueſtigio
dimittit, vtpote niſi facta aliq̄ pœna equiualēte in acceptōe diuina. Scriptū em̄ eſt, Quantū Apoca. 18
in delitijs fuit, tantū date ei tormentū. Et alibi. Pro menſura delicti, erit & plagarū modus. Deute. 25
Cuius vtrūq̄ habes typū in ſcriptura de Dauide, dicēte alias. Peccaui dn̄o. Dixit Nathan.
Dn̄s quoq̄ tranſtulit pc̄m̄ tuū. Non morieris. Veruntā q̄m̄ blaſphemare feciſti inimicos 2. Reg. 12
nomen dn̄i propter verbū hoc, filius, qui natus eſt tibi, morieẗ. &c. Quod ita factū eſt. Sic
idem alias poſtquā intellexerat remiſſam peccati ſui culpā, nō deſtitit, reliquias eius multis Pſal. 31
lachrymis & acerba p̄ſequi pœnitudine. Dixi, inquiēs, cōfitebor aduerſum me iniuſtitiam
meā dn̄o, & tu remiſiſti ip̄ietatē peccati mei. Quid aūt eſt aliud impietas peccati, quā reatus
& culpa peccati, q̄ ſimul atq̄ cōdonata fuerat, māſit nihilominus nōnihil, q̄d tametſi culpa
non erat, iuſto tn̄ erat vindicandū & expiandū ſupplicio. Propter haſce vtriq̄ reliquias ab-
olendas Dauid gemitibus & lachrymis, ieiunijs & vigilijs, variaq̄ id genus maceratōe car-
nem adflixit ſuā. Et hoc eſt, q̄d olim Baptiſta p̄monuit plebē, & ad quod Paulus hortabaẗ. 1. Cor. 11
Iſte de operibus, ille de fructibus pœnitētiæ dignis loquens. Hinc idē Apl'us ait. Si noſmet-
ipſos iudicauerimus, nō vtiq̄ iudicaremur à dn̄o, cum aūt iudicamur à dn̄o, corripimur, vt
nō cū hoc mūdo dānemur: ſanè ſubindicās iudiciū noſtrū, q̄ noſipſos iudicamus, præueni-
H re iudicium dei, & ſatisfactionem pœnæ, cui per peccatum obnoxij ſumus, poſſe diui-
nam à nobis auertere correptionē. ¶Hæc aūt emenda ſeu ſatisfactio, fieri p̄t vel feruenti 1. Petri. 4
charitatis inflāmatione, quæ, vt aurū ignis, pc̄m̄ purgat: ſiquidē pc̄ōꝝ multitudinē ope- Luc. 7.
riens. Sic Magdalenā & Petrū flēdo ex charitate ſatisfeciſſe credimus. Vel corp̄is macera- Mar. 16
tione & caſtigatōe, quēadmodū ijdē Petrus & Magdalena ſatisfeciſſe credi poſſunt. Et A- Marc 14
poſtolus q̄dē, inquiēs. Caſtigo corpus meū, & in ſeruitutē redigo. Vel re corporali, vtpote Lucæ. 22
eleemoſyna: ſiq̄dem beati ſint miſericordes, q̄m̄ miām cōſequenẗ. Q̄m̄, inq̄t Tobias, elee- 1. Cor. 9
I moſyna ab om̄i pc̄ō, & à morte liberat, & nō patieẗ animā ire in tn̄bras. Hinc Daniel ad re Mat. 5.
gem Nabuchodonoſor dixit. Pc̄ā tua eleemoſynis redime. ¶Ex ijs proinde liquet, errare Tobiæ. 4 Daniel. 4
eos, q̄ dicūt ſufficere p̄ pœna peccati μετάνοιαν, id ē, reſipiſcentiā, m̄tis mutationē, cōuerſio-
nē, reuerſionēq̄ ad deū, Nō vero carnis afflictionē, nō macerationē, nō mactationē, ſed vi-
tam ſolūmodo & creaturā nouā, q̄ certe eſſe neq̄t ſufficiēs niſi in eo, quē veteris pœnitet, & Actoꝝ. 8
qui p̄ noxis prioribus in ſe ſeuerius vlciſcitur. Alioqui ſi ſufficeret noua vita & reſipiſcētia,
q̄d vltra tot à nobis ex ſcripturis citata teſtimonia, Petrus Simoni Mago dixiſſet. Pœnitē-
K tiam age ab hac neq̄tia tua, & roga deū, ſi forte remittaẗ tibi hæc cogitatio cordis tui? Nō-
ne ſuffeciſſet alioq̄ dicere. Ceſſa ab hac nequitia tua? ¶Tertio, debet peccator ambulare. Pſal. 83
Q̄uo? De virtute in virtutē, iuxta prophetā, dicentē. Etem̄ bn̄dictionem dabit legiſlator,
ibūt de virtute in virtutē, videbiẗ deus deoꝝ in Syon. Sanè debet peccator ambulare ī vir- Ephe. 2
tutibus boniſq̄ operibus, q̄, Apl'o teſte, deus p̄parauit, vt in illis ambularemus. Sic p̄ eas virtu Roma. 6
tes & bona op̄a idē alias monet nos debere ambulare in nouitate vitæ. Sūt em̄ bona opera 2. Pet. 1
vel ſola, p̄ quæ, Petro ſcribēte, noſtrā vocationē & electionē facere certā poſſimus & debe-
mus. Sic igiẗ ambulet peccator ſurſum p̄ viā charitatis, deorſum per viā pietatis, itrorſum
per viā humilitatis. Et hoc eſt, quod Chriſtus ait. Surge, &c.

HOMILIA VICESIMAPRIMA DE EO QVOD SCRIPTVM eſt. Matth. decimoquinto. Marci 7. O mulier magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis.

Dominica ſecunda Quadrage. Reminiſcere

In noīe

IN NOMINE IESV CHRISTI OPTIMI MAXIMI A
hodiernam meam,ad vos fratres in dño chariſſimi,concionē & au-
ſpicor,& breuiter pro tenaciori eiuſdē memoria in tres diduco par
tes.In quarũ prima,ſacroſanctũ,quod hodie ex inſtitutione eccleſię
catholicæ legit Euangeliũ ſemotis planè ambagibus annuntiabo.
In ſecunda pro themate Homiliæ meæ declarando: O mulier ma-
gna eſt fides tua,fiat tibi ſicut vis, arduam & hoc tēpore à pleriſq;
omnibus agitatā quæſtionē,per ſanctas ſcripturas pro virili in oĩm
vtilitatē diſſoluā.Deniq; breuē ſimplici imperitæq́; plebeculę ꝑ ve-
ra in Chr̃m fide orōnē ipartiar.Audiat igr̃ primo loco euãgeliũ &c.

¶Ex hodierno ſacroſancto euangelio iam pauloante à nobis ad literā denuntiato,tria po- B
tiſſimũ occurrunt.Primũ,cum Chriſtus dñs tam vbiq; ſe miſericordem exhibuerit,ſeq́; omi-
bus obuiũ adeo,& verbis,& factis expoſuerit,vt ipſe dixerit,palamq́; clamarit: Venite ad me
Matt.11 omnes q laboratis & onerati eſtis,&ego reficiam vos.Tollite iugum meũ ſuper vos,& diſci-
Iohã.7 te à me,quia mitis & humilis ſum corde,& inuenietis requiem animabus vr̃is.Et aliàs:Si qs ſi
tit,veniat ad me & bibat.Quur Chananęæ mulieri tam fuerit durus q illi primũ ne verbũ qdē
reſponderit?Secundo,eam non eſſe de ouibus Iſrael,ſed perinde diaboli ſignificarit,demũ ca
nem vocarit,ęque vti indignam pane.Reſpondendũ ſanè exiſtimo,Chriſtũ proinde ſe durio
rem videri voluiſſe,quo mulieris eò pacto ex perſeuerantia in petēdo firmitas,adeoq́; fidei cō
ſtantia ac deuotio palàm oſtenderet.Siquidē fides in deum noſtra conſtans eſſe debuerit,nec
aliquo modo vel quãlibet vehemēti deficere,ne & ipſi merito modicæ fidei arguamur.Hinc
alibi ad Paulũ ait dñs:Conſtans eſto.Sicut eñ teſtificatus es de me in Hieruſalem,ſic te opor-
Mat.16 tet & Romæ teſtificari,& ſcriptura quoq; dicit iuſtos ſtetiſſe in magna conſtantia.ſ.fidei.Vn
Mat.14 de etiamnũ Apoſtolus complures eorũ,ad quos ſcribit,admonet,vt in fide ſint cōſtantes,nō-
Act.23.27 nullos,quoniam defecerint,coarguit,& maxime Galathas.Nec ſanè citra cauſam,quandoq-
Sap 5 dem,qui(vt Chriſtus ait)perſeuerauerit in finem,hic ſaluus erit. Idquod planè in hac muliere
Matt.10 Chananæa oſtenditur,quæ quum in fide conſtans fuerit & firma,voti ſui compos eſt facta.
et.24 Quæ & ideo Chriſtum paulò duriorem habere viſa eſt,vt diſceremus orantes,non ſtatim de-
ficere nos debere non illicò exauditi,ſed inſiſtere donec reciperemus.Quod euidenter veritas
ipſa aliàs commonſtrans:Pulſate(inquit)& dabitur vobis.Quod idem exemplo alibi amici de
Matt.7. nocte panes ab amico petentis,atteſtatus tandem ait:Et ille ſi perſeuerauerit pulſans,dico vo
Lucę.11 bis,& ſi non dabit illi ſurgens,eò quòd amicus eius ſit,propter improbitatē tamē eius ſurget,
Luc.18 & dabit illi,quotquot neceſſarios habet.Hinc &idem alio in loco inqt:Oportere ſemꝑ orare,
1.Theſſ.5 & non deficere,quē doctor gentiũ imitatus ait:Sine intermiſſione orate.Non eſt proinde ab
orando ceſſandum,tametſi ob aliàs quoq; cauſas ſuo tempore & loco dicendas non exaudia-
mur.Eſt enim nobis apud deum patrem interceſſor & aduocatus Ieſus Chriſtus,Deus mitis &
multũ miſericors,ad quē Propheta in hæc verba exclamat.Multę miæ oĩbus inuocantibus te
Pſalm.85 & aliàs:Miſericordia dñi plena ē terra.Et iterũ:Magnificata eſt vſq; ad cęlos mĩa tua,nec eſt tã
Pſal.32 pctōr magnus,q ex corde grãm poſtulãs,nō ſit maiorē à deo ĩpetraturus mĩam,cuius ſanè gra
Pſal.56 tia(Aplo teſte)nulli deerit,ne modo qs ſibĩpſi deſit.Et utiq; pr̃ nobis eſt daturus qcqd in no-
Heb.12 mine filij petiuerimus,id qd Euãgeliſta ſciēs:Et hæc ē(inqt)fiducia quã habemus ad deũ,quia
Iohan.16 quodcũq; petierimus ſcd̃m volũtatē eius,audit nos.Et ſcimus qa audit nos,qcqd petierimus.
Ioh.1.et 5 Qualis aũt ſit petitio ad voluntatē dei,fortaſſis ex muliere Chananęa facile eſt colligere.Nimi
Iac 1.et.5 rum orō exaudibilis primũ fiat in fide ſirma,de qua Iacobus:Poſtulat aũt in fide nihil hæſitãs.
Et deinde:Et fidei ſaluabit infirmũ.Et Chrũs ait:Omnia quæcunq; petieritis in nomine meo
Matt 21 credētes accipietis.Scd̃o in patiētia,de qua Paulus:Patiētia(inqt)vobis neceſſaria eſt,vt volũ
Heb.10 tatē dei faciētes,reportetis promiſſionē.Et Iacobus:Multum eñ valet aſſidua iuſti deꝑcatio.
Iaco.5 Tertio in humilitate,de qua Iudith:Nec ſupbi ab initio placuerũt tibi,ſed humiliũ & manſue-
Iudith 9. torũ ſempꝑ tibi placuit deꝑcatio.Et Propheta:Reſpexit in orationē humiliũ,& nō ſpreuit ꝑcē
Pſal 101 eorũ.Et ſcriptura alibi:Oratio humiliantis ſe,nubes penetrat.Demũ oportet,vt oratio ſit de
Eccle.35 re ſalutari,quod planè notaſ,quũ ſit petendũ in noĩe Chriſti,qd eſt Ieſus,qd eſt petere ſalutē,ſi
Mat.1 quidē Ieſus eſt ſaluator,teſte Angelo,q ad Ioſeph ait: Vocabis nomē eius Ieſus.Ipſe eñ ſaluũ
faciet populũ ſuũ à peccatis eorũ,qppe ꝑ quē toti humano generi ſalus fuit futura.

¶Modo ſubſequiſ ſcd̃m,qd ex hodierno Euangelio occurrit,& nō data quidē opa,ſed deo C
haud dubie diſponēte,& oblata ꝑ Euangeliũ occaſione diſcutiendũ.Quũ aliqt nunc annis tã
ſit varie tamq́; indiſcriminatim à pleriſq; oĩbus de iuſtificatiōe hoĩs,vel per fidem,vel per bo-
na opera magis digladiatum quàm diſputatum,vt non apud paucos fides cum operibus,vel
amiſſa ſit,vel propediem(quod deus auertat)amittenda,vel vtraq; minoris quàm ante pendē
da,neceſſarium prorſus videtur,vt deo authore,breuibus explicem quid ea in re Chriſtiano
hominí

hominí ſit ſentiendũ & credendum. Quia vero tempus nunc me deficit, quod reliquũ eſt, alio & ſuo quidem loco, fauente deo, redditurus ſum.

¶HOMILIA XXII DE EO QVOD SCRIPTVM EST Matthæi. 20 Marci. 10: Neſcitis quid petatis.

Feria quarta poſt ſecũdã dñicam quadrageſime.

A TTES partes lectio hodierni Euangelij cõplectitur. in quaꝝ pri-
ma nobis vel ideo hodie paſſio Chriſti amariſſima & innocentiſſi-
ma proponitur, vt ĩde, qui pugna ſpirituali modo laſſati, laboribus
Chriſti roborentur & exacuantur ad patientiam & ad voluntariã
laborum tolerantiam. Quis eñ tam impatiens, qui, & quidẽ pro-
pter ſalutem æternam conſequendã, nolit vel ad finem in ſuis tenta
tionibus ſuſtinere? Quũ audit Chriſtũ dominum ſuum pro ſe tanta
pertuliſſe? Voluit nimirum Chriſtus, verus legislator, nobis ꝑ ama
riſſimã ſuam & paſſionẽ & mortẽ præcedere, vt viſa eius amaritu-
dine, aduerſitatẽ noſtram & tribulationem conſtanter tolerare ſtu
deremus. Et hoc eſt quod Petrus ait: In hoc eñ vocati eſtis, qa & Chrũs paſſus eſt pro nobis, 1. Petri. 2
vobis relinquẽs exẽplũ, vt ſequamini veſtigia eius. Ea aũt non modo ſequemur, teſte Hiero-
nymo, ſi eius noĩe gladio ab eccleſiæ hoſtibus ꝑſequuti fuerimus, ſed & cũ patiemur omnem
B violentiã, cõtra peccata decertãtes. ¶Non eſt igitur, frẽs dilectiſſimi, quod nos afflictionis
amaritudo à piæ mentis propoſito debeat coercere, q ſcimus, q̃ta pro abſolutiõe nr̃a & libe-
ratione creator dominuſq; redẽptor nr̃ ꝑtulerit, qbuſve ſe cõtumelijs adficiendũ pro nobis
tradiderit, vt nos à vinculo poteſtatis diabolicæ liberaret. Memores itaq; ſimus, q̃ hac in re
apl's ſcribit: Recogitate, inquiẽs, eũ, q talẽ ſuſtinuit à pc̃toribus aduerſus ſemetipm̃ cõtradicti- Hebræ. 12
onẽ, vt ne fatigemini, animis vr̃is deficiẽtes. Nondũ eñ vſq; ad ſanguinẽ reſtitiſtis, aduerſus
peccatũ repugnantes: & obliti eſtis cõſolationis, q̃ vobis, tanq̃ filijs loquit, dicẽs: Fili mi, noli Prouer. 3
negligere diſciplinã dñi, ne fatigeris, dũ ab eo argueris: quẽ eñ diligit dñs, caſtigat, flagellat
aũt omẽ filiũ, quẽ recipit. In diſciplina perſeuerate. Tanq̃ filijs offert ſe deus. Quis eñ filius
C quẽ non corripit pater? Sed de hoc poſt aliquot dies (deo fauente) multa. ¶In altera huius
Euangelij parte de maioritate, deq; ijs, quæ penes illã ſeruari debent, dominus diſſerit, de qua
anno ſuperiore pluribus egimus: quã inter alia inconuincibilibus ſcripturaꝝ teſtimonijs eſſe
oporteꝛe oſtendimus, tã in Eccleſiaſtico q̃ in ciuili ſtatu, ita quidẽ, vt hæc ipſa vtrobiq; maio- Eccleſ. 3
ritas, nõ tam ſit dñij q̃ miniſterij: quũ vtiq; hoc debet quis eſſe humilior, quo ſit gradu dignita
tis & officij altior. Id quod Chriſtus obſeruauit, quẽ recte ſequentur optimi quiq; magiſtratus
D ¶In alia vero huius Euangelij parte, docemur, quomodo à deo petituri caute, ſapienterq; pe
tere debemus, ſiquidẽ ſæpe neſciamus quid vtiliter petamus, aplo dicente: Nam quid oremus Roma. 8
ſicut oportet, neſcimus. Qui aũt ſcrutat corda, ſcit, quid deſideret ſpũs, qui ſecundũ deum po-
ſtulat pro ſanctis. Hinc Chriſtus alibi nos in ſuo dũtaxat nomine petere voluit, quod eſt Ieſus Jo. 14. 15
id eſt, ſalus. Petere quidẽ debemus vnico verbo, quod noſtræ eſt ſalutis, id q̃d totũ ſua orati-
one dominica expreſſit. Quia proinde mater filioꝝ Zebedæi in contrarium petijt à domino Matt. 6
paſſa eſt repulſam: nempe, cui ille reſpondit: Neſcitis quid petatis. ſ. vos mater & filij. Quia Lucæ. 11.
eñ ille aliàs dixerat. Cũ ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſe- Matt. 19
des duodecim, iudicãtes duodecim tribus Iſrael, &c. Et rurſus: Et ego diſpono vobis, ſicut di-
ſpoſuit mihi pater meus regnũ, vt & bibatis & edatis ſup menſam meã, in regno meo, & ſede- Lucæ. 22.
atis ſup thronos, iudicãtes duodecim tribus Iſrael. Qui & alibi multa tradit locutus de regno Actoꝝ. 1
dei. Et qm̃ Iudæi pleriq; putabãt Chriſtũ ꝑ prophetas ſibi promiſſum aliqñ tẽporaliter in Hie
ruſalẽ regnatuꝝ, credebãt (ſcripturas tẽporaliter de Chr̃o exponẽtes) regnũ Iudæis ꝑ Roma- Actoꝝ. 1
nos ablatũ, ꝑ Chriſtũ reſtituendũ. Cuius cã diſcipuli aliàs q̃runt. Si in tẽpore hoc reſtitues re-
gnũ Iſrael? Et hoc quidẽ mõ Iohãnes & Iacobus, filij Zebedæi fortaſſis hauddũ ꝑfecte illumi-
nati crediderũt. Audiẽtes ideoq; hodie Chriſtũ morituꝝ, tertiaq; die reſurrectuꝝ, putarunt
eũ ilicò poſt reſurrectionẽ in Hieruſalẽ regnare: cupientes propterea, humano ducti affectu,
ratione cõſanguinitatis illi præ cæteris eſſe collaterales, ſubmiſerũt matrẽ ab illo pro ſe peti-
turã. At Chrũs eoꝝ poſtulationẽ perinde inutilẽ minuſq; ſalutarẽ reprobãs, reſpondit. Neſ-
citis qd petatis. Quod qdẽ verbũ, vnuſquiſq; magiſtratus & prælatus ſuo cõſanguineo, in pri
mis hauddũ idoneo & merito, ꝑlaturã & officiũ poſtulãti reſpõdere debuerit. Quãdoquidẽ
ſub eo verbo, adiectis, quæ illud præcedunt & ſequuntur, dominus docet.
E ¶Primo, Eos debere ad dignitates & officia promoueri, qui ſuis & laboribus & ſudoribus bñ-
meriti ſunt. Non enim decet quemq̃ requies, niſi poſt laborem, nec merces, niſi poſt ſudorẽ. 2. Tim. 2
Et hoc eſt, quod ad Timotheum Apoſtolus ait: Labora ſicut bonus miles Ieſu Chriſti. Nam

Digitized by Google

& qui certat in agone non coronabitur,niſi legitime certauerit.Si ſuſtinebimus,& conregna
bimus.Ideoq; prohibemur eos eligere in prælatos & magiſtratus, qui laboribus ſe nondum
Exodi. 3 ſuis exercuere,quandoquidē in prælaturis & officijs futuri ſint deſides, ocioſi, ignaui, immi-
teſq;,Vnde peritura eſt reſpub.cui præeſſe deberent.Hinc Moyſes non niſi poſt multos &
Deute.31. varios etiam in terra aliena labores & ſudores,populi Iſraelitici ex Aegypto liberandi dux eli
Ioſue.1. gitur,& illi fit nō niſi poſt multos quoq; labores ſucceſſor Ioſue filius Nun.Nec clam,quàm
Geneſ.41 poſt multos labores & ſudores,Ioſeph factus ſit à rege Pharaone præpoſitus vniuerſæ terræ
1.Timo.3 Aegypti.Sic apoſtolus noluit eſſe epiſcopum,niſi eum,qui haberet teſtimoniū ab ijs,qui fo-
ris ſunt.Quanta vero de hoc antiquis patribus cura fuerit,ſatis notatur ſub titulo decretalium
de electione.C.Nihil.In quo dicitur,Nihil magis eccleſiæ dei nocere,q̄ quod indigni.ſ.ſcien
L.ff gra tia vel ætate vel vita vel meritis,aſſumantur prælati.Et vult Canon, Indigne promotū deij-
datim.ff. ciendum.Sed de ijs alibi multa.Et leges quoq; ciuiles inibi non ſilent,quibus cauetur,vt edi-
de bo. et cto honores gradatim deferantur,& honores atq; munera non ordinationibus,ſed potiori-
mu.L.ho bus quibuſq; iniungenda ſunt.Sic aliàs imperator ait:Iubeo quiſquis docere nō vult,non re-
nores.ff. pente,nec temere proſiliat ad hoc munus,ſed iudicio ordinis probatus, decretum decurialiū
de curioni mereretur,optimorū conſenſu adſpirante.Atq; vtinam id noſtri electores vndiq; ſeruarēt,nec
bus l.ma tam inabiles eligerent,& minime eos,qui nunquam laboraſſent,nec vere didiciſſent:memo-
giſtros C. res Chriſti,hodie dicentis:Poteſtis bibere,&c.Prius em̄ de labore,poſtea de honore quæren
de profeſ dum exiſtimat,idemq; docet. ¶Secundo,Non eſſe quēpiam ad dignitatē,iuxta conſangui F
ſorib li.10
Tit.de ele nitatē,idoneis interim poſthabitis,eligendum,vnde alioqui reſpub.fit ruitura.Id quod ple-
ct.in Aut. runq; in eccleſiaſticis perſonis fieri videmus,quemadmodū videre eſt in pontificijs decretali-
8.q.1.c.apo bus,quæ & ipſæ prohibuerunt fieri,electionē iuxta ſanguinis affectum,& iuxta ſucceſſionē
ſtolica. ſanguinis.Sic & iure diuino,etſi Moyſes filios habuerit & fratres,nec indiſpoſitos,qui & tan-
Exodi.4 tus fuerit dei amicus,vt ei ille facie ad faciem loquutus ſit,& idem vtiq; potuerat ſucceſſores
Deut.vlt. principatus filios ſuos facere,& poſteris propriam relinquere dignitatem,de alia tamen tri-
7.q.1.c.de nig. bu.ſ.Ephraim(quum ipſe eſſet de tribu Leui)Ioſue eligitur,vt ſciremus principatū in populo
Actor.10 non ſanguini deferendū eſſe,ſed vitæ,inibiq; deum eſſe imitandum,qui nō eſt perſonarū ac-
ceptor.Sed nunc(inquit barbatus noſter Hieronymus)cernimus plurimos hanc rem benefi-
cio facere,vt nō quærant eos in eccleſiaſticas columnas erigere,quos plus cognoſcant eccleſiæ
prodeſſe,ſed quos vel ipſi amant vel quorū ſunt obſequijs deliniti vel pro quibus maiorū quiſ-
piam orarit,& vt deteriora taceam,qui vt clerici fierent,muneribus impetrant.Quod ne fiat,
L.vnica Chriſtus hodie totum prohibuit,qui ſibi conſanguineos noluit præ cęteris,& maxime haud
C.vt oēs dū idoneos præferre.Vnde & leges ciuiles cauent,Ne ſit in ſecularibus poteſtatibus ſucceſſio
tā ciuiles quæ maxime obeſſe poſſit,quū ſucceſſor plerūq; in natura anteceſſoris malitiam ſequat. Nec
q̄ milit.iud
1.Reg.1. obſtat quod Dauid in vita Solomonem,& Petrus Clementē inſtituerit ſucceſſorem:quādo-
8 q.1.c.Si quidē idipſum inſtinctu ſpūs ſancti euenerit,& quidem maxime,quod vterq; in ſucceſſione
Petrus morū & virtutum fuerit cōmendatiſſimus,& in conſpectu populi approbatus.

¶HOMILIA XXIII DE EO QVOD SCRIPTVM EST, Matth.21.Mar.12.Luc.20.Ideo dico vobis,quia auferet à vobis regnū dei & dabitur genti facienti fructus eius,&c.

Feria ſexta poſt ſecūdam dñicam quadrageſime

HAVD ſane mei moris hactenus fuit,vt pluribus agerem, quæ per A
ſe & ad literam plane nota ſunt,verum explorare plerunq; ſemper
libuit,quæ ſub litera ſpūs perinde grandiora perdocet.Sic nec ho-
die multis inhæſerim Euangelij hiſtoriæ literariæ,quæ apertò ad
Iudæos refertur parabola ſatis intelligibili.Quis em̄ non videt per
patremfamilias intelligi deum patrem,qui cœlum & terram perin-
de vt paterfamilias domum regit.Per vineam vero domum Iſrael.
Eſaiæ.5 De qua propheta:Vinea domini exercituum domus Iſrael eſt.Per
ſepem autem,clauſuram legis & mandatorū.Per torcular itidē do-
Mich.4 ctrinam prophetarum.Per turrim deniq;,templum in Hieruſalem
quod inſtar turris erat ædificatum.Per agricolas,ſacerdotes & Iudæorum principes,qui ha-
bebant officium obſeruandi cultum diuinum & iuſtitiam in omnibus. Per dominum pere-
gre profectū vtiq; deum,quaſi patientia abſentem,vt intelligatur ſemper homini liberū eſſe
arbitrium,ſiquidem deus ab initio conſtituit hominem,& reliquit eum in manu conſilij ſui.
Eccle.15 Per tēpus,fructus,legis ſuſceptæ tempus,quo illi debebant fructus reddere.Per ſeruos intelli
gi prophetas & ſacerdotes,qui prædicationibus ſuis,eos ad fructum bonorum operum eſſent
Mat.23 reducturi,quos illi interfecerunt.Per filium vero,Chriſtū Ieſum,quem & ipſi,odio perciti,oc
ciderūt

Digitized by Google

ciderunt, à quibus propterea eſt ablatũ dei regnum & traditũ gentibus, per fidẽ fructum affe Lucæ. 13
rentibus, Apl'o alibi dicente: Vobis oportebat primũ loqui verbũ dei, ſed quoniã repellitis il- 3 Reg. 21
lud, & indignos vos iudicatis vitæ æternæ: ecce conuertimur ad gentes. Sic em̃ nobis præce- Hebr. 13 Actor. 4
pit dominus. Audientes autẽ gentes, gauiſæ ſunt, & glorificabant verbũ domini, & credide- Actor. 13
B runt quotquot erant præordinati ad vitã æternã. ¶Hæc aũt hiſtoria vere facta, vtcũq; lo-
co parabolę recitata, nos ſerio admonet, vt in vinea dñi fructũ faciamus, deoq́; reddamus, mi
nime ocioſe de fide nr̃a & eccleſia gloriãtes, q̃s alioqui, vt iſtos, vineæ dñs pditurus ſit, vineãq́;
vel prioribus vel aliȷs locaturus, Apl'o alibi in hæc verba ſcribẽte: Q̃d ſi aliqui ex ramis fracti Roma. 11
ſunt, tu aũt cũ oleaſter eſſes, inſertus es in illis, & ſocius radicis & pinguedinis oliuæ factus es.
Noli gloriari aduerſum ramos. Quod ſi gloriaris, nõ tu radicẽ portas, ſed radix te. Di[illegible] ergo
Fracti ſunt rami vt ego inſerar. Bene propter incredulitatẽ fracti ſunt. Tu aũt fide ſtas. Noli
altũ ſapere, ſed time. Si em̃ deus naturalibus ramis nõ pepercit, ne forte nec tibi parcat. Vide
ergo bonitatem & ſeueritatẽ, in te autẽ bonitatem dei, ſi permanſeris in bonitate, alioqui &
tu excideris. Sed & illi, ſi non permãſerint in incredulitate, inſerentur. Potens eſt em̃ deus ite
rũ inſerere illos. Nã etſi tu ex naturali exciſus es oleaſter & contra naturã inſertus es in bonã Matt. 3
oliuam, quanto magis ij, qui ſecundũ naturam inſerentur ſuæ oliuæ? Hæc ille. Cui conſonat Lucæ. 3
diuus Baptiſta alibi dicens: Facite ergo fructum dignũ pœnitentiæ. Et ne velitis dicere intra
vos: Patrem habemus Abraham, dico em̃ vobis, quoniam potens eſt deus de lapidibus iſtis
C ſuſcitare filios Abrahæ. ¶Et hoc eſt, quod & ipſe dominus hodie ait. Ideo dico vobis, quia
auferetur à vobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructum. Et hæc quoad omnes & vni-
uerſos, quæ ſpũs haud obſcure dictat referri poſſe ad vnumquemq; ſigillatim, ita nimirum, vt
per vineam ſeu regnum intelligas animã vnicuiq; à deo mundam & integre traditam, Et per
gentẽ fructũ facientẽ accipias diabolũ q de illa deo ſit daturus debitã penſionẽ cruciationis &
vindictæ in tẽpore ſuo. ſ. poſt hanc vitã. De hac vinea in Canticis Solomonis ait deus: Videa Canti. 7
mus ſi vinea noſtra floruerit: Siquidem florere debet bonis odoribus & fructibus, alioqui em̃
ſicut omnis arbor, quæ fructum bonum non facit, excidetur, & in ignem mittetur, vt inde dæ Matt. 3
mon, iuſtitia cogente, fructum pœnæ ſit daturus. Sic vtiq; tradita eſt diabolo anima diuitis,
ad quem deus dicebat: Stulte hac nocte animam tuam repetunt à te. Quæ autem paraſti, cuius Lucæ. 12
erunt? Iam vero quum vinea excolenda, ſit anima noſtra à deo locata, vt excolatur pro fru- Deute. 4
ctibus afferendis, clam eſſe nequeat, quin nos illam diligenti cultura, ne deterior fiat aut pe- L. ſi mer
reat, ſeruare debemus. Hinc deus per Moyſen: Cuſtodi igitur, ait, teipſum, & animam tuã ſo- ces. §. qui
licite. Quando iure cautum ſcimus, conductorẽ domus vel vineæ vel alterius rei, ad rẽ condu columnam.
ctam talẽ debere diligẽtiã qualẽ diligentiſſimus paterfamilias ſuis rebus adhibet, alioqui illũ ff. de locat. et cõduct.
D inde poſſe pelli, poſſeſſioneq́; priuari, ac alteri locari. Ita proculdubio deus de aĩa nr̃a facere Inſtit. de
poteſt. Ea igitur bñ excolenda, & in diligenti cultura ſeruanda eſt. ¶Primo, Vt à dãno pec loc. §. qui
cati ſeruetur. Religio em̃, inquit Iacobus, munda & immaculata apud deũ hæc eſt, &c. imma- pro vſu.
culatũ ſe cuſtodire ab hoc ſeculo. Si em̃, quod iure cauet, inquilinus iuſte ex vinea pelli poteſt Iacobi. 1
quando ſua culpa illi à nouo cœpit incõmodari, vtpote riuis vel fluminibus. Sic multo magis L. Si qd
deus hominẽ aĩa & vita priuare queat, qñ illã defectuoſam, vtpote ſtillicidio peccatorũ, repe domũ. ff.
rit. Hæc aũt diligẽs cura pro aĩa habet, qñ hõ in timore dei ſe cõtinet, ſine quo neceſſum eſt, vt locati.
ipſa ruinã ſuſtineat. Inde ſcriptũ eſt: Si nõ in timore dñi tenueris te inſtãter, ſubuertet domus Eccle. 7
tua: Siquidẽ, vt alius ait, timor dñi expellit peccatũ in te. Hinc Tobias ſenior filiũ ſuũ ab infan- Eccl. 1
tia timere deũ docuit, & abſtinere à peccatis. Siquidẽ in timore domini declinat oĩs homo à Tobiæ, 1
malo. Proinde anima exiens per ſenſus ſuos quinq;, aliquid per eos actura, ſemper perinde vt
baculo carnales hoſtes vel mundanos coercere debet timore domini. ſ. de æterna morte, di- Geneſ. 3
uino iudicio, inferno, purgatorio, &c. Hunc em̃ præcurſorẽ vel baculum timoris ſi Eua in pa Gene, 34
radiſo habuiſſet, non decepta decidiſſet in delectationem, perpetuo damnoſam. Quẽ ſi Dina
E filia Iacob habuiſſet, à Sychen filio Emor nõ fuiſſet oppreſſa. ¶Secundo, vt anima ab immũ 2. Cor. 7
dis ſordibus purget. Ideo apl'us: Has ergo, inquit, habentes promiſſiones chariſſimi, munde-
mus nos ab omni inquinamẽto carnis & ſpũs, perficiẽtes ſanctificationẽ in timore dei. Quã- In Aut. de lenoni
doquidem iure quoq; cautũ reperiatur, vt qui immunde, vtpote tenẽdo ſcorta & lenones &c. bus, §. ſta
inibi viuit, inde expelli poſſit. ſ. ex domo locata: Sic & deus animã, qñ ſordibus ſe nõ purgat. tuimus
Vñ in figura olim homo tangẽs iumẽtũ vel hominẽ mortuũ efficiebat immundus, & ilicò à tẽ Leuiti, 5
plo & à cõmunione hoĩm excludebat. Sunt aũt tria à qbus aĩa eſt purgãda, quæ illam defœ- Nume, 19
dant. ſ. concupiſcẽtia carnis, concupiſcẽtia oculorũ, & cupiditas terrenorũ, quæ purgãda ſunt 1. Iohã, 2
F oblatione agni. ſ. paſſionis Chriſti. Itẽ pari turturum, id eſt, oblatione oculorũ gemẽtiũ, ſimu
la puriſſima. i. confeſſione clara. ¶Tertio debet anima à iuſtis debitis liberari & exonerari, Matt. 22
pẽſioneq́; annuã reddere: Siquidẽ quilibet tenet ad ea, q̃ debet, deo reddere. Sic ſcriptura dicit Roma. 13
Deo dignas oblatiões offer. Si em̃ leges imperatorũ voluit eũ ex re locata vel conducta pelli Eccle, 14
poſſe, ſi leges cõductiõis nõ ſeruat, vtpote q tẽpore debito arbores nõ incidit, terrã nõ colit, L. nec vectigalia. ff

de public. iudicijs vel fiſco non ſoluit, vel alia opera obmittit, longe profecto magis, homo priuatur anima &
locat dæmonibus, ſi leges deo ex aïo nõ reddit, quas debet. Quæ aũt deo quiſq; de aïa ſua de-
bet, & qd à nobis ille expoſcat, propheta hiſce verbis arguit. Indicabo tibi o hõ, qd ſit bonũ,
& qd dñs requirat à te: Vtiq; facere iudiciũ & diligere miſericordiã, & ſolicite ambulare cum
Mich. 6 deo tuo. Quaſi dicat, Primo debes facere iudiciũ de teipſo, vt ſicut caro tua delectata eſt ĩ pec
catis, ſic etiã puniat in lamẽtis: Nec alteri miſericordiã facias, niſi tibi ipſi prius feceris, Alioqui
Eccle. 14 q ſibi neq̃ eſt, cui bonus erit? Sic nec tibi ſufficit, ambulare corã deo exteriori apparẽtia, ſed ĩ-
teriori deuotione & pſentia ſtudeas animã mũdã ſeruare à peccatis, qd eſt maximũ obſequiũ
deo reddendũ: qd oẽs illi debemus ex cõmuni oĩm voto, qd vouemus ei in baptiſmo, renun-
tiantes inibi diabolo & pompis eius. Quod vbi ſeruauerimus, nõ dicet ad nos dñs. Ideo dico
vobis, quia auferetur à vobis regnum dei, &c.

¶HOMILIA XXIIII. DE EO QVOD SCRIPTVM EST Lucæ. 11.
Matthæi. 12. Beati qui audiunt verbum dei, & cuſtodiunt illud.

Dominica tertia quadrageſime. Oculi.

QVONIAM hodiernũ Euangelium, tam ſubtilibus argumentis, A
q̃ ardua rerum difficultate ſcateat, in rem arbitror futurum, ſi paucis
2. Cor. 3 idipſum explanaro, altius quędã repetiturus, quo cũ litera quæ oc-
cidit, ſpũs & ipſe accipiatur. Principio igitur ſciendum duxerim,
Mat. 2 Iudæos vel maxime ſcribas, legumq́; peritos ex ſcripturis, prophe-
Mich. 5 tarumq́; vaticinijs ſciuiſſe Chriſtũ ex ſemine Dauidis prognatũ, ali-
Hiere. 33 quando & quidem perpetuo regnaturũ, nempe de cuius natali ſolo
Bethleem ſcriptum legerãt, Ex te enĩ exiet dux qui reget populum
meum Iſrael. Itẽ & illud Hieremiæ: Ecce dies veniunt dicit domi-
nus, & ſuſcitabo verbum bonum, quod loquutus ſum ad domũ Iſra
hel & Iuda, in diebus illis germinare faciam Dauid germen iuſtũ, & faciet iudiciũ & iuſtitiam
Eſaiæ. 9 in terra, & hoc eſt nomen quod vocabunt eum, dominus iuſtus noſter. Et illud Eſaiæ: Paruu-
lus natus eſt nobis, & factus eſt principatus ſuper humerum eius, & vocabitur nomen eius ad
mirablis conſiliarius, deus fortis, pater futuri ſeculi, princeps pacis. Quæ vel cuncta ſe cogno-
Matt. 21 uiſſe & ſciuiſſe teſtantur vel ipſi Iudæi in perſona Chriſti apud Matthæũ: Nouiſſime autẽ mi
Marc. 12 ſit ad eos filium ſuum, dicens: Verebuntur filium meum, agricolæ autem videntes filium, di-
xerunt intra ſe, Hic eſt hæres, venite occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius. Et ap-
prehenſum eum eiecerũt extra vineam, & occiderunt. Cæterũ, quia illi hoc ipſum de regno
Mat. 20 plerunq; temporali intelligebant (id quod mater filiorum Zebedæi aliàs innuit) qui Chriſtũ
Marc. 10 falſo accuſantes dixerunt, quia ſe regem vocauit. Verum ille de regno cœleſti hoc intellexe-
Iohan. 18 rat, ad Pilatum palàm, inquiens, regnum ſuum non eſſe de hoc mundo, quod enim ſi eſſet de
hoc mundo, ſui vtiq; miniſtri decertarent, ne Iudæis traderetur, ideo verebantur, ne ille, ſi in
eum omnis populus apertiſſimis eius miraculis, diuiniſq́; doctrinis permotus, perinde atque
in verum deum. ſ. in Meſſiam in lege promiſſum, & in regẽ æternum crederet, & ſuum ille ali
Matt. 2 quando regnum occuparet, vel per gẽtes (vt tandem factum eſt) peſſum iret (quod & Hero-
des ſucceſſorem nouum pertimeſcẽs, planè ſignificans Chriſto perinde Iudæorum rege na-
to cum omni Hieroſolyma perturbatus eſt) inuidia ſanè ac timore, imò & furore, quoniam
is ipſorum ſcelera acriter reprehẽderet ſupra quàm dici poteſt, miraculis eius manifeſtiſſimis,
vbiq; & quidem maximè in hodierno Euangelio (ne populus in eum crederet) partim quod
inuidorum eſt, detraxerunt, quoniam ea non diuina, ſed diabolica virtute faceret, partim q
ea quæ faceret, non eſſent magna, ſed parua, vtpote circa hæc inferiora, & perinde quotidia-
na circa corporum curationes, non etiam cœleſtia (cuiuſmodi in veteri teſtamẽto facta fu-
iſſent) verſantia. Proinde nonnulli, quoniam negare haud potuerint miraculum, tam coràm
palàmq́; ab ipſo in eijciendo dæmonio factum, murmurantes aiebant, eum non dei, ſed virtu
te dæmonis dæmonẽ eijcere, nonnulli vero hoc ipſum, vt vile quoddam miraculum (quam-
Matt. 12 uis in vno eodẽq; homine tria miracula, eaq́; maxima fecerat, nimirũ qui hominẽ obſeſſum,
Ioſue. 10 cæcum, mutum, à dæmonio cæcitateq́; vindicarat, loquẽtẽq; reddiderat) ſuſq; deq; habẽtes,
Eſaiæ. 38 de cœlo aliquod ſignum ab illo videre ſatagebant. Cuiuſmodi fortè fuerat, quum tẽpore Io-
ſue ſol vnius diei ſpatio immobilis ſteterat, aut quando idẽ ſol tẽpore Ezechiæ decẽ gradi-
bus retroceſſerat. Chriſtus itaq; patris ſui gloriam, quam iſti blaſphemando offendebãt, vni-
cè quærẽs ac vidẽs, id eſt cognoſcẽs (is enim deus ſcrutator cordium ſolus eſt & renum) puer-
Hiere. 17 ſas iſtorum cogitationes, alteram æmulationũ qua miracula ſua paruipẽdebant, aliàs confu-
Ionæ. 2 tauit, ſignũ aliud non dans illis q̃ Ionæ, filiũ quidẽ hominis in corde terræ tribus diebus, & tri
bus noctibus futurũ, vt Ionas tribus diebus & noctibus in vẽtre ceti fuiſſet, alteram vero qua-
tuor

Digitized by Google

tuor ſane rationibus non ex ſcripturis, quas iſti falſo exponentes non attēdebant, ſed ex com muniter accidentibus mirè & grauiter refellit, ſimulq́ʒ aperto demonſtrat regnū dei, id eſt ſe Chriſtum ex lege promiſſum veniſſe, nec alium plane expectandum.

B ¶Quarū prima deſumitur ex naturali dæmonū in malo concordia, qui ſanè ſibiipſis nō repugnant, nec ſuis ſatellitibus nocent, at potius ſuū ſtatuunt regnum, ideoq́ʒ vnus alterū non expellit, ſed potius ſatagit, vt vterq́ʒ poſſideat. Secunda ex legitima blaſphemantiū atteſtatione, qui filios ſuos (ſiue hos intelligas eſſe Apoſtolos de ſtirpe Iudaica natos, ſiue alios Iudæos Chriſtū non ſequētes, quoniam vtriq́ʒ virtute nominis Ieſu dæmonia deijciebant, vt alibi te- Matt.7
ſtis eſt ſcriptura) Chriſtū nomine, virtuteq́ʒ diuina dæmones eijcere adfirmabant, quod & à Lucæ.11
ſimili de Chriſto ipſo eius poteſtatis authore nimirū negare non debuerant. Subſequēs ideo- Marc.9
q́ʒ erat Iudæos optime potuiſſe ex claris miraculis intelligere, quod regnū dei, id eſt Chriſtus ad eos iamdudum venerat, nec alius venturus. Chriſto vel ipſo ad Iohannē Bapt. teſte, q̄ ro-
garat per ſuos diſcipulos, an ipſe Chriſtus eſſet, an alius expectandus, reſpondente: Euntes, Lucæ.7
renunciate Iohanni, quæ audiſtis & vidiſtis, Quia cæci vidēt, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pauperes euangelizantur. Beatus quicunq́ʒ non fuerit ſcandalizatus in me. Q.d. illa em̄ nemo, præter eū qui miſſus eſt, facere poteſt. Id quod &
Iudæi ex ijs, quæ Chriſtus faciebat, facile & ex ſcripturis apud Danielē, vbi de aduētu Chri de Danie.9
finito tradebaē, & ex alijs quoq́ʒ cognoſcere potuiſſent, niſi odio cōtra Chriſtū ſemetipſos obcæcaſſent, omnia, eaq́ʒ optima Chriſti facta ſiniſtre (vt adſolēt maleuoli) interpretantes.

C ¶Tertia ratio per exēplū à domini potētia ſumitur, ſiquidē conſtabat, Chriſtum perinde for- Pſalm.23
tem & potētem (vt de eo ſcribitur) in prælio dæmonis tanquā impotentes vniuerſaliter eijcere, qui tamē ante Chriſti aduētum potuere plurimum, ſubſequēs fuit, vt & ipſo diabolo for-
tior, non diaboli, ſed dei virtute dæmones eijceret. Quarta ex triplici operum diuerſitate. Nō 1.Cor.6
em̄ queunt ſibi cooperari, qui facto ſunt & voluntate ipſa à ſe contrarij. Atqui Chriſtus vult
omnes homines ſaluos fieri, quos omnes vult perire diabolus, quoniā eius inuidia mors intra- 1.Tim.2
uit in orbem terrarum. Præterea Chriſtus moriturus erat, vt filios qui diſperſi erant, congre- Sapiēt.2
garet. At diabolus eſt, qui rapit & diſpergit oues, ſiquidē diabolus omnis veræ pacis inimicus Johan.10
diuerſas ſectas & hæreſes, & ſchiſmata (quantum in ipſo eſt) introducit. Inſuper Chriſtus pol-
luta mūdat, quippe qui agnus dei peccata mundi abſtulit. Diabolus vero mundata turpio- Johan.1
ribus ſordibus cōtaminare ſtudet, q̄ (vt Euangeliſta ait) ab initio peccati fuit pater, qui tanq̄ Apoca.4.
leo rugiens circumit, vt tētationibus aliquē deuorare poſſit, & à Chriſto diſtrahere. Tametſi 1.Johā.3
pleriq́ʒ in hac vltima ratione varient, eam aliter & aliter exponētes, à nobis tamē nequaquam 1.Petri.5
alieni, quoniam facile inter nos conueniat. Accedit modò vltima mulieris (quā nōnulli Marcellam fuiſſe contendunt) de Chriſto, quia verus ſit dei filius, teſtificatio, quæ adfirmat beatam
quæ Chriſtū vtpote verum dei filium, in vtero ſuo portarit, nimirū tanti filij mater in nō vul- Matt.12
garem, tam Iudæorum, q̄ hæreticorum Mariæ virginitati, ac laudibus eiuſdē detrahentiū confuſionē. Chriſtus vero perſonarum minime acceptator, qui (vt aliàs eos ſibi fratres & ſorores & matres eſſe adfirmat, qui eius qui in cœlis eſt, patris voluntatē faciunt) hoc ſane loco mulieris exclamantis fidē commēdans, non eam modo quæ dei verbum, id eſt Chriſtum corporaliter portauit, ſed & beatos qui idipſum audiunt & cuſtodiūt, eſſe adfirmans, adeoq́ʒ benedictā virginē Mariam, non tam beatam aſſerēs, quia Chriſtum corpore per carnis aſſumptio-
nē, quam q̄ mēte per fidē ſuſceperit, quod Eliſabetha probās: Beata, inquit, quæ credidiſti, q̄- Lucæ.1
niam in te perficiētur, q̄ tibi dicta ſunt à dño. Quo equidē loco, vt noſtro proloquio ex parte
ſatis fiat, rogantibus quod ſit dei verbū breuiuſcule reſponderim. Verbum dei & eſſe ipſum Johan.1
Chriſtū, dei filiū, quo de ſcribiē, In principio erat verbū, & verbū erat apud deū, & deus erat
verbū, & verbū caro factū eſt. Et alibi: Tres ſunt, qui in cœlo teſtimoniū dant, pater, & ver- 1.Johā.5
bū, & ſpūs ſanctus, quod qui ſequunē. ſ. crucem eius tollentes, patris mandata per bona opera Matt.16
ſeruantes, hauddubie beati ſunt, hæredes em̄ ſunt Chriſti, & ſic æternæ beatitudinis, q̄ patris exequūtur volūtatē, ipſum verbū, id eſt Chriſtū fide per opera cuſtodientes. Eſt & dei verbū, quod non modo ab ore dei proceſſit, de quo aliàs: Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni
verbo quod procedit ab ore dei, & ſic q̄d in Euangelio continetur, verūetiam q̄d vel à Chri- Deute.8
ſto vel eius diſcipulis, eorūq́ʒ ſucceſſoribus recte riteq́ʒ dictū ad nos poſteros vſq́ʒ vel ſcriptis, Matt.3
vel ſermonibus, perinde atq́ʒ per manus longa annorum ſerie emanauit. Parum enim aut nihil Matt 4
refert, quid à Chriſto, vel ab alio ſuggerēte ſpū ſancto ad dei gloriam, eiuſq́ʒ eccleſiæ ſalutem
eſſe dictum. Quandoquidē omnia Chriſtus voluiſſe exiſtimetur, & dixiſſe, q̄ alibi ad diſcipu- Matt.10
los dixerit. Non vos eſtis q̄ loquimini, ſed ſpūs patris veſtri, q̄ loquitur in vobis. Hinc & Paulus ad Corinthios: An experimentū eius quæritis, q̄ in me loquitur Chriſtus. Quare Chriſtus 2.Cor.13
Opt. de phariſæis ait: Omnia quæ cūq́ʒ dixerint vobis, ſeruate, & facite. Nec inibi excipit, q̄d Matt.23
vel à quālibet malis aliquando benedictū ſit. Nam & illi aliquoties ſpū ſancto reuelante veri- Matt.10
tatē vel ex officio locuti ſunt. Id q̄d de Iuda proditore apud Matth. Et de Balaam in libro Nu- Num.24

Johan.11. 1.Petri.1. 2.Petri.4 Lucæ.10 me. Et Caipha apud Iohannē ſatis perſpicuū euadit. Quandoquidē(ait Petrus)ſpū ſancto reuelante non ſibiipſis,ſed nobis miniſtrauerint prophetæ. Nam & hi ſi loquuti ſunt, quaſi ſermones dei loquuti ſunt. Eapropter Chriſtus ad eoſdem inquit:Qui vos audit,me audit: & q vos ſpernit,me ſpernit. Id quoniam ſuo loco locupletātēr proſequuti ſumus,hic latius diſſerere ſuperſedemus. Hoc vnū per Coronidē addentes,beatos eſſe, qui dei verbū,&c. vtpote q̄d

Lucæ.8 vel à Chriſto,vel ab eius ſucceſſoribus ad nos relictū eſt,audiunt & cuſtodiunt. Quod ſane faciūt,qui(teſte Chriſto)dei verbū in corde bono & optimo audientes retinent,& fructū afferunt in patientia,id eſt qui ipſum corde credunt,& opere implent. Quod certe haud agunt, qui calamitoſis his temporibus paſſim oretenus Euangelium clamitant, à cuius ſunt operibus & documentis prorſus alieni,nimirū agentes, quæ ab Euangelicis præceptis ex diametro diſtant,qui deniq; fidē in ore habētes,opera,vel quamlibet bona reſpuunt,nempe fide ſo-

Esaię.29 la(quam neſcio an vere habeant)ſine quidem operibus ſe iuſtificari affirmantes. In quos recte nec minus ſerio deus ille Max. cordiū perſcrutator per Eſaiam inuehitur. Populus,inquiens, hic labiis me honorat,cor autē eorum longe eſt à me. Aberrant ſane plurimū,non ſolum

Galat.5 iſti fiduciarii,qui ſuā iuſtificationē ſoli fidei,& ei qui ſine operibus mortua eſt,ſed & qui fidei, quæ per dilectionem(vt Paulus ſcribit)id eſt per bona opera operatur,attribuunt. Siquidem

1.Regū.2 omnia ſint dei omnipotentis,qui ſolus(vti in regnorū libro traditur)viuificat & mortificat, deducit ad inferos & reducit. Huic profecto totam iuſtificationē ſoli & iuſtiſſime acceptam feremus,qui ſua miſericordia,fide in ſe vera,quæ operibus bonis non vacat,nos iuſtificat,vni

Matt.10 cuiq; ſecundū opera eius redditurus,malis pro ſua iuſtitia mortem æternam, bonis autē pro ſua miſericordia immenſa vitā æternā. Et ſane,vt alias ſcribitur,procedēt,q bona fecerunt in reſurrectionē vitæ:qui vero mala egerūt,in reſurrectionē iudicii.

¶HOMILIA XXV. DE EO QVOD SCRIPTVM EST Matthæi.15. Honora patrem tuum,& matrem tuam, & qui maledixerit patri vel matri,morte moriatur,&c.

Feria quarta poſt tertiā dñicam quadrageſime.

QVAE SVNT humanæ(quas vocant)conſtitutiones & traditiones,& quatenus obſeruādæ,anno pariter ſuperiore multis oſtēdimus,nihil hodie inde repetētes,præterq̄ quod ſciendū pro intellectu eoꝝ,quæ in præſentia ſunt dicēda, omnino dixerimus,quæ ſunt per ſe bona,à deo prorſus vt fiant eſſe pcepta, quæ verō mala, ne fiant prohibita. Vnde propheta:Declina à malo & fac bonum. Quæ vero per ſe ſunt,neq; bona,neq; mala,eſſe à deo relicta arbi- A

Psal.36 trio ſuperioꝝ,vt pro loco,tpe,pſona,cauſaq; hæc ipſa diſpenſent, vt vel fieri(ſi viſum fuerit)vel nō fieri iubeāt:q non iuſſa inculpatim fieri poſſint,aut non fieri,iuſſa aūt citra culpā non negligi,ſine crimine non cōtemn. i Siquidē ſemper & vbiq; neglectus culpæ & contemptus damnationi obnoxius ſit,qm̄ inde abſit charitas,quā ſinguli ſingulis debemus. ¶In pdictis vero rebus, B

Roma.13 quæ. ſ. indifferētes hauddū iuſſæ ſunt,ſtatuentes omnino attendant,ne ſtatuant vel cōtra ius

1.Iohā.3 diuinū,vel naturale,vel rationē:ſiquidem q alioqui non merito eoꝝ obedientiam ſint exacturi:quū ſcriptum ſit. Deo magis oportet obedire q̄ hominibus. Et à deo quoq; Adæ dictū ſit: Pro eo q obedisti voci vxoris tuæ plus q̄ meæ,maledicta terra in opere tuo. Præterea atten-

Actoꝝ.5 Genes.3 dant & caueāt,ne(quod prohdolor ſæpenumero fieri videmus)quæſtus gratia noua dogmata,noua pcepta,nouaſq; traditiones inuehāt:quippe q eo pacto cōtra legē faciant, cum proximis faciant,quod ſibi nollent fieri,itemq; circūueniunt fratrem,falſumq; teſtimonium di-

Matt.7 Lucæ.6 Tobiæ.7 cunt,adſerentes id eſſe verum,quod falſum eſt. Furtum faciunt,& tranſgrediuntur id. Non concupiſces,interim tamen dicentes,ſe eiuſmodi propter deum eiuſq; reipublicæ cauſa facere & ſtatuere,quum eorum animus tam longe inde abſit,vt recte Chriſtus in ipſos hoc prophetæ vſurpauerit. Populus hic me labiis honorat,cor autem eorum longe eſt à me. Contra quos idem propheta exclamat:Væ,inquiens,qui condunt leges iniquas,& ſcribentes iniuſti-

Esaiæ.10 tiam ſcripſerunt,vt opprimerent in iudicio pauperē,vt vim facerent cauſæ humilium populi mei. Quid facietis in die viſitationis & calamitatis de longe venientis? Ad cuius fugietis auxilium,& vbi derelinquetis gloriam veſtram? Cauete igitur ne incuruemini ſub vinculo,&

Esaiæ.10 cum interfectis,id eſt,dæmonibus,cadatis. Debent igitur ſuperiores de rebus ſub diſpenſatione à deo relictis ad bonum finem,id eſt,propter bonū commune,iuſte,& nō propter quæſtū ſtatuere,ſequētes philargyriā,q̄ ad hæc ingenioſe excogitāda magiſtra ē vel ſolertiſſima.

¶Cuiuſmodi hodie dn̄s acriter nec minus iuſte arguit,dicēs. Quare & vos trāſgredimini mādatū dei,propter traditionē veſtrā? Nimiꝝ,q vt ſuā auaritiā,gulā,pompamq; fouerēt,& ſuas C

explerēt

Digitized by Google

explerent concupiſcentias tradiderunt, qui manus non lauiſſet manducaturus panem, delatus
reprehenderet vt tranſgreſſor, & purificatione aliqua redimeret offenſam, cũ tamen de hoc in
lege nihil eſſet cautũ. Itemq; tradiderunt, id videlicet, ꝙ qui obtuliſſet templo de bonis ſuis,
proteſtando ſe velle parentes ſuos huiuſmodi oblationis eſſe participes, non amplius obliga-
retur honorare, id eſt, ſubuenire neceſſitatibus parentum, quaſi vero melius eſſet offerre tem-
plo, quàm parentum neceſſitatibus ſubuenire, quod eſt honorare parentes. Quod quidem dei
mandatũ ſuis traditionibus iniquè obliterabant & ſupprimebant, quas ꝗ diuinas arctius cu-
ſtodiri voluerũt, interim fraudẽ diuinæ legi facientes, qua cauet, honorãdos eſſe parentes.
I ¶Ad quam hortat ſcriptura, dicens: Honora patrem tuũ & matrem. Natura qua fit, vt etiã Exodi. 20
bruta, vtpote pulli Ciconiarum ſuos parentes beneficijs ſubleuant. Vtilitas promiſſa, vt longæui Deuter. 5 Plini. li. 10
ſint atq; benedicti, q ſuos honorant parentes. Vnde: Honora patrem tuũ & matrem tuam, ſi- cap. 23
cut præcepit tibi dominus deus tuus, vt longo viuas tempore, & bene ſit tibi in terra. Et rur- Exodi. 20
ſus: Qui honorat patrem ſuum iocundabitur in filijs, & in die orationis exaudiet, & vita viuet Deuter. 5
longiore. Et paulopoſt: Honora patrem tuũ vt ſuperueniat tibi benedictio à deo, & benedi- Eccl. 3
ctio illius manet in nouiſſimo. Et hoc eſt, ꝙ Apoſtolus ait: Honora patrẽ tuũ & matrẽ, ꝙ Ephe. 5
eſt mandatum primũ in promiſſione, vt bene ſit tibi, & ſis longæuus ſuper terram. Pœna ſi nõ Coloſſ. 3
honorauerimus: Scriptũ enim eſt: Qui maledixerit patri ſuo vel matri, morte moriat, ſitq; ſan Exo. 21
guis ſuper eũ, qui alterutri maledixerit. Et rurſus: Qui maledicit patri ſuo, & matri, extinguet Leui. 20
lumen eius in medijs tenebris, hæreditas, ad quam feſtinat, in principio, in nouiſſimo carebit Puerb. 20
benedictione. Hinc aliàs filius cõtumax, proteruus & inobediẽs corã omni populo in terrorẽ Deute. 21
alijs iubet lapidari. Atq; ideo ſenior Tobias: paulopoſt moriturus pinde in teſtamẽto ad filiũ Tobiæ. 4
ait: Honorẽ habebis matri tuę omnibus diebus vitæ eius: memor enim eẽ debes, quæ & quanta
pericula paſſa ſit ꝓpter te in vtero ſuo. At inq; in qbus oportet honorari parẽtes. Reſpõdeo.
¶Primo, honore reuerentiæ, quam illis debemus propter eſſe, quod nos ab eis accepimus.
Vnde ſcriptura: Honora patrẽ tuũ, & gemitus matris tuæ non obliuiſcaris, memento niſi per Eccl. 7
illos genitus fuiſſes, natus non eſſes. Atqui hæc reuerentia conſtat affectu, quo eos diligamus,
& effectu, quo offenſam illorum ex amore timeamus, illis aſſurgamus & inclinemus.
¶Secundo, honore beneficẽtiæ ꝓpter nutrimentũ neceſſitatis, ꝙ ab eis accepimus. Et qui
dem: Primo ſolatio verborum, vt illos blandè alloquamur, loquẽtes quod eos delectet, non ex-
aſperet, ꝙ vereor nũc paucos facere: quũ tamen morte moriat, qui alterutri maledixerit. Se- Deuter. 5
cundo, honore ſeruitij, vt & corui, & elephantes ſuis faciũt in ſenectute parentibus. Hinc ſcri- Eccl. 3
ptura: Fili ſuſcipe ſenectutem patris tui, & ne contriſtes eum in vita tua. Sic iunior Tobias, vt Tobiæ. 11
paternæ cæcitati remediũ quæreret, puer adhuc, omniumq; rerum ignarus, domo peregrè pro-
fectus eſt, cœleſtem meruit ducem ſortiri. At vereor nũc pleroſq; vt ſpurios expellere & ver- In Aut.
berare ſuos parentes, quos leges imperatorum permittunt exhęreditari. Tertio, exhibitione ne- vt cũ de ap
ceſſariorum victus & veſtitus. Vnde. Honora patrem & matrem, & ſuperueniet tibi benedictio pel. cogno.
tua. Hinc pulli ciconiarum ſuos in ſenio parẽtes nutriũt, à qbus ſunt ipſi in iuuentute nutriti. Sic §. cauſas col. 8
aliàs filij Iſrael patrem & matrem ſuam fouebant in ſenectute. Id ꝙ etiam dñs hodie in ſcri- Eccl. 3
ptura allegata non obſcurè ſubindicat, quam illi ſubuertebant, & falſiſſimè qdem, quandoqui Gene. 42
dem prætexuantes pietatem, potius impij fuere erga parentes, quos vtiq; deus ſua cauſa non
vult fame perire, & ſubſidio carere, quoniam ait: Euntes aũt diſcite qd eſt: Miſericordiam vo- Mat. 9
lo & nõ ſacrificiũ. Qui etiam iuxta Dauidis dictũ, noſtrorum bonorum non eget: q quoq; nõ vult, Pſal. 15
niſi obſequiũ nr̃m rationabile, ꝙ certe nõ eẽt, ſi derelictis parẽtibus inopia, tẽplo offerremus Roma. 12
¶Tertio, honore obediẽtię, ꝓpter nutrimentũ ꝓbitatis, vt illis humiliter obediamus. Hinc Ephe. 6
Apl'us: Filij (inqt) obedite parẽtibus veſtris in dño, hoc enim iuſtũ eſt & placitũ in dño: Siqui- Coloſ. 3
dem illi nos educarint in diſciplina & correctiõe. Sic nimirum Iſaac humillimè paratus fuit obe- Gene. 22
dire patri ſuo Abrahę vſq; ad mortẽ, ligna holocauſti humeris ſuis adferẽs. Et ſic hac qdẽ par
te appellatiõe quoq; parẽtũ veniũt ſuperiores, ſenes atq; ꝓceptores, q vtiq; (Quintiliano teſte) Quin. li. 2 cap. 10
parẽtes ſunt, nõ corporum ſed mentiũ, quas ſuis ꝓceptis & doctrinis exornãt & exornare debẽt, Iuue ſa. 7
quos ideo debemus honorare, quo ſane pacto, oĩs anima eſſe debet ſubdita poteſtatibus ſubli
mioribus. De ſenibus ait ſcriptura: Coram cano capite aſſurge, & honora pſonã ſenis. Et aliàs: Roma. 13
In medio magnatorum loqui nõ præſumas, & vbi ſunt ſenes, nõ multũ loquaris. Sed heu pueri, 1. Pet. 4
nũc noſtri, peiores in hoc ſunt Aethnicis, de qbus Iuuenalis: Credebãt hoc grãde nefas, & mor Leui. 19
te piandũ, ſi iuuenis vetulo nõ aſſurrexerat. Et ſi, barbato cuicũq; puer licet ipſe videret, plura Eccl. 32
domi farra & maioris glandis aceruos. tam venerabile erat precedere quatuor annis Iuuena ſa- tyra. 13

HOMILIA VICESIMASEXTA DE EO QVOD SCRIPTVM
eſt: Iohannis. 4. Spiritus eſt deus, & eos, qui adorant eum, in ſpiritu &
veritate oportet adorare, & cętera.

Feria ſexta poſt tertiã dñicã quadrageſime.

CONTINETVR HODIERNO EVANGELIO VTI A
liſſima ſimul & admiranda Ieſu Chriſti cũ muliere Samaritana tam
de vera fide quàm de vero diuinóq; cultu diſputatio, non inferior,
Johan.3 nec minus mirabilior ea, quàm alibi dominus cum Nicodemo ha-
Heb.11 buit diſputatione. Quid enim fide vera, vel ſalubrius, vel magis ne-
Mar.vl. ceſſarium, vtpote ſine qua nemo poſſit nec placere Deo, nec vnquã
ſaluari & iuſtificari? Quid ãt vero cultu diuinóq; homini pio vel ma
gis neceſſarium vel Deo optimo maximo gratius & acceptius, vtpo
pote citra quem ſuus Deo honor eſſe nequeat: nimirum qui ſolus &
Gene.2 vnicus à nobis vult coli. Hinc exemplo memorabili docuit proto-
plaſtus, quæ omniũ prima ſit liberis diſciplina inculcanda: Nam quũ duorũ pater eſſet, vterq;
ab eo edoctus eſt cœli numen venerari, quod hæc primaria ſit ſapientia. A quo nimirũ vero
Heb.11 Dei cultu antequàm deſcirent pij illi homines in Chriſtiana religione, plerique eorum omnes
mortem ſubire non dubitarunt. Quorũ aliqui ſerra ſunt dimidiati, altis alij voraginibus merſi,
ignibus conſumpti, præcipitati, truncati, lapidibus obruti, beſtijs obiecti, qbus tamen omni-
bus vna fuit curæ res, vnũ propoſitũ ne à pietate, ne à fide, ne à vero dei deflecterent. Vnde
quam ſit ardua Chriſti cũ muliere Samaritana diſputatio, clàm eſſe nequit, vtpote quæ prima
ria eademq; maximè ad ſalutẽ neceſſaria complectit, fidei ſcilicet & cultus diuini rationẽ, quæ
ideóq; bimembris eſt: ſiqdem quæ primũ contineat tractatũ aquæ viuæ, quæ eſt fides. In ſe-
cundo aũt membro diuini cultus. Cæterũ, qa ſuperiore anno de aqua viua multis, quæ hac in
parte neceſſaria videbant, egimus, nunc de ea diſſerere ſuperſedeamus, de diuino cultu acturi
paucis, q cuiuſmodi eſſe debuerit, Chriſtus hodie hiſce paucis verbis nihil obſcurè declarauit,
inquiens: Spiritus eſt deus, & eos q adorant eũ, in ſpiritu & veritate oportet adorare &c.

¶Sanè muliercula ipſa Samaritana obmiſſo de rebus humilioribus ſermone, cupiẽs è Pro- B
pheta ſublimiora quædam diſcere, pponit quæſtionẽ velut inexplicabilẽ de ratione adoran-
di deũ, qd hic longè diuerſum ſentirent Iudæi & Samaritani. Quũ enim vtraq; gens deũ eun-
dem adoraret, tñ Iudæi contẽdebant deũ nuſquã adorandũ, niſi Hieroſolymis in tẽplo, quaſi
deus alibi nõ audiret vota precãtiũ. Cõtra Samaritani filij, ſed diuerſa, ſuperſtitione negabant
Deũ vſquam adorandũ, niſi in mõte Sarizim, qd is locus à Moyſe decretus eẽt, vbi pr̃iarchæ
benedicerent populo, ſeruanti præcepta Dei. Quũ aũt vtraq; gens ſuis ritibus delectata, alteri
us religionẽ contẽneret, mulier velut è propheta, taliũ rerũ non ignaro, cupit diſcere, vtrius na
tionis ſanctior eſſet cultus, q̃ſi ſecutura qd melius cognouiſſet. Ait itaq;: Maiores noſtri in hoc
mõte ſoliti ſunt adorare, nec alibi fas eſſe putant deũ colere, quũ vos Iudæi contra ducaſis ab-
ominandũ in excelſis & lucis immolare, nec alibi fas eſſe adorare deũ, quã Hieroſolymis in tẽ-
plo, quo gloriant illi, quaſi deus ędificio manufacto concludat. Hæc mulieris interrogatio, q̃-
niam ad veram pietatẽ diſcẽdam ptinebat, Ieſus aperit illi veritatẽ, inter cętera dicẽs: Spũs eſt
deus, & eos q adorant eũ, in ſpũ & veritate oportet adorare. Ex qbus verbis collige.

¶Primo, deũ eſſe ſpiritũ, id eſt, ſubſtantiã ſpiritualẽ, quæ (vt dñs alibi exponit) neq; carnem C
Luc.24 neq; oſſa habet. Veniẽs tamẽ, qa ſpirans, nec ſolũ quo ille ſpirat, id eſt, viuit, ſed quo omnia ſpi
Acto.17 rant & viuũt, & ſuſtentant: quanqdẽ cũ ipſe (vt Paulus dixit) det oĩbus vitam & inſpirationẽ,
in quo & viuimus & mouemur & ſumus. Hinc & philoſophi ijdẽq; Aethnici deũ definiere mẽ
tem eſſe vniuerſi, p immenſas mũdi partes oẽmq; naturã cõmeantẽ atq; diffuſam, ex qua oĩa,
Vergili⁹ ſexto Aeneidos quæ naſcunt animalia vitam capiunt. De qua re in hæc verba concinuit Poeta:

Principio cœlum ac terras camposq; liquentes
Lucentemq; globum lunæ, Titania aſtraq;
Spiritus intus alit, totamq; infuſa per artus
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet
Inde hominum pecudumq; genus, vitæq; volantum
Et quæ marmoreo fert monſtra ſub æquore pontus
Igneus eſt ollis vigor, & cœleſtis origo
Seminibus, quantum non noxia corpora tardant.

Impij ergo fuere & ſunt q rerũ ſimulachra pro deo, adeóq; inanimata coluerunt & adorarunt.
Acto.xvij quũ eñi (vt Apl̃us ait) genus dei ſimus, non debuerint æſtimare auro & argẽto & lapidi, ſcul-
Pſalm.113 pturæ & artis, & cogitatiõis hominis diuinũ eſſe ſimile, de qbus Propheta: Deus noſter in cœ
lo, oĩa quæcũq; voluit, fecit. Simulachra gentiũ, argentũ, & aurũ, opa manuũ hominum. Os
Iuuenal. Saty.15. habent & non loquent, & cę. In quos qdem adeò impios idololatras etiam Aethnicus Poeta
inuehit ſcribẽs: Quis neſcit Voluſi Bythinice q̃lia demẽs Aegyptus portẽta colat? Crocodylõ
adorat &c. Oppida tota canẽ venerant, nemo Dianã: Porrũ & cępe nefas violare ac frangere
Romañ.1. morſu. O ſctãs gẽtes, qbus hęc naſcunt in hortis Numina. Iſti nimirũ ſunt, q (autore apl̃o) inex
cuſabiles ſunt, q mutauerũt gloriã ĩcorruptibilis dei in ſĩlitudinẽ imaginis corruptibil', hoĩm

&volu-

& volucrum, & quadrupedum, & ſerpentum qui commutauerunt veritatem Dei in menda-
ciũ, & coluerũt & ſeruierũt creaturæ potius quàm creatori, q eſt benedictus in ſecula, Amen.
Qui cũ iuſtitiam dei cognouiſſent, non intellexerũt, quoniam qui talia agunt, digni ſunt mor-
te, non ſolum qui ea faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus.

D ¶Secundo, collige, deũ eſſe vbiqꝫ, & nullo planè loco circũſcriptũ. Quod adfirmans Pro-
pheta ait: Quo ibo à ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? Si aſcendero in cœlũ tu illic es, ſi Pſal. 138
deſcendero ad infernũ ades. Si ſumpſero pēnas meas diluculo, & habitauero in extremis ma-
ris. Etenĩ illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua & cętera. Et hoc eſt, q̄d Pau-
lus inquit: Deus q fecit mundũ, & oĩa quæ in eo ſunt, hic cœli & terræ cum ſit dominus, non Acto. 17
in manufactis templis habitat, ſcilicet quaſi ibi contẽtus & non alibi, q magis continet omnia
tanq̃ cauſa dans eis eſſe & conſeruans. Hinc collige.

E ¶Tertio, deũ, quia is vbiqꝫ eſt, vbiqꝫ poſſe adorari & coli. Siqdem dñs (Propheta canente) Pſal. 144
propè ſit omnibus eũ inuocantibus. Et Apoſtolo teſte: Non longè ſit ab vnoquoqꝫ noſtrũ. Acto. 17
Sic Daniel ex cœnaculo feneſtris ea parte patẽtibus, qua Hieroſolymis erat obuerſum, ter q̄- Daniel. 6
tidie ſtatutis horis genua demittẽs, cœli numẽ adorauit. Et Sarra quoqꝫ Rhaguelis filia cœna- Tobie. 11
culo incluſa ad deũ orare ſolita fuit. Et Iudith ſancta in ſuperioribus domus ſuæ partibus ſibi Iudith. 8
ſecretũ fecerat cubiculũ, inibiqꝫ cũ puellis ſuis clauſa indies ieiunijs & orationibus inſeruire ſo-
lebat. Proinde erroris conuincunt tam Iudæi q̃ Samaritani, illi, q̄d contẽderint, deũ nuſquàm
adorandũ, niſi Hieroſolymis in tẽplo, quaſi Deus alibi non audiret vota precantiũ. Contra, Sa
maritani, q̄d negarint deũ vſquàm adorandũ, niſi in monte Sarizim: quos Chriſtus propterea
apud mulierẽ arguit, dicens: Mulier, crede mihi, quia venit hora, quando neqꝫ in monte hoc,
neqꝫ in Hieroſolymis adorabitis patrem. Quaſi diceret: Futuꝝ eſt, q̄d reuelata Euangelij ve-
ritate, poſthac homines patrẽ non in hoc monte ſolũ, vtpote q non ſolũ huius eſt montis de-
us, ſed totius orbis. Neqꝫ Hieroſolymis tantũ, ſed vbicũqꝫ piè fuerint congregati, adorabũt &
adorare poterũt, & erit Hieroſolyma vbicũqꝫ fuerit pioꝝ hominum congregatio.

F ¶Quibus qdem verbis Chriſtus auferre conat̃ ſuperſtitionẽ eoꝝ, q exiſtimant deũ eſſe par
ticularem, & vni perinde loco alligatũ, nec vbiqꝫ poſſe coli & adorari, errantes vtiqꝫ quũ de-
us ipſe (allegante diuo Stephano) per Prophetam dicat: Cœlũ mihi ſedes eſt, terra aũt ſcabel- Act. 7
lum pedum meoꝝ. Quam domũ ædificabitis mihi dicit dñs, aut quis locus requietionis meæ Eſa. 66
eſt? Nónne manus mea fecit hæc omnia? Sic Solomon, quũ deo templũ conſtrui curaſſet, ad
illum ait: Domine deus Iſrael, non eſt ſimilis tui, deus in cœlo deſuper, & ſup terram deorſum
& cętera. Et paulopoſt: Ergoné putandũ eſt, q̄d verè deus habitet ſup terram? Si enim cœlum 3. Reg. 8
& cœli cœloꝝ te capere non poſſunt, quanto magis domus hæc, quam ædificaui tibi? Et ita
nimiꝝ dñs hodie vult deũ non modo in tẽplo Hieroſolymitano, ſed vbiqꝫ, ſed in omni q̄qꝫ tẽ

G plo, vbi pia ſit cõgregatio, adorare poſſe. ¶Non aũt (q̄d falſo oggãniũt hæretici) hiſce verbis
tollit vſum temploꝝ, ſed potius corroborat. Alioqui, qũo ipſius verbũ maneret veꝝ, de tẽplo Eſai. 66
quolibet loquẽs: Domus mea domus eſt oronis? In quo ſane loco ſpũs vehemẽtius ad deũ ele Matt. 21
uat̃, ꝓpter pias inibi cęremonias fieri ſolitas, vbi ꝓinde in peculiari loco, deo ſacra, noſtras q̄qꝫ Hiere. 7
orones facilius exauditũ iri ſperamus. Iuxta Solomonẽ, pro eo loco orantẽ. Exaudias oratio- Mar. 11
nem Dñe, quã orat in loco iſto ad te ſeruus tuus, vt exaudias deprecationẽ ſerui tui, & populi Luce. 16.
tui Iſrael, quodcũqꝫ orauerit in loco iſto, & exaudies in loco habitaculi tui in cœlo, & cũ exau- Iohã. 2
dieris, ꝓpitius eris. Si enĩ hiſce tũ verbis dñs tẽploꝝ ſubſtuliſſet vſum, malè ipſe ſua præſentia 3. Reg. 8
per doctrinas & orationes templum toties honoraſſet: Male deinde eius Apoſtoli poſt ipſius
aſcenſionẽ tẽpla orandi cauſa frequẽtaſſent, q eo tpe q̄tidie tradunt̃ in tẽplo vnanimiter ꝑdu- Acto. 2
raſſe, ibiqꝫ deũ laudaſſe. Quid etiam alioqui Petrus & Iohannes in templum aſcendiſſent ad ho
ram orationis nonam? Sed hac de re aliàs paſſim plurima. Iam collige. Acto. 3

H ¶Quarto, deũ debere & oportere in ſpũ & veritate coli adorariqꝫ, q̃nquidẽ ipſe ſpũs ſit &
verax. Ipſum aũt eo qdẽ modò adorant, q non mõ labijs & ore, ſed & corde, nõ vti localẽ vel Eſa. 29
particularẽ, ſed vt omnipotentẽ & in om̃i loco exiſtentẽ adorãt. Sic illũ Paulus adorauit dicẽs
Teſtis eſt mihi deus, cui ſeruio in ſpũ meo. Ad quẽ cultũ ille idem hortat̃, inquiẽs: Impleamini Roma. 1
ſpũ ſancto, loquẽtes vobiſmetipſis in pſalmis, hymnis, & canticis ſpũalibus, cantantes & pſal- Ephe. 5
lentes in cordibus veſtris dño, gratias agẽtes ſemꝑ pro omnibus in noĩe dñi noſtri Ieſu Chri-
ſti deo & patri. Sic adorauit Dauid, dicẽs: Deꝑcatus ſum faciẽ tuam in toto corde meo. Et ſanè Pſalm. 118
inceptus eſt verus dei cultus Chr̃o Ieſu euãgelizãte, q & Gẽtiliũ idololatriã deſtruxit & onus
cęremoniaꝝ legaliũ ſubmouit, & ablata om̃i vmbra figuraꝝ, pura veritate atqꝫ luce mẽtes cre
dentiũ ad diuinũ cultũ illuſtrauit, eoſqꝫ veros dei cultores eẽ docuit, q loco dei culturam nõ cir
cumcludunt, ſed deũ in ſpiritu & veritate colunt, quibus propè eſt dominus. Pſal. 144

HOMILIA XXVII. DE EO QVOD SCRIPTVM EST MATthæi. 13. Marci. 6. Iohan. 6. Illi ergo homines, quum vidiſſent, quod feciſſet ſignũ Ieſus, dicebãt: Quia hic eſt verè ꝓpheta q venturus ẽ in mundũ.

Dñica

Prima Centuria Homiliarum Nauſee
Dñica quarta quadrageſime Letare.

A D ERVENDVM VERVM HVIVS HODIERNI ſacroſancti Euangelij intellectum, verba noſtri thematis planè videntur diſcutiẽda. Vnde & Euangelij ſenſus perſpicuus ſit euaſurus.

¶Primum igitur videamus: Vtrum vere Chriſtus fuerit, & nuncupatus à turba hic & aliàs ſępenumero Propheta? Et ſanè videt à nõnullis negandum. Primo qdem quod Propheta ſit, q procul, id eſt, (Numer 12) obſcurè videt & fatur, perinde atq; procul fans. Vnde Moyſes dicebatur excellentior propheta, quoniam deum palàm & non per ænigmata, ſomnos, viſioneſq́; (vt prophetæ) viderat, ſed Chriſtus quia (Johã. 21, Luc. 11) deus omnia nouit, & cogitationes etiam videt. Secũdo quod aliàs ſe (Matt. 16) videatur negaſſe eẽ prophetam, ſed eſſe qdem ſe Chriſtũ filium Dei viui: ideo Petri confeſſionem vſqueadeò confirmaſſe, vt dixerit: Beatus es Symon Bar Iona, quia caro & ſanguis non (Luc. 11) reuelauit tibi, ſed pater meus q in cœlis eſt. Siqdem alij eundem eſſe putarint Iohannem Baptiſtam, alij Heliam, alij vero Hieremiam, ant vnũ ex prophetis, q itaq; vnum videtur affirmare, (Matt. 22, Pſal. 109) alium negat. Quandoqdem Chriſtus Dauidis filius eſſe non poterat, cum eius eſſet dominus, inquiens: Dixit dominus domino meo, ſede à dextris meis. Deinceps prophetæ dũtaxat vſq; (Matth. 11) ad tempora Iohãnis Baptiſtæ vltimi in tẽpore prophetæ prophetarunt, teſtãte Chriſto, quũ ait: Omnes prophetæ & lex vſq; ad Iohannem prophetarunt. Præterea quum eſſet Nazare- (Johan.) nus, & ita qdem Galilæus. A Galilæa autẽ, vt eſt apud Euangeliſtam, propheta non ſurrexit. Attamen his non obſtantibus reſpondendũ eſt, Chriſtum verè prophetam fuiſſe, & rectè hic aliàſq́; prophetam eſſe vocatum. Siqdem & prophetæ illum forè prophetam vaticinati ſint. (Deut 18) In Deuteronomio quidem ſcriptum erat: Prophetam ſuſcitabit dominus Deus de fratribus veſtris, & de gente tua. Inſuper quia actu reuelante ſuo ſpiritu ſancto occulta, eaq́; futura hominibus prophetauit, quod in Euangelijs vbiq; liquet, qui ideo procul fatus eſt vti cæteri, qa ea quæ ab hominũ cognitioue longinqua, & perinde obſcura ſunt, dixerit. Nec ſe apud Petrũ negauit eſſe Prophetam, ſed Petri fidẽ adeò diuinam commẽdauit, ſiquidem ſimul ſtant propheta, & Meſſias filius Dei viui, qa Meſſias non modo propheta, ſed & pphetarũ caput fuerit. (Acto. 10) De quo omnes pphetæ ſcripſerũt. Et qm̃ is fuit propheta, q venit ad ſaluandũ mundũ, cæteri vero vſq; ad Iohannem, ad iſtius aduentum denuntiandũ venẽre. Et qdem Chriſtus & Iohannes prophetæ excellentiores, Chriſtũ veniſſe, cæteri aũt illum dixere venturum. Inſuper tẽpore Iohãnis Baptiſtæ prophetiæ non ceſſarũt, ſed euſq; durarũt legis prophetiæ, qm̃ euãgelica pfectio prædicari cęperit. Et quidẽ falſo dixerũt Iudæi, q ex Galilæa ppheta non eſſet (Luc, 16) aliqs futurus. Si eñi intellexerimus de generalioribus prophetis, certè de Galilæa natos offen- (Eſa. 11) dimus Heliſæum, Tobiam, & Delboram, &c. Sin de ppheta miſſo ad ſalutem populi, qui eſt Meſſias, ſcriptura dicit eundẽ ex Nazareth, Galilææ oppido naſcitur. Eſaias quidẽ ait: Egredie virga de radice Ieſſe, & Nazaræus de radice eius condeſcẽdet, ideoq́; veriſſimę turba hodie dixit: Quia hic eſt verè Propheta, qui venturus eſt in mundum.

¶Poſt hæc aũt in quæſtionem venit, quare miraculũ in hodierno Euangelio tanti fuerit, vt propter ipſum Chriſtus verè propheta affirmatus ſit. Reſponderim in primis huius miraculi magnitudinem ex certitudine apparuiſſe, quoniam diuina virtute factũ eſſet, quia in eo faciendo dominus gratias egerit. Item quia non fictũ ſeu phantaſticũ, quia impleti ſunt vere manducantes. Itẽ q̃d magni & maximi fuerit, quia ibi fuerit non creatio, ſed multiplicatio, qm̃ quinq; (Mat. 14) panibus quinq; millia viroꝝ, exceptis pueris & fœminis, fuerũt ſaturati. Id q̃d reſpectu miraculi Heliſæi fuit maximi, qui viginti panibus multiplicatis centum miraculoſe viros cibarit. Magni quoq; fuit habitum idem miraculum propter populi multitudinem, & pecuniæ indigentiam, qui vltra ducentos denarios non habuerint, & cibi paucitatẽ, quia dicit vix ſufficere vt vnuſquiſq; modicum quid accipiat. B

¶Demũ rectè à quopiam quęri ſolet. Quare Chriſtus ſeruator paſſim & quidem in primis circa vitæ eius finem tot fecerit miracula? Reſpondendũ putauerim, quoniam Iudæi odio cęci & inuidia manifeſtis de Chriſto ſcripturis & varijs prophetijs ac oraculis credere noluerint (1. Cor. 1) verum peculiariter (vt Apoſtolus ait) ſigna pro fide facienda petierint, eamq́; ob cauſam aliàs agnoſcituri, an Chriſtus eſſet dei filius, & ab eodem in mundũ miſſus, ab ipſo interrogarunt. (Johã. 6) Quod ergo tu facis ſignum, vt videamus & credamus tibi? Et alibi: Quod ſignum oſtendis no- (Johã. 2) bis? quia hæc facis, id eſt, quod vt deus & ſacerdotũ emendator, tam potenter ex templo emẽ- (Mat. 9) tes & vendentes protrudis, nimirum quod nulla re magis q̃ miraculis diuina maieſtas atq; vir- (Mar. 2) tus oſtendatur, id quod vel Chriſtus teſtatur. Vt aũt inquiens, ſciatis, quoniam filius hominis habet poteſtatem in terra, dimittendi (vti Deus) peccata, tunc ait paralytico: Surge tolle lectũ (Johan. 5.) tuum, & vade in domum tuam. Et ſurrexit, & abijt in domum ſuam. Et iterum alio in loco: C

Ipſa opa

Digitized by Google

Ipſa opera quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me, quia pater miſit me. Et rurſus: Non Joh.14
creditis, quia ego in patre, & pater in me eſt, alioqui propter opera ipſa credite. Et alibi idem
blaſphemiæ à Iudæis accuſatus, qa homo ipſe ſe deũ feciſſet, reſpondit. Si non facio opera pa- Johã.10
tris mei, nolite credere mihi. Et ſi mihi non vultis credere, operibus credite. Hinc & dæmonia
alibi expulſa propter miracula, Chriſtũ eſſe veꝝ Meſſiam crediderunt clamantia, quia tu es fi
lius dei. Et cæcus aliàs à natiuitate, à Chriſto illuminatus. A ſeculo (inqt) non eſt auditũ, qa Johã.9
quis aperuit oculos cæci nati. Niſi eſſet hic à Deo, non poterat facere qcq̃. Chriſtus igit Deus
clemens & miſericors q principaliter ad Iudæos perinde, atq; ad oues quæ perierunt domus
Iſrael, quos haud ſecus ac gallina pullos ſuos ſub alas fouere & congregare ſatagit, miſſus à pa- Mat.23
tre vnigenitus in mundum, vt omnis q in eum crederet, non periret, ſed vitã æternã haberet,
D ¶Primo, ne quod ad eoꝝ attinebat credulitatẽ adipiſcendã obmit- (qa miracula fecit. Johã.5
teret, & vt credentes in ſe vitam æternam haberent, & increduli de peccato incredulitatis ali- Johã.15
quando excuſationem non haberent vltra, de ſe ſcripturas miracula facere non eſt dedignatus
& ſi non ignoraret, malos cum Pharaone magis induratum iri, bonos tamen in ſe credituros, Exo.14
vt patet de Lazari reſurrectione, & hodie de hominibus, qui miraculoſa panum multiplica-
tione crediderunt adeò, vt dixerint: Quia hic eſt verè Propheta. Johã.12
E ¶Secũdo, Chriſtus ideo miracula fecit, vt per ea in ipſo patris eius gloria pateret, quando-
quidem nuſquàm dei omnipotentiæ maieſtas quàm miraculoꝝ virtute clarius arguit. Id qd Johã.6
& ipſe Chriſtus alibi apud diſcipulos ſuos (q' videntes à natiuitate cæcũ quæ fierunt ab eo. Rab
bi, qs peccauit? hic aut parentes eius, vt cæcus naſceret) dilucide oſtendens. Neq; eñ hic, inqt,
peccauit, neq; parentes eius, ſed vt manifeſtent opera Dei in illo. Quod itidem paulopoſt de
Lazaro ad mortẽ vſq; ægrotante oſtendit. Infirmitas, dicens, hæc non ad mortem, ſed vt glo Johã.11
rificetur filius dei per eam. Idem paulopoſt in eodem capite: Lazarus, ait, ad diſcipulos, mor-
tuus eſt, & gaudeo propter vos vt credatis, qñiã non eramus ibi, ſed eamus. Et ſanè re ipſa paſ-
ſim perſpicuum vadit ex miraculoꝝ viſione pleroſq; & Chriſtum, & eius patrem glorificaſſe.
Videntes eñ (ait Matthæus) turbæ paralyticum ex verbo Chriſti tollere lectũ ſuũ & ambula- Matth.9
re, timuerunt & glorificauerũt deum, qui dedit talem poteſtatem hominibus. Et rurſus apud
eundem. Turbæ qdem cum viderent Chriſti virtute mutos loquentes, claudos ambulantes, Mat.15
cæcos videntes, magnificabant Deũ Iſrael. Idq; ipſum maximè in die Palmaꝝ claret. Quo q-
dem die quũ turba quæ pauloante Lazaꝝ quatriduanũ virtute Chriſti à morte viderat reſuſci
tatũ, audiſſet, quoniã Ieſus Hieroſolymã venit, acceperũt ramos palmaꝝ, & proceſſerũt obui-
am, & glorificantes, clamabant: O ſanna benedictus q venit in nomine domini rex Iſrael. Vi- Johã.12
des igitur quam per Chriſtum miracula ad Deum glorificandum fecerunt.
F ¶Tertio, vt partes ſuas ageret, vt q medicus eſſet ſingularis miraculoꝝ virtute malè habẽ-
tibus, tam corporis, q̃ animæ medelã præberet: nẽpe q corpus ſimul & animam à morbo pec Matt.9
cati, quod infirmitatis aliquãdo cauſa eſt iuxta Apoſtolũ, curaret. Id qđ ipſe idem arguit, cum Mar.2
ad eum, q triginta & octo annis valetudinarius fuerat, & à ſe ſanatus in templo, dixit: Ecce ſa- Luce.15.
nus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. 1.Cor.11
Johã.5
G ¶Quarto, & propter nos poſteros idem miracula fecit, ad quoꝝ vtilitatem & fidem retinẽ-
dam, quæcũq; (teſte Paulo) ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, vt p patiẽtiam & Roma.15
conſolationem ſcripturaꝝ ſpem habeamus. Et alibi: Scripta autem ad correptionẽ noſtram, 1.Cor.10
in quos ſeculoꝝ fines deuenerunt. Quod & Euangeliſta atteſtans: Multa qdem (inqt) & alia ſi Joh 20
gna fecit Ieſus in conſpectu diſcipuloꝝ ſuoꝝ, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc, hæc aũt ſcri-
pta ſunt, vt credatis: quia Ieſus eſt filius Dei, & vt credentes vitam habeatis in nomine eius. Væ
itaq; his, q noſtra qdem tempeſtate ſeditioſa penè nihil miraculis, quoꝝ Deus tamen author
eſt, tribuũt, temerè ſuperbeq; negantes, quod à naſcẽte Eccleſia, vel p Apoſtolos, vel eoꝝ pro
xime ſucceſſores inſtitutũ, toto terrarum Chriſtianaꝝ orbe, à tam multis & vita & doctrina
probatis tam infime, q̃ ſupremæ conditionis hominibus hactenus fuit, & pacifice & ſalutariter
obſeruatũ & approbatũ, & in hunc vſq; diem apud cæteras vniuerſas nationes & regias, ex-
cepto exiguo Germaniæ ſuperioris angulo, religioſe cuſtoditur, olim multoꝝ ſanguine &
martyrio confirmatum: qui (inquam) illoꝝ nec in vita, nec poſt mortẽ miraculis, perinde vt
falſis aliqd deferunt, quũ tamen Chriſtus & ſuis & adeò ſua virtute per ſuos ſignis multiphari
am fidẽ nobis de omnibus perſuadere ſategit, q ſe nobis omnia dicere affirmat, quæ diſcipu-
lis dixit. Noſq; beatos eẽ, q non vidimus & credimus. In eũ aũt & ei credemus, cũ miraculis fi- Joh.20
dem adhibuerimus, quæ comprehẽſa ſunt ſcriptis, de eo eñ omnia ſcripta ſunt, q bus ſi credi- Mar.15
derimus, & Chriſtum verbis credemus. Qui autem (quæſo) negant & noſtris temporibus per
dei electos tanquàm poteſtatem non habentes, prodigia in dei gloriam & hominum, tam cor Johã.5
poris q̃ animæ ſalutẽ fieri? quando Chriſtus miraculoꝝ author nõ mõ ad diſcipulos, ſed qſq;
fideles vere credẽtes dixerit: Amẽ amẽ dico vobis, q credit in me, opa quæ ego facio & ipſe fa Johan.14
ciet, & maiora hoꝝ faciet: nimiꝝ, vt glorificetur pater. Quod vſq; adeò veꝝ eſt, vt diſcipuli
Chriſtũ

Chriſtum plures ad fidē, q̄ Chriſtus conuerterunt. Magni ſanè fuit reputatum, infirmos ad ta
Marc. 6 Acto. 5 ctum fimbriæ veſtimentorum Chriſti eſſe curatos. Vtiq; tamen maioris, eoſdem infirmos ex
4. Reg. 13 tactu vmbræ Petri conualuiſſe. Legimus quoq;, cadauer mortui hominis proiectum in ſepul
chrum Heliſæi prophetæ attactu ſacri corporis reuixiſſe. Nimirum vt deus ad hoc ſignum in
Matt. 17 omnipotentia ſua glorificaretur, qui apud Matthæum, inquit: Amen dico vobis, ſi habueri-
tis fidem ſicut granum ſynapis, dicetis monti huic tranſi hinc, & tranſibit, & nihil impoſſibile
Luc. 17 erit vobis. Apud Lucam: Si haberetis fidē ſicut granum ſynapis diceretis huic arbori moro.
Eradicare & tranſplātare in mare, & obediret vobis. Quàm ergo impij ſunt, qui vel noſtris
tpibus deum ob præclaram præteritæ vitæ ſanctimoniam ad ſanctorum iam defunctorum corpo
ra, opari ſigna inficias eunt? Quid obſecro aliud agunt, q̄ q perinde aliq Iudæi neq; de Chro
Mich. 2 Eſa. 59 ſcripturis, neq; miraculis, quæ ſolo authore deo fiūt, vt nō credūt, vel eundē mendacē nugant
vel manū dn̄i contra dei Max. gloriā atq; oīpotentiā eſſe abbreuiatā falſo phibēt, vel Chriſtū
Mat. 10 ſuorum aut obliuiſci, vel illis iuxta opa nō reddere, q tamē adeò ſe ſuorum fore memorē & honori-
Mat. 10 ficū teſtatus eſt, vt etiam eorum capillos habeat numeratos: nimirum de quorum capite ne capillus q
Lucæ. 21 dem eſſet periturus. Quid, inquam hi agunt, q̄ vt à tota Chriſtiana, quę fidei eſt filia, religione
deficiunt? A qua tan q̄ vetere eaq; vera & approbata tam præſertim leuiter vnius, aut alterius
2. Par. 26 4. Reg. 5 ſuaſu deficere, quàm ſit periculo plenum ſatis ſuperq; demonſtrat quod de Zoa Ochoziæ fi-
Heb. 10 lio, & de Ozia quoq; rege tradunt hiſtoriæ.

¶ Caueamus igit caueamus, ne in horrēdas dei viuētis manus incidamus, à quo Apl̄us tam pie dehortat, ne fidē ipſam & religionē priſtinam Chriſtianam relinquētes ſimulq; Chriſtū H
Mat. 11 negantes, ab ipſo Chriſto hanc horrēdam & planè tremēdam vocē audiamus. Væ tibi Coro
Lucæ. 10 zaim, væ tibi Bethzaida, qa ſi in Tyro & Sydone factæ eſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis
olim in cilicio & cinere pœnitentiam egiſſent. Veruntamē dico vobis: Tyro & Sydoni remiſſius
erit in die iudicij, q̄ vobis. Et tu Capharnaum nunqd vſq; in cœlū exaltaberis? vſq; in infernū
deſcendes. Quia ſi in Sodomis factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in te, fortè māſiſſent vſq;
in hūc diē. Veruntamē dico vobis, qa terræ Sodomorum remiſſius erit in die iudicij, q̄ tibi.

¶ Caueamus inquam caueamus, ne eiuſmodi vocē ſimus à iudice audituri, quam certe audi- I
remus, ſi aduerſus tot per Chriſtū eiuſq; ſanctos miracula aduerſuſq; ſanctiſſima noſtrorum ma
iorum inſtituta tam leuiter & temerè à priſtina, eaq; vera religiōe vniuerſaliq; eccleſię ritu ad
licentioſam quandam nouitatē in nulla re adhuc probatam deficeremus. Nec interim eſt, qd̄
abuſus, q fortaſſis non pauci ſunt in Chriſtianiſmo, probem, verum quod eos vellem p ſuperio-
Mat. 13 res oblata occaſione, ſine tumultu tollendos, vti Chriſtus ex tritico p ipſos meſſores loliū ex-
tirpandū cenſuit, ita qdem, vt in eradicando lolio, triticum non vnà eradicaret, & ſic cum ma
lo bonū, quod pernicioſum ſit, imò ita eradicandum, vt manente adhuc lolio tritici præſtan-
tia cognoſcat. Voluit qdem Deus & zizania, & triticum creſcere vſq; ad meſſem. Et hæreſes
1. Cor. 11 Mat. 18 quidē eſſe oportet, Apoſtolo teſte, vt q probati ſunt, manifeſti fiant in vobis. Et ſcandala qui
Mar. 9 dem euenire neceſſum ait Chriſtus, væ aūt illi per quē fiunt ſcandala. Non tamē eſt, vt nobis
Lucę. 9 in malitia noſtra blandiamur, quaſi deus in nos vindictā non ſit facturus. Si eīm iudex ille in
Luc. 18 Euangelio, inquam, viduam pauperculam vindicauit, certè faciet & deus ille iudex, iudex iu-
ſtiſſimus vindictam electorum ſuorum, clamantiū ad eum die ac nocte, & patiētiam habebit in il-
pſal. cxliij lis. Et certè (vt ipſe iudex ait) cito faciet vindictā eorum. Quandoqdem deus patiens & multum
miſericors ſolem ſuū facit oriri ſup bonum & malum, q pro altitudine ſuæ ſapīæ diuitiarum bo-
Roma. 2 noſq; atq; malos vſq; ad meſſem ſuſtinet. Eapropter videamus ne diuitias bonitatis eius,
& patiētiæ, & lōganimitatis contēnamus, ſed ex benignitate ad pœnitentiam adducamur, quod ſa
nè fiet, vbi de eo ſcriptis, & p ipſum miraculis fidē habuerimus & p ea ipm glorificauerimus.

¶ Quinto fecit Chriſtus ideo miracula, vt in ipſum per illa crederemus, & ex ijs doceremur K
Acto. 1 Cępit nimirum ille facere & docere, qm̄ credi conuenit ea à Chriſto reipſa eſſe facta, ita qdem
vt nihilominus aliquid ſecretius ſignificent. Similiter quod ſingula per Chriſtum ſigna perſpi
cienti facile apparet. Et in primis in hodierno Euangelio, vbi prorſus conſtat per panes illos
quinq; reales, intelligi quinq; panes cœleſtes ſeu ſpirituales, quibus ſaturabunt viri duntaxat,
Ephe. 4 non quidem ſexu, ſed iudicij, ætatis, ſtaturæq; perfectione. De cuiuſmodi viro ait Apoſto-
lus: Donec omnes occurramus in vnitate fidei & agnitionis filij Dei, in virum perfectum,
in menſura ætatis plenitudinis Chriſti, vt iam non ſimus paruuli fluctuantes. Si inquā, ijs qnq;
Hebrę. 10 panibus veſcentur, & æternaliter ſaturabunt. Primus eſt panis fidei, de quo ſcriptura dicit: Iu-
ſtus ex fide viuit. Secundus eſt venerabiliſſimi ſacramenti Euchariſtiæ, ſanctiſſimum, inquam
Iohā. 6 Chriſti Ieſu corpus, de quo, ego, ſum inquit Chriſtus, panis viuus, qui de cœlo deſcendit, q mā
ducat ex hoc pane, viuet in æternum. Quo de ſuo loco (ſi deus voluerit) plura dicemus. Terti-
Eccl. 15 us mirabilium dei contemplationis, de quo: Cibauit illum pane vitæ & intellectus. Quartus ē,
1. Reg. 9 certæ obtinendæ beatitudinis æternæ ſpei, quo ipſa memoria reficit, de quo in figura: Tu co-
medes panem in menſa mea ſemper Dauid ad Mephiboſed; Quintus panis eſt frumentorum ſan

ctiſſimæ

Digitized by Google

ctiſſimæ trinitatis in æterna patria, quo æternaliter ſaturabimur. De quo propheta: Satia- Pſalm.16
bor cum apparet gloria tua. Et aliàs ſcriptura: Abſqꝫ vlla penuria comedes panẽ tuũ, & rerũ Deute.8
omnium abundantia perfruere. Inibi quidem nullius plane rei erit penuria, ſed in deo Opti.
omnium bonorum copia. ¶Adduntur autem & hic duo piſces fluminis, vtpote dulcedinis
veri erga deũ & proximum amoris. Et maris quoqꝫ amaritudinis .ſ. patientiæ in tribulati- Matt.19
onibus & aduerſitatibus pro Ieſu Chriſto. Illis profecto duobus piſcibus opus ẽ. Nã (vt Chri-
ſtus ait) ſi vitã ingredi voluerimus, & verũ beatitudinis panem manducare oportet, mandata Acto.14
ſeruemus, & proximos noſtros ſicut nos ipſos diligamus. Et ſane per multas tribulationes
(vt aiunt Apoſtoli) oportet nos intrare in regnũ dei? Ad quas ſalutariter ferendas (teſte Pau Hebræ.6
lo) patientia neceſſaria eſt, modo ſi reportare voluerimus in Chriſto promiſſionem, quæ eſt
æterna vita, qua dignos nos reddat eiuſdẽ promiſſor, deus Opt. Max. cui ſit gloria p oĩa ſcl'a.

¶HOMILIA XXVIII. DE EO QVOD SCRIPTVM EST, Iohannis.9. Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cæcus naſceretur, &c.

Feria quarta poſt dñicam quartã quadrageſime.

A INCREPAT aliàs dominus Ieſus Nicodemũ, quærentẽ quo- Iohan.3
modo poſſit homo naſci denuo, dicens: Tu es magiſter in Iſra-
hel, & hæc ignoras? Nẽpe oſtendẽs eũ, qui alios ex officio vult do-
cere, prius oportere didiciſſe, ſcriptura dicẽte. Anteq̃ loquaris, diſ- Eccleſ.18
ce. Sic Paulus ait: Ego eñ à dño accepi, puod & tradidi vobis. Qui 1.Cor.11
& ideo Timotheũ laudat, inquiens: Tu vero permane in ijs, quæ di 2.Tim.3
diciſti, & credita ſunt tibi, ſciens à quo didiceris. Et quia ab infan-
tia ſacras literas noſti, quæ te poſſunt inſtruere ad ſalutẽ per fidẽ, q̃
eſt in Chr'o Ieſu. Igitur dñs hodie quàm cũ Nicodemo, mitius agit
cũ apl'is, q recte ab illo q̃runt, vtpote diſcipuli diſcẽdi cupidi ab eo
magiſtro, q ſolus & vnicus erat, in quo oẽs erãt theſauri ſapiẽtiæ & ſciẽtię, quẽ nihil latuit, ſed Coloſſ.2
q oĩa vt verus magiſter nouit, alibi de ſe ad eoſdẽ diſcipulos dicẽs: Vos vocatis me magiſter Iohan.13
& dñe, & bñ dicitis, ſum etenim. Quærũt aũt illi quæſtionẽ ſane difficilẽ, & à tanto magiſtro
plane ſolui dignam. Siquidem videntes cæcum à natiuitate interrogant, à cuius peccato illi
obueniſſet cæcitas? Mori ad quærendum, quia nihil ſub ſole, cuius cauſa non præcedat, quod
verentur peccatũ eſſe cæcitatis cauſam, eſt, quod dñs ſupra ad paralyticum dixerat: Ecce
ſanus factus es, non vltra pecces, Idẽqꝫ ad valetudinariũ trigintaocto annis: Ecce ſanus factus Lucæ.18
es, noli vltra peccare, ne tibi deterius quid eueniat. Illi igitur cogitantes, quia propter peccata
fuerat iſte paralyſi reſolutus, quærũt. Si hic peccauit, quod non eſt dicere, à natiuitate eñ cæ-
cus eſt. Aut parentes eius, ſed neqꝫ hoc, filius quidem pro patre non ſuſtinet pœnam. Ideoqꝫ
quæſtio non eſt ſimplex, ſed obſtruſa, & merito à ſummo magiſtro Chriſto diſſoluenda, qui
reſpondet rogantibus. Neqꝫ hic peccauit, neqꝫ parentes eius, ſed vt manifeſtentur opera dei
in illo. Id q̊d vt totum plene percipiatur in quæſtionem reuoco. An quiſpiam rite poſſit pro
alterius peccato puniri? Reſpondeo non poſſe aliquẽ pro peccato alterius recte puniri pœna
.ſ. ſpirituali ſeu animæ, ſecundum quam quilibet liber eſt. Et ſic ait ſcriptura: Filius non por- Exodi.20
tabit iniquitatem patris. Cæterũ, poſſe vero temporali pœna puniri non negauerim, ſcriptu-
ra teſtante, quæ in perſona dei dicit: Ego ſum dominus deus tuus, zelotes, q viſito peccata pa-
B trum in furore. Et quidem fortaſſe id fieri adſolet. ¶Primo, ꝙ homo videtur perinde res
eſſe temporaliter alterius: veluti filius ſecundum corpus eſt res patris, & ſeruus domini ſui res
Sic propter peccatũ patris aliquando filius punitur. Quo modo filius Dauid, quem genuit ex 2.Reg.12
Berſabee vxore Vriæ, propter peccatum adulterij & homicidij patris, eſt mortuus. Sic etiam 2.Reg.vl.
num propter regis ac domini Dauidis ſuperbiam & elationem, qua ductus populũ recenſere
C curarat, populus ipſe crudeliter peſtilẽtia punitus eſt. ¶Secundo, ꝙ aliquando peccatum
vnius in alterũ deriuatur, vel per imitationem, vel per modum meriti, vt plerunqꝫ filij & ſerui
ſequuntur peccata patrum & dominorum. Inde aliquoties populus propter peccata in pœ-
nam habet malum prælatũ. Vt eſt apud Iob: Regnare facit hypocritam propter peccata po- Iob,34
puli ſui. Vel per conſenſum & diſſimulationẽ, quo modo boni aliquando puniuntur, qa perin
de diſſimulatores nõ arguerint. Sic Heli ſacerdos, q filijs peccãtibus paulo indulgẽtior fuerat, 1.Reg.4
cecidit de ſella retrorſum iuxta oſtiũ, & fractis ceruicibus mortuus ẽ. Nec immerito, q̃nquidẽ
leges q̊qꝫ Imp. æque puniũt cõſentiẽtẽ atqꝫ faciẽtẽ. Et apl'us q̊qꝫ ait: Qm̃ q talia agũt .ſ. pecca- Roma.1.
ta, digni ſunt morte. Nõ ſolũ q ea faciunt, ſed etiã q cõſentiũt facientibus. Hinc admonet idẽ: Epheſ.5
Et nolite, inqens, cõmunicare operibus infructuoſis tenebrarũ, magis aũt redarguite. Et ad Ti 1.Tim.5
motheũ ait: Peccãtes corã oĩbus argue, vt cæteri timorẽ habeãt, neqꝫ cõicaueris pc'tis alienis,

¶Tertio,quod ad eum modum commendetur humanæ ſocietatis vnitas, vt vnus pro al D
tero,ne peccet ſit ſolicitus,de quo & illi deus mandauit,& ad deteſtationē peccati, dũ ſcili-
Ioſu. 6. 7 cet pœna vnius redundat in omnes. Velut de peccato Achor alias ſcriptũ legitur. Sanè de-
us Iſrael promiſit tradere Hiericho,ita,quod nihil inde tollerent,nec aurum nec argentũ,
nec eorum vaſa,quia vero Achor peccarat ſumens de anathemate pallium coccineum ,du
centos ſiclos,& regulam auream & ſubtus terram abſconderat,dominus iratus tradidit fi-
lios Iſrael in manus Hiericho,& corruerunt ex eis trigintaſex homines. Et ſic pœna vnius
redundauit in alios in deteſtationem peccati. ¶Cæterum, cæcitas hodierni cæci ,nõ in- E
flicta eſt(vt ait dominus)neq; propter ipſius neq; aliorum peccata,ſed vt manifeſtarentur
opera dei in illo,vt per ipſum deus miraculoſe agens glorificaretur , vbi omnipotentia &
maieſtas ipſius populo ſidem faciat , vt is deinde deum,vt ſæpenumero factum didicimus
glorificet. ¶At inquis, Nõne ideo cæcus iniuſte paſſus eſt cæcitatis infirmitatē? Reſpon- F
deo,vt voculam,non eſſe hic cauſatiuam,ſed ſignificatiuam euentus. Vt & illud Apoſtoli.
Roma. 5 Lex ſubintrauit,vt abundaret delictum,ſicut hic ſubſequutum eſt,vt dominus oculos clau
ſos aperiēs,& alia naturalis infirmitatis nocumenta corrigens,ſuam demonſtrarit virtutē.
Haud ſanè quoq; iniuſte ille cæcus paſſus eſt,quum per cæcitatem ſuam cœperit bñficium,
qui per eam interioribus reſpexit oculis. Inſuper,quomodo deus illi vel alŋ iniuriam facere
potuerit,qui eum ex non ente ad eſſe deduxit,poteſtatem habuit abſq; iniuria, & ita eũ re-
Roma. 9 linquere & dimittere? Nunquid enim(ſcribit Apoſtolus)dicit figmentum ei,qui ſe finxit,
quid me feciſti ſic? An non habeat poteſtatem figulus luti,ex eadem materia & maſſa , fa-
cere aliud quidem vas in honorem,aliud vero in cõtumeliam? Et quidem maxime,quod
nonnunquam bonus artifex opus ſuum deſtruit,vt in renouatione melioris glorificetur,
quemadmodum,& deus,artificum maximus,quoſdam caſtigat ægritudinibus,vt curatõe
eorundem cognoſcatur & collaudetur,vti Chriſtus hodie diſcipulis rogantibus,quis nam
peccarit,hic,an parentes eius.&c.reſpondet. Neq; hic neq; parentes peccauerunt, ſed vt
in illo manifeſtentur opera dei.

HOMILIA VICESIMANONA DE EO QVOD SCRIPTVM eſt.Iohannis.11. Infirmitas hæc non eſt ad mortem.&c.

Feria ſexta poſt quartã dñicam Quadrageſime.

ADMIRATIONE HAVD SANE INDIGNA A
reſponſio , qua Chriſtus dominus nuntio de Lazari infirmitate
reſpondet . Infirmitas hæc non eſt ad mortem , quandoquidē ille
lætaliter ægrotarit,quum eadem die,qua nuntius inde receſſerat,
Matt. 9 Lazarus obierit. Mirum eſt,inquis, Chriſtum ita reſpondiſſe, q̃ſi
Lucę.6.11 ille moriturum eum ignorarit,qui toties hominum cogitationes
Luc. 5 & cordium archana cognorat,alibi ad Iudæos dicēs. Quid cogita
Heb. 4 tis mala in cordibus veſtris? vtpote ,qui is ſit,qui, Apoſtolo teſte,
diſcretor eſt cogitationum & cordis intentionum, in cuius con-
ſpectu non eſt vlla creatura inuiſibilis,ſed cuius ſunt oculis omnia
nuda & aperta. Quid igitur,ais,reſpondet. Infirmitas hæc non eſt ad mortem,quæ tamen
ad mortem fuit,eam ideo futuram ignorauit? ¶Reſpondeo,iam tandē, vt alias, ſæpe p- B
bari,quod aliquoties dixi,vtpote plærumq; Chriſti verba & facta malle iuxta ſpiritum &
2. Cor. 3 myſterium ſpiritus quàm ad literalem ſenſum exponi:quandoquidem litera, Apoſtolo te-
ſte,occidit,ſpiritus autem viuificat: Id quod ſanè ex reſponſo Chriſti hodie patet, quod ſi
ad literam ſimpliciter expoſueris,morieris , qui malè Chriſto dei filio omnium rerum vel
abditiſſimarum cognitori ,ignorantiam imputas,neceſſum igitur eſt,vt intellectum ſpiri-
tus & myſterŋ ſequamur,qui partim eſt in dictione,infirmitas,partim in vocula,mortem
& Lazaro. ¶Lazarus vero eſt in ſpũ omnis homo pius, idemq; bonus & à deo auditus. C
Roma. 8 ¶Infirmitas vero,aduerſitas & tribulatio,quæ vtiq; viro bono non eſt ad mortē. Siqui- D
dem diligentibus deum omnia cooperantur in bonum,ŋs,qui ſecundũ propoſitum voca-
ti ſunt ſancti. Sic etenim aduerſitas iuſtorum non eſt ſignũ reprobationis aut mortis . Qua
in parte ſciendum eſt. ¶Mortem eſſe vel corporalem vel ſpiritualem vel gehennalem. E
Corporalis,eſt animæ à corpore ſeparatio,ad quam aliquando eſſe poteſt infirmitas, quo
Heb. 9 quidem pacto Chriſtus hodie non dixit, Lazari infirmitatem non eſſe ad mortē,quę vtiq;
fuit ad mortem,quam & dominus certo futuram præſciuit Lazaro, dicens: Lazarus mor-
tuus eſt,& gaudeo propter vos,vt credatis,quoniam non eram ibi. De quo & paulo ante
alŋs ſub verbis ait. Lazarus amicus noſter dormit,ſed vado vt à ſomno excitem eũ: loquēs
de eius morte,quæ paſſim in ſcripturis ſomno comparatur,& ſomnus appellari cõſueuit,
quod

quod ea corporis eſt, non animæ, nec ſemper durans, ſed vti ſomnus ſuo tempore ceſſet, cor- 1. Cor. 11.
pore in vitam ſub tēpus reſurrectionis reuocato: Hinc Lazarus dicitur dormiens. Hinc dor- 1. Theſ. 4
mientes vocat defunctos apoſtolus, quod ĳ hominibus ſunt mortui, ſed dormientes domino
qui eos ex morte ea ſuſcitabit facilitate, quâ è ſomno nos dormientē quempiam excitamus,
in qua quidem morte, quoniā ſolum moritur corpus, nequaquā contriſtari debemus, ſed gau Hebræ. 6
dere potius, tum quod ipſum mori natura ſtatutum eſt & neceſſitati, cui refragari nemo de-
bet, tum quod ipſum certo ſit reſurrecturum, nec aliter cœlos ingreſſurum, domino dicente. Nō Lucæ. 24
ne hæc oportuit pati Chriſtū, & ita intrare in gloriā ſuam? Et hoc eſt, quod apoſtolus horta 1. Theſ. 4
tur, dicens: Nolumus autē vos ignorare fratres de dormientibus, vt nō contriſtemini ſicut &
cæteri, qui ſpem nō habent. Si em̄ credimus, ꝙ Ieſus mortuus eſt & reſurrexit, ita & deus eos
qui dormierunt per Ieſum adducet cū eo. Hinc idem apoſtolus tātopere mortem anhelabat, Roma. 5
inquiens. Quis liberabit me de carcere mortis huius, Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto. Atq; Philip. 1.
vtinam vnuſquiſq; noſtrū idipſum cum Paulo dicere poſſet, poterit autem, vbi cum eodem 2. Tim. 4
ex animo dicere poterit. Bonum certamen certaui, curſum cōſummaui, fidē ſeruaui. In reli-
quo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi dominus, in illa die iuſtus iudex: Nō
ſolum autē mihi, ſed & ĳs, qui diligunt aduentum eius. Ah vtinam omnes de eo numero dili-
gentium ſimus. Hæc igitur mors nō eſt rationabiliter timenda & fugienda, ſed.

F ¶Primo eſt meditanda, ꝙ eius meditatio mundi contemptū parit: ſiquidē tranſeat mundus,
& concupiſcētia eius, & morte ceſſat omnis delectatio mundi. Sicuti em̄ poma matura in ar- 1. Iohā. 2
boribus decidunt, immatura vi auelluntur, ſic mors adoleſcentibus violenta vitā, ſenibus ma-
G turitas aufert. Eſt autē homini malo mortis memoria, iuxta ſcripturā, amariſſima. ¶Secun Eccle. 41
do, quia eius memoria inducit humilitatē. Hinc cinere conſpergimur, vt memores ſimus, nos Iudith. 5
eſſe mortales, quod homini dictū eſt. Memento, quia cinis es, & in cinerē reuerteris. Et rur- Heſter. 4 Geneſ. 3
H ſum: Quid ſuperbis terra & cinis? ¶Tertio, ꝙ operatur fugam peccati. Hinc ſcriptura: Me- Eccle. 10
morare nouiſſima tua, & non peccabis. Siquidē peccatum ſit cauſa mortis, deo dicēte: Qua- Eccle. vij Geneſ. 3
I cunq; em̄ die comederitis, morte moriemini. ¶Quarto valet ad pœnitentiam agendam. Eſaiæ. 38
Sic rex Ezechias audiens ſe mori, cœpit amarè flere. Et rex Niniue, audita cōminatione Io- Ionæ. 2
næ, indutus ſacco pœnituit: quandoquidē nullus eſt poſt mortem neq; pœnitentiæ, neq; gra Iohan. 9
K tiæ, neq; indulgentiæ locus, eſt em̄ tunc hora, quando nemo poteſt operari. ¶Quinto, di-
minuit timorē mortis, qm̄ ipſam ſequit vita æterna. Vnde Paulus tantopere deſiderauit diſſol Philip. 1.
ui, vt eſſet cū Chriſto in vita ęterna, & multi viri ſancti propterea ſpōte mortē ſubierūt, de q- Hebræ. 11.
bus ad Hebræos. Ideoq; Chriſtus de hac corporali morte nō eſt loquutus, ad quā vtiq; fuit La
L zari infirmitas, ſed minime plangēda, quū ad ſalutē ipſius & dei gloriā fuerit. ¶Eſt & mors Ezech. 18
ſpiritualis, & quidē aliqua bona, quū. ſ. peccato morimur, ſpū viuentes. At mala quædā, quan
do anima propter peccatū moritur, gratiā dei amittens, qua illa vel ſola viuit, & ſuſtentatur. Hiere. 31.
Vnde: Anima quæ peccauerit, ipſa morietur. Et in Hieremia: Vnuſquiſq; in ſua iniquitate
morietur. Et alias. Homo per malitiam occidit animā ſuā. Et Iacobus: Peccatū, inquit, cū con Iacobi. 1.
ſummatū fuerit, mortē generat. Ad hanc vtiq; mortē Lazari infirmitas nō fuit, ſicut nec ali-
cuius aduerſitas, quū in infirmitate potius (apl̄o teſte) virtus perficitur: quæ à deo ſæpe dimit- 2. Cor. 12
titur, vt per ipſam in virtute ſtemus & exerceamur, vt patet in Iob & Tobia. Et Paulo quo- Tobiæ. 2
q; dabatur ſtimulus, angelus Satanæ ad colaphiſandū, ne magnitudo reuelationū extolleret 2. Cor. 12
ipſum. Eſt itaq; mors ſpiritualis maxime fugienda, quæ fugatur mortificatione carnis pec-
M cati. ¶Gehēnalis mors eſt animæ atq; corporis æternalis à deo ſeparatio, in tormētis æter
nis deputatorum. Et hæc qdē peccatorum, peſſima eſt, & nunq̄ ſatis deploranda, & eſt (Paulo te Pſalm. 33
ſte) ſtipendiū peccati. De qua quidē morte dn̄s ad diſcipulos. Nolite, inquit, timere eos, q oc- Roma. 6
cidunt corpus, animam aūt non poſſunt occidere, ſed potius timete eum q poteſt & animam
& corpus perdere in gehennā. Quàm vero ſit luctuoſa hæc ipſa mors gehennalis apud infe- Matt. 10
ros, arguit miſerrima diuitis epulonis vox ex inferis ad Abraham. Pater Abraham miſerere Lucæ. 12 Lucæ. 16
mei, & mitte Lazarum, vt intinguat extremum digiti ſui in aquam, vt refrigeret linguā meā,
quia crucior in hac flamma. De hac igitur duplici morte verba thematis noſtri ſunt. Cæterū,
nec ad hanc mortem Lazari infirmitas fuit, ſed ad vitam vt Lazari alterius, ad eam ſola eſt
animæ infirmitas, quæ eſt peccatum. A qua ſane morte dignetur nos cuſtodire miſericordi-
ter ille qui hodie dixit. Hæc infirmitas non eſt ad mortem. ſ. ſpiritaulem & gehennalē, ſed ad Acto. 14
vitam potius æternam, quo nemo, niſi per tribulationes venire poteſt.

¶HOMILIA XXX. DE EO QVOD SCRIPTVM EST, Iohan. 8
Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi.

Dominica quinta quadrageſime. Iudica.

QVONIAM HODIERNA DIE DOMINICA MATER A
catholica eccleſia Ieſu Chriſti paſſionem vel maxime recolere incipit, proin
de ille eorum ſe oſtendit immunem, ob quæ ipſum mortis reum aliqui opi-
narentur, veluti falſo Iudęi apud Euangeliſtam inclamarunt, Si non eſſet hic
Johan. 18 maleſactor non tibi tradidiſſemus eum. Et apud Matthæum, Ecce nunc au-
Mat. 26 Mar. 14 diſtis blaſphemiã, quid vobis videt? At illi reſpondẽtes dixerũt. Reus ẽ mor
Johan. 10 tis. Et apud Iohannem, De bono opere nõ lapidamus te, ſed de blaſphemia, & qa tu homo
cum ſis, facis te ipſum deũ. Igitur id totum eſt falſum.

¶ Primo hic Chriſti innocentia à peccato oſtenditur qui innocens merito peccãtes in- B
Johan. 14 crepare auſus fuit, nimirum qui alias vel ſolus dicere potuit, venit eñi princeps huius mũ-
di, & in me non habet quicquam. Cuius ſanè innocentiã teſtati ſunt viri ſancti & peccato-
Eſaie. 53 1 Petri. 2 res. Eſaias quidẽ ait, Ipſe vulneratus eſt, propter iniqtates noſtras. Qui vt Petrus inqt, pec
Lucæ. 23 catum nõ fecit, nec inuẽtus eſt dolus in ore eius. Et Centurio vere, inqt, hic homo iuſtus e-
Mat. 27 rat. Iudas ꝗꝙ traditor, peccaui, clamabat, tradẽs ſanguinẽ iuſtũ. Et Pilatus ait, Innocẽs ego
Lucæ. 23 ſum à ſanguine huius iuſti, vos videritis. Qui & alias cõfeſſus eſt ſe nullam mortis cãm in eo
inuenire. Quanquã qd opus de Chriſti innocẽtia teſtimonijs, q deus & hõ ex innata man-
1. Reg. 2 ſuetudine nõ dignatur ex ratione oſtendere ſe peccatorẽ nõ eſſe, q virtute diuinitatis pec-
catores iuſtificare poterat? Ille igit potius nobis ſuo facto exẽplũ reliquit, nos oportere vel
à vitijs eſſe alienos vel ab ijs ſaltẽ nos purgare, q alios vitiorũ reprehendere conamur. Quo-
Johan. 8 rũ primũ figurate dñs docet, Qui, inqens, ſine peccato eſt veſtrũ, primus in illã lapidẽ mit-
Mat. vij Luc. 6 tat, Secũdum alio in loco innuit, Hypocrita, dicẽs, eijce primũ trabem de oculo tuo, & tũc
perſpicies, vt educas feſtucã de oculo fratris tui. Caute ergo ad corripiendum alios accede-
Johan. 1 mus, quũ vel omnes peccatores ſimus, Iohanne teſtante. Si dixerimus, qm̃ peccatũ non ha
bemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt.

¶ Secũdo hinc manſueta Chriſti colligitur obiecti refutatio declinatioꝗ aduerſus Iu- C
dæos. Qui (vt perpetuus eſt inſanientiũ malorumꝗ hominũ mos) vbi quod rationabiliter
reſponderent non haberẽt, ſe ad cõuicia conuerterũt, ac duo ſiniſtro nimirũ animo reſpõ-
derũt. Se vtiꝗ bñdicere, quod eum & Samaritanũ dixiſſent (quamuis quod eũ talem dixe-
rint nuſquam reperiatur. argumẽto ſanè, plurima paſſim à Chriſto diſcipulis fuiſſe & Iudę-
is dicta, quæ ſcripta non ſunt, id quod alias abũde commonſtrauimus) & quia dæmonium
haberet. ¶ Samaritanum vero vocabant perinde atꝗ probroſo nomine, quoniam Iu- D
dæi Samaritanos habebant odibiles & abominabantur, cum quia bello magnam terræ, eo-
4. Re. 17 rum partẽ occuparãt, tum qa multas moleſtias eis fecerant in reedificatione tẽpli & ciuita
Eſdræ. 4 tis vti hiſtoriæ habẽt. Peculiare igitur erat Iudæis, malos hoĩes, cuiuſmodi reputabãt Chri
ſtum, vocare Samaritanos. Nõ etiã, ꝗd illi nec de reſurrectione, nec de vita futura ſentirẽt
quam Chriſtus toties eſſe prædicauit.

¶ Habentẽ aũt dæmonium ideo cauillabãtur, quoniam quæ Chriſtus diuina virtute mi- E
racula faciebat iſti dæmoniacis & magicis artibus imputabãt, & quod aliqties ipſis ſecreta,
alta, ſubtiliaꝗ loquebat, quæ iſti non intelligebant. Seuerò negat habere dæmoniũ, qui ſua
Luc. 11. virtute diuina dæmoniorũ erat expulſor. Id quod alias adfatim teſtatus eſt, hic autẽ palam
Matt. 12 Marci. 3 innuens ea, quæ in deum impia audimus pro virili nos debere vindicare, & ad ea reſpõde-
re, in qbus noſtra infamia cũ multorũ periculo cõiuncta eſt, impij quidẽ Iudęi dæmoni ne-
quiter adſcribebãt, ꝗd dei Max. erat. Nõ aũt ſe eſſe Samaritanum refellit pel primo nos in-
1. Cor. 13 ſtruens, vt ancipitia iuxta charitatem in meliorem ſemper partem interpretemur, nimirũ
charitas malũ (teſte Apoſtolo) nõ cogitat verũ, quæ vel p ſe mala ſunt aut fiunt, ſemp in me
liorem vertit partem, id quod maleuoli & inuidioſi nequaquã agũt: nimirũ qui vti in flori-
bus araneus optima etiã quæꝗ in deteriorẽ partem accipiũt. At ab Euãgelio longe alieni,
& diſcreti à Chriſto, qui cũ ſcirent Samaritani vocabuli pariter cuſtodẽ ſignificari, eum ſe
eſſe non inficias iuit. quippe, qui noſtrum omnium adeo fuit & eſt cuſtos, vt de eo prophe-
Pſal. 120 ta dixerit, Nõ dormitabit neꝗ dormiet, qui cuſtodit Iſrael. Et niſi dominus cuſtodierit ci-
Pſal. 126 uitatẽ fruſtra vigilat, qui cuſtodit eã. Et qui deniꝗ Samaritanus ille eſt Euãgelicus? qui mi
Luc. 10 ſericordia motus è cœlo deſcẽdit ad cuſtodiendũ & fouendum, quẽ à Hieruſalem in Hieri-
cho deſcendentẽ latrones, id eſt, angeli tñbrarum ſauciarunt, id eſt, peccatis læſerunt, quẽ
Chriſtus Samaritanus ac cuſtos oleo conſolationis vnctum, & iumento impoſitum in ſta-
bulum duxit, & curam eius atꝗ cuſtodiam egit. Hinc tacendo cõfeſſus eſt potius quàm ne-
gauit, vocem vtiꝗ ambiguam in meliorem interpretatus partem, vtcũꝗ ſecus haud dubie
intellexerint Iudæi, quorum vel ideo malitiæ noluit reſpondere dominus, vt.

¶ Secundo, nobis exemplum relinqueret, vt eo quidem tẽpore, quum à proximis ex fal F
ſitate contumelias accipimus, eorum etiam vera taceamus mala ne miniſteriũ iuſtæ corre-
ptionis in arma vertatur furoris, magis autem falſa malorum in nos conuitia adeo vſꝗ de-
ſpiciamus,

Digitized by Google

ſpiciamus, vt ne verbo quidem ea dignemur, memores, deo Max. vindictam conuenire, qui vindicabit ac retribuet, memor fandi atq; nefandi. Iuuabit potius, vt, ſi quũ in nos immerentes rabioſa petulantia debacchatur maledicus, ſic noſtro cum animo loquamur, Quid ſi deus hoc voluit, vt per hunc dein pœnas, olim male deuoratæ laudum, & auide ab adulatoribus deuoratæ gloriæ, quam ſpretã oportuit. Dicamus propterea potius cũ Dauide, Sine maledicat, ſi forte dominus miſereatur mei. Quid multis? non pigeat hoc facere nos humiles vernas nec omnino culpa vacantes, quod hodie noſter dominus fecit, & pro nobis omnibus paſſus eſt, qui cũ conuicijs inceſſeretur, non regerebat conuicia, quum pateretur innocuus, non comminabatur, ſed omnẽ vltionem tradebat patri iuſte iudicanti, adeo nimirũ iniuriarũ patiens, vt vel ipſe per prophetam dixerit, Ego aũt tanquam ſurdus non audiebam, & ſicut mutus nõ aperiens os ſuũ. Et factus ſum ſicut homo non audiens, & non habẽs in ore ſuo redargutiões. Deute. 32 Roma. 12 1. Petri. 2 Lucæ. 24 Psalm. 37

G ¶Nec itaq; eſt, quod metuamus contumeliam, ſi ſynceram Chriſto præſtiterimus conſcientiam, ſiquidem Petrus inquit, Quis eſt qui vobis noceat, ſi boni æmulatores fueritis, conſcientiam habentes bonam, vt in eo quod detrahunt de vobis confundantur, qui calumniantur veſtram bonam in Chriſto conuerſationem. Et ſane tantum abeſt, vt ad conuitia ſilentes nocumentum habeamus, vt etiam nobis ex eo ſilentio multum ſit vtilitatis futurum. Si enim quod abiectum eſt, vitium fuerit, quod corrigere in manu noſtra non ſit, vtpote natum ex pudenda parentela, aut hoc genus aliud, certe ex maledici hominis conuitio admoniti, benefactis, ac virtutum eminentia fortunæ labem abolere ſtudebimus. Sin vitium noſtra ſit culpa, recte & vtiliter inimici exprobratio ad vitam corrigendam conducet, quoniam aliquoties hoſtis exprobratio ad vitæ correctionẽ plus habet calcaris, quàm moderata amici monitio. Sin falſum, quod obijcitur, eſt, circumſpiciemus, ne vnquam ei calumniæ occaſionem dederimus & obiectum patienter Chriſti nomine feremus. 1. Petri. 3

H ¶Cæterum inquis, calumniatori reſpondendum vel ideo putauerim, ne tacendo famam negligamus, vti alias ſcriptum eſt. Reſpondeo, eum ſatis reſpondere, qui factis, dictiſq; declarat apud omneis conuitium in ſeſe non competere, & qui modis omnibus cauit, ne quid in merentem male dici poſſit. Quo nimirum pacto fiet, vt infamia recidat in calumniatorem, & ipſe verius talis reputabitur, qualem nos calumniatur. Quandoquidem Chriſto dicente, Ex cordis abundantia os loquitur, nec poteſt malus niſi mala & ſcribere & dicere. Arbor quidem mala malos gignit fructus. Adde & in Euangelio cautum, ne iniurijs laceſſiti amare reſpondeamus, quum Chriſtus etiam pro crucifigentibus, pro ſubſannantibus & inſultantibus orarit. Quem primus omnium ſequutus eſt Stephanus, & poſt hunc magnus ille Paulus. Conuitijs, inquit, afficimur, & benedicimus, perſequutionem patientes, ſuſtinemus, maledictis inceſſimur & obſecramus. Docuit vtiq; quod præſtitit, & præſtitit quod docuit. Benedicite, inquit, perſequentibus vos, benedicite & nolite maledicere. Si fieri poteſt, quod in vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes, non voſmetipſos vlciſcentes fratres chariſſimi, ſed date locum iræ. Matt. 12 Lucæ. 6 Matt. 7 Lucæ. 24 Actor. 7 1. Cor. 4 Roma. 12

I ¶Quod vtinam vel hoc tempore noui iſti Euangelici præſtarent, qui hactenus contra Euangelium, quod ore referunt, vel in ſuæ profeſſionis homines, vel non æque prouocati in quoduis genus hominum, nulla re magis, quàm & verbis, & ſcriptis conuitioſis, & contumelioſis inuecti ſunt, & reſponſuri, ſi quod rationabiliter reſpondendum erat, non haberent, mox ad conuitia conuerſi, nihil non iniuriarum regeſſerunt, oriſq; amaritudine pleni nefandiſſima quæq; indiſcriminatim effuderunt: Interim ſe ſpiritum vtpote bonum (atqui falſo) iactitantes, quum ſpiritus ille ſanctus, vt ſcribitur, manſuetudinis ſit ac benignitatis, Et rurſus: Quàm bonus & ſuauis eſt domine ſpiritus tuus in omnibus, ideoq; hos, qui errant ex parte corripis, & de quibus peccant admones, vt relicta malitia, credant in te domine. Hunc, inquam, ſpiritum niſi præſtare ſategerint, non eſt quod vllo vnquam rhetorices fuco perſuadeant ſe vel Euangelium Chriſti apud bonos, vereq; Chriſtianos, vel ſua eſſe à deo dogmata, quando quiq; optimi Chriſtiani ſciant Euangelium in primis monere charitatem dei & proximi, & ne conuitijs agamus, ne iniurijs quempiam adficiamus, & ne laceſſiti quidem retaliamus, malum pro malo reddentes. Sciunt, inquam, optimi quiq; Chriſtiani ex Iacobo eam, vel ſolam doctrinam eſſe piam ac diuinam, quæ eſt pudica, pacifica, modeſta, ſuadibilis. bonis conſentiens, plena miſericordia, boniſq; fructibus, iudicans ſine ſimulatione, at eſſe terrenam, animalem, diabolicamq;, quæ zelum habet amarum, & cordium contentiones, id quod & hodie facile animaduertimus. Sapié. 12 Sapié. 12 Roma. 12 Iacobi. 3

K ¶Tertio circa finẽ tam demens, friuoluſq; Iudæorũ apparet conatus, q̃ innocentem dilapidaturi erant, q̃ prudens Ieſu Chriſti abſconſio. In lege nimirũ cautũ erat, vt in blaſphemi lapidatione legitimus iudicij proceſſus ſeruaret, quippe corã iudice accuſatio, teſtiũ depoſitio, iudicis ſñia, & vt demũ reus mortis extra ciuitatem dilapidaretur. Iudæi aũt relicta omni iuſti- Leuit. 24

Digitized by Google

tiæ ordine,liuore inuidiaq́ꝫ cæci innocentẽ in loco etiã ſacro Chriſtum lapidare ſatagerũt,
loco,inquam,interdicto,vnde etiamnũ Zorada pontifex curarat Athaliam trahi extra tẽ-
pli ſepta antequàm occideretur.Ieſus vero Chriſtus virtute diuina ſe abſcondit,cũ ꝗa cru-
cifigẽdus hora eius haud dũ venerat,q offerri ſponte voluit,tũ,vt nos inſtrueret, vt aliquã-
Luc.10 Luc.4 do ſuperbientiũ ira tyrannorũq́ꝫ furorẽ fuga humiliter declinaremus.Id q̊d & hoc quidem
Matt.10 loco Chriſtus & alias fecit,quum de manibus illoꝝ inuiſibilis euadebat,hoc & ipſe docens.
Actoꝝ.9 Si vos,inquit,perſequuti fuerint in vna ciuitate,fugite in aliam,qui & ipſe præcipitandus à
Iudæis per mediũ illoꝝ abiuit.Quem Paulus vti veꝝ ſequutus magiſtrũ,à Damaſco ab in-
ſidiatoribus clam aufugit. ¶Quarto,credẽdum eſſe veritati dominus hoc loco admonet, L
Eccle.4 & alias ſcriptura,Non,inquit,contradicas verbo veritatis vllo modo,cum.ſ.de errore re-
2.Coꝛ.13 Johan.14 prehenderis.Et Paulus quoqꝫ ait,Non poſſumus aliquid contra veritatem,ſed pro verita-
te.Et recte quidem,quoniam nõ credit Chriſto,qui veritati nõ credit. Chriſtus eñ eo ipſo
teſtante,veritas eſt prima,via & vita,vnde oĩs veritas.Chriſto aũt qui non credit planè
Johan.3 perit.Qui alias ait,qui credit in filiũ,habet vitam æternam,qui aũt incredulus eſt filio,non
videbit vitam,ſed ira dei manet ſuper eum.Modo autem,quum prima ſit veritas Chriſtus
Johan.18 homo & deus,merito quid veritas ſit inde deriuans,quam alibi apud Pilatũ reliquit inde-
finitam,hic vel ideo deſcribatur,cenſeo,vt ſciatur,quo de diſputatur. Vidẽdum igitur ne,
quũ Chriſtus prima ſit veritas,ab eo nata ſit veritas,per quam immutata quæ ſint , aut fu-
Malac.3 erunt,aut futura ſunt dicũtur.Siquidem Chriſtus quia deus,immutabilis ſit, qui alias ego,
Nume.23 inquit,dominus & non immutor,& rurſus ſcriptura,Non eſt deus , vt homo,vt mentiaꝛ,
nec quaſi filius hominis vt mutetur.Ad veritatem autem vt homo certius & cõfidẽtius am
Johan.18 bularet,Chriſtus prima veritas,dei filius,homine adſumpto,deo non cõſumpto veniens,
fundauit & ſtabiliuit fidẽ.Ego,inquiens , ad Pilatum, in hoc natus ſum , & ad hoc veni in
mundum,vt teſtimoniũ perhibeam veritati . Quæ triplex ſanè reperitur, vitæ,doctrinæ,
Matt.22 iuſtitiæ,quas vel oĩes notaſſe vidẽtur Iudæi in Chriſto,cum inquiũt, Magiſter ſcimus ꝗa
Johan.16 verax es,vitæ,& viã dei in veritate doces,doctrinæ,nec eſt tibi cura de aliq̃,iuſtitiæ, ideoq́ꝫ
omnis à deo veritas eſt,recteq́ꝫ à Chriſto dictũ de ſpũ ſancto,ille docebit vos oẽm veritatẽ
vtpote vitæ,doctrinæ,iuſtitiæq́ꝫ.Eſt autem vitæ veritas(quæ & alias duas ſemper cõple-
Eſaiæ.38 ctitur)recta cõuerſationis iuxta legẽ diuinã norma,ſynceraq́ꝫ in omnibus operatio & iuſta
rerũ extimatio.De qua,Memento dñe, inq̄t Ezechias,q̊modo ambulauerim corã te in ve
ritate & in corde ꝑfecto,& q̊d rectũ eſt,in cõſpectu tuo fecerim.Veritas doctrinæ eſt,iuſta
in docendo,cõſulendo,prædicãdo,exhortando eius,q̊d loquens cognoſcit, verbo aut q̊uis
Johan.17 alio modo manifeſtatio.Ea autẽ inprimis eſt in ſacra ſcriptura, quæ nullã habet admixtã
falſitatẽ,nimirũ quæ ſermo dei eſt,qui mentiri non poteſt.De quo,Sermo tuus veritas eſt.
Pſal.118 Et propheta ait,oĩa mandata tua veritas.Ea fidelis Eccleſiaſtes ſemꝑ ad poplũ vti debet,
ne,quod ad ſalutẽ ſit neceſſariũ quoquo modo obmittatur. Veritas aũt iuſtitiæ eſt legis in
iudicãdo inter diuerſos rectitudo,quã ſeruat,qui ſine perſonaꝝ,munerũ & affectuũ reſpe-
Deute.1 Leuit.19 ctu q̊d vel lex iubet vel recta cõſcientia ſuadet,iudicat.De qua ,Nolite inq̄t ſcriptura iudica
Zacha.8 re ſecundũ faciẽ,ſed iuſtũ iudicate iudiciũ. Et alibi,Diſcerne,q̊d iuſtũ eſt ,& vindica inopẽ
& pauperẽ.Ad quarũ quãlibet veritatẽ ſimul & ſigillatim hortatur deus Max.Pacem , in-
Johan.8 quiens,& veritatẽ diligite. ¶Et hoc quidem ob veritatis dignitatẽ,qm̃ ipſa à deo,ob vti M
litatem,quia habẽti veritatẽ miſericordia eſt apud deũ,quæ & à malo liberat.Si,inq̄t Chri
ſtus,manſeritis in ſermone meo,vere diſcipuli mei eritis, & cognoſcetis veritatẽ,& veri-
tas liberabit vos.ſ.à damnatione.Ea propter recte hodie idẽ ait,Si quis ſermonẽ meũ ſer-
uabit,mortẽ non videbit in æternũ.Si ergo veritatem dico vobis, quare nõ creditis mihi?
Q.d.quũ per hoc oẽm miſeriã euaderetis.Item ob eiuſdẽ remunerationẽ,ipſa eñ habenti
Johã.3 eam lucẽ acquirit,id eſt Chriſti gloriã & gratiã,vnde virtutes procedũt & merita.Chriſto
Pſalm.88 teſtante,Qui facit veritatẽ,id eſt,agens,ſecundũ eam,hic venit ad lucẽ.ſ.gloriæ.Hæc vero
tria veritatis inſignia Dauid in ꝑſona dei opt.de q̊libet viro ſancto grauiter vno carmine
cõplexus eſt.Veritas mea ecce dignitas,ꝗa dei eſt veritas,& miſericordia mea cũ ipſo eſt,
ecce vtilitas.Q.d.qm̃ in eo veritas fuit & in illo quoqꝫ mea erit miſericordia,id eſt , faciã ei
miſericordiã.Et in noĩe meo exaltabitur cornu eius.Ecce remuneratio,ſiquidẽ cornua iu-
ſti ſunt munera Chriſti,quia eminẽt,cuiuſmodi eſt gratia,vnde virtutes naſcũtur,& quęq́ꝫ
merita. ¶Poſtremo,ne quod opere videtur pretiũ ſilentio inuoluatur, diſſoluemus(qua N
plæriqꝫ nuꝑ magnopere diſcruciabantur)quęſtionẽ, qua quæſitũ eſt,an veritatẽ ſemper &
vbiqꝫ proferre expediat? ſanè reſponderim Chriſti exẽplo & Apoſtoloꝝ veritatẽ nõ ſem-
per nec vbiqꝫ proferendã,at magni quidẽ referre quomodo ipſa proferaꝛ, eam vtiqꝫ tacẽ-
Lucæ.22 dam ad tempus. ¶Primo,Quando eius prolatio condemnationis cauſam potius quàm O
aliquid profectus ſit allatura.Hinc Chriſtus apud ſceleratũ concilium, quod coierat in do-
mo Annæ & Caiphæ,Si dixero,inq̄t,vobis,nõ credetis mihi.Veritatẽ vtiqꝫ dicturus erat,
quam ſi-

Digitized by Google

P quam ſiluit, perinde nulla inde foret vtilitas, præcipue quod hi non quærebant veritatem,
ſed calumniam præparabant. ¶Secundo, vbi ea leuiter interrogata nobis forte vanam
gloriam, aut nullam interrogantibus de peruerſitate emendationẽ eſſe paritura. Sic quidẽ Lucæ.23
Ieſus apud Herodem multa ab ipſo quærentẽ obticuit, nimirum magis eligens apertè à ſu-
perbientibus deſpici, quàm à non credentibus vacua voce laudari.
Q ¶Tertio, quando indigni ſunt audire eam, apud quos loquimur, aut qui auditam peruerſe
tractarent. Ita ſanè Chriſtus dare ſanctũ canibus, & margaritas porcis obijcere prohibet. Matt.7
Et alias apoſtolos emigrare è ciuitate, quæ ſe prebeat indigno Euangelico ſermone iubet. Luc.10
R Nec alibi Pilato roganti veritatem definiuit. ¶Quarto, Quoties auditores veritatis ob Marc.16
difficultatem non ſunt capaces. Sic Apoſtolus ſapientiã vtiq; veram inter perfectos loquu- 1.Cor.2
tus eſt, inter imbecilles igitur ſilens, quod verum fuit. Hinc cathecuminis non ſtatim om̃ia
Chriſtianæ philoſophiæ myſteria aperiebantur, quoniam nondum erant capaces.
S ¶Quinto, quum veritas apud auditores vel ſcandalum eſſet impium, vel tumultum, quo
veritas aliquando magis opprimitur quàm accreſcat, vel indignationem furioſam excita-
tura, tunc etenim, ſi veritas ſine magno orbis tumultu proferri non poſſet, expediret profe
cto eam ad tempus & locum ſilere, quàm proferre. Hinc Petrus in ſuis primis illis cõtioni- Actor.3
bus, Chriſtum duntaxat virum appellauit, atqui deum, qui tamẽ in veritate erat tacuit, ſci-
ens haud dubio tum dei nomenclaturam rudibus illis hominibus, & ad credẽdum Chriſti
diuinitatem duris & difficilibus pariturã ſuſpitionem ſiniſtram. Sic quoq; Paulus cauſam Act.24 et 25
ſuam apud Felicem, Feſtum, Agrippam agens nonnihil veri tacuit, qui deniq; ſumma co-
mitate, quod verum eſt, proloquitur. Nimirum ne illos ad ſupprimendam veritatem ma-
gis quàm amplectendam, vel per indignationem, vel tumultum permoueret.
T ¶Ac ſanè peruelim, haſce in dicenda veritate cõditiones & ſciſſe & ſeruaſſe, nouos iſtos
(vt ſe opinantur, oretenusq; profitentur) Eccleſiaſtes, ſeditioſosq; Euangelicos, quas vtiq;
ſcire oportuiſſet, quum Euangelij, quales ſe eſſe gloriabantur, diſpenſatores fuiſſent. Si enĩ
Paulus Apoſtolos & prædicatores vocat myſteriorum dei diſpenſatores, certè q̃ diſpẽſat, 1.Cor.4
quædam promit, quædam recondit, vtcunq; poſcit vel res vel tempus, vel locus, vel eorum
quibus diſpenſat profectus, Nimirum, vt ita ſint ſerui fideles ac prudentes, quos conſtituit Matt.24
dominus ſuper familiam ſuam, vt dent illis cibum in tempore, ſcilicet debito. Eas autẽ cõ- Luc.12
ditiones Chriſti exemplo edoctas adeo iſti neſcierunt, vt eos myſteriorum potius dixerim
diſſipatores, quàm diſpenſatores. Quippe qui omnem nobis ordinem, quo conſtat pax &
tranquillitas, diſſiparunt, ita quidem vniuerſa confundentes, vt ſcandalis plena ſint om̃ia, 1.Cor.9
neglecta quoq; interim honeſtate publica, & diabolica illa licentia peſſimos quoſq; magis
ac magis exagitante. At hoc quid aliud eſt, quàm Euangelio dare ſcandalum? quod ne vllo Johan.3
modo Paulus daret omnia potius ſuſtinere voluit. Nempe ſciens veritatem ipſam Euan-
gelicam diſſipatum iri magis quàm prouectum indebite prolatam, quæ ritè diſpenſata ad
veram æternæ gloriæ lucem conducit.

HOMILIA TRICESIMAPRIMA DE EO QVOD SCRIPTVM eſt. Iohannis. 10. Et non poteſt ſolui ſcriptura. &c.

A
Feria quarta poſt dominicam paſſionis.

MAGNA NIMIRVM IESV CHRISTI FILII
dei bonitas & inexcogitabilis planè benignitas, qui lapidatores &
blaſphematores ſuos omnibus vijs ad ſalutem adducere conatur,
& nihil lapidationem ſuam & blaſphemias eorum attendit, dum-
modo quacunque ratione, ſiue verborum perſuaſione, ſiue operum
contemplatione veniant ad ſalutem: eum ſanè ſe eſſe arguens, qui,
teſte Apoſtolo, omnes homines vult ſaluos fieri, & ad cognitionẽ 1.Timo.2
veritatis peruenire, de ſe alias dicens. Nolo mortem peccatoris ſed Ezech.18
vt magis viuat & conuertatur. Et idem in Euangelio. Sic deus di- Johan.3
lexit mundum vt ſuum filium vnigenitum daret, vt omnis qui cre-
dit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam. Non enim miſit deus filium ſuũ in mũ-
dum, vt iudicet mũdum, ſed vt ſaluetur mũdus per ipſum. Id quod ipſe hodie ſupra quàm
dici quæat euidenter exhibet in ſuis inimicis plus quàm infenſis & odioſis, eos nullo nõ mo
do ad fidei ſalutem ducere ſatagens, & quidem adeo, vt in eos alibi conquæratur, inquiens. Matt.23
Hieruſalem Hieruſalem, quæ occidis prophetas & lapidas eos, qui ad te miſſi ſunt, quoties Lucæ.13
volui congregare filios tuos, queadmodũ gallina cõgregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti.

Digitized by Google

Johā.5 Et aliàs: Ego (inquit) veni in nomine patris mei, & non accepiſtis me, ſi alius venerit in nomine ſuo, illū accipietis. Quod vſqueadeò verè de ipſis dixit, vt hodie etiamnū blaſphemiæ incuſent dominum Ieſum, quod cum homo eēt, faceret ſeipſum deum. At Chriſtus eum, qui erat, ſe eſſe haud negat, ſub blaſphemiam rectè à ſe diſmouet duobus ſanè argumentis.

¶Primo, qdem à teſtimonio opeꝶ, q̃d tale eſt: Qui facit opa, quę nemo niſi deus facere pt, non blaſphemat, dicendo ſe eſſe deū: quādoqdem blaſphemare ſit, aliqd dicere vel negare, q̃d diuīo honori derogat. Sed ego talis ſum opator. Ergo de me poteſtis cognoſcere qualis ſum, B
Johā.15 vtpote verus dei filius, nec blaſphemus, quū mihi nomē dei vſurpo. Vnde ipſe aliàs; Si (inqt)
Pſalm.118 opa non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit, pctm̄ nō haberēt. Nunc aūt & viderūt & oderūt,
Johan.3 & me & patrem meū. Sed vt adimpleaſ ſermo, q in lege eoꝶ ſcriptus eſt: Quia odio habuerūt me gratis. Eoꝶ vero opeꝶ Nicodemus princeps teſtimoniū dedit, dicēs: Rabbi, ſcimus, qa à deo veniſti magiſter. Nemo eñi pōt hæc ſigna facere quę tu facis, niſi fuerit deus cum eo.

¶Secundo, per ſcripturā, & eſt locus à minore ad maius. Nónne eſt in lege veſtra ſcriptum C
Pſal.81 Dij eſtis, q̃d eſt dictū & de ſanctis omnibus & prophetis participatiuè, & de iudicibus etiā iniquis ob iudicij poteſtatē, & nō (vt ita dicam) eſſentialiter, & ſi illos hoīes ſcriptura deos appellat, ꝓpter vel participationē vel poteſtatē, ad quos ſermo dei factus eſt: & tamē non blaſphemat, ergo minus ego, quē pater miſit in mundū & ſanctificauit, nō blaſphemo, dicēs me dei filium. Q.d. Quid ad hoc dicitis? Nunqd ſcripturā ſoluetis vt erroneam & mēdacē? Nequaq̄. Quo nimiꝶ argumento ipſos omnino conuincit ac verè confutat. Siqdem falſam nō potuerint cauillari ſcripturā, quæ ſolui nequit. ¶Qua in parte ſciendū velim, qd ſit ſcriptura, aut quid nomine ſcripturæ veniat. Deinde cur ſcriptura tantæ ſit fidei, & authoritatis, q̃d ſolui nequeat. Scias igiſ, & ſi ſcriptura ſit, omne q̃d vel ſcribiſ, vel ſcriptū eſt, in Chriſtianiſmo autē appellatōe ſcripturæ dūtaxat venire ſacram ſcripturam. Sicuti & ſi Biblia ſint omnes libri qbus ſcripturæ continenſ, in Chriſtianiſmo tamē vocabulo Biblioꝶ ſolummodo intelligimus D
Aeglog.1. libros, qbus vetus & nouum teſtamentū continenſ, & id ſanè per excellentiam, vt appellatiōe vrbis Romā, Poetę Gręci Homerum, Latini Vergiliū intelligūt, quod hęc, Vergilio canente, tantū alias inter caput extulit vrbes. Quantū lenta ſolent inter viburna cupreſſi, ac illi cæteris poetis omnibus præſtent in ſuo artificio. Ita & biblia ſacra omnes alios libros, & ſacra ſcriptura, omnes alias ſcripturas, ſua multiplici maieſtate (de qua paulopoſt) plurimum excellit.

¶Eſt aūt apud Chriſtianos ſcriptura .ſ. ſancta, totū quod veteri atq; nouo teſtamēto intercludiſ, quod .ſ. deus in veteri teſtamēto p ꝓphetas & alios viros ſanctos, vl' in nouo teſtamēto p ſe incarnatū & Apl'os ſuos tradidit. Et qs de hoc ipo dubitare poſſit? Eiuſmodi .ſ. eſſe idipſum,
1.Timo.3 ſuccurrit catholica Eccleſia. Veritatis columna & firmamentū ſuo canone, quē cōſtituit in cōcilio Carthaginēſi tertio (Cui & diuus Auguſtinus interfuit, & ſe cū cęteris ſanctis & doctis pa
Capit.39 tribus ſubſcripſit) quæ ſuo decreto & canone cōfirmās ait: Itē placuit, vt præter ſcripturas canonicas nihil legaſ in Eccleſia ſub noīe diuinaꝶ ſcripturaꝶ. Sunt aūt canonicæ ſcripturæ hæ. Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomiū, Ieſu Naue, Iudicū, Ruth, Regū libri quatuor, Paralypomenon libri duo, Iob, Pſalteriū, Solomonis libri qnq;, Libri duodecim ꝓphetaꝶ, Eſaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel, Tobias, Iudith, Heſter, Eſdrę libri duo, Machabęoꝶ libri duo. Noui teſtamēti, euāgelioꝶ libri quatuor, Actoꝶ Apl'oꝶ liber vnus, Epl'æ Pauli q̃tuordecim, Petri apl'i duæ, Iohānis apl'i tres, Iacobi apl'i vna, Iudæ apl'i vna, Apocalypſis Iohānis
Lucę.24 liber vnus. Scripturā vero veteris teſtamēti libros appellari Chriſtus teſtaſ, q eos noīe ſcripturæ appellat alibi, dicēs: Hæc ſunt verba, quæ locutus ſum ad vos, cū adhuc eſſem vobiſcū, qm̄ neceſſe eſt impleri omnia quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi & ꝓphetis & pſalmis de me. Et paulo ante ait Euangeliſta: Et incipiēs à Moyſe & oībus prophetis, interꝑtabaſ illis in omnibus ſcripturis quæ de ipo erant. Et ſic rectè quæ in veteri teſtamēto ſcripta ſunt, ſcripturam .ſ. ſanctam appellamus, ſicuti & quæ in nouo teſtamēto concluduntſ, Petro de epiſtolis Pauli dicēte:
2.Pet.3 Sicut & chariſſimus frater noſter Paulus, ſcd'm datā ſibi ſapiām ſcripſit vobis. Sicut & in omnibus epiſtolis, loquens in eis de his, in quibus ſunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & inſtabiles deprauant, ſicut & cæteras ſcripturas ad ſuam ipſoꝶ perditionem. Vides Petrū epiſtolas Pauli appellare ſcripturas? Ergo & ea quæ per alios Apl'os tradita ſunt, ſcripturam vnà cum omni eo quod vetus teſtamentum continet, ſcripturam rectè vocamus.

¶Cuius tanta eſt authoritas, vt Chriſtus Iudæos refutaturus nullo cenſuit fortiore cōtra eos E
Johan.5. vti, q̄ ſcripturæ argumēto, vtpote quæ nequeat ſolui, vt hodie ait. Et aliàs: Scrutamini ſcriptu
Matt.4 ras, in qua & c. Qui & p ſcripturam aliàs diabolū reuicit, cui quoq; ſcripturæ deferendū cenſuit
Mar.1 diabolus, è contrario ſcripturam ſed truncatā pro ſe cōtra Chr'm allegās & dicēs. Scriptū eſt:
Deuter.8 Angelis ſuis & c. Sic & Paulus vnà cū cęteris Apl'is ꝓ cōfirmanda fide, nullo ſunt alio quā ſcri
Pſal.90 pturæ argumēto vſi, cui vel vſqueadeò etiā gētiles detulerūt, vt allegatis per Paulum ſcriptu
Acto.xvij ris alibi Theſſalonicenſes cum auiditate quotidie ſcrutabanſ ſcripturas, ſi hęc ita ſe haberent.
et.xviij. ¶Sed inquis: Vnde tanta ſcripturæ authoritas, & quare ſolui nequit? A veritate (inquam), F

Digitized by Google

quæ illi ſine falſitate aliqua ineſt: quandoquidem hæc ipſa à deo ſit infuſa & reuelata, Petro dicente. Non eñ voluntate humana allata eſt aliquando prophetia, ſed ſpũ ſancto inſpirati, loquuti ſunt ſancti dei homines. Et Paulus ait. Multipharie multiſq; modis olim deus loquens patribus in pphetis, nouiſſimis diebus iſtis, loquutus eſt nobis in filio, quẽ conſtituit hæredẽ vniuerſoꝝ, per quẽ fecit & ſecula. Et idẽ. An cupitis, inqt, experimentum eius, q in me loquit̃ Chriſtus? Et Chriſtus adfirmãs ait. Nõ eñ vos eſtis, q loquimini, ſed ſpũs patris veſtri, qui loquit̃ in vobis. Si igit̃ ſcriptura à deo eſt reuelata & ipſam per os prophetaꝝ & Apoſtoloꝝ loquutus eſt, ſatis cõſtat ei debere eſſe maximã autoritatẽ ꝑpter ſecuriſſimam inibi veritatẽ ſine oĩ falſitate, q̃ aliquoties mixta reperit̃ in hoĩm ſcripturis, ſiquidẽ, teſte Apl'o, de⁹ mẽtiri neqt: Qui, vt Dauid canit, verax ẽ, oĩs aũt hõ mẽdax. Et hoc eſt, q̃d Chrs alibi dicit. Sermo tuus veritas ẽ. Et hodie ait. Et ſcriptura ſolui neqt, vtpote veriſſima, q̃ a à deo, prima veritate progreſſa. Hinc de ea Auguſtinus, ſummus ille pſul, dicebat. Quis neſciat ſacrã ſcripturã canonicã, tam veteris q̃ noui teſtamenti, certis terminis ſuis cõtineri, eamq; poſterioribus oĩm Epiſcopoꝝ literis ita præponi, vt de illa dubitari aut diſceptari non poſſit, vtrũ verũ vel rectũ ſit, quicqd in ea conſtiterit? Idẽ ad Hieronymũ. Ego ſolis eis ſcriptoꝝ, qui iam canonici appellãtur, didici hũc timorem, tremorẽ, honoremq; referre, vt nullũ eoꝝ ſcribendo erraſſe audeã credere, aut ſi aliquid in eis inuenero, q̃d videatur cõtrariũ veritati, nihil aliud exiſtimo q̃ vel mẽdoſum eſſe codicẽ, vel nõ eſſe adſequutũ interpretem, q̃d dictũ eſt, vel me minime intellexiſſe non ambigã. Si hoc ipſum vere ſecũ ſenſit atq; ad aliũ ſcripſit vir tantus, quid nos faciemus? Certe illi nos libẽter oportet omnem obſtringamus noſtrã cũ oĩ reuerẽtia fidẽ. Et ſane ſicut ſacerdos, inqt Chryſoſtomus, ẽ debitor, vt veritatẽ, quã audiuit à deo. ſ. in ſcripturis, liberè pdicet. Ita & Laicus eſt debitor, vt veritatẽ, quã audiuit à ſacerdote probatã in ſcripturis, accipiat & defendat fiducialiter, q̃d ſi nõ fecerit, proditurus eſt veritatẽ, incredulus q̃q; deo, & de illis erit, ad q̃s Chriſtus ait. Si aũt illis nõ creditis, quõ verbis meis credetis? Nos itaq; ſcripturã religioſiſſime veneremur, non ſolum ob ſummam in ea veritatem, ſed & vtilitatem, quia à deo inſpirata, vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiẽdum, ad erudiendum in iuſtitia, vt perfectus ſit homo dei, ad omne opus bonum inſtructus.

Margin: 2 Petri. 1 — Hebræ. 1 — 2. Cor. 13 — Matt. 10 — Marc. 13 — Luc. 12 — Titu. pri. — Hebræ. 6 — Pſal. 115 — Iohã. 17 — lib. 2. de vnico bap — Epiſto. 9 — Iohan. 5 — 2. Tim. 3

HOMILIA XXXII. DE EO QVOD SCRIPTVM EST. Iohan. 11. Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit?

Feria ſexta poſt dominicam Paſſionis.

A QVO TANDEM PONTIFICES ET PHARIſæi vna cũ toto maligno populo ſuę aduerſus Chriſtum iuſtum & innocentem inuidiæ ſatisfacerent hodie collegerunt conciliũ, vt inde illũ, vel oĩ iuſtitia refragante, morti traderẽt: Nimirum vt ſemel re ipſa perficerent, q̃d ſe olim in ſcriptura facturos polliciti ſunt dicentes. Circũueniamus ergo iuſtũ, qm̃ inutilis eſt nobis, & cõtrarius eſt opibus noſtris, & ĩproperat nobis pctã legis, & diffamat in nos pctã diſciplinæ nr̃æ. Promittit ſe ſciẽtiam dei habere, & filiũ dei ſe nominat. Videamus ergo ſi ſermones illi⁹ veri ſint. Cõtumelia & tormẽto interrogemus eũ, vt ſciamus reuerentiam eius, & probemus patientiã illius. Morte turpiſſima cõdemnemus eũ. Hæc iſti iã olim, quæ hodie pficere moliũtur, colligentes conciliũ, dicũt. Quid facimus, q̃ a hic homo multa ſigna facit? &c. Sapiæ. 2

B ¶O verè malignantiũ cõciliũ, de quo ipſe dñs innocentiſſimus in pſalmo ait. Cõciliũ malignantiũ obſedit me. In q̃ ſanè deus nõ fuit, vt ipſe inqt in pſalmo. Non ſedi in cõcilio vanitatis. Et reuera cõciliũ fuit vanitatis & ſine deo, quũ q̃ in eo fuerint, dixerũt deo recede à nobis, ſciam viaꝝ tuaꝝ nolumus. In q̃ etem̃ cõcilio populi, iuxta pphetã, meditati ſunt inania, & aſtiterũt reges terræ & principes cõuenerũt in vnũ, aduerſus dñm, & aduerſus Chr̃m eius. Arguũt aũt iſti hoc in cõcilio. Pſalm. 21 — Pſalm. 25 — Tobie. 21 — Pſal. 2

C ¶Primo, q̃ omnino nihil proſit ac poſſit cõtra deũ, & quã vanẽ laboret̃ ſine deo pſente. Siquidem ait ſcriptura. Nõ eſt ſapiẽtia, nõ eſt prudẽtia, nõ eſt cõciliũ cõtra dñm. Equus paratur ad diẽ belli, dñs aũt ſalutẽ tribuet. Hinc ad ſine deo cõſulentes ipſe deus ait. Væ filij deſertores, vt faceretis cõſiliũ nõ ex me, & ordiremini telã, & nõ per ſpm̃ meũ, vt addẽtes pctm̃ ſuper pctm̃. Prouer. 21 — Eſaiæ. 30

D ¶Secũdo, q̃ noceat conſultori malum & pũerſum cõſiliũ. Porrò iſti in hoc ſuo peſſimo cõcilio, cõſuluerũt ne pderent tẽporalia, dicẽtes. Et venient Romani, & tollent noſtrũ locũ & gentẽ. Et profectò perdiderunt deniq; æterna cũ tẽporalibus, & inſup corporis & aĩæ iacturã fecerũt, ſuæq; infelicitatis cõtra ſe veriſſimi vates fuere, qñquidẽ, q Chr̃m iniuſte occiderũt, venerunt, iuxta Danielis & dñi Ieſu pphetiã, Romani aliqt poſt annis, & tulerũt ac igni ſuccẽderũt locũ illoꝝ, & gentẽ Daniel. 9 — Lucæ. 19 — Lucæ. 23

Eccl. xvij & gentē in omes natões ventilauerunt. Et hoc eſt quod ait ſcriptura: Facienti nequiſſimū cō-
ſiliū, ſup illū deuoluet, & nō agnoſcet, vnde adueniet illi. Laqueo peribūt, q oblectant caſu iu-
ſti, dolor aūt cōſumet illos, anteq̄ moriant. Vide an nō iſtud veriſſimè acciderit Iudæis in ho-
diernū vſq; diem. ¶ Tertio, q̄ ſint prorſus in hoc cōcilio obcæcati & inſipiētes qd teſtificabā- E
Johā.10 tur, illū & multa peregiſſe miracula, & tñ æſtimabāt ſe poſſe aduerſus eū æmulari, & illū nō poſ
Matt.21 ſe, p ſe aduerſus eoꝝ æmulatões, q habebat ptātem animā ſuā ponēdi & tollendi, q toties illis
Mar.11 volētibus apertò reſtitit, cōtra quē nec tantillū potuerūt & tñ hodie ſtultè dicunt. Quia hic hō
Luce.19 Johā.2 multa ſigna facit. Si dimittimus eū, quaſi in eoꝝ ſit ptāte illū occidere, q ad Pilatū deinde dice
Johan.19 bat: Non haberes ſup me ptātem, niſi deſurſum tibi traderet. Vide q̄ verè de ijs prophetauerit
Eſai.29 Eſaias, inquiēs: Peribit ſapiā à ſapiētibus populi huius, & intellectus prudentiū eius abſconde
tur. ¶ Quarto, q̄ ſint Iudæi ingrati, & q̄ ob iniuſtā cauſam moliunt in hoc concilio Chriſtū F
iuſtiſſimū occidere & cōprehendere: Nimiꝝ, qa multa ſigna faceret, ppter quæ debuerant il-
li fuiſſe grati, eumq; vti pphetam, imò vti veꝝ dei filiū, qualis erat, venerari. At qd etiam ne-
quiſſimi cōſultores finxerūt, quaſi ſi illū dimitteret, Romani de ipſis tyrannidē & quaſi rebellio
Johā.6 nem ſuſpicarent. Vbi em (quæſo) tale monſtrabat. Num armigeros circūferebat, & equitatū
Johā.18 trahebat, q nudo capite & pede, ſine gladio ambulabat, & ne rex fieret, deſerta petebat, & ſuū
regnū de hoc mundo nō eſſe adſerebat. Iniuſtiſſime igit illū erant occiſuri, qa multa ſigna fa-
Matth.1 ciebat. Id qd ex ſufficienti enumeratione ſignoꝝ, quæ fecit Chrūs, apertò patet. Siquidem do
Luce.1 minus. ¶ Primo, ſignū fecit ſalutis, vtpote quando in noſtrā ſalutē deus homo factus eſt, vt G
Johan.1 nos ad æternā natiuitatē reduceret, antea pditos iræq; natura filios. De quo ſigno Eſaias: Ipſe
Ephe. (inqt) dabit vobis ſignū. Ecce virgo concipiet & pariet filiū, & vocabit nomen eius Emanuel,
Eſa.7 quod eſt nobiſcū deus. Et hoc ſanè ſignū quotidie nobiſcū oſtendit, quando deus nobiſcū eſt
Gene.9 miſericorditer, quū nō vt olim cito & ſeueriter in nos animaduertat: In cuius ſignū arcum po-
ſuit in nubibus, vt eēt ſignū fœderis. Sic & dñs īcarnatus ſignū nobis fecit clemētię: hoc indies
adhuc oſtendēs, tum qd peccata diſſimulet, & patienter nos expectet. Hinc ad eum ſcriptura:
Sap.11 Et miſereris omniū, qa potes omnia, & diſſimulas peccata hominū propter pœnitentiā. Tum
Ezech.18 quia nos ppterea reuertentes recipit, dicēs: Quacūq; hora ingemuerit peccator, & fecerit iu-
diciū & iuſtitiam, iniquitatū eius vltra nō recordabor, q nolo mortē pctōris, ſed vt magis cō-
uertat & viuat, vt nos de numero illoꝝ ſimus. Beati quoꝝ remiſſæ ſunt iniqtates, & quoꝝ te-
Pſalm.31 Johan.3 cta ſunt peccata. ¶ Secūdo, fecit ſignum omnipotētiæ & ſalutis ſimul, de quo Nicodemus: H
Matt.11 Nemo em (inquiēs) pōt hæc ſigna facere, quæ tu facis, niſi fuerit deus cum eo. De qbus ſignis
ipſe dñs ad diſcipulos Iohannis: Euntes (inqt) annunciate Iohanni, quæ audiſtis & vidiſtis: Cæ
ci vidēt, claudi ambulant, leproſi mundant. Surdi audiūt, mortui reſurgūt, pauperes euāgeli-
Eſa.35,61 zant, de qbus dudū antea pphetarat Vates: Nōne ppter eiuſmodi ſigna dñs fuerat potius ma
gnope laudandus, q̄ ſuæ erant potētiæ diuinæ & bonitatis erga hoies figuræ. ¶ Tertio, fecit I
ſignū ſummę charitatis, qñ pro nobis in cruce exaltatus ē, atq; idē pro ſalute noſtra mortuus.
Eſa.49 De quo qdē ſigno deus p Prophetā: Exaltabo (ait) ad populū ſignū meū. Quo ſanè charitatis
ſigno aliud maius eē neqt, Chriſto dicente: Maiorē hac dilectiōe nemo habet, q̄ vt animā ſuā
Johan.15 ponat qs p amicis ſuis. Et reuera Chriſtus ſignū in cruce fuit, nō ſolū charitatis ſed & ſaluatōis
quod pie adſpiciēs animo, nō ſecus ſanat atq; olim ſerpentē in deſerto exaltatum conſpiciens.
Johan.3 ¶ Illum enim in cruce pendentē vidēs, agnoſcis eū tibi eſſe ſignū viæ & omniū ſanctaꝝ vir- K
Rome.21 Ma. xxvij tutū, veritatis ſpeculū, vitæ librū. Nempe ipſum deuotè adſpiciēs, vides ſignū, quo dirigeris in
Mar.15 viam paupertatis, qa nudus pendit. In viam humilitatis, qa voluntariè ſe obtulit. In viam be-
Luce.23 nignitatis, qa p crucifigētibus orauit. In viam innocētię, qa peccatū non fecit. Obediētiæ, qa
Johan.19 patri obtēperauit. Patiētiæ, qa paſſus obmutuit. Perſeuerantiæ, qa de cruce deſcēdere noluit.
Eſa.53 Phil.2 ¶ Tu ergo: O fidelis anima, fac hoc tibi ſemp ſit ſignū, omniaq; fac ſcđm exemplar, quod tibi L
Eſa.53 monſtratū eſt in monte ſcilicet Caluariæ. Cogita quoq; q̄ ingratè, q̄ iniquè & iniuſtè hodie
Hebre.8 Iudæi prætendunt dominū interficere, qa multa ſigna, & quidē non alia q̄ ſalutis, q̄ potentiæ,
Exod.25 Sap.16 q̄ charitatis fecerit. Propter quæ illi potius debuerant vitam fauere, q vitæ ac mortis habet po
Luce.2 teſtatem. Sed ſanè, quē propter ſigna ſalutis interfecere, ipſis iuxta Symeonis verbū, in ruinā
Mat.24 factus eſt ſignū: quod quidē ſignū aliquando in cœlo apparens videntes videbunt, vt Prophe
Zach.12 ta ait: In quem transfixerunt. Signum ſanè crucis in cœlo erit, quū dñs ad iudicandū venerit.
Johan.19 Eſaie.11 De quo & Eſaias: Leuabit (inqt) ſignum in nationibus, & congregabit diſperſos Iſrael.

¶ Nos igit fratres, nequaq̄ dominum noſtrum, quia magna ſigna facit, occidamus, ſed gra- M
ti illū ppterea laudemus. Non āt illi vti ſigno cū Iudæis hodie cōtradicamus. Auari ipſius pau
pertati, Sup̄bi illius humilitati. Inuidi charitati. Luxuriātes innocētiæ. Cōtumaces obediētię,
Iracūdi patiētiæ. Impœnitētes pſeuerātiæ cōtradicētes. Imò eū adſpiciamus, qūo in cruce ca-
put declinet. Nempe vt recipiat pœnitētes ad pacis oſculū. Extēdit brachia, vt infixos in lim-
bo pfundi trahat, & veniētes ad amplexum recipiat. Ah caueamus ne de nobis ingratis dicat.
Prouerb.1 Vocaui & renuiſtis, extendi manus meas, & non fuit, qui adſpiceret.

Digitized by Google

HOMILIA XXXIII. DE EO QVOD SCRIPTVM EST
Plurima autem turba ſtrauerunt veſtimenta ſua in via. Matthęi. 21. Marci. 11. Lucæ. 19. Iohan. 12.

Dominica Palmarum.

A QVO PLANE IMPLERETVR, QVOD PER ESA- Eſaiæ. 53
iam dictum legimus, oblatus eſt, quia ipſe voluit. Chriſtus Ieſus dei virtus & 1. Cor. 1
ſapiētia ſanè mirabili turbarum plauſu & gaudio hac die, vel potiſſimū mō-
ſtrauit ſe ad crucis tormenta pro nobis non coactum, ſed ſponte accedere.
Qui etiamnum, ne vnquam vere Iudæi ſe poſſent ab incredulitate excuſare,
perinde ac deum illum non cognouiſſent, hodie ſe à triplici turbarum ordi-
ne clementiſſimum, ac fortiſſimum magni illius Dauid filium & plane ſaluatorem honore
myſtico tractari & coli voluit. Erat quidem turba ſtantium in via, & alia antecedentium,
quæ (vt Euangeliſta ſcribit) bipartito honoris gře iter hoc domini celebrauit. Quoniā ali-
qui veſtimenta propria loco aulearum ad viæ plateæq́ ornatum (vti mos eſt in plęriſq́ lo-
cis, aduentāte aliquo principe magno) depoſuerunt. Alij de eadē turba, quibus veſtes non
ſuppetebant, ramos de arboribus palmarum & oliuarum in viarum marginibus iuxta quo
rundam morem ornatus gratia ſternebant & componebant. Turba vero antecedentiū &
ſubſequentium clamabat & alta voce glorioſe decātabat, Oſanna filio Dauid, Benedictus
B qui venit in nomine domini. ¶ Et ſane quid per ramos oliuarū aliud ſignificarūt, quàm
Chriſtum eſſe regem mitiſſimum & clementiſſimum, ac vere pacificum. Siquidem ex oli-
uis exprimatur oleum, quo vulnera perfuſa & vncta leniuntur, mitigantur, & demum cu Lucæ. 10
rantur. Quod teſtatur Euangeliſta per miſericordem illum Samaritanum, qui vulneribus
leniendis percuſſi & vulnerati à latronibus, quum à Hieruſalem in Hiericho deſcenderet, Gene. 8
infudit. Signat & pacem oliua, à legatis olim ferri ſolita. Hinc columba illa per Noe ex ar-
cha miſſa, oliuam portauit virentibus folijs, in ſignum pacis à diluuio vniuerſali. Palmæ ve
ro, quas & turba ſtrauit, nonne victoriam ex agone ſignificant? Vtiq;. Cuius natura eſt, vt A. Gelli
ſemper ponderi iniecto fortiter reſiſtat. Hinc Iohannes turbam martyrū ait ſe vidiſſe ante us li. 3. c. 6
thronum dei palmas in manibus habentem, in argumentum, eos nunc à paſſionibus huius Apoca. 7
C mundi ex agone ad vitam æternam victores euaſiſſe. ¶ Canticū vero, quod tā læta voce
hodie tam præcedentes, quàm ſubſequentes decantarunt, quid ſibi aliud vult, quàm ſalua-
re? Quoniā Oſanna quaſi Oſianna, dictio eſt coadunata, ex oſi, quod eſt imperatorij modi,
idem quod ſalua. Et Anna dolentis interiectio, perinde atq; nobiſcum, Ho oho, vel ah ni-
mirum ardentiſſimum ex animo hominis deprecantis affectum, & planè plus quàm vel no
men, vel verbum ipſum ſignificat oſtenditq́. Modo autem quæſo, quis magis oliuæ miti
& pacificæ, quis magis palmæ victorioſę, quis magis voci ſeu cātui ſaluatorio quàm Chri-
ſtus Ieſus comparari poſſit? Nemo ſanè, qui ex abundanti ſua manſuetudine, lenitate & mi
ſericordia ad nos vulneratos & aggrauatos peccatores ſemper clamat, Venite ad me omēs Matt. 11
qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos, qui deniq; tāquam ouis mitiſſima pro no-
bis ad occiſionem ductus eſt, non aperiens os ſuū.
D ¶ An autem pacificus fuerit, inter multa argumento eſt, quod pacis ſeruandæ gratia Iu- Eſaiæ. 53
dæis ex tēplo & aliunde loco ceſſit, qui ne diſſidio & tumultui anſam præberet, in die feſto Iohan. 10
capi noluit, qui deniq; teſtante Eſaia, pacis factor & creator vſque adeo & tam ſemper ſu- Luc. 4
os ad pacem habendam ex animo hortatus eſt, vt vel ſolos pacificos, dixerit dei filios voca- Eſaiæ. 15 Matt. 5
ri. Et ſanè pacificus fuit Chriſtus, qui & in pace naſci, viuere, & mori voluit, ac cuius in pa- Pſal. 75
ce locus, teſte Dauide, factus eſt.
E ¶ Ipſe autem an victor fuerit, non eſt quod quæratur. De quo ſcribitur, Vicit leo de tri- Apoca. 5
bu Iuda, qui per mortem ſuam innocuam & vincentem à deuicto hoſte diabolo victor à Pſal. 67
morte ad vitam redijt, & (vt Apoſtolus ait) captiuam duxit ſecum captiuitatem, vtpote a- Ephe. 4
nimas ab inferis in reſurrectione redemptas. Cæterum de eius victorioſa victoria prope-
F diem (deo volente) plura dicemus. ¶ Num vero Chriſtus ſit ſaluator, prorſus in dubium
non venit, qui vel re ipſa, quoniam per mortem ſuam nos ab æterna morte ſaluauit, con-
ſenſu prophetarum, angelorum, & Apoſtolorum & omnium hominum ſaluator peculia-
ri nomine dici ceptus eſt. Hinc Eſaias ad populum Iſraeliticum inquit, Ecce ſaluator tuus Eſaiæ. 62
venit. Et Zacharias, Ecce rex tuus & ſaluator tuus venit manſuetus. Et Angelus quoq; in Zacha. 9
nocte Chriſti Ieſu natiuitatis dixit ad paſtores, Nolite timere, ecce enī Euangelizo vobis Lucę. 2
gaudium magnum quod erit omni populo, quia natus eſt vobis hodie ſaluator, q eſt Chri
ſtus dominus in ciuitate Dauid. Et Apoſtolus ait, Chriſtus caput eccleſiæ, ipſe eſt ſaluator 1. Iohā. 4
corporis. Et Iohannes inquit, Pater miſit filium ſuum ſaluatorem mundi.
G ¶ Merito igitur hodie recteq; ante & poſt, id eſt in omni loco ad Chriſtū tam ad oīa in
omni

Digitized by Google

omni miſericordia, tam ſcripturis, q̃ exemplis per tribulationẽ & proſperitatẽ ad nos venientem, vti verꝫ miſericordiæ, victoriæ, pacis, ſeditióisq; deũ & authorẽ ramis palmaꝫ & oliuaꝫ & veſtibus ad gloriã ipſius exutis & ꝓſtratis deuoto corde obuiã euntes excipiemus, decãtantes vera fide, Oſianna filio Dauid, Benedictus q venit in nomine dñi. Excipiemus, inquã, illũ tam ſpiritualiter, q̃ reipſa. Spiritualiter qdem ꝑ lenitatẽ & miſericordiam, pauperes fructibus oliuaꝫ, & hoc genus fructuũ cibemus, ipſosq; veſtimẽtis veſtiemus, quo & victores & ſaluati in verã illam ſupernã Hieruſalem ire poſſimus. Illud ſanè eſt ſpiritualiter Chriſto ſubijcere, & eundẽ palmis ac veſtimẽtis decorare, & honorificè ſuſcipere. Hoc nimiꝫ eſt Chrm eſurire te cibare, & Chrm nudũ veſtire, & infirmũ viſitare, eius eñi ſunt pauperes. Eo ipſo apud Matthę-
Mat. 25 um atteſtante: Amen dico vobis, q̃ diu feciſtis vni de his fratribus minimis, mihi feciſtis. Qui vtiq; hodie & alio tpe Chrm in pauperibus eius viſitauerint, cibauerint, cooperuerint, illi nimirũ eundẽ ramis palmaꝫ, & veſtimentis ſuis honorificè excipiunt & laudant, q deniq; per hoc laudis præconiũ præconij effectũ, id eſt, ſaluationem merebunt, nempe q audient vocem Chriſti: Venite benedicti patris mei, poſſidete paratũ vobis regnũ à conſtitutione mũdi. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare: nudus eram, & cooperuiſtis me, infirmus eram, & viſitaſtis me, &c. Quia vero ad Ieſu Chriſti gloriam, & in pauperes noĩe eius miſericordiã ſemꝑ debemus, ne ipſa quoq; à memoria noſtra excidat, & vt tenacius Chriſti hodierna die humilitas, manſuetudo, & voluntaria eius pro nobis mortis voluntas animiq; prõptitudo, ſimulq; eius victoria apud nos inhæreat. ¶ Sancta mater Eccleſia religioſe hunc diem habendũ inſtituit, quo Chriſti ad patiendũ Hieruſalem aduentum magna ratione cõmemorat, ſolenniq; pompa reprę ſentat, dum oliuaꝫ & palmaꝫ ramos benedicit, ac populis fideliũ circumgeſtandos, & à pueris ſternendos vnà cũ veſtimentis (prout vidiſtis) ante miſſaꝫ ſolennia deuote diſtribuit. Quo & nos paſſuro dño Ieſu Chriſto, piaꝫ inſtar turbaꝫ, vbi obuiam cũ plauſu proceſſerimus pœnaꝫ & doloꝫ ac mortis eius ſeriem pio corde audiamus, & mente indefeſſa teneamus. H

¶ Nec dubitabimus hæc exteriora opera, ſi mõ dei amore & in eius gloriam fece- I
1. Para. 5 rimus, deo optimo gratiſſima eſſe, q hodierna olim die iam piè & miſericorditer, tãq; gratanter Iudæoꝫ eadem exteriora opera ſuſcepit, q & gratum habuit, qđ vniuerſus quondam Iſrael deduxerit arcam fœderis dñi in iubilo, ſono buccinæ, & tubis, & cymbalis, & nablis, & cithaPſal 150. ris cõcrepans. Ipſeq; rex Dauid potẽtiſſimus & ſanctus ante arcam ſaltarit, & luſerit. Qui idẽ
vltimo. rex ſpiritu ſancto adflatus alibi hortat, vt dñm deum tubis, pſalterijs, citharis, tympanis, choris, chordis, organis, & cymbalis, hocq; genus muſices inſtrumentis ſyncero corde laudemus.

¶ Faceſſant igit procul, q ad diminuendũ diuinũ cultũ, religionemq; ipſam Chriſtianã obſcurandam citra oẽm rationem ſcripturæ ſublatũ iri cõtendunt omnia opera exteriora ad dei laudem maximè inſtituta, quũ vel ipſa ſemper, ſi rectè fuere animo facta, deus grata habuerit, quæ nec vnq̃ à deo, ne ſibi fierẽt, ꝓhibita legunt, quãuis aliàs hypocriſim circa ea damnarit. K

¶ Abſit igit eas in Chriſtianiſmo cęremonias abijciamus, quæ tam aperte populũ, præſertim indoctũ & rudem, vel eoꝫ quæ Chriſtus egit, vel quæ ad ſalutem eius, vel pietatẽ & deuotionem fouendam faciunt, à ſanctiſſimis olim, patribus ſunt inſtitutæ, & tanto tempore in tota vniuerſali eccleſia citra ſcandalum obſeruatæ. L

¶ Quas vero qui tam leuiter tamq; temerè pro libito & licentia, vel ſunt damnaturi, vel abiecturi, qd aliud moliunt q̃ quod veterem illam & Chriſtianam religionem vnà cũ toto diui- M
2. Para. 21 no cultu ſupprimant & abijciant, nouitatẽ quandam temerè incepturi. Id quod ne ab aliquo
2. Par. 26 fiat, ſerio & terribiliter dehortatur de Zoa Ochoziæ filio, & de Ozia quoq; rege hiſtoria, qua
4. Reg. 5 vterq; miſerè à deo tradit mulctatus, q̃d maioꝫ religionem aſpernatus, extrariã temerè eſt amplexatus. A cuius pœna nos in religiõe adhuc veteri ſtantes cuſtodiat, ille quẽ Iſraeliticus populus ramis palmaꝫ, & oliuaꝫ, & veſtimentis ſaluatorẽ aduenientẽ excepit, quẽ & ipſi ex veteri Chriſtianæ religionis inſtituto hodie iiſdem palmis, oliuis, & hoc genus alijs pro eius gloria ornamẽtis tam myſticè, q̃ re ipſa excipiemus, decantãtes vnanimiter, Oſianna filio Dauid, Benedictus q venit in nomine dñi &c. Caueamus aũt omni modo, ne tam miſericordem Chriſti ad nos aduentũ omni laude & laudũ pręconio excipere negligamus, alioqui audituri terribilem Ieſu Chriſti de Hieroſolymitanis futuris calamitatibus ꝓphetiã, qua hodierna die
Lucę 19. cuncta, vt deus, futura præſciens, vſus eſt. Nimiꝫ, q appropinquans, ciuitatẽ videns fleuit ſuꝑ eam, dicens. Quia ſi cognouiſſes & tu, & quidem in hac die tua, quę ad pacem tibi, nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo, & circundabunt te & coanguſtabunt te vndiq;, & ad terram proſternent te, & filios tuos, qui in te ſunt. Et non relinquetur in te lapis ſupra lapidem, eò quod non cognoueris tempus viſitationis tuæ. Videamus (inquam) ne & Chriſtus ſeruator noſter iuſte ad nos aliquando ſit dictu-
Mat. 23 rus, O Hieruſalem, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat
Lucæ 13 pullos ſuos ſub alas, & noluiſti, ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta.

FINIS.

¶ Homilia

Digitized by Google

¶HOMILIA XXXIIII. DE EO QVOD SCRIPTVM EST,
Pſalmo.110. Memoriam fecit mirabilium ſuorum, miſericors & miſerator
dominus, eſcam dedit timentibus ſe.

In ferijs cene Dominice.

A INDOLEO, fratres chariſſimi, ſupra ꝗ dici poteſt, quod audie-
rim eò nonnullos veſaniæ impietatiſq́; coactos, vt eũ perinde au-
deant, & impotentẽ arguere & mẽdacẽ, per quẽ (vt ſcribitur) facta Johan. 1.
ſunt oĩa, & ſine quo factũ eſt nihil. Cuius omnipotẽtia verbi cœlũ
& terra, & quicqd vtroq; cõtinetur, creata ſunt, apud quẽ (vt Euan Lucæ. 1.
geliſta ait) nõ eſt impoſſibile omne verbũ; quippe, cuius dicere, eſt
facere. Quandoquidẽ (propheta teſte) ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe Pſal. 148
mandauit, & creata ſunt. At quis, oro, eſt tantus? Ieſus Chriſtus, in-
quã, dei Opt. Max. eiuſdẽq́; patris omnipotentis filius vnigenitus,
idem ad omnia ſecundum diuinitatẽ cũ patre, qui & verus deus propter nos hoĩes homo fa-
ctus, idẽq́; deus verbo omnipotentiæ cũ in terris homo verſatus eſt, fecit, qđ nemo homo, vt Johan. 5
ſcriptura teſtatur, facere potuit: fecit itẽ quod natura obſtupuit, quoniã ipſa ſuas ſibi vires per
illũ vidit longiſſime ſuperari, qui (teſte Dauide) mirabilis ſolus mirabilia, ſolus ſupra naturã Pſalm. 71
fecit, naturæ leges plurimũ excedens. Hic eſt, inquam, ad quem dictum eſt apud Euangeliſtã
Rabbi ſcimus, quia à deo veniſti magiſter. Nemo enim poteſt hæc ſigna facere, quæ tu facis, Johan. 3
niſi fuerit deus cũ eo. Rectiſſime nimirũ & veriſſime dictum, ſiquidẽ ille vnus ſit idemq́; ſolus, Johan. 2
qui ſolo omnipotentiæ verbo ex aqua vinũ fecit, qui claudis greſſum, paralyticis ſoliditatem,
ſurdis auditum, mutis loquelam, leproſis mundam carnẽ & integram cutem, cæcis natis vi-
ſum, oppreſſis à dæmone liberam mentẽ & ſanam, mortuis vitam contulit, ac mirabilia hoc
genus tot ac tanta operatus eſt, vt ſi ea ſint cuncta libris complectenda, eos non poſſet, q ſcri- Johan. 21.
bendi eſſent, teſte Iohanne, mundus capere. Scripta tamen ex illis aliquot, vt credamus, quia
Ieſus eſt filius dei, natura quidẽ & potentia illi æqualis, & ſolus deniq; idemq́; vnus.

B ¶In cuius nomine (vt ait Petrus) homines fieri oportet ſaluos. Etenim quod is ſit ille, qui ex Actor. 4
dilectiõne à patre æterno propter nos in mundũ venit, ac natus eſt in hoc, vt veritati teſtimo
nium perhiberet, vt ei, q veritas eſt ipſa, crederemus, & credentes vitam haberemus, vt, in- Johan. 5
quã, eius verbo, quod (vt ſcriptura ait) veritas eſt, firmam fidem haberemus, haud ſecus atq; Johã. 14
illi, q verax viam dei in veritate docuit, & in cuius ore dolus & mendacium non eſt inuentum Johan. 18
& q à deo miſſus, dei vtiq; (q mentiri non poteſt) verba loquutus eſt. Cui q non credit, vitam Job. xvij
non videbit. Non autem credit, qui eius verbo non credit, verbo autẽ non credit, qui omni- 1. Petri. 2
potentiam illi aufert. Aufert autem, q minuit, vel natiuam illi vim ſignificati, vel retorquet Titum. 1.
vel inuertit, vel (vt Petrus ait) deprauat, literæ mortificanti, vt inquit Paulus, inhærẽs. Illius au Hebræ. 6
tem dei filij Ieſu Chriſti verbum eſt, quo in vltima ſua cum diſcipulis cœna duriſſimam & tur 2. Petr. 3
piſſimam crucis mortẽ paulopoſt pro nobis ſubiturus, panẽ accipiens, benedicens, frangẽſq́; 2. Cor. 3
dixit: Accipite & manducate, hoc eſt corpus meum, quo inquam verbo vere citraq; pietatis Matt. 26
dubium, ſuam nobis carnẽ dedit ad veſcendum, & ſanguinem ad potandum. Quod ſane ver- Marc. 14
bum, veritatis ipſiſſimæ verbum, & eius, qui verbo fecit, quod natura nequit, vſq; adeo verum Lucæ. 22
eſt, adeoq́; per Chriſtũ re ipſa olim futurum, vt vel contra impios regius ille vates ſpũ ſancto Johan. 6
adflatus, & in dñi noſtri mirabilibus perinde ſtupeſcens, dudũ antea de illo cibo proclamarit 1. Cor. 11.
& cecinerit: Memoriam fecit mirabilium ſuorũ clemens & miſericors dñs, eſcam dedit timen
tibus ſe. Quo ſane oraculo ad teſtificandã veritatẽ, veritatis veridicus ille vates certo futurũ
adeoq́; præſens eſſe prædixit, vt Chriſtus Ieſus clemens & miſericors dñs ſeipſum nobis ver-
bo ad manducandũ daturus eſſet, Accipite & manducate, hoc eſt corpus meum.

C ¶Hoc profecto verbũ eius eſt, q verbo ſecula aptauit, vt ex inuiſibilibus viſibilia, & ex nihilo Geneſ. 1.
aliquid, vtpote cœlũ & terra fierent. Hoc verbũ eſt eius, q (teſte Paulo) verbo virtutis ſuę om Hebr. 11.
nia portat. Eius, inquam, in trinitate hoc eſt verbũ, cuius fuit & illud: Fiat lux, & facta eſt lux. Hebræ. 1.
Eius hoc eſt verbũ, cuius fuit & illud, Fiat firmamentũ, & factũ eſt ita. Eius eſt hoc verbũ, cuius Geneſ. 1.
fuit & illud, Congregentur aquæ, q̃ ſub cœlo ſunt in locũ vnum & appareat arida, & factum
eſt ita. Eius eſt hoc verbũ, cuius fuit & illud ad ſurdũ, eundemq́; mutum, Effeta, id eſt, adape- Marc. 7
rire. Et ſtatim apertæ ſunt aures eius, & ſolutum eſt vinculum linguæ eius, & loquebatur re-
cte. Eius eſt hoc verbũ, cuius fuit & illud ad cæcum, Reſpice, & cæcus confeſtim vidit. Eius Lucæ. 8
eſt hoc verbum, cuius fuit & illud ad Centurionem, Vade, & ſicut credidiſti, fiat tibi. Et ſana- Matt. 8
tus eſt puer ex illa hora. Eius, inquam, eſt hoc verbũ, cuius fuit & illud ad paralyticũ, Tibi dico
ſurge, tolle grabatũ tuum, & vade in domum tuam. Et ſtatim ille ſurrexit, & ſublato grabato, Marci. 2
abijt inde coram omnibus. Eius eſt & hoc verbum, cuius fuit & illud ad leproſum, Volo, mun
dare, & confeſtim mũdata eſt lepra eius. Quid multis? cuius eſt hoc verbũ, qui (vt propheta Matt. 8
Pſal. 113

 dicit)

dicit)omnia quæcũq; voluit fecit. ¶Tu ergo,o miſer homo,hoc verbũ,hoc eſt corpus me- D
um(habito iam & tento in manu pane)credis eius fuiſſe,cuius fuere quæ ex ordine pauloan
te recenſui? Credo,inquis,& tu,inquam,credis deinde eius verbo eſſe vere facta,quæ inibi fa
cta eſſe perhibentur? Credo,inquis,& tu,inquam,non credis fieri ac eſſe verũ Chriſti corpus
verbo hoc,Hoc eſt corpus meum? Abſit tam incredulus deo ſis,Chriſto Ieſu,ipſiſſimæ veri-
tati repugnans. Verbo,inquam,veritatis quoquo modo reluctêris, cui ſcriptura contradicẽ
dum nolit. Cæterum inquis,Quomodo id credam? Fide,inquam,qua credimus omnipotẽ-
Hebr. 11. tem,qua etiam(vt Paulus ait)intelligimus aperta eſſe ſecula verbo dei,vt ex inuiſibilibus vi-
ſibilia fierent. Fidẽ,ſi vel ſynapis(vt Chriſtus inquit)habueris,non modo panem iam verbo
Lucæ 17 dei conſecratũ verum fieri Chriſti corpus habebis,ſed & ſi dixeris ratione exiſtente huic ar-
bori moro,eradicare & tranſplantare in mare,& obediet tibi. Et ſi dixeris huic monti, tranſi
hinc,& tranſibit,& nihil impoſſibile tibi erit. Quam vbi apoſtoli dæmoniũ electuri non ha-
Matt. 17 berent,illud eijcere nequierunt. Ea igitur pia & firma fide ad capienda diuinæ maieſtatis ope
ra opus eſt,quã nobis adaugeri à deo precemur,velut & apoſtoli precati ſunt,nec eius vel diſ-
Luc. xvij putationibus eſt vel argumentis experimentum à quopiam quærendum,quod q molitur,nõ
Marci 9. Euangelio credit,cui indubie credendũ eſt,vnde & hoc verbum,hoc eſt corpus meum, huc
adduximus. ¶Caueamus,inquam,fidei experimentũ quæramus,ne in nos non quadrẽt Ie-
Johan. 20 ſu Chriſti verba,Beati,dicentis,qui non viderunt & crediderunt. Adde fidem non eſſe,vbi ra E
tio capit,quũ(vt ſcribit Paulus)ipſa ſit argumentum rerum non apparentiũ. Qua de re aliàs
Hebr. 11. diffuſius. Eapropter ſemota eminus omni incredulitate pie credamus Chriſto domino no-
ſtro,q ipſa eſt veritas hoc veritatis verbo,Accipite & manducate,hoc eſt corpus meum. Et,
Hic calix eſt noui teſtamenti,bibite ex hoc,& plane verbo credamus, Chriſti corpus nobis
eſſe verum cibum & eius ſanguinem verum potum. Verbo,inquam,veritatis credamus,quo
Johan. 6 veritas Chriſtus apud Iohannẽ dicit,Caro mea vere eſt cibus & ſanguis meus vere eſt potus.
Qui manducat meam carnem,& bibit meum ſanguinem,habet vitam æternam,& ego reſu-
ſcitabo eum in nouiſſimo die. Huic,inquam,verbo,credas,ne inde à quopiam vel per quam-
libet argutam argutiam auoceris. ¶Sciſcitanti,cur tantum tribuas verbo, Hoc eſt corpus F
meum,vt virtute eius putas panem fieri corpus Chriſti? Reſponde,quoniam is dixit,q omni
potens vel breuiori verbo cœlũ & terram,& quæ in illis ſunt vniuerſa creauit, quemadmodũ
pauloante recenſuimus,cui vel tota catholica eccleſia pie à cœna domini vſq; ad hanc diem
per vniuerſum terrarũ orbem pie credidit. ¶At,inquis,ſunt qui me nolentem faciunt va- G
cillantem,q(vt mihi videtur)viri & ſancti,& ſapientes,hi deniq; altiloqui & ſpũ vtentes, in-
conuincibilibus pene argumentis negant iam demũ hoc verbo Chriſti, Hoc eſt corpus meũ
ex pane fieri corpus Chriſti,nec idipſum habere verbum.

¶Cui primum reſpondeo,Hanc rem,quam credimus,eſſe multo grauiorẽ,q̃ vt ipſa conie- H
cturis fulciatur,& rhetoricis coloribus impugnetur,nempe vbi diſpendio gloriæ Chriſti,&
animarum fallitur. ¶Deinceps reſpondeo non ilicò credendum ob id aliquid eſſe verũ, vel I
Pſal. 118 maxime verbo Chriſti tam aperto reluctante(quod in æternum eſt manſurum)quoniam ab
his effluat,qui vel ſancti,vel ſapientes,vel altiloqui,vel ſpirituales videntur,nõ quod deſpici-
am,qui eiuſmodi ſunt,ſed quia in dubio ſit, an eiuſmodi ſint. Nonne & Ieſus ſaluator noſter
futurorum vt deus omnium præſcius præmonuit fore,vt venirent in nomine ſuo multi,qui
Mat. 24 ſe eſſe Chriſtos dicerent,& multos ſeducerent. Verum ſi quis nobis diceret,Ecce hic eſt Chri
Marc. 13 ſtus,ecce illic,non credatis. Exurgent enim,inquit Pſeudochriſti,& pſeudoprophetæ,& da-
Lucæ 21 bunt ſigna & portenta ad ſeducendos,ſi fieri poteſt,etiam electos. Et Paulus quoq; tales alio
1. Tim. 4 in loco futuros adſerit. Id ſi nunc non verum redditur, neſcio quando aliàs magis verificari
poſſit,quum tam ad omnia huius temporis conditio Chriſti verbis iſtic quadret. Haud ſane
dubitamus,vel in hac re potiſſimum nobis tam ſalutari,ſæpe Satanam,qui mille artifex dici-
2. Cor. 11. tur,vt ait apoſtolus,in angelum lucis transfigurari,& quidem ea transfiguratione longe ali-
ud à fronte fingere,q̃ in receſſu prodere: A fronte ſua diabolica prætextu ſe veriſſima & ſan-
ctiſſima dicere & agere,in receſſu vero non niſi peſſima quæq; tradere. Id quod aliàs ſæpe, nu
per tamen in miſera illa populari ſeditione non ſine magno ſuperioris Germaniæ incommo
do experti ſumus,qua malignus ille ſpũs per ſeditioſos iſtos præcones initio ſe fingebat Euã
gelicæ veritati ac charitati,ſimulq; Chriſtianæ libertati adfuturum,ac pauperes idiotas one-
ribus leuaturum,qui tamen ex odio primum motus,ex humanis adfectibus priuatoq; ductus
commodo ,interim nihil niſi periuria,rapinas,homicidia,licentiam,inobedientiam,libidinẽ
crapulam,& plane omne illud meditabatur,quod adeo erat ab Euangelio alienum,vt eo nũc
Euãgelica veritas plus q̃ vnquam aliàs apud alios periclitetur. Qui & idem cacodæmon nũc
in Euchariſtia,re Euangelij multo maxima,nequiter per aliquos molitur,quos fuco ſuo dia-
bolico ſanctos quidem fingit,alioqui omnibus carnalibus deſiderijs deditos æque vt erant,
qui tempore Apoſtolorum pſeudoapoſtoli & ſubdoli operarij ſe in apoſtolos Chriſti tranſ-
figurabãt,

Digitized by Google

ſigurabant,ſigna etiam more apoſtolorum diabolico animo,Deo interim in probationē permittēte,falſo operantes,ceu Paulus ex animo conqueritur. Quales etiamnum fuere,qui & mi- 1. Cor.11.
raculis apparentibus tanquam prophetæ ſancti,aduerſus Moyſen virum ſanctum corā Pha- Actor. 8
raone decertabant,ſed merito iuxta factum exitu. Hinc nō omnes ſancti qui videntur, quales Exodi. 7
tamen,neſcio quid iudices,quum in pleriſque vita quam agunt,ſanctitati repugnet prorſus,& Matt. 7
fructus adeo belle ſuam ardorem ſignificet.
k ¶Sic nec ſapientes quidē omnes apud deum,qui nobiſcū ſunt ſapientes,verū(vt Paulus ait) Roma. 1.
ſtulti,quorū cor inſipiens ſuis cogitationibus obſcuratur,nimirū dominus nouit eorū cogi- 1. Cor. 3
tationes vanas,ideo ipſe eos in aſtutia eorū comprehendit,qui perdet per ſuam veram ſapiē- Pſalm 93
tiam,ſapientum huius mundi ſapientiam,& prouidentiam eorū reprobabit. Eſaie.29
L ¶Sic nec ilicò credendū ei,qui vel alte,vel eleganter,vel loquitur docte. Nam res non ideo
vera eſt,quoniā ab huiuſmodi homine docto quopiam proficiſcitur,ſed quia homo cādidus,
idemque verax protulerit. Sane Paulus ſcribit ſe non veniſſe ad docendū in ſublimitate ſermo- 1. Cor. 2.
nis aut ſapientiæ,nec in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis,q nec ea quæ à deo habe-
bat,loquutus eſt in doctis humanæ ſapientiæ verbis,ſed in doctrina ſpūs qui humilium eſt & Pſalm.18
paruulorū,quibus vel ſolis(vt ſcriptū eſt) ſapientia datur & intellectus. Quare, dic Paule: vt Iacobi. 4
fides,inquit,veſtra,nō ſit in ſapientia hominū,ſed in virtute dei,quæ verbo dei cōtinetur per 1. Petri.4
omnipotentiā ipſius. Hinc(vt idē ait)placuit deo per ſtultitiā prædicationis ſaluos facere cre
dentes,idque adeo vſque vt ſane non multos ſapientes & potētes,& nobiles ſecundum carnem
ſed quæ ſtulta ſunt mundi elegit deus,vt non glorietur omnis caro in conſpectu eius. Nonne 1. Cor. 1.
Petrus & Iohannes illiterati piſcatores: quos ideo Iudæi admirabantur, quia homines eſſent Actor. 4
ſine literis & idiotæ,at habuerunt,quo verā & piam ſcientiam plene ſunt edocti. Vides ergo
nihil facere ad negationem,corpus Chriſti non eſſe ſub ſpecie panis conſecrati,quoniā ple-
rique perinde atque ſancti & excellenter ſapientes & docti iam denique negant.
M ¶Quos etiā ne ſpiritū quidem ſanctū quo verbo tenus ſuperbiunt,illos habere facile pſua-
debis,quē vnitatis non diſſidij ſpiritū Apoſtolus nominat,qui in vinculo pacis continetur. Ephe. 4
Quàm vero hoſtes iſti impietatis & falſitatis ſint ſuſpecti,argumento eſt,quod non modo in-
ter ſe,ſed à ſibijpſis diſſideant,id quod ex multis eſſet liquido videre. Verūtamen tēpori par-
centes vnum aut alterum argumentum refutationis eorū adducemus,quibus reliqua deinde
oīa q̄ ſint vana & friuola,ne dicā īpia,vel puer intelliget,& itelliget plane veriſſimū eē,qd pro Pſal. 118
pheta dicit,Verbū domini in æternū manere. Et quod Chriſtus ait,Cœlū & terrā tranſitura, Mat. 24.
non etiam verba ſua. Id quod non dubitamus & dixiſſe de hoc verbo,Hoc eſt corpus meum, Marc.13.
N quia etiam eius eſt. ¶Id quod temere nōnulli fateri conati ſunt mendaciū,& non eſſe panē Luce . 21
virtute verbi corpus Chriſti,quoniam Chriſtus hoc verbo,hoc eſt corpus meū,ſuum corpus,
quo præſens in cœna erat,intellexerit,& quod vellet panem quem porrigebat diſcipulis,ſuū
eſſe corpus:verum quia vel grammatices primordia & ex præcedentibus & ſquentibus ver-
bis relationem ad panem,non ad viſibile tum Chriſti corpus dirigunt. Ideoque cauillatoria
iſtorum opinatio perinde atque domus in arena conſtructa funditus corruit,vel apud ipſos. Matt. 7
O ¶Quibus iam nuper collapſis venerunt alij non minus temerarij, dicentes, Chriſtum hoc
verbo non ſuum proprium corpus,ſed figuram corporis nobis reliquiſſe,ſui memoriam,vti
ſignum dumtaxat quoddam,atque hoc ipſum verbo,
P ¶Eſt,probari,quod aliquando pro denotat, ſignificat, repreſentat, figuratque accipi con-
ſueuit. Ah q̄ bella dialectice,& q̄ argutum cauillū, Eſt aliquando pro ſignificat capitur,ergo
ſemp. Modo etiā ſequeret,ſi dixeris deū eſſe oīpotentē,deū non vere dicas oīpotentē, qm
ſignificet dūtaxat omnipotentē. Sic quoque cū diceres coruū eſſe nigrum,ſequi & cygnū eſſe
nigrū,vl coruū nō eē nigrū,ſed rēpſentare nigrū. Itē,ſequeret,qd vbi Petrus dicit Chriſtū eē Matt.16
filium dei,adeoque Meſſiam in lege promiſſum,Chriſtum non fuiſſe(vt Iudæi nunc ab ijs ani-
mati,vt antea,impie gloriantur)verum Meſſiam & dei filium,ſed repreſentaſſe ſolummodo
quod abſit,ne cogitemus quidē. Quo ſane pacto iuxta iſtorū interpretationem tota ſcriptu-
ra,imò tota fides Chriſtiana cum omnibus ſuis articulis corrueret,id quod nunquam fiet.
Quare & horū opinionem dices merito falſiſſimam. Sumitur autem,eſt,pro ſignificat,quan-
do à natiuo ſuo ſignificatu in tranſlatitium transfertur,quod vel in parabolis,ſomnijſque expo
nendis,vel vbi qd obſcurius exponitur fieri ſolet,quorū neutrū hic fit,veluti aliàs ſcribitur. Se Geneſ.41
ptem boues pulchri,ſunt ſeptem anni vbertatis,ager eſt mundus,Chriſtus eſt vitis,vbi certo Matt.13
ſermonis proprietas expoſcit tropū in tranſlatione,q in hoc verbo,hoc eſt corpus meū, non Iohan.15
reperitur,quū,eſt,inibi ponitur in proprio ſignificatu,qd vel vnica clauſula conſequens,qd
Q pro vobis tradetur,ſole clarius demonſtrat. ¶Alij vero & ipſi videntes,q iſtis male ſua ceſ-
ſerit interpretatio non minus falſi,falſiſſimum addunt ſine vllo ſcripturæ teſtimonio, corpus
pro figura corporis accipi adfirmantes. Id qd nunq̄,vel apud Ethnicos rectæ linguæ autho-
res eſt lectū. Sileant igitur impij cū tanta abſurditate,vel apud fatuos.

Digitized by Google

¶Quibus & ipſis pudore confuſis, accedunt & alij non minus q̃ præcedentes ignaui, addentes, videri ſuperſtitionem eſſe & multis videri, vbi credimus panem eſſe Chriſti corpus. A quibus quæro, propterea Chriſtus non erat Chriſtus, quia ſuprà mare ambulans turbæ & diſcipulis phantaſma viſus ſit? Aut quod ob impietatem viſus ſit Iudæis dæmoniũ habere. Nõne dudum Chriſtus crucifixus Iudæis quidem ſcandalũ, & (vt dicit Paulus) gentibus fuit ſtultitia? Et propterea nos ſumus ſuperſtitioſi quod credimus dei filium carnem eſſe factũ & crucifixum, & reſurrexiſſe? Nequaq̃ eſt nobis pie credentibus, ſacramentum altaris ſuperſtitio quod aliquot eſt impijs, quoniam cor eorum ſit obcæcatum. R

Mat. 14 Marc. 6 Iohan. 8 1. Cor. 1.

¶Adoriuntur modo alij, ad quos demũ deuicti ex dictis perinde transfugæ, ceu ad anchoram confluunt dicentes, Non eſſe panis ſpecie carnẽ Chriſti, quandoquidẽ ea ſit inutilis & ridicula, quoniam Chriſtus ipſe dixerit, Carnem non prodeſſe quicquã, ſpiritũ vero eſſe, qui viuificet. Si igitur caro nihil proſit, certe non erit caro in ſacramento. Quibus puto vt Iudæis olim Chriſtus, inter cætera reſpondendum, erratis, neſcitis ſcripturas neq; virtutẽ dei. Credendum quippe eſt, carnem Chriſti virtute verbi ex pane fieri, quæ nimirum profuit, quia à peccatis nos redemit, quoniã in ara crucis pro mundi vita ſit data, quam proinde in fide edẽs, vitam habet æternam, teſte Chriſto, qui ipſa eſt veritas. Quod vero inibi dicitur, carnem nõ prodeſſe quicquam, intellige ſine fide manducanti, imò magis obeſt, ut Iudæ, quales erant Iudæi, qui & ipſi increduli, & virtutem dei non attendentes, arbitrabãtur carne veſcendũ qualis in cadauere dilaniaretur, aut in macello uenderetur, non quomodo ſpiritu vegetatur. Sic dicimus, ſcientiam inflare, vtpote ſine charitate, Aedificare vero cum charitate. Ita & hoc loco, Caro ſine ſpiritu, quæ eſt fides, nihil, cũ ſpiritu autem plurimũ per fidem prodeſt. Sic etenĩ & Chriſtus eo in loco, non modo qui caro ſua vere ſit manducanda, docet, ſed, & adiutores carnales, quia omnia ſecundũ carnem, id eſt ſenſualitatem intelligebant, carnis, id eſt, carnalis ruditatis, quæ per carnem in ſcripturis intelligitur, perinde vt incredulos arguit, in quo ſignificatu aliàs capitur. Spũs quidem promptus eſt, caro autem infirma. Sic aliàs: Caro & ſanguis non reuelauit tibi. Sic ſane carnem accipimus pro rudi illa ſenſualitate, & carnales, q carnales ſunt & ſenſuales, & ſine ratione rudes. S

Iohan. 6 Matt. 22 Iohan. 6 1. Cor. 2 Mat. 26 Marc. 14 Matt. 16

¶Quo modo ait apoſtolus, Qui ſecundũ carnem ſunt, quæ carnis ſunt ſapiunt: qui vero ſecundũ ſpiritum ſunt, quæ ſunt ſpiritus ſentiunt. Sic aliàs idem ad Corinthios adhuc rudes: Et ego fratres, inq̃t, non potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus. Nondum eñ poteratis, ſed ne nunc quidem poteſtis, adhuc eñ carnales eſtis. Animalis eñ homo non percipit quæ ſunt ſpiritus dei. Huiuſmodi fortaſſis homo carnalis fuit Nicodemus apud Chriſtum de homine renaſcendo diſſerens, cui nimirum caro primũ, id eſt, intellectus carnalis & rudis nihil profuit, donec ſpiritus virtute & Chriſti expoſitione intellexit. Tales quoq; ſunt, & quidem magis carnales, qui vtcunq; dei verbũ ſole clarius ante oculis vident, legunt'q; hodie, tamen credere & intelligere nolũt ſub panis ſpecie virtute verbi corpus Chriſti cõtineri. T

1. Cor. 2.3 Roma. 8 Iohan. 3

¶Cuiuſmodi ſunt, qui vel ideo panem eſſe Chriſti carnem negant, quoniam nũc paſſim in aliquot finitimis Germaniæ ſuperioris ciuitatibus impunes turpiſſime altaris ſacramentum tractant. Si eñ inquiunt tam eſſet ſanctum, tamq; venerabile euchariſtiæ ſacramentũ, vtpote verũ Chriſti corpus, nequaquam ſineret deus impunitos, q in id tam turpia ridicula agunt, vel maxime, quando olim Oza morte à domino repentina percuſſus fuerit, quoniam auſu temerario manus in arcam inieciſſet, quam ex officio illi contingere haud licuit. Quid ais? forte es inſipiens, de quo Dauid, q in corde ſuo dixit non eſſe deum, q̃a impij lætarentur? Et quare, obſecro, Chriſtus, q deus erat & homo, nõ e veſtigio pœna affecit Iudæos, q ipſum & alapis, & flagellis, verberibuſq; cædebant, & in cruce quidem in duriſſima paſſione verbis & factis ſubſannarũt? An q̃a tum non erat deus, q̃a patiens vt ouis obmutuit? Quare Pharaonem & huius magos non confeſtim mulctauit, q (vt tyranni olim in martyres) in ſuos, Moyſe vtcũq; diuina miracula faciente, plurimũ ſæuiebat? An q̃a Moyſes non erat ſanctus, aut deus non erat deus? Abſit hoc ſentiamus. V

2. Reg. 6 Psal. 13 Eſaie. 53 Exodi. 7

¶Sed ſcias deũ pro ſapientia & iuſtitia & miſericordia ſua ineloquibili, malis ſuam pœnam ad ſuũ tempus vel temporale vel æternale plerunq; reſeruare, & ad vindicandũ eſſe tardum, ſed ſupplicij tarditatem grauitate compenſare. Id quod in diluuio vniuerſali, id quod in ſubmerſo Pharaone, & in deſtructione Hieruſalem ſatis aperto & in alijs quoq; conſtat. Nõ eſt igitur vt peccator ſibi per impunitatem blandiatur, diuitias bonitatis (vt ait Apoſtolus) bonitatis eius & patientiæ & longanimitatis contemnens. Imò ſciat per huiuſmodi benignitatem dei, ſe vel ad pœnitentiam adduci, vel ſibi hic aut alibi maiorem pœnam futuram, q̃ aliàs ſecundum duritiam ſuam, & impœnitens cor theſaurizat ſibi iram in die iræ, & reuelatione iuſti iudicij dei, qui reddit vnicuiq; ſecundũ opera eius. vt ſacra vndiq; ſcriptura teſtatur. Cuius certe iudicium (quod in veritate eſt) eos affirmat Paulus manducaturos & bibituros, qui indigne bibũt, rei corporis atq; ſanguinis domini, in primis, qui corpus domini nõ dijudicãt X

Geneſ. 6 Lucæ. 19 Exodi. 10 Roma. 2 Matt. 16 Roma. 2 1. Cor. 11.

qui

Digitized by Google

Y qui ipſum nihil dicunt à pane materiali differre. ¶Magis itaq; Paulo doctiſſimo gentium
doctori credas ꝙ illis tam impie aduerſus Chriſti verbum colluctantibus, nec dubites de pœ
na in eos, qui vel male tractant Euchariſtiã, vel male de ea ſentiunt, quaſi impune id faciant.
Videbunt ſane ipſi in tẽpore, quamuis vel ideo ignorem, qui poſſint durius puniri, qui cũ Pha Exodi. 10
raone adeo ſunt contra fidem indurati, vt obcæcati plane ſint, in reprobũ ſenſum dati, ꝗ ini Roma. 1.
quitate repleti, neſciunt ob cæcitatem videre ꝙ peſſime omnia aduerſus veritatis verbũ agũt
& quidẽ contra hoc quoq; verbum Chriſti, Hoc eſt corpus meũ. Nolint velim iſti tam ſibi de
impunitate ſua blandiri, nec nos quaſi bene agerent male ſeduci, quod videmus eos non for
midare ſibi futura, quæ alibi miſere & miraculoſe cõtra religionẽ præliantes, authoribus ꝑ Mat. 24
Z conibus, facta ſunt. ¶Nimirũ ſimiles ſunt eorũ, qui (vt ait Euangelium) in diebus Noe ante Luce. 14
diluuium comedentes & bibentes, nubentes, & nuptui tradentes vſq; ad eũ diem, quo intra- 2. Petri. 2
uit Noe in arcam, & non cognouerunt, donec venit diluuiũ, & tulit omnes. Sic nimirũ agunt Genes. 6
qui nunc minus ſui erroris memores ſua agunt, quaſi deus nec videat nec puniat, donec repẽ
tinum veniat à deo ſuppliciũ, nec eſt quod alio miraculo moueantur, quando nec Moyſi nec Luce. 16
prophetis, nec Chriſto in ſcripturis credunt ad morem fratꝝ in Euangelio diuitis.
& ¶Vos itaq; illorũ diſſimiles credite verbo, Hoc eſt corpus meum, quod vobis ſit cõtra om-
nia omnium argumenta, quæ vel quamlibet fortia (qualia iſti iactitant) vidiſtis eſſe prorſus
vana, friuola, planeq; falſa: vnde facile colligetis ꝙ nulla ſint, quæ adducunt reliqua, quũ, quæ
audiſtis maxima iudicent, vnde pendeant, alia perinde leuiora. Nos, inquam, firma fide cre-
dentes, verbo credamus, nos ſub ſpecie panis conſecrati verbo veram Chriſti carnem & ſan-
guinem verũ ſumere. Et interrogati ab alijs quare id fiat? Reſpondeamus, quia verbum dicit Nume. 22
hoc, quo omnia ſunt facta, & quod ne Balaam propheta (vt ſcribitur) vel in minimo immu-
tare potuit, deo prohibente, quod ne iſti immutabunt, ſiquidem in æternũ manſurum, & cœ Psal. 118
lum citius, ac terram tranſitura ꝙ ipſum prætereat. Præterea nec eſt, vt æquo ſolicitiores plu Mat. 24
ra de hoc venerabiliſſimo euchariſtiæ ſacramento inueſtigemus, de quo Apoſtolus tam cir- Marc. 13
cũciſe ſcribit, vtiq; quaſi veritus, nequid de tanto myſterio ſecus diceret ꝙ oporteat, nunc au- 1. Cor. 11
tem nõnulli nihil nõ vel peſſimũ ſcribunt, obloquuntur, aguntq;, in dubiũ vel ideo vertentes
à quibus, quo tempore, quo cultu, quo ritu, ꝗbus verbis conſecrari ſoleat panis ille myſticus,
ac ſacroſanctum dñici ſanguinis poculũ, quia Apoſtolus de ijs nihil ſcriptum reliquerit. Nos
certe nequaꝗ dubitamus, verũ hactenus à tempore Apoſtolorũ in eccleſia horũ omnium &
rectum fuiſſe conſecrandi vſum, & vel ideo ab Apoſtolis (qui ipſum à Chriſto hauddubie di-
dicerunt) literis non eſſe traditum, ne diuulgatis multitudine libris, rei tam ſacroſanctæ vſus
apud aliquot peruerſos (vt nunc prohdolor fit) verteretur, viſum vtiq; (quoniam pauci tunc
eſſent, qui erat conſecrandi facultas) magis cõducere, vt tam ſanctæ rei vſus viua voce, & qua-
ſi ſingulare quoddam myſterium de vno ad alium ex officio idoneum quaſi per manus ſine
ſcriptis deuolueretur, qui tandem increſcente conſecrantium multitudine, ſcriptis cum rati-
one commendatus eſt, quem aliqui (vt cætera vel quamlibet ſancta) nunc temere improbãt,
ſed viderint ipſi. Quæ autem pio homini de eo auguſtiſſimo Euchariſtiæ ſacramento ſunt
ſcienda, facile deo docẽte, ex hoc Dauidis oraculo, quo vice thematis vſi ſumus, oſtẽdemus.
A ¶Memoriam fecit mirabiliũ ſuorũ miſericors & miſerator dominus, eſcam dedit timen- Psal. 110
tibus ſe. Sancte nimirũ & breuiter propheta regius idemq; ſancto ſpiritu adflatus, totũ, quod
Chriſtiano homini de Euchariſtiæ ſacramento credere oportet, concinuit. Cuius quidẽ in-
ſtitutorem innuit, Chriſtum dominum, quando inquit, miſericors & miſerator dominus, de-
dit ſeipſum eſcam. Nimirũ Chriſtus Ieſus ne nos tanquam orphanos hinc ad mortem tranſi-
turus ſine ſe relinqueret, & ipſe nõ modo per gratiam & omnipotentiam ſuam nobiſcum (vt Matt. 28
aliàs dixi) ſed & corporaliter in ſacramento vſq; ad conſummationẽ ſeculi eſſet, ac vt poſt ſuũ
diſceſſum haberemus pignus ſui erga nos amoris ſimulq; monimentum, miſertus noſtri inſti-
tuit hunc auguſtum & ſuperuenerandum Euchariſtiæ ritum, ſeipſum eſcam. ſ. vitæ æternæ
ſpiritus vtpote & animæ, inquiens, deſiderio deſideraui hoc paſcha mãducare vobiſcum an- Matt. 26
tequam patiar. Et accepto pane, gratias egit & fregit, benedicens, dedit eis dicens, Accipite Marc. 14
& manducate, hoc eſt corpus meum, ꝗd pro vobis datur. Vides ergo clare (ꝗd & Paulus teſta Luce. 22
tur) ipſum ſub panis ſpecie illud ipſum corpus ſuũ diſcipulis dediſſe, ꝗd paulopoſt erat cruci- 1. Cor. 11.
figendum. Similiter & calicem poſtꝗ cœnauit dicens, Bibite ex hoc omnes, hic calix nouum
teſtamentũ in ſanguine meo, ꝗ pro vobis effundetur. Quibus, inquam, dedit? Euangelium
ait diſcipulis cœnantibus. Dauid in ſpiritu inquit dedit timentibus ſe, qui timent ipſum. Qui
reuerentia timoreq; pleni per humilitatem, ſuorum peccatorum cõfeſſi, ac apud ſe memores
ꝙ ſanctum ſit & terribile nomẽ eius (quia ſanctus ſanctorum & omni maieſtate & reuerẽtia Dani. 9
plenus, in cuius nomine omne genu flectitur) ad quem ſint acceſſuri, & quem ſunt ſumpturi, Philip. 2
diiudicantes ꝙ longe diſtet hic cibus, qui Chriſtus eſt, ab alijs cibis, cum Centurione humili-
ter vt indigni acclamant, Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectũ meũ, ſed tantum dic Matt. 8

Digitized by Google

verbo ſanabitur anima mea. Illis nimirū ita timentibus, Chriſtus ſeipſum dedit eſcam in ſalu-
1. Cor. 11. tem & vitam æternā. Cæteri vero (inquit Paulus) non conſiderantes quāto cū tremore ſumē-
dum ſit corpus domini, nec ſeipſos, antequā accedunt, probantes, iudicij pœnas ob propha-
natum myſteriū dabunt, veluti qui tunc irreuerenter ſuſceperant, partim male valebant, par-
tim infirmabantur, partim moriebantur: nimirū eo pacto ob indignam acceptionē corpo-
ris Chriſti perinde tēporaliter à domino caſtigati, ne in æternū cū mundo damnarentur. Vn
de certiſſimū argumentū habes ſub ſacramento Euchariſtiæ longe aliud q̄ panem eſſe: ſiqui-
dem verū Chriſti corpus, cuius rei alioqui nō eſſent æterni iudicij, qui tanto timore nō ſume-
Pſal. 110 rent. Quare dedit? reſpondet propheta, in memoriā, id eſt, monumentum ſuorū mirabiliū.
Sane Chriſtus Ieſus noſtri miſertus, paſſionis ſuæ tēpore redemptionem (vt ait Dauides) po
pulo ſuo, id eſt, in ſe credituris ab æterna morte tranſſumpſit, & tunc in perpetuū memoriale
ac monumentū & recordationem ſaluifici tranſitus, & immolationis ſuæ & redemptionis &
admirandorum, quæ pro nobis geſſit, operū ijs, qui eū in timore venerantur, amant, coluntq́;
hoc ſacramentū ſacroſanctum & auguſtiſſimū inſtituit, ac fieri in ſui memoriam mortiſq́; ſuę
annuntiationem cū laude & gratiarum actione (vnde etiam hoc ſacramentum dici cœptum
eſt Euchariſtia) præcepit. Et ſane quod Chriſtus ait, in ſui memoriam à nobis fieri David di-
cit, in memorabilium ſuorū memoriam, id quod plane idem ſibi vult. Quandoquidē Chriſti
mirabilia apud nos deuotius commemorantes non poſſumus non Chriſti eſſe memores, quo-
Mat. 11. niam ipſa vel ſola Chriſtum, verum Meſſiam arguunt. Id quod vel ipſe Chriſtus ſe verū eſſe
Lucæ. 7 Chriſtū oſtenſurus oſtendit, ad Iohannis Baptiſtæ diſcipulos, qui ad Chriſtum miſſi erant, vt
reſcirent, an ipſe eſſet ille Meſſias, qui eſſet venturus, reſpondet, Euntes, renuntiate Iohanni,
quæ audiſtis & vidiſtis, q͂a cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundātur, ſurdi audiūt, mor
tui reſurgunt, pauperes euangelizant, & beatus eſt, quicūq; nō fuerit in me ſcandalizatus. His
ſane verbis recenſione miraculorū, quæ nemo, niſi verus Meſſias facere potuit, & non alia no
menclatura Chriſtus ſe eſſe Chriſtū demonſtrauit. Recte igitur propheta vaticinatus eſt, mi-
ſericordē & miſeratorem dominū ſe dediſſe eſcam timentibus ſe in memoriam ſuorum mira
bilium, quæ vniuerſa vnà cum illius duriſſima & voluntaria pro nobis paſſione, & in crucis
immolatione in hoc ſacroſancto ſacramento cōmemorantur. Faxit idem Chriſtus, qui vere
ſub ſpecie panis continetur, ſui digni efficiamur, iudicium effugituri.

¶HOMILIA XXXV. DE EO QVOD SCRIPTVM EST.
Iohan. 13. Quū dilexiſſet ſuos, qui erāt in mundo, in finē dilexit eos, &c.

In ferijs cene Dominice.

SOLENT, qui ſunt aliò diſceſſuri, & qui peregre proficiſcuntur, A
cum eis quos ex animo diligunt, tum demum & finaliter in charita
te non ficta conuiuare, inibiq́; quæ eximie ſunt familiaritatis & ami
2. Cor. 6 citiæ loqui & agere, deindeq́; diſcedentes eiſdem, quos vere ſynce-
riterq́; amant, munus aliquod, quod chariſſimū habent, donare, vt
ipſum ſit mutui ac veri amoris tam teſtificatio q̄ frequens memo-
Gene. 24 ria. Sic ſeruus ille Abrahami, ſanctus, idemq́; benedictus diſceſſurus
poſt habitum conuiuium fratribus & matri Rebeccæ dona obtu-
liſſe, deindeq́; domum perrexiſſe traditur: Nimirum, ſuæ in illos cha
ritatis atq; memoriæ teſtimonium & ſignum. Ita ſane & Chriſtus
dominus, Euāgeliſta teſte, ante diem feſtū paſchæ, ſiue, vt Græcè habetur. πρὸ τῆς ἑορτῆς τοῦ
πάσχα, Ante feſtiuitatem autem paſchæ, id eſt, nocte præcedente lucem celebritatis paſcha-
Hebr. 6 lis, ſciens, quem nihil latuit: ſciens, inquam, ab æterno, quod venit eius hora. ſ. paſſionis. ſ. in
die paraſceues ſequenti: ſiquidem in nocte paraſceues manducauerit dominus agnum paſcha
Mat. 26 lem cū diſcipulis ſuis. Sciens, inquam, quia venit hora eius, vt tranſeat ex hoc mundo ad patrē
Mar. 14 & . ſ. ſibi inſtaret nouum paſcha, id eſt, nouus tranſitus, vtpote de paſſione ad crucem, de vita
Lucæ. 12 ad mortem, de morte per reſurrectionem ad vitam deniq; ſecundam, eandemq́; glorioſam,
quum dilexiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Quam vero ille dilexerit ſuos
. ſ. diſcipulos in mundo exiſtentes. (Sui em̄ quoq; erāt defuncti, Abraham, Iſaac, Iacob, hocq́;
genus alij ſancti, ſed tum, quia mortui, in mundo non erant) paſſim ex Euangelio conſtat.
Quod autem eoſdem in finem vſq; dilexerit, inde patet, quod ipſe eos relicturus, maiorem eis
demonſtrauit amorem, nihil eorū derelinquens, quæ eum qui valde ex animoq́; amat, decet
facere, neq; hoc ſolū à principio ſtatim fecit, ſed maiora poſtea adiecit, vt eorū augeat fami-
liaritatem, & multam eis præparet conſolationē, ad ea, quæ ſuperuentura erant. ¶Eius au- B
tē amoris argumenta fuere. ¶Primo, quod diſceſſurus vltimo, vt veri amici faciūt, cū eis cœ- C
Exod. 12 natus eſt agnū, more Iudaico paſchalē. Ait em̄ Lucas. Et cū facta eſſet hora, diſcubuit, & duo
Lucæ. 22 decim

Digitized by Google

decim Apoſtoli cum eo. Et ait illis: Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum anteq̃ patiar. Dico eñ vobis, q̃a ex hoc non manducabo illud, donec impleat̃ in regno dei. O amantiſſima & plena charitatis verba. Quid eñ hoc eſt aliud dicere, q̃ vltima mihi vobiſcũ eſt cœna. Propter q̃d & amabilis eſt mihi, inſtat eñ crux & paſſio mea multis ad ſalutẽ quam ſitio, futura? Sanè ipe dñs deſiderauit primo typicũ paſcha cũ diſcipulis mãducare, & ſic paſſionis ſuæ mũdo myſteria declarare, & q̃a ſciebat cõem ſalutẽ omniũ, tradere deſiderabat myſteriũ, q̃d non Iudæis & in Hier̃lm ſolũ, ſed toti mũdo ac vbiq; cõpeteret, inquiẽs & ſubdẽs: Dico eñ vobis &c. Quo q̃dem verbo arguit ſe legalis paſchæ approbatorẽ, & hoc ad ſuæ diſpẽſationis figuram docendo pertimuiſſe, vetare ideoq; idipm̃ vltra in figura carnaliter exhiberi. Siqdem ait Apoſtolus: Hæc omnia in figuram contingebant illis. 1. Cor. 10

D ¶ Secũdo, q̃d ille non mõ cũ ſuis vltimo cœnarit, ſed & eoꝝ pedes lauarit, ſuam inibi nõ mõ magnã charitatẽ, ſed & excellentẽ humilitatẽ oſtẽdens, re ipa ꝓbans, q̃d verbo docuerat, vtpote filiũ hoĩs nõ veniſſe, vt illi adminiſtraret̃, ſed vt ipe miniſtraret. Surgit (ait Iohãnes) à cœna & ponit veſtimẽta ſua, & cũ accepiſſet lintheũ, ꝓcinxit ſe. Deinde miſit aquã in peluim, & cœpit lauare pedes diſcipuloꝝ, & extergere lintheo, q̃ erat ꝓcinctus. O mira & inaudita humilitas, q̃d q̃ rex eſt regũ, dñs dominantiũ idemq; æterni dei filius in hoc ineffabilis humilitatis ſigno, hoĩs fit miniſter ac ſeruus humillimus. Quàm ergo piè & verè tantã filij dei celſitudinẽ ſimulq; humilitatẽ cõſiderauit Petrus, dicẽs: Dñe, tu mihi lauas pedes? Et iteꝝ: Nõ lauabis mihi pedes in æternũ. Siqdem ex conſideratõe diuinitatis & maieſtatis Chriſti territus & ſtupefactus. Q. d. Petrus. Non decet, nõ cõuenit, quũ tu ſis dñs, ego ſeruus, tu deus, ego homo, tu creator, ego creatura, q̃d tu mihi miſero, pauperrimo, humillimo piſcatori laues pedes ſordidos, & infimũ in corpe membrũ tuis manibus tangas, q̃bus cæcis oculos aperuiſti, leproſos mũdaſti, mortuoſq; ſuſcitaſti. Nec ſanè decet, mi dñe & magiſter, q̃d tu lauando pedes meos, ante me miſeꝝ hoĩem & pctõrem corrueris, q̃ deus es deoꝝ, rex angeloꝝ, filius altiſſimi, ſpeculũ ſine macula maieſtatis dei. Tu (inquam) quẽ adorant angeli & tremũt cœli cœloꝝ adeoq; ipſæ poteſtates, ante quẽ cõcidit om̃is cœleſtis hierarchia, ante quẽ curuant̃, q̃ portant orbem. Tu (inquam) dñe ante me flecteris, ante quẽ flectet̃ omne genus cœleſtiũ, terreſtriũ, & infernoꝝ? Matt. 20 Mar. 10 Apoca. 19 1. Timo. 6 Mat. 11 Luc. 7. Sap. 7 Apoca. 19

E ¶ Ah Petre, Petre, q̃d agis? Piè haud dubiè ſed indiſcretè loqueris, ignorans diſcipulũ nõ debere indiſcretè loq̃ de facto ſui ſuperioris, cuius nondũ nouit cauſam & rõnem. Non eñ errat magiſter ille tuus, in q̃ oẽs ſunt theſauri ſapiæ & ſciæ, q̃ omnia bene fecit, q̃ vita, via eſt, & veritas, ſed ſua humilitate nos docet veram ipam humilitatẽ, quæ eſt, vt nos q̃ alijs volumus eẽ dignitate & officio maiores, nos agnoſcamus, nõ ſimus ſupbi, ſed cæteris humiliores, Iuxta ſcripturã dicentẽ: Quanto gradu es altior, tãto ſis humilior. Hinc ipe ait: Exemplũ dedi vobis, vt queadmodũ ego feci, ita & vos faciatis &c. ſ. vt q̃cũq; voluerit inter vos maior fieri, ſit veſter miniſter. Et q̃ voluerit inter vos primus eẽ, erit veſter ſeruus. Sic filius hoĩs venit, nõ miniſtrari ſed miniſtrare. Atq; vtinã illũ ſequerent̃ oẽs, q̃ officio cæteris ꝑeſſe cõtendũt. Sed heu video tñ adhuc poſt tantã Chri humilitatẽ, ꝑq̃ plurimos vicarios & ſucceſſores Chri, cũ Lucifero ſupbire, q̃ Chro celſitudine potius q̃ vitę humilitate ac virtute eẽ pares malũt. Hæc itaq; mirabilis & humilis pedũ lotio ſcd̃m fuit argumentũ, q̃ Chrus ſuã in ſuos charitatem teſtatus eſt. Eſai. 6 Dani. 7 Phil. 2 Col. 2 Mar. 9 Iohan. 14 Eccl. 3 Mat. 20 Mar. 10 Eſa. 14

F ¶ Tertio & poſtremo, q̃d poſt factam cœnã & pedũ lotionẽ, hoc q̃d chariſſimũ habuit, ſuis paulopoſt hinc ad patrẽ iturus. ſ. Corpus ſuũ ſanctiſſimũ pro cibo & viatico tradidit manducandum. Accepto enim (aiunt vnanimiter Euangeliſtæ) pane, gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicens: Accipite & manducate, hoc eſt corpus meũ, q̃d ꝓ vobis tradet̃, hoc facite in meã cõmemorationẽ &c. Sanè arguens hoc ipm̃ ſuũ corpus, quod ſe antea datuꝝ promiſerat, in ſignũ ſui erga ſuos amoris, & in ſuæ paſſionis memoriam tradere, Apoſtolo hortante & ſcribente. Hoc facite (ait Dominus) quotienſcunq; bibetis in meam commemorationem. Quotienſcunq; enim manducabitis panem hunc & calicem bibetis, mortem domini annuntiabitis, donec veniat. Etenim Chriſtus (inquit Chryſoſtomus) hoc fecit, ducens nos ad maius amicitiæ fœdus, ſuamq; charitatem declarans erga nos, præſtans ſe non ſolum videri deſiderantibus, ſed & palpari, & comedi, & amplecti, & totũ adfectum expleri. Mat. 26 Mar. 14 Lucæ. 22 Iohan. 6 1. Cor. 11

G ¶ Is nimiꝝ & tãtus ẽ veri ſpõſi & mariti in ſpõſam & cõiugẽ ſuã affectus, vt ſi ab ea ſit diſceſſurus, xeniũ q̃ddã meditãs, ſi fieri poſſet, ſeipm̃ in ipo xenio relinq̃ret. Nã & principes, q̃ curant imagines efficaciſſimè ſui repſentatrices depingi vel donãdas vel mittẽdas amicis, eadẽ facilitate, ſi pſtari p eos poſſet, ſeipos donarẽt ſub imaginibus illis. Animus certè pſtãdi iſtud nõ deeſt, tãetſi potẽtia & arte careãt, q̃ minus illud valeãt exequi. Cæteꝝ, q̃a Chrus ſuæ ẽ eccleſię dilectæ tã charus & beneuolus ſpõſus vt ꝓ ea nõ recuſarit corpus ſuũ oĩbus ęrũnis & cruciatibus mortis exponere, pariter & vniuerſum ſanguinẽ effundere, cur alienũ ab huius amoris immẽſitate putari debet, vt nobis eadẽ tribuat in memoriam ſui? Vt & ipe de ſe, & Paulus de ipo teſtat̃: maxĩe q̃d illi potẽtia nõ defuerit q̃ & ĩperio ſuo cũcta fecit ex nihilo, q̃ & verbo virtutis ſuę oĩa portat, cuius etiã verbo p fidẽ intelligimus aptata eẽ ſecula, vt ex inuiſibilibus viſibilia fierẽt. Cant. 4 Iohan. 3 Apoca. 1 Ma. xxvij Mar. 15 Lucæ. 23. Iohan. 19 Gene. 1 Heb. 1. 11

Digitized by Google

1. Cor. 1 Neq; illi demũ defuit ſapientia, qua tam commodè præſtet hoc ipſum, vt & citra quãuis iniuriã
Mar. 16 ſui corporis, & citra crudelitatem & horrorem ędentiũ, ſuam carnẽ nobis ędendã impendat.
Actor. 1 ¶ Si enim nobis adeóq; ſuis omnibus corpus ſuũ in ea ſpecie, qua nũc reſidet ad patris de- H
xtram in ſumma gloria dediſſet, qs ferre poſſet fulgorẽ tantæ maieſtatis? Vel ſi dediſſet in mor
talis cuiuſdam hominis effigie, qs tam crudelis eſt, vt dentibus carnẽ tam prętioſam lacerans
tantã iniuriã Chriſto faceret? Si deniq; portiũculam aliquã carnis crudæ nobis exhibuiſſet, qs
Sap. 9 nõ abhorreret, ſub eo ſimulachro cibũ eiuſmodi manducare? Modũ igit aliũ excogitauit ſum
ma illa dei ſapientia, quo nobis ſuam carnẽ donaret ędendã in ſui memoriam. Nimirũ impaſſi
Roma. 11 bilem & ſub ſpecie panis, ita vt nec ipſe vllam pateret iniuriam, neq; nos horrorem aliquem ex
ipſius eſu caperemus. Imò cũ Paulo exclamaremus: O altitudo diuitiarũ ſapientiæ & ſciæ dei.
Conſentaneũ igit fuit tam ardenti, tam potenti, tam ſapienti amatori & ſponſo, vt cũ per cor
Mar. vlt. poralem præſentiam eſſet à chariſſima ſua ſponſa, ſcilicet Eccleſia diſceſſurus, ſeipſum in monu
mento quoddam relinqueret in cibũ, ſpiritualiter nutrientem & interim integrè manentẽ. Vti ſol
ſe omnibus exhibet & infundit, omniáq; penetrat, & nutrit, interim in ſuo eſſe perſeuerans, ni-
hilo minor neq; maior quàm antea. Pauperculũ ſanè munuſculũ fuiſſet, & prorſus indignũ tanto
Mat. 20. principe & ſponſo, pro monumento ſui, fruſtulũ donaſſe panis, vel figurã quandam, & nudam
Mar. 14 repræſentationem ſui tribuiſſe. Id quod ipſe multo aliter ſuis arguit verbis, quæ nunquã ſunt tranſi-
Luc. 22 tura, inquiens: Accipite, & manducate, hoc eſt corpus meum. Nec eſt, niſi plane impius, qui ne
get verũ Chriſti corpus poſt tam potens verbũ ſub ſpecie panis contineri. Sanè panis ante cõ-
ſecrationẽ, panis eſt communis. Sed vbi verbo Chriſti conſecrat, myſterio fit & dicit corpus
Chri veꝝ, nõ typicũ, non myſticũ, nõ figurale. ¶ Nec dubites (ait Cyrillus) an hoc veꝝ ſit I
eo coram palámq; ſine tropo aliquid dicente: Hoc eſt corpus meũ. Sed potius ſuſcipe verba ſalua
Johan. 14 toris in fide. Cum enim ipſe ſit veritas, non mentit, in eo præſertim, quod ipſe facere debuit, ab
eóq; fieri oportuit, vt non obſcurè perpulchra euangeliſtarũ in ſcribẽdo ſeries huius facti ſal-
uatoris arguit, nequaquã inſinuans, hic ſolũmodo eſſe ſimplicem panem, ſed quidem longè ma
ius, vtpote nouũ & veꝝ, non vetus & figurale paſcha. Anteq̃ enim nouũ incipit paſcha domi
Matt. 5 nus, ſuũ corpus deinde traditurus. ¶ Primo, Cum diſcipulis cœnat, qua in cœna ipſe domi K
Luc. 22 nus legis obſeruator nõ ſolutor, vetus celebrat paſcha, agnũ accipiens typicũ, vtpote figuram
Johã. 1 quandam corporis Chriſti argumẽto, quod inibi figura finiret, & veritas ſequeret, & pro legali
agno, ſubſequẽs eſſet verus ille agnus innocens & immaculatus, quandoquidem ipſe Dominus
finitis paſchæ veteris ſolennijs, tranſiturus erat ad nouũ paſcha, quod in ſuæ redemptiõis memo-
Gene. 17 riam Eccleſiam frequẽtare deſiderabat, pro carne agni & ſanguine, ſuæ carnis ſanguinisq; ſacra-
Pſal. 109. mentũ in panis ac vini figura ſubſtituens, Sacerdos in æternũ factus ſecundum ordinem Melchiſe-
Heb. 7 dech, & ita quidem, vt tum deinde agnus typicus locum nõ haberet, ſed verus ipſe agnus, ſcilicet
1. Cor. 5. Chriſtus noſtrum eſſet paſcha, Apoſtolo dicente: Etenim paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus.
¶ Secũdo, ante nouũ paſcha atq; ſui corporis traditionẽ, ſuis diſcipulis ſumma humilitate L
lauit pedes, docens & ſignificans, quàm eſſet ſanctũ paſcha Euchariſtiæ, quod ipſe paulopoſt erat
traditurus: nempe ante cuius ſuſceptionẽ & comeſtionẽ opus eſſet lotione pedũ, id eſt, ſpiri-
tuali mundatiõe omniũ adfectuũ, qui per pedes deſignant. Siquidem ſuſcepturus tam ſacroſanctũ
Euchariſtiæ ſacramentum, debet omnes ſuos ſenſus & adfectus ab omni peccato mũdare, vt
1. Cor. 11 idipſum digne ſuſcipere ad vitam (puto æternam) poſſit. Et hoc eſt, quod Paulus ait: Probet autẽ
1. Reg. 12 ſeipſum homo & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Nec mirũ, quũ Abimelech olim ex con-
ſtituto noluerit, neq; Dauidi perſecutionẽ Saul fugienti, nec eius famulis impartiri panẽ propoſi
Johan. 6. tiõis & ſanctificatũ, vtpote typũ panis huius ſanctiſſimi & viui, de cœlo deſcendẽtis, niſi eẽnt
mundi, & maximè à mulieribus nõ coinquinati. Quãto magis opus eſt mũditia cordis in eſu
corporis Chriſti veri, agni paſchalis ſanctiſſimi, cuiuſmodi ſe daturum planè dominus arguit
tam ſolicita pedum lotione, vt puriores eſſent diſcipuli ſui ad eſum tanti ſacramenti.
¶ Adde quod & promiſerit ille, ſe magno deſiderio deſideraſſe nouũ iſtud paſcha, in quo verus ipſe M
agnus cõtinebat, vnà cum diſcipulis mãducare. Id quod ante typicũ agnũ in cœna nequaquã fecit.
¶ Abſit igit fratres chariſſimi, abſit, audientes hodie Chriſtũ dicere: Accipite & manducate N
Johan. 6 hoc eſt corpus meũ, Vel caro mea vere eſt cibus. Cũ perfidis Iudæis dicamus: Quomodo poteſt hic
ſuam nobis carnẽ dare ad manducandũ? Durus eſt hic ſermo, & qs poteſt eũ audire? Nauſeat
nobis ſuper cibo iſto. At potius in fide ſtemus, Chriſti potentiſſimi & veraciſſimi credẽtes ver-
bo: Caro mea verè eſt cibus. Hoc eſt corpus meũ. Et dicamus cũ diſcipulis manentibus. Dñe,
ad quẽ ibimus, verba vitæ æternæ habes? Sinamus nobis cũ Petro lauari pedes per Chriſtũ, cõ
feſſione & contritiõe peccatorũ humillima, ne indignè tantũ ſacramentũ ſuſcipiamus, memo-
1. Cor. 11 res horrendi verbi ipſius Apoſtoli: Quicũq; manducauerit panẽ, & biberit calicẽ domini in-
dignè, reus erit corporis & ſanguinis domini, & ſibi iudiciũ manducat, vtpote indignũ ſe fa-
ciens tam pretioſo munere, quo ſuum Chriſtus erga nos amorem planè oſtendit, quo ſuos in
finem vſq; dilexit.

Homilia

Digitized by Google

HOMILIA TRICESIMA SEXTA DE EO quod præfari poteſt in ſacroſanctam Ieſu Chriſti paſſionem.

In ferijs dominice paraſceues.

A HODIE FRATRES IN DOMINO CHARISSIMI,
dies eſt illa toto terrarū orbe decantatiſſima, qua pro nobis & ꝓpter
peccata noſtra dominus noſter Ieſus Chriſtus, idemq́ʒ ſaluator no- Eſa. 53
ſter paſſus eſt innocētiſſimè citra aliquam ſuā culpā, quam prorſus Sap. 2
nullam habuit, mortem longè & amariſſimā & turpiſſimam, vt po- 1. Pe. 2
te mortem crucis, quę tam fuit olim ignominioſa, vt maledictus pla Deut. 21
ne haberet, qui in ligno penderet. Quia igit̃ Chriſtus ipſe pro nobis Gala. 3
vt Paulus ſcribit, factus eſt maledictum, vt nos de maledictiōe, cuius
obnoxij eramus, redimeret, quis erit tam duro, tam lapideo, tam in-
humano, tā deniqʒ corde ingrato & animo, q̄ non ſumma deuotōe,
Chriſto dn̄o ſuo & ſaluatori piiſſimo nō ſit cōpaſſurus, qn̄ eidē omnia in mundo creata, quaſi
B ſingulari dolore, cōpaſſa ſint? ¶ Hodie q̄dem illo creatore ſuo patiēte & moriēte, Sol mira-
biliter obſcuratus eſt, nō potēs adſpicere tam probroſas & nefandas iniurias q̄bus perfidi Iu-
dæi ſemoto omni pudore Chr̄m adfecerunt. Terra eſt mota, quaſi non potens tolerare, quæ
Chr̄o inſerebant. Petræ ſciſſæ ſunt, ꝓinde præ dolore cōmotæ, vt filię cū vidēt patrē ſuū dile-
ctum ſup̄ma pati infirmitate. Velum tēpli ſciſſum eſt, oſ̄dens nullū eſſe nec fore ſimilem do- Thre. 1
lorē, dolori, quē Chr̄us hodie paſſus eſt, de ſe alioq̄ quęrulus, dicēs: O vos oēs, q̄ trāſitis p̄ viam
attendite, ſi eſt ſimilis dolor, ſicut dolor meus. Hodie etiā ſepulchra ſunt aperta, ex q̄bus mor-
tui prodire viſi ſunt, & ingredi ſanctā ciuitatē, quaſi deplangētes innocētiſſimā mortē ſui crea
toris. Si ideoq́ʒ hodierna die inanimata ip̄a Chr̄o dn̄o ꝓinde cū gemitu & dolore cōpaſſa ſunt,
cur ipſi hoīes eidē nō cōpatiamur & cōdoleamus, quū nō propter inaniāta ip̄e, ſed ꝓpter nos
& pc̄tā noſtra paſſus ſit, ſoluēs ea, teſte Propheta, quæ nō rapuit. Siq̄dem captus eſt, vt nos ab Pſal. 68
æterna captiuitate, qua ad q̄nqʒ milia annorū detinebamur, liberaret, ductus ē ad falſos iudices
vt nos ab ęterno iudicio cōſeruaret. Velatus ē, vt velamē culpę à cordibus nr̄is auferet. In capi
te ꝑcuſſus ē, vt caput nr̄m Adā ſanitati reſtitueret. Et in cruce deniqʒ mortuus ē, vt (Ap̄lo ſcri- Hebre. 2.
bēte) p̄ mortē ſuā deſtrueret eū, q̄ habebat mortis imperiū, id ē, diabolū, & liberaret nos, q̄ ti- Oſee. 13.
C more mortis p̄ totā vitā obnoxij eramus ſeruituti. ¶ At (inquiūt) mō hæretici iſti indurati,
& bis inhumani & ingratiſſimi, ab om̄i deuotōe & charitate prorſus alieni, q̄bus nihil nō ludi
brio eſt (inquiūt, dico.) Quid ergo patiamur, doleamus, & ploremus hodierna die paſſiōis Ieſu
Chr̄i, quinimò potius rideamus & collętemur: qm̄ nihil nobis mali, ſed om̄e bonū ex Ieſu paſ
ſione obortū ſit, quēadmodū ex ordine iam partim audiuimus? Maximè q̄d hodie Chr̄us ad Luce. 23
montē Caluariæ, ſua cruce exiēs, ꝓhibuerit flere matres plorātes, dicēs: Filię Hier̄lm, nolite fle
re ſup̄ me, ſed ſup̄ voſipſas flete, & ſup̄ filios vr̄os. Nō eſt ergo, dicūt ipſi, vt doleamus & plore
mus, verū bn̄ habeamus & rideamus. At dn̄s ip̄e horrēda voce ipſis rn̄dit, inquiēs: Væ vobis, q̄ Luce. 6
ridetis nūc, q̄a lugebitis & flebitis: qn̄quidē lamētauimus & nō planxiſtis, veſter riſus in luctū Matt. 11
vertet: qn̄quidē iſti eſtis pc̄tōres, quorū (vt ait Scriptura) narratio eſt odioſa, & riſus illorū in Luce 7
delictis peccati. Lugendum proinde eſt hodie & condolendum Chriſto paſſo. Iaco. 5
D ¶ Nec interim obſtabit, q̄d Chriſtus prohibere viſus ſit mulieribus, ne plorarēt: ſiq̄dem re-
ſponderim, nō ſimpliciter ꝓhibuiſſe. Sed quare nūc pij flere debuerint, & quare impij, q̄ nūc
nō flent, olim ſint ploraturi ſubindicat. Sanè plorabant mulieres more humano illi cōpatien-
tes, quaſi cum q̄d magni mali inde ſequeret, quū tamen nō modo noſtram in ſua paſſione ope
ratus ſit ſalutē, ſed & p̄ eam ſibi meruit claritudinē æternæ gloriæ, & introitū cœleſtis patriæ,
ad quā vti hō ſine paſſione alioqui ingredi nō potuiſſet, eo dicēte: Nónne hæc oportuit pati- Luce. 24
Chr̄m, & ita intrare in gloriam ſuam? Ipſe em̄ (ſcribit Ap̄lus) ꝓpoſito ſibi gaudio ſuſtinuit cru Hebr. 12
cem, cōfuſione cōtempta, atqʒ in dextera dei ſedet. Cæterū debuiſſent mulieres vnà cū Iudæis
ploraſſe, quoniam tantam paſſionē, nō ob ipſius, quàm nō habuit, ſed ob ſuam & noſtri oīm
culpam ſuſtineret, charitate erga nos maxima ductus, cui eſſent ingratæ, q̄d nec recognoſce-
rent, nec gratæ eſſent, quū nec interim veniā precantes ab incredulitate deſiſterēt, q̄d debebāt
meritò deplangere, qm̄ propter incredulitatē, & q̄a Iudæi ſola iniq̄tate ducti Chr̄m crucifixe
runt, ſup̄ eas in ſuppliciū ventura erat tanta clades, quanta à ſeculo audita nō fuit, quæ conſum
mata eſt, quū pro vindicta, deo ordinante, Romani Hieroſolymam funditus bello deleuerūt,
interimq́ʒ partim miſerè citra oēm miām trucidātes, partim turpiter in ignominioſum laborē
vendentes, reliq̄s peſtilentia & alio mō crudeliter conſumptis. Quam ſanè cladē Chr̄us dn̄s in
E admonitionē aliàs flēdo, vt cōuerterent, crederēt, & pœniterēt. ¶ Primo, illis p̄dixit in die
Palmarū Hieroſolyma ingrediēs, dicēs: Quia ſi cognouiſſes & tu. Et q̄dē in hac die tua, quę ad Luce. 19
pacē tibi, nūc āt abſcōdita ſunt ab oculis tuis. Quia veniēt dies in te, & coangūſtabūt te vndiq̄,
& ad

& ad terram proſternēt te,& filios tuos,qui in te ſunt.Et nō relinquēt in te lapidē ſup lapidē,
eo ꝙ nō cognoueris tēpus viſitatōis tuæ. ¶Secundo,hodie queq; prædixit,inquiēs ad mu F
lieres plorātes:Filiæ Hierl'm,nolite flere ſup me, id eſt, quaſi aliqd mali ex hac paſſiōe mihi ſit
futurū,ſed ſup voſipſas flete,& ſup filios veſtros.ſ.q̄d in me nō creditis,nec pœnitetis, & im-
pœnitētes me ex ſola inuidia & malitia occiditis,id q̄d planè vobis ē deplorandū nō in ſalutē,
ſed in æternā pditionē,qm̄ p vr̄a incredulitate nō mō æternā cladē,ſi nō conuerſi fueritis,ſed
nyſiū apud Heliopolim, q ea viſa ſtupefactus dixiſſe fert. Aut natura, aut deus naturę patit,
aut mūdi machina diſſoluet. Adde & eas tñbras, vt tradūt, fuiſſe palpabiles, & nigras, cuiuſ
modi in Aegypto fuiſſe ſub Pharaone cōmemorāt, quū cęteræ ſint ferrugineę & aereæ &
aliquā-

Digitized by Google

O aliquãtulũ clare. ¶Et circa horã nonã exclamauit Ieſus voce magna, Eloi, eloi, lamaſa-
" bachthani, hoc ẽ, deus meꝰ, deus meꝰ, vt qd dereliqſti me. Quidã aũt illic ſtãtes & audiẽtes
" dicebãt. Heliã vocat iſte. Cęteri vero dicebãt. Sine videamus, ſi venit Helias, liberãs eũ, ad
" deponẽdũ eũ. Poſtea ſciens Ieſus, qa oĩa cõſumata ſunt, vt cõſumaret ſcriptura, dicit. Sitio.
" Vas aũt poſitũ erat aceto plenũ, Et cõtinuo vnus ex eis acceptã ſpõgiã ĩpleuit aceto, hyſo-
" po circũponẽs, ĩpoſuit arũdini, obtulit ori eiꝰ, & dabat ei bibere, & nõ accepit, noluit bibe-
" re. Cũ ergo accepiſſet Ieſus acetũ, dixit. Cõſumatũ ẽ. Ieſus ãt clamãs iteꝝ voce magna ait.
" Pr̃, ĩ manꝰ tuas cõmẽdo ſpm̃ meũ. Et hęc dicẽs, ĩclinato capite expirauit, & tradidit ſpm̃.⌋
P ¶Et vos igit̃ frẽs chariſſi. inclinate capite vr̃a, toto ſupplicicꝙ corde cõpatientes, tam ꝓ
Q morte ipſius, q̃ ꝓ ſalute vr̃a, gr̃as agite dño nr̃o Ieſu Chr̃o, vnico redẽptori, dicẽtes. ¶O
Ieſu, dñe miſericors, q ĩ cruce moriẽs aĩam tuã pr̃i cõmẽdaſti, gr̃as ago tibi humilimas, pro
paſſiõe tua & morte innocẽtiſſima & amariſſima. Deꝑcor, da mihi in hac vita tibi ſpũaliter
cõmori, q̃tenus tu in hora mortis meę digneris aĩam meã miſerã hr̃e cõmẽdatã, & ex te au
R dire illud dulciſſimũ verbũ. Hodie mecũ eris in paradyſo. Amẽ. Pr̃ nr̃. &c. ¶Et ecce ve
" lũ tẽpli ſciſſum ẽ in duas ꝑtes, à ſummo vſqꝫ deorſum. Et terra mota ẽ, & petrę ſciſſæ ſunt,
" Et monumenta apta ſunt. Et multa corpa ſanctoꝝ, q̃ dormierãt, ſurrexerũt: & exeũtes de
" monumẽtis poſt reſurrectionẽ eiꝰ, venerũt in ſanctã ciuitatẽ, & apparuerũt multis. Centu-
" rio ãt, & q cũ eo erãt cuſtodientes Ieſum, viſo terrę motu, & his, q̃ facta fuerãt, & q̃d ſic cla-
" mãs expiraſſet, timuerũt valde, dicẽtes. Vere, filiꝰ dei erat iſte. Et Cẽturio glorificabat deũ,
" dicẽs. Verè, filius dei erat iſte. Et oĩs turba eoꝝ, q̃ ſimul aderat ad ſpectaculũ iſtud, & vide-
S bãt, q̃ fiebãt, ꝑcutiẽtes pectora ſua reuertebant. ¶Stabãt ãt oẽs noti eius, & mulieres multę
" à longe, q̃ ſequute erãt Ieſum à Galilęa miniſtrãtes ei, de lõge adſpiciẽtes & vidẽtes hęc. In-
" ter q̃s erãt Maria Magdalenę, & Maria Iacobi minoris, & Ioſeph mr̃, & Salome, & mr̃ fi-
" lioꝝ Zebedęi, Et aliæ multæ, q̃ ſimul cũ eo aſcẽderãt Hieroſolymã. Iudęi ergo, qm̃ paraſce
" ue erat, vt nõ remanerẽt corpa in cruce Sabbato (erat em̃ magnus dies ille Sabbati) rogaue
" rũt Pilatũ, vt frãgerent eoꝝ crura, & tollerent. Venerũt ergo milites & primi qdem frege
" rũt crura, & alteriꝰ q crucifixus eſt cũ eo. Ad Ieſum aũt cũ veniſſent, vt viderũt eũ iã mortu
" um, nõ fregerũt eius crura, Sed vnus militũ lãcea latus eiꝰ aperuit, & cõtinuo exiuit ſanguis
" & aqua. Et q vidit teſtimoniũ ꝑhibuit, & veꝝ eſt teſtimoniũ eius. Et ille ſcit qa vera dicit,
" vt & vos credatis. Facta em̃ ſunt hæc, vt ſcriptura ĩpleret. Os nõ cõminuetis ex eo. Et iteꝝ
T alia ſcriptura dicit. Videbũt in quẽ trãſfixerũt. ¶Cũ ſero aũt factũ eẽt, ecce vir qdã noĩe — Exodi. 12
" Ioſeph diues, q erat nobilis Decurio, vir bonus & iuſtꝰ. Hic nõ cõſenſerat cõſilio & actibus — Hume. 9.
" eoꝝ ab Arimathia ciuitate Iudææ, q & ipſe expectabat regnũ dei, eo q̃d eẽt diſcipulus Ieſu, — Zacha. 12
" occultus ãt ꝓpter metũ Iudęoꝝ. Hic audacter ĩtroiuit ad Pilatũ & petijt, vt tolleret corpus
" Ieſu. Pilatus ãt mirabat̃ ſi iã obijſſet. Et accerſito Cẽturione ĩterrogauit eũ, ſi iã mortuꝰ eẽt.
" Et cũ cognouiſſet à Cẽturione, donauit corpꝰ & reddi iuſſit Ioſeph. Ioſeph ãt mercatus eſt
" ſindonẽ, & deponẽs eũ, inuoluit ſindone Ieſu corpꝰ. Venit ãt Nicodemus, q venerat ad Ie
" ſum nocte primũ, ferẽs mixturã myrrhę & aloes q̃ſi libras cẽtũ, Acceperũt ergo Ieſum, & li
V gauerũt eũ lintheis cũ aromatibus, ſicut mos ẽ Iudęis ſepelire. ¶Erat ãt in loco, vbi cruci-
" fixus ẽ, hortꝰ, & in horto monumẽtũ nouũ, q̃d erat exciſum de petra, in q̃ nõdũ qſquã poſi
" tus erat, ibi ergo ꝓpter paraſceuen Iudęoꝝ, qa iuxta erat monumentum, poſuerũt Ieſum.
" Et aduoluit ſaxũ magnũ ad oſtiũ monumẽti, & abijt. Et dies erat paraſceues, & ſabbatũ illu
" ceſcebat. Subſecutę ãt mulieres, q̃ cũ eo venerãt de Galilęa, viderũt monumẽtũ, & quẽad-
" modũ erat poſitũ corpꝰ eius. Erat ãt ibi Maria Mag. & altera Maria Ioſeph, ſedẽtes cõtra
" ſepulchrũ. Et reuertẽtes parauerũt aromata & vnguẽta, & ſabbato qdẽ ſiluerũt ſcd̃m mãda
" tũ. Altera ãt die, q̃ eſt poſt paraſceuẽ, cõuenerũt principes ſacerdotũ & Phariſęi ad Pilatũ,
" dicẽtes. Dñe recordati ſumꝰ, qa ſeductor iſte dixit achuc viuẽs, pꝰ tres dies reſurgã. Iube er
" go cuſtodire ſepulchrũ vſqꝫ in diẽ tertiũ, ne forte veniãt diſcipuli eiꝰ & furent eũ, & dicant
" plebi, Surrexit à mortuis. Et erit nouiſſimꝰ error peior priore. Ait illis Pilatꝰ. Habetis cuſto
" diã. Ite cuſtodite, ſicut ſcitis. Illi ãt abeũtes munierũt ſepulchrũ, ſignãtes lapidẽ cũ cuſtodi-
X bus.⌋ ¶Hæc eſt fratres dilectiſſimi ſumma amariſſimę Ieſu Chr̃i pro nr̃a ſalute paſſiõis
& mortis crucis. Sũma, inquã, eſt, nõ vniuerſalis, qppe q̃ tãta fuit, vt nulla plane nec ange-
loꝝ nec hoĩm lingua vnquã ſit enarratura, nec tota alicui niſi vſqꝫ ad extremũ diẽ reuelãda
dño ipſo ꝑ prophetã dicẽte. O vos oẽs, q trãſitis ꝑ viã, attẽdite, an eſt ſimilis dolor vt meꝰ.
Y ¶Quid igit̃ agemus hodie & ſemꝑ pro tãta ꝓ nobis Ieſu Chr̃i paſſione & morte? Grati — Treno. 1.
cõdoleamus Chriſto, capiti nr̃o, ſiquidẽ qui amor ſit noſter, dulcedo nr̃a, ſpes noſtra, Bea-
titudo noſtra, conſolatio noſtra, paſſus in omni tꝑe vitę eius, in toto corpore. Quando-
quidẽ tꝑe infantiæ paſſus ẽ anguſtias vteri, pauꝑtatẽ, aſperitatẽ, & hũilitatẽ ꝑſepij ꝑſequu-
tionẽ aduerſarij, fugã Aegypti. Tẽpore adoleſcentiæ, diſputationẽ & ꝑcipitationẽ. Tꝑe iu
uentutis amariſſimã & turpiſſimã mortem & paſſionem. Paſſus eſt, inquam, toto corpore,

Digitized by Google

In capite duris ſpinis, in oculis effuſionẽ lachrymarũ, in auribus auditũ cõtumeliarũ & blaſphe
miarũ, in genis moleſtiam alaparũ, in naribus fœtorẽ ſputi, in ore amaritudinẽ aceti & fellis, in
Pſalm.21. manibus vincula, & in pedibus adflictionẽ plagarũ, & in toto corpore flagellationẽ, & quidem
Eſa.53 tantã inibi extenſionẽ, vt oĩa eius oſſa & nerui potuerint numerari. Condoleamus (inquã) gra
to animo, quoniam hæc omnia propter nos paſſus eſt. Vulneratus quippe eſt, ait Eſaias, propter
peccata noſtra, attritus eſt propter ſcelera noſtra, vt plagæ ipſius ſint vulnerũ nrõrũ medicina.
¶ Conſiderate vt & ideo doluerũt hodie pſonæ ſanctiſſimæ, & inſenſibiles creaturæ. Siquidem Z
mulieres lachrymant, lachrymat piſcator, lachrymant inſenſibilia, ſuãq; demõſtrant, natura
ſtupẽte, cõpaſſionẽ. Sol obſcurat, terra tremit, lapides diſcindunt, mortui reſurgũt, monumẽ
ta aperiunt, velũ templi ſcindit. ¶ Lachrymamini ideo & vos, & dño Ieſu pro tanta paſſione &
Pſal.21 grãs agite, vt veſpertinus veſter fletus in matutinũ, ſcilicet reſurrectiõis gaudium vertat.
Gala.6 ¶ Abſit deniq; vt gloriemur niſi cũ ap̃lo in cruce dñi nři Ieſu Chri, p quẽ nobis mũdus cruci ※
Heb.12 fixus eſt, & nos mũdo, in quo nřa eſt ſalus, vita, & redẽptio. Deponamus igit frẽs, omne pon-
dus, & circũſtans nos pctm̃, p potentiã curramus ad propoſitũ nobis certamẽ, adſpiciẽtes in au
thorẽ fidei & cõſummatorẽ Ieſum, q propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucẽ, cõfuſione contẽpta,
atq; in dextera ſedis dei ſedet. Recogitate (inquã) eũ, q talem ſuſtinuit à pctõribus cõtradictio
nem aduerſus ſemetipm̃, vt nõ fatigemini animis veſtris deficiẽtes, ſed vt hic à peccatis ad vir
tutes, & in nouiſſimo die in gloria reſurgatis, ſeſſuri cũ Chro in cœlis in gaudio, q hodie cũ eo
dem mœſti lachrymamini. Id qd nobis idẽ dñs & redemptor noſter miſericorditer donet.
Cui ſit laus & gratiarum actio, Amen.

HOMILIA TRICESIMAOCTAVA, IN CONCLVSIONEM ſacroſanctæ Ieſu Chriſti paſſionis, vice Epilogi.

HAEC EST, CHARISSIMI FRATRES, PASSIO- A
nis & crucis domini noſtri Ieſu Chriſti ſumma & nõ omnis de ea hi
ſtoria, vtpote quia Chriſtum tot & tanta paſſum credimus, quot &
Zach.12 quanta ſcribi nequiuerint, nec niſi ſciri poſſe omnes iniurias & con-
Johan.3 tumelias, quibus Chriſtum Iudæi adfecerunt, donec in extremo iu-
Roma.8 dicio ipſum viſuri ſunt, in quem tranſfixerunt. Hæc autem ſcri-
Gala.6 pta ſunt vt credamus, quia Ieſus eſt filius dei, quem ipſe pater nimio
in nos amore motus pro nobis tradidit. Eſt autem hæc ipſa Ieſu Chri
ſti paſſio & crux ſola, in qua (vt Paulus fecit) nobis gloriandum eſt.
¶ Primo, quod nobis per eam crucifixus eſt dominus noſter Ieſus B
Chrus, q ſolus ſua nos paſſione & cruce, ab æterna morte redemit, prĩcip ſuo olim indignabun
Ephe.2 do recõciliauit gratis, Ap̃lo dicente: Deus q diues eſt in miſericordia, propter nimiã charitatẽ,
1.Pet.1 qua dilexit nos, cũ eſſemus mortui pctĩs, cõuiuificauit nos in Chro. Et Petrus ait: Sciẽs, q nõ
corruptibilibus auro vel argẽto redẽpti eſtis de vana vřa cõuerſatõe prñæ traditõis, ſed ptioſo
ſanguine, quaſi agni immaculati Chri & incõtaminati. ¶ Secundo, quia in ea paſſione oĩis C
noſtra ad ſalutẽ ſcia repoſita eſt, qua diſcimus cõſeruare ſalutẽ, quàm ille nobis acquiſiuit per
1.Cor.2 paſſionẽ. Et hoc eſt, qd Ap̃ſus inqt: Et ego cũ veniſſem ad vos frẽs, veni in ſublimitate ſermo-
nis, aut ſapiæ annũtians vobis teſtimoniũ Chri. Non enim iudicaui me ſcire aliqd inter vos,
Coloſſ.2 niſi Ieſum Chrm̃, & hũc crucifixũ, vtpote in quo ſunt oẽs theſauri ſapiæ & ſciæ abſconditi.
Etianè quẽadmodũ Iohannes recẽſet tria pctã pcipua, qbus hic mũdus dãnat. ſ. Supbiam, cõ-
cupiſcẽtiam carnalẽ, & auaritiam. Sic ediuerſo tres ſunt virtutes, qbus hic ſaluat mũdus, quas
Eſa.53 Chriſtus in ſua nos paſſione perdocet. ſ. humilitatem, continentiam, & moderatiõem.
1.Pet.2 ¶ Primo, Cum hodie Chri paſſionem ex animo meditabimur humilitatẽ docemur, vbi co- D
Pſal.144 gitauerimus eũ, q innocens eſt manibus & mundo corde, q peccatum nõ fecit, nec inuẽtus eſt
dolus in ore eius, q fecit cœlum & terram & omnia quæ in eis ſunt, imò q & cuncta fecit, tenet,
regit, ptegit, q & dei filius, verus deus, ſumme potẽs, ſapiẽs & bonus, tam mitis & humilis in
ſua fuerit paſſione, vt ad quãlibet maximas blaſphemias, & ad falſiſſima, quæ ſibi obijciebant,
Pſal.37 crimina, ne qdem verbũ rñderit, de ſe p Prophetam dicẽs: Ego aũt tanq̃ ſurdus nõ audiebam,
& ſicut mutus non aperiẽs os ſuum. Et factus ſicut homo non audiẽs, & non habens in ore ſuo
redargutiões. Quantis vero contumelijs & opprobrijs & deriſionibus fuerit adfectus, innuit
Eſa.53 propheta in pſona oĩm de ipſo, dicẽs: Vidimus eũ, & nõ erat ei adſpectus, nõ ſpecioſum forma p̃
filijs hoĩm, ſed tanq̃ leproſum, nouiſſimũ virorũ, planè virũ dolorũ, à deo pcuſſum & humiliatũ
ita vt nulla eſſet ei ſpecies, neq; decor. O nouiſſimũ & altiſſimũ, O humilẽ & ſublimẽ, O oppro
brijs hoĩm & gloriã angelorũ. Nemo illo ſublimior, nemo humilior. Deniq; ſputis illitus ẽ, op
probriũ ſaturat⁹ eſt, morte turpiſſima cõdẽnatus ẽ, cũ ſceleratis deputatus ẽ. Quare tm̃ humi
liatus ẽ & ſe humiliauit rex tãtus? Vt & nobis deſpectis hoĩbus exemplũ daret, vt ipſi nõ ſupbi
remus, ſed in oĩbus ad omnes eſſemus humiles & patientes, qa patientia, humilitatis ſoror eſt.
Et hoc

Digitized by Google

Et hoc eſt, q̃d idem ad nos clamat. Venite ad me om̃es, qui laboratis & onerati eſtis, & ego Matt. 11
reficiã vos. Tollite iugũ meũ ſup̃ vos, & diſcite à me, q̃a mitis ſum & humilis corde. Id q̃d
vere hodie ĩ ſua paſſiõe teſtatus ẽ. Et hoc ẽ q̃d & ap̃ſus ait ad nos. Hoc em̃ ſentite ẽ vobis, q̃d Philip. 2
in Chr̃o Ieſu. Qui cũ in forma dei eẽt, nõ rapinã arbitratus eſt, eẽ ſe equalẽ deo, ſed ſemet-
E ip̃m exinaniuit, formã ſerui accipiẽs, in ſimilitudinẽ hoĩm factus, & habitu inuentus vt hõ,
humiliauit ſemetip̃m, factus obediẽs vſq; ad mortẽ, mortẽ aũt crucis. ¶ Secũdo, eius ex
paſſiõe docemur cõtinentiã, & cõtinere ab om̃i carnali cõcupiſcẽtia & voluptate, vbi ama-
riſſimã eius paſſionẽ p̃ totũ corpus recogitauerimus, q̃ tãto paſſibilior extitit ad tormẽta,
quãto fuit oĩbus natura purior & ſubtilior, & ab omni labe pc̃ti ſyncerior. Et maximè, q̃d
nulla in eius corp̃e pars fuerit, q̃ nõ acerbiſſime fuiſſet læſa, adeo, q̃d vere de eo dixerit pro-
pheta. A planta pedis vſq; ad verticẽ, nõ eſt in eo ſanitas: quippe, quẽ hodie videmus paſ- Eſaie. 1
ſum, in capite duriſſimis ſpinis, in oculis lachrymarũ effuſiõe, in ore & maxillis p̃cuſſiõe ala-
parũ, in lingua fellis amaritudine, in auribus cõtumelijs, in naribus fætore ſputi, ĩ manibus
& pedibus cathenis & ligaturis adeoq; vulneribus, & in latere, & deniq; p̃ totũ corpus fla-
gellatõe tã acerbe & crudeliter paſſum, vt ipſe ad nos oẽs clamet. O vos oẽs, q̃ trãſitis p̃ viã, Treno. 1
attẽdite & videte, an ẽ dolor, ſicut ẽ dolor meus. Foderũt manus meas & pedes meos, dinu- Pſalm. 21
merauerũt oĩa oſſa mea. Accedit in argumẽtũ doloris & paſſionis, q̃d ſuſtinuerit hęc oĩa &
hoc genus irriſiõis, verecũdię, cõfuſiõis & ignominię, inter cognatos & notos in Hieruſalẽ
ciuitate regia & famoſa & populoſa, extra portã, ĩ loco caluarię, loco punitõis ſceleratorũ,
fætido & immundo, vbi occidebant homicidę & latrones, in medio ſuſpẽſus latronũ, ĩ cruce
q̃ſi ad ſpectaculũ eleuat⁹, flẽtibus amicis & inſultãtibus inimicis, in p̃cipua paſchæ ſolẽnita
te Iudęorũ, ad q̃ p̃pter reuerẽtiã tẽpli & pulchritudinẽ & p̃pter ipſam feſtiuitatẽ, cõfluebat
nõ ſolũ ex Iudæa, verũetiã ex diuerſis gẽtiũ natõibus maxima multitudo, & q̃ maxime illa
die ad tãtũ ſpectaculũ cõcurrebat, corã q̃bus ipſe dñs ludibrio exponebat & habebat, vt q̃
plęriq; oẽs eũ verbis & factis deridebãt, veluti de ſeip̃o dicit. Ego aũt ſum vermis & nõ hõ,
opprobriũ hoĩm & abiectio plebis. Oẽs vidẽtes me, deriſerũt me, loquuti ſunt labijs & mo Pſal. 21
uerũt caput. Paulopoſt iterũ. Et, inq̃t, fct̃us ſum illis in parabolã. Aduerſum me loq̃bant, q̃ Pſal. 68.
ſedebãt in porta, & in me pſallebãt, q̃ bibebãt vinũ. Hæc & alia tã verba q̃ facta p̃broſa &
amarulẽta paſſus ẽ Chr̃s in aĩo & corp̃e, ab om̃i carnis ac aĩ voluptate alienus, vt & ipſi no-
ſtrũ corpus caſtigaremus, minime voluptati dediti. Nõ ergo, inq̃t Paulus, regnet pct̃m in Roma. 6
vr̃o mortali corp̃e, vt obediatis cõcupiſcẽtijs eius. Sicut exhibuiſtis mẽbra vr̃a ſeruire ĩmũ
ditię & iniq̃tati ad iniq̃tatẽ, ita nũc exhibete mẽbra vr̃a ſeruire iuſtitię in ſanctificationem.
F ¶ Tertio docemur, moderationẽ. i. cõtinẽtiã q̃ paucis cõtẽti ſim⁹ & nõ auari, quũ hodie
videmus Chr̃m in eius paſſiõe p̃rſus oĩbus ſuis veſtimẽtis eẽ à crucifixoribus nudatũ, & oĩ-
bus rebus vſq; adeo, vt vere nõ habuerit, q̃ ſe velaret, aut caput ſuũ reclinaret, id q̃d nulli vn
quã fct̃m legimus latroni vel malefactori. Sic q̃dẽ nudã crucẽ nud⁹ aſcẽdit, vt ſi p̃ ſepulchrũ
illius terrã matrẽ oĩm corporũ velimus ĩtelligere, recte poſſit ei ad literã conuenire, q̃d Iob Iob. 1
ait. Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, nudus reuertor illuc. Et q̃re tã paup̃, tã nud⁹
inde abijt dñs? Nimirũ, vt & ipſi paup̃es nõ ſolũ ſpũ eẽmus ſed & re ipſa, contẽti q̃bus ali &
veſtiri poſſim⁹, miniẽ diuitijs inhiãtes, memores, queadmodũ nihil in hũc mũdũ tulimus, 1. Tim. 6.
ita etiã nihil poſſe nos hinc auferre, nec poſſe nos ſeq̃ aliud p̃ter bona opa, q̃ hic fecimus in Apoca. 14
hũilitate, in cõtinẽtia, in moderatõe, q̃s in ſua nos paſſiõe Chr̃s docuit, quẽ & in eis ſeq̃ de-
bemus cõpaciẽtes. Petro ad nos dicẽte. In hoc em̃ vocati eſtis, q̃a Chr̃us paſſus eſt p̃ nobis 1. Petri. 2
vobis relinquẽs exẽplũ, vt ſeq̃mini veſtigia eius. Nec em̃ poſſum⁹ cũ Chr̃o ipſo cũ gaudio,
neq; reſurger neq; aſcẽdere neq; regnare, niſi & ip̃m in cruce nr̃a ſeq̃mur. Ipſo ad oẽs dicẽ- Matt. 16
te. Si q̃s vult venire p⁹ me, abneget ſemetip̃m, & tollat crucẽ ſuã, & ſequat me. ſ. ad æternã
beatitudinẽ, qua niſi p̃ paſſionis imitationem peruenire valemus. Ad quàm perducat nos
ſua paſſione dominus noſter Ieſus Chriſtus. Amen.

HOMILIA XXXIX. DE EO QVOD SCRIPTVM EST. Pſalmo. 117. Hæc eſt dies quam fecit dñs, exultemus & lætemur in ea.

In ferijs dominicæ eiuſdemque victorioſiſſimæ reſurrectionis.

A HYMNVS EST REGII PROPHETAE, QVO ILLE IN
ſpiritu ſancto fidelẽ populũ ad laudem & gratiarũ actionem dño noſtro (q̃d
vere eſt exultare & lætari) ĩducit. Hymnus inquam, & pſalmus plane lætitia
& tripudio differtus, quo catholica eccleſia rectiſſime hac die paſchatos ite-
rum atq; iterum lætabunda decantat, eoq; hanc dñicæ reſurrectiõis diẽ præ
cæteris innuit feciſſe dñm, q̃n ipſam admirabili reſurrectiõis Chr̃i gloria in-
inſigniuit,

Digitized by Google

ſigniuit,ac prorſus decorauit.Siquidem Euangeliſta hodie Chriſtum à mortuis prima ſabba
ti,id eſt,prima die poſt ſabbatū,id eſt,die dominica(quæ & dieꝝ, q̄bus mundus eſt conditus
Gene.1 fuit primus)reſurrexiſſe adſirmet.Quam vel ideo diem in ip̄o ꝓtinus eccleſiæ initio ex die ſab
bato Iudæoꝝ fuiſſe ab Apoſtolis ſancitam & cūmutatā, hebdomada datim ſolenniter ꝓpter
ſacratiſſima dominicæ reſurrectionis & aduentus ſp̄ūs in Chriſti diſcipulos myſteria Iohan-
Apoc.1 nes Euangeliſta ſub his verbis admonet:Ego Iohannes frater veſter & particepsin tribulatio
ne & regno,& patiētia,in Ieſu Chriſto ſui in inſula,quæ appellaſ Pathmos ꝓpter verbū dei &
Malac.4 teſtimoniū Ieſu Chriſti ſui in ſp̄ū in dn̄ica die,quam forte non immeritò diem ſolis appellant,
quia in ea tenebris ſol iuſtitiæ,veritatis & intelligentiæ illuxit.

Gene.1.2 ¶Ex q̄bus planè omnibus perſpicuū euadit, redarguendos, q̄ diem aliquam altera conten- B
dunt maioris non habendam.Id q̄d prima omniū reꝝ creatione,qua omnia fuere bona,facile
Ioh.5.27 conceſſerim,non etiam ob memoriam eoꝝ, quæ ſua die per totū terraꝝ orbem celebrantur
Iohan.13. myſterioꝝ.Vnde & Chriſtū dies feſtos vti cæteris inſigniores obſeruaſſe intelligimus, quan-
do & diebus feſtis Iudæoꝝ Hieruſalem aſcenderit.Et aliàs quoq; quæ opus eſſent ad diem fe-
ſtum emi iuſſerit.Hinc ritè vereq́; ſanctus Propheta diem hanc reſurrectionis,ꝓinde atq; p̄ci-
puam feciſſe dn̄m concinuit,vtiq; q̄ eam ſingulari admirabiliq́; ſuę reſurrectōis glorioſiſſimę
Gene.1 decore exornandam duxerit, quanq̄ is,vt ſcriptura refert,omnes dies crearit

Iudicū.6 ¶Cæteꝝ audio hic glorioſam Chriſti reſurrectionem nocti potius dicandam quàm diei, C
quandoq̄dem Chriſtus media nocte de ſepulchro reſurrexerit ex Sampſone Chriſti typo, q̄
in tempeſtæ noctis ſilentio vrbis Gazæ portas cū poſtibus & ſeris euulſit, poſitis ibidē ne q̄cq̄
Luc.34 cuſtodibus,q̄ illum vrbe egredi volentem obſeruarent & caperent. Accedit, q̄d diſcipuli qui
Emautem ꝑfecti ſunt,referūt mulieres ante lucem ip̄am apud monumentū fuiſſe, & iam tum
Iohan.20 non inueniſſe corpus.Præterea Iohannes ait Mariam Magdalenam ad monumentū veniſſe,
quū adhuc eſſent tenebræ,& lapidē à monumēto tum vidiſſe ſublatū. Quæ ſane Sampſonico
typo nō paꝝ videnſ accedere,quo innuiſ Chriſtum media nocte ſurrexiſſe.

Mat.12 ¶At hoc ip̄m neq; ſcripturæ,neq; Chriſti ꝓmiſſo, nec fidei videſ admodū eſſe conſentane D
Ionę.2 um.Siq̄dem ſcriptura dicat: Sicut fuit Ionas in ventre cœti tribus diebus, & tribus noctibus,
ſic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus.Certe ſi media nocte,ter
Gene.1 tia die nondū luceſcente,ſurrexiſſet,tribus diebus in ſepulchro non fuiſſet,maximè q̄d & apud
Luc.24 Iudæos veſpere & mane vnū conſtituerint diem,vt eſt in libro Geneſeos. Et Chriſtus quoq;
Mat.16 ait:Sic ſcriptū eſt,& ſic oportebat Chriſtū pati,& reſurgere die tertia à mortuis. Et idē etiā-
et.20 num apud Euāgeliſtas,quū iam retuliſſet ſuam p̄ Iudæos paſſionē.Dicit ſe tandē deuicta mor
Marc.9, et 10, te tertia die reſurrectuꝝ.Deniq; articulus fidei habet:Deſcendit ad inferna,die tertia reſurre-
Lucæ.13 xit à mortuis.Id q̄d Apoſtolus præcipuū noſtræ fidei ꝓinde cenſet. Vnde ſatis patere puta-
et.18 uerim non media nocte,ſed die potius ſurrexiſſe.Ductus item & vltra hæc Dauidis oraculo,q̄
Pſalm.56 vox patris eſt ad filiū. Exurge gloria mea:Cui reſpondēs filius: Exurgā(inquit)& ſuſcitabor
Pſal.29 diluculo,id eſt,primo mane.Et idē ait:Ad veſperam demorabiſ fletus,& ad matutinū lætitia
quandoq̄dem veſpere paſſo iam & ſepulto dn̄o, Apoſtoli & mulieres in fletu & gemitu mora
Mar.16 banſ,quæ mane venientes ad ſepulchrū gloriam reſurrectionis ab angelis cū gaudio accepe-
runt,ſic q̄q; Marcus Chriſtū mane prima ſabbati ſurrexiſſe ſcribit.Eapropter credi æquū erit,
Chriſtū mane diei reſurrexiſſe,id q̄d & apprimè cōuenit: nempe,vt qui depulſis ſp̄ūalibus te-
nebris clarā veritatis ac grãæ lucē ſuę reſurrectōis gloria inuexit mūdo,voluerit etiā nocturna
abeūte caligine & claritate diei ex oriēte īmortalitatis ſuæ decus & ſplēdorē nobis exhibere. E

Iudicū.16 ¶Quantum vero ad typum Sampſonis reſponderim,veritatem ip̄am non omnibus debe-
re ad ſuam figuram habere reſponſum,hinc non validum ſumi argumentum, Chriſtū mediæ
quoq; noctis articulo à mortuis reſurrexiſſe.Poſſit tamē & non abſurdè dici nocte idē ſurre-
xiſſe,q̄d in ipſius noctis extremitate & termino atq; ſub aurorā rediuiuꝰ de ſepulchro ꝓdierit
Lucę.24 quod tēpus appellari ſolet diluculū quod eſt inter tenebras noctis & diei claritatē, quo etiam
Marc.16 tēpore Lucas ait dn̄m ſurrexiſſe,q̄d Marcus valde mane,& Iohannes adeò mane, vt adhuc te
Iohan.20 nebræ fuerint,ſole nondū plenè exorto,nūcupauit:iuxta quos & accipiēdus eſt ſermo duoꝝ
Lucæ.24 diſcipuloꝝ Emautē euntiū,q̄ dicunt mulieres añ lucē apud monumētum fuiſſe, quando tunc
dominus reſurrexerit intellige ante lucem ſolis,non etiam luciferi ſiue auroræ, anteq̄ adfuiſſe
Mar.16 non intelligunſ.Nec obſtat,quod Marcus dicat:orto iam ſole:nimirum,q̄d accipiendum ſit,
quū cœlum ab orientis parte albeſceret,quod fit vtiq; oriente ſolis vicinitate. Id q̄d vel Mar-
cus ip̄e teſtaſ,inquiēs pauloante eas veniſſe valde mane,q̄d vtiq; pars ē diei,auroræq́; finitima
quando die iam ſurgente aliquæ tenebrarum reliquiæ tanto minus ſunt, quanto magis oritur
lux,nec intelligendū eſt,ꝓinde ſol ip̄e viſus eſſet ſuper terram,ſed quando cœlum ortu ſuo illu
minare cœpit.Hinc diuerſa iſtarum mulieꝝ in Euangelio tēpora nullū dant mēdacio locū,vt
impij deblaterant:verum ſedulæ viſitationis officia arguunt,dum crebro abeunt & redeunt,
nec patiunſ diu vel longius à ſepulchro dn̄i abeſſe.Et ſanè reconciliatis ad cōcordiā ſcripturis
nihil de-

Digitized by Google

nihil deinde apud pios controuerſiæ relinquitur, ſed fatendum erit, Chriſtū die, & q̄dem
tertia, nō vero nocte reſurrexiſſe, eamq́ diem præcipue dici à domino factam, quoniā ipſa
Chriſti Ieſu glorioſa reſurrectione inter alios choruſcet, eamq́ ob rē nos merito à Dauide Pſal. 117
moneri, vt in ea tanquam ſingulari die exultemus & lætemur.

F ¶Quomodo? Non vtiq́ inhoneſtis vel crapulis, vel bibitionibus, vel ludis vel ſpectacu-
lis, verum ſpūali gaudio & ſancta lætitia tripudiamus & hilareſcamus in ea, quanq̄ & cor-
poraliter gaudere nō prorſus prohibemur, modo ſimus (vt Paulus ait) tanquā non gaudē- 1. Cor. 7
tes, cogitātes, q̄d gaudiū propter tēporalem aliquam felicitatē non ſibi conſtet, ſed vt plu-
rimum plus fellis q̄ mellis habeat, & in mœrorē plærumq́ vertatur. Quare in hac die reſur Exodi. 15
rectiōis magis ſpūaliter lætemur, cū Moyſe & filijs Iſrael, glorioſe decantātes, cœleſte hoc Apoca. 19
G in Apocalypſi canticū, Laus & gloria & virtus deo nr̄o Alleluia. ¶Quare adeo in hac re-
ſurrectionis die lætemur? in dn̄i, inquam, noſtri ſeruatoris Ieſu Chriſti gloriā inprimis, & 1. Cor. 5
propter nos quoq́. Quandoquidē ipſe immolatus paſcha noſtrū hodie vere, vtcūq́ & ali-
as dn̄s omnipotens, rex gloriæ ac victorioſæ victoriæ princeps toti mundo approbatus ſit,
qui hodie glorioſa reſurrectione ſua à ſepulchro, è morte ad vitā, & ſubinde ad inferos trā-
ſiens (Paſcha em̄ tranſitus eſt) om̄ipotētia ſua magnificatus, verū Pharaonē, id eſt, diabolū Exod. 14
& eius virtutē vicit & proſtrauit, leoq́ ipſe de tribu Iuda fortiſſimus in victoria oēm mor- Pſal. 113
tem abſorpſit. Quē animas ab inferis redempturū & voce maieſtatis ſuæ inferoꝝ tyrānos Pſal. 135
adclamantē, Attolite portas, principes veſtras, & eleuamini portæ æternales, vt introeat Apoca. 5.
rex gloriæ, inferni duces interrogarūt. Quibus interrogantibus vere reſponſum eſt, Do- Oſeæ. 13
minus fortis & potens, Dominus potens in prælio. Dominus, inquit, virtutum ipſe eſt rex 1. Cor. 15
gloriæ. Et vere quidem, quoniam ipſe princeps ſit in Euangelio fortior, qui hodie ſuperue Pſalm. 23
niens diabolum minus fortem, qui crudeliſſimus hoſtis dudum paradiſo nos priuarat, alli- Matt. 12
gauit, ac vniuerſa eius arma, in quibus confidit abſtulit, ſpoliaq́ eius diſtribuit. Ille nimiꝝ Marc. 3
hodierna die triumphator per reſurrectionem ſuam glorioſam ad inferos iuxta prophetæ Luc. 11
dictum deſcendens, vinctos inde diu multumq́ ipſius aduentum ex animo & cum largis la Zacha. 9
chrymis deſiderantes potenter redemit, ſecumq́ (vti Paulus ſcribit) redemptos à captiui- Ephes. 4
tate victor reduxit, noſq́ pariter antea diaboli inſidijs irretitos, libertati priſtinæ reſtituit. Pſal. 64.
Quo ſanè facto glorioſiſſimo ſe & inferorum, vt Apoſtolus vult, & regreſſus per reſurre-
ctionem ad hanc mediam noſtræ habitationis regionē ſe terreſtrium quoq́, & p̄ aſcēſio-
nem ad cœlos cœleſtiū pariter ſe eſſe principē demonſtrauit. Ita ſanè, vt hac die vere ille fu
erit cui (vt ipſe adfirmat) rediuiuo data à deo ſit oīs poteſtas in cœlo & terra, tātusq́ dn̄s ac Matt. 28
princeps, vt recte, Apoſtolo ſcribēte, in nomine eius Ieſu omne genu flectitur cœleſtium, Philip. 2
terreſtrium & infernoꝝ, & omnis linga confiteatur, quia dn̄s Ieſus in gloria eſt dei patris,
nunc & deinceps immortalis, impaſſibilis & ad omnia glorificatus & magnificatus. Pro-
pter eius igitur tam immenſam gloriā, cuius vere hodie poſſeſſor factus eſt, hac die & ideo
exultemus & lætemur, qua ille ſe vniuerſo orbi verum deū & principē, ac gloriæ virtutūq́
H regem aperto declarauit. ¶Qua etiā die & propter nos obq́ noſtrā ſalutē lætemur, q̄niā
in ea ille idē dominus noſter Ieſus Chriſtus glorioſa ſua reſurrectione, noſtram, vt Paulus Roma. 4
ait, iuſtificationē plene operatus eſt, qui (vt idem inquit) ſemel mortuus vltra nō moritur, Roma. 6
ſed in æternum viuit, & quod viuit, deo ad gloriā & iuſtificationē noſtrā viuit. Et recte q̄-
dem, q̄niam mirabilis eius reſurrectio oīm pro nobis myſterioꝝ, cōſumatrix fuerit. Quid
em̄ vel illius ad ſalutē efficacem nobis profuiſſet vel natiuitas vel paſſio vel mors, niſi earun
dē conſumatoria reſurrectio ſubſequuta fuiſſet, quā vel ipſe Chriſtus alibi fieri oportuiſſe
ſcd̄m ſcripturas adfirmat. Tanta profecto pro noſtra ſalute pariter huius reſurrectiōis fuit Lu. 24
victoria, vt p̄ ipſam vel mors ipſa, quæ p̄ pctm̄ intrauit (teſtibus propheta & Paulo) fuerit Oſeæ. 13
deuicta & abſorpta, vitaq́ æterna reparata, quā nr̄a culpa p̄dideramus. Chriſti em̄, q̄ pri- 1. Cor. 15
ma oīm fuit ad immortalitatē primitiæ, vt Apl̄us ſcribit, reſurrectio, noſtrā ḡnalē reſurre-
ctionē op̄ata eſt, & adeo quidē vita ipſius p̄ reſurrectionē tertia die recepta, & mortē natu 1. Cor. 15
ræ in ipſo & in nobis q̄q́ geminā mortē deſtruxit. Spūs inquā & carnis. Spūs quidē, quia
cōuiuificauit nos Chriſto, & ſuſcitauit à pctō. Carnis vero, quoniā illa Chriſti vita, viā no
bis & exēplum reditus, & immortalē vitam p̄ futurā reſurrectionē præbuit. Quare in eo cō
flictu vita longe valētior apparuit, & inſigni potita eſt victoria, q̄nquidē Chriſti vita tripli
cem profligauit mortē, ſimplā ſcꝫ & vnicā in ipſo, & duplicē in nobis, & vitā dedit nullo ſi
ne caſurā. Si Chr̄i imitatores effici ſtuduerimus, q̄les erimus, ſi crucē eius ſuſceperimus, &
hodie deincepsq́ ſemp̄ teſtati fuerimus & exultauerimus, gratias agētes, q̄d adeo nobis ho
die propitius idēq́ verus cōtra diabolicā tyrannidē potēs deus & redēptor factus ſit, hācq́
diem ſua glorioſa reſurrectione, præ cæteris ita adornare & inſignire voluerit, vt eā præ-
cipue feciſſe p̄hibeatur, & merito in ea ſingulariter lætari exultareq́ poſſimus.

FINIS.

Homilia

HOMILIA QVADRAGESIMA DE EO QVOD SCRIPTVM eſt: Lucæ.24. Mane nobiſcum, qm̃ aduesperaſcit, & inclinata eſt iam dies.

In ſecundis ferijs paſchatos.

PROBI ADMODVM ET DISCIPVLI BENE INſtituti, q Emautem euntes peregrinũ, q Chriſtus erat, hoſpitio ardẽter recipiũt, memores doctrinæ præceptoris, à quo nuꝑ ad hoſpitalitatem ꝑinde atq; rem cœlo maximè dignam tam fuerãt ſerio ad- A
Matt.25 moniti. Nimiꝝ q aliàs ab illo, incognito nũc peregrino, adhuc pauloante in humanis agente audierant, eos q ſe, id eſt, nomine ſuo pauperẽ colligerẽt hoſpitẽ, poſſeſſuros regnũ à mundi conſtitutõe paratũ. Porrò Chriſtum ſpecie peregrini hoſpitio recipiũt, q Chr̄i no
Mat.22 mine vł quamlibet egenũ peregrinúmue hoſpitant, id q̊d ex frater-
Mar.12 na charitate, qua proximũ æque atq; nos diligere debemus obliga-
Gala.5 mur. Vnde & Apl̄us frequẽter hoc ipm̄ miſericordiæ genus nobis & apprimè commendat, q
Heb.13 ad Hebræos ſcribẽs: Hoſpitalitatẽ (inqt) nolite obliuiſci, & Romanos quoq; hortat, vt hoſpi-
Roma.12 talitatẽ ſectent. Et Petrus itidẽ hoſpitalitatis charitatẽ ſine murmuratõe amplectendã monet
1.Petri.4 quippe quæ multitudinẽ peccatoꝝ cooperiat, & Paulo teſte, adeò deũ nobis promeret, vt ꝑ
Jaco.4 eam nõnulli angelis hoſpitio receptis ꝑplacuerint. Quũ em̃ Abrahã angelos, q tamẽ hominis
Heb.13 ſpeciẽ præ ſe ferebant, collegit, filiũ ipſe ſenio confectus ex ſterili ꝑpter ſenectutẽ cõiuge ſuſce-
Gene.18 pit. Et Loth ſimiliter, q duos angelos, in ſpecie tamẽ duoꝝ iuuenũ hoſpitatus eſt à ſubuerſio
Gene.19 ne vrbiũ, in qbus habitarat, liberari meruit. Hinc ex duoꝝ hodie diſcipuloꝝ ad Chriſtũ ꝑinde peregrinũ, & pauperẽ verbis oppidò euidẽter ĩſtruimur, vt vel beneficiũ maximę hoſpitalitatis egẽti proximo & ingeramus & obtrudamus, hoſpitióq; receptis tam menſam ꝓ tenuitate noſtra, quàm vultũ hilarẽ & animũ ſynceꝝ exhibeamus colloquio amico & puro vtentes. Id quoniam diſcipuli ſatagerunt, ſecum habere meruerunt Chriſtum, qui eorum oculos lumine gratiæ ita aperuit, vt eum cognorint, alioquin propter noctem oberraturi.

¶Quod vbi altius repetiuero, neſcio qd altius ꝑ veſperam & diem inclinatam accipiendũ B
arbitrer, ꝑpter quam chriſtũ vt ſecũ maneat tantopere obſecrant diſcipuli, q tamen cũ illis ſe
Mat.28 vſq; ad ſeculi conſummationem aliàs manſuꝝ pollicitus eſt. Quid ſi ꝑ veſperã & diẽ inclinatã
1.Johan.2 ritè intelligeremus poſtremũ huius vitæ ſpaciũ, q̊d nouiſſimã horam Iohannes, & Paulus ſe-
1.Cor.10 culoꝝ fines, q in nos deuenere appellat? Et certè nõ poſſumus aliud q̃ extremam huius ſeculi partem intelligere, quia alibi Chriſtus per diem vitam hanc p̄ſentem totam inſinuans inquit:
Johã.9 Me oportet oꝑari oꝑa eius, q miſit me, donec dies eſt, venit nox (quæ veſperam proximè ſub-
Mat.20 ſequit) quando nemo p̄t oꝑari. Et alio in loco horam vndecimam ꝑinde atq; veſpertinam, nẽpè diei penultimã intelligit, qua vel vnica laborantes pares illis fecit, q diei, id eſt, totius vitæ pondus & æſtus portarant, in cuius vitæ vltimi ſpacij prima parte Chriſtus ꝓ nobis & homo
Mat.28 natus, in terris vt homo conuerſatus, idémq; paſſus ac mortuus ſe tum in ſacramento Euchariſtiæ, tum ſpiritu ſuo auxiliatuꝝ ꝑ gratiam & potentiam nobiſcũ omnibus diebus vſq; ad conſummationẽ ſeculi futuꝝ ꝓmiſit. Ille aũt à nobis ſe longius ire fingit, vbi noſtris peccatis ira-
Pſalm.37 tus ſuam nobis gratiam ſubtrahere, & ꝑinde induratos relinquere videt. Vnde Dauid gratiam & adiutoriũ à deo poſtulans: Ne derelinquas (inqt) me dñe deus, ne diſceſſeris à me. Quod cũ ſit, humillimo corde ipm̄ & rogemus & obteſtemur, quo nobiſcũ maneat, ſuam grãm nobis largiri dignet, & qdem maximè, q̊d adueſperaſcit & inclinata ſit dies, nocte appropinquãte, in qua & tute ambulandũ lumine ſit ĩpẽdio opus. Chr̄o vel ipſo teſtãte, q dicit: Ambulate dũ lucẽ
Joh.12 habetis, vt vos tenebræ nõ cõprehẽdant. In nocte em̃ (inqt) qui ambulat ſe offendit.

¶Rectè igit duo illi Euangelici diſcipuli inclinãte iã die, nocteq; aduentãte Ieſum obnixi- C
Johan.1 us orant, vt ſecũ maneat. Lux vtpote vera, quæ illuminat omnẽ hoĩem venientẽ in hũc mundum, fide ſcilicet ꝑ grãm. Orant (inquã) vt ſe lumine ſuo illuſtret, ad habendam fidem de vera Chriſti reſurrectione, ſcripturas ex ordine elucidaturus. Ritè nimirum nec ſine myſterio diſcipuli illi, fidei dubitatione vacillantes, & cæcutientes, Chriſtum orant vt ſecum pernoctet, ab eo haud dubie illuſtrandi:

¶Quandoqdem q habituri Chriſtũ, haberẽt veꝝ diem, & clariſſimũ diei ſplendorẽ, imò ra- D
Malac.4 diantiſſimũ ſolem, vt ſcribit, iuſtitiæ, veritatis, atq; intelligẽtiæ. Siqdem Chriſtus dies ſit ſpi-
Sap.5 ritualis & myſticus, q̊d ille depulſa nocte veteris inſtrumẽti, & figuraꝝ nouum ſalutis iubar, & ſplendorẽ veritatis ſuo ſalutifero aduẽtu mundo intulit, idipm̄q; maximè hic reſurrectionis ſuæ die, q idémq; noctis tenebras detegit, quoniã mẽtis tenebroſæ peccatis opacitatẽ lumine
Heb.1 ſuæ grãæ ꝑ fidẽ illuſtrat, q & paternę lucis lumẽ q̊d de ęterna luce pr̄is ꝓdierit, cuius ideoq; ſplẽ-
Sap.7 dor dicit & cãdor lucis æternæ, q primus beatũ lumẽ nobis p̄dicauit, Euangelicã legẽ mundo
Pſal.18 prædicans iuxta Dauidem: Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam.

¶Quũ

E ¶Quũ proinde qui Chriſtũ habet, vitæ lucẽ & ſemitæ habet, qua duce, vt ipſe ait, in tene- Johan. 8
bris nõ ambulat. Cur fratres in Chriſto chariſſimi, adeo ſumus ſtulti & tardi ad ea credendum
& agendũ, quæ Chriſtus verbo docuit, & ſcriptis ad nos poſteros reliquit, idq; ipſum facto
præſtitit, eaq; incredulitate obcæcati, & tot ac tantis malis deũ offendimus, vt vel ipſum per- Pſal. 118
inde vt peregrinũ incognitũ in huius vitæ peregrinatione (peregrini em̃ ſumus in hoc mun- Hebr. 13
do, nec firma nobis eſt mãſio) p ſcripturas nobis loquentẽ, apud nos habemus, ſcripturas no 1. Petri. 2
bis ſanctas toties adducentẽ, (Chrũs em̃ in ſcripturis loquit) Cur, inquã, & ipſi nõ humili alta-
q; voce clamemus, rogemusq; ad dñm illũ peregrinũ, Mane nobiſcũ, qm̃ adueſperaſcit, & in
clinata eſt iam dies? Adeo, inquimus, inclinata, vt veremur ob mentis noſtræ propter pecca
ta cæcitatem, nox illa ſit proxima, qua dies illa domini tremenda, vt ſcribit apoſtolus, ſit ven 1. Theſſ. 5
tura, & conſummatio huius ſeculi horrenda. Nox, inquã, illa, qua (vt Chriſtus ait) ex duobus Mat. 24
in vno lecto, vnus aſſumetur, id eſt, ad felicitatem ſuſcipietur, alter ad exitiũ: nec tũ tẽpus erit Lucæ. 17
emere oleum ad parandũ contra tenebras lucernã & lampadẽ, ad obuiandũ ſponſo Chriſto, Mat. 25
qui hodie tam benignus peregrini ſpecie diſcipulis apparuit. Certe certe clamandũ eſt, & cũ
diſcipulis ardenter orandũ, vt dñs nobiſcũ maneat, adeouſq; adueſperaſcente, & nocte ita in-
clinante, vt tenebræ mentem noſtrã ad omne maloꝝ genus excæcent, & verendũ ne noctis
obſcuritate prorſus obruamur, qui pene nunc nihil non videmus, aut adeſſe, aut (quod clemẽs
dominus auertat) propediem futuꝝ, quod Chriſtus dudũ prædixit fore. Videmus em̃ modo Marc. 13
non ſine grandi dolore animi multos paſſim ſuboriri ad ſeducendũ etiam electos vaſerrime
paratos: videmus, inquã, prælia, & prælioꝝ opiniones, gentem contra gentẽ, regnũ cõtra re Mat. 24
gnũ, ſanguinem contra ſanguinem conſurgere, & ſuo nihil ordine apud nos geri. Audimus Marc. 13
itidem per varia loca ſubnaſci peſtilentias, famẽq;, & alicubi terræ motus, & horrendas aqua- Lucæ. 24
rũ inundationes, & lernam deniq; hoc genus maloꝝ vbiq; imminere, nec reſtare aliud, q̃ (de-
us tamen auertat) eam tribulationẽ, quanta à mundi initio (vt Chriſtus ait) haud fuit. Quum Mat. 24
igitur tã adueſperaſcit, & dies adeo ſit inclinata, vt tenebris opaciſſimis pene ſimus obcæcati,
ipſeq; dominus noſtris offenſus peccatis nõ modo ſingat ſe longius à nobis abire, ſed & emi-
nus diſceſſurus ſit, grãm ſuã nobis vti olim Pharaoni propter cordis noſtri duritiã ſubtractu- Exodi. 10
rus, Ah ah precibus inſtemus humillimis, corde deuoto obſecrantes, vt nobiſcũ lumine diui-
næ ſuæ gratiæ ac miſericordiæ nobiſcũ maneat, ne nox peccati & æternæ noctis tenebræ nos
cõprehendant. Ille autẽ ſyncero pectore rogatus non dedignabitur pro ſua, qua eſt, miſeri-
cordia non modo ſe nobis tam duri in hoc mundo itineris comitẽ adiungere, verũetiã ipſe &
hoſpes nobiſcũ & intrabit, & p grãm ſuæ diuinæ luminis manebit, ſeq; nobis vera fidei cogni
tione cognobilẽ exhibebit, quẽ vbi cognouerimus, vitã æternã (teſte Iohãne) habebimus. Co Johan. 17
gnoſcemus aũt eundẽ, qñ deuoto pectore de ipſo & cogitabimus & loquemur, ſiquidẽ & no-
bis in itinere apparebit, viã veritatis adapturus, manebitq; hauddubie nobiſcũ, ſi ſyncera mẽ
te & pia humilitate orabimus cũ duobus diſcipulis, Mane nobiſcũ, qm̃ adueſperaſcit, & incli-
nata eſt iam dies.

¶HOMILIA XLI. DE EO QVOD SCRIPTVM EST, Lucæ. 24. Quoniam ſic ſcriptum eſt, & ſic oportebat Chriſtũ pati, & reſurgere à mortuis tertia die.

In tertijs ferijs paſchatos.

A CHRISTI Ieſu à morte reſurgẽtis ad diſcipulos verba ſunt, qbus il
los pinde adhuc ad rem mirabilẽ & à ſeculo nunquã auditã incredu-
los & corripit & inſtruit, vtpote Chriſtũ vel ideo à mortuis reſur-
rexiſſe, quoniam ſic ſcriptũ ſit, & quidem tertia die: Neceſſum qui-
dem, quæ de ſe vel in lege Moyſi, vel in prophetis ſcripta eſſent vni
uerſa impleri: Quũ (vt Petrus ſcribit) non voluntate humana allata 1. Petri. 2
ſit aliquando prophetia, ſed ſpũ ſancto inſpirati loquuti ſunt ſancti Lucæ. 1
dei homines, & per os prophetaꝝ loquutus eſt deus, qui mẽtiri ne- Tit. 1.
quit. Cuius ſane verba de filio vnigenito, vt aliàs q̃q;, verificari opor Hebr. 6
tuit. Quãdoquidẽ verbũ dei, q̃d loquuti ſunt prophetæ, veritas ſit, Pſal. 118
quæ in æternũ manet. Et quidẽ (vt Chrs ait) cœlũ & terra trãſibũt, nõ etiam dñi. Eapropter Mat. 24
Chriſtũ tertia die reſurgere oportuit; qm̃ ſic ſcriptũ p prophetas fuerat, q̃d neceſſum fuit ad-
impleri. In pſalmo em̃ ſpũs ſanctus loquit. Nõ derelinques animã meã i inferno, nec dabis ſan Pſalm. 15
ctũ tuũ videre corruptionẽ. Et figura q̃q; ſignificabat, Chriſtũ è latebris terræ tertio reſurre- Actoꝝ. 2
ctuꝝ, vti Ionas die tertio pter oĩm expectationẽ è ventre ceti redditus ẽ. Et apud Oſiã q̃q; Ionæ. 2
ſcriptũ legebatur, Viuificabit nos poſt duos dies, in tertio die ſuſcitabit nos. Et ſane Chriſtus Matt. 12
quoq; ſæpenumero diſcipulis ſuis inculcarat ſe iuxta prophetaꝝ vaticinia morituꝝ ac die Oſee. 6

Digitized by Google

tertia reſurrecturum,& ſic plane prima ratio,qua Chrūs reſurrexit,eſt,qm̄ quod ſcriptura prę-
dixerat,neceſſum erat tū adimpleri.Cui ſecunda accedit,& eſt præordinatio patris,à quo ip-
Iohan.3 ſe in hunc mundū miſſus fuit vt hominē redimeret, id quod plene citra reſurrectionem fieri
Ro.4.6 haud potuit,nēpe quæ cæterorum myſteriorum pro nobis cōſummatrix fuerit,&(vt Paulus ait)
Pſal.56 ad iuſtificationem noſtrā facta.Chriſtum vero ordinatione patris reſurrexiſſe patet ex pſal-
Hebræ.1. mo,Exurge gloria mea.ſ.fili mi,qui dei patris(iuxta Pauli verbū)eſt gloria & ſplendor,cui
filius reſpondit:Exurgā diluculo.Tertia additur ratio,quæ eſt pfectæ redēptionis humanæ,
Roma 4 ſiquidē Chriſtus(vt pauloante diximus)ſua tandē reſurrectione noſtrā iuſtificationē plene
operatus eſt.Id quod duo diſcipuli ex Hieruſalē ad Emaus euntes facile inſinuāt. Nos,inqui-
Lucæ.24 unt,autē ſperabamus,q ipſe eſſet redempturus Iſrael.ſ.per reſurrectionē,quā fore tertia die
pollicitus eſt.Et accedit deniq; quarta ratio,gloriæ.ſ.Chriſti p reſurrectionē & indipiſcēdæ
Lucæ.24 & amplificandæ,quādo & ipſe ait,ſe oportuiſſe pati,& ſic p reſurrectionē ſuā ingredi in glo-
riā.Id quod dominica reſurrectionis die ſatis oſtenſum eſt.Inibi quoq; nobis exemplū relin
Acto.14 quit,nos ad vitæ æternæ reſurrectionē præcedēte paſſione peruenturos,qm̄(vt ſcribitur)per
multas tribulationes oportet nos ingredi cœlum.

Oſee.6 ¶Quod vero hic dicit ſe oportuiſſe die tertia reſurgere,adeo eſt verū, vt vel propheta du- B
dū prædixerat,Viuificabit nos poſt duos dies,in tertio die ſuſcitabit nos.Id quod paſſim fo-
Actorum.13 re certo futurū tertie & non vlteriore die tam Chriſtus q̄ apoſtoli clariſſime adſeruerunt,ad-
firmant'q;.Ideoq; vehementer poſt antiquiores illos & doctrina & ſanctimonia ſpectabiles
interpretes,& noſtri recentiores hallucinati ſunt,q nuper nō modo in dubiū reuocarūt,num
Chriſtus tertia die reſurrexerit,ſed & pene contra eccleſiā,cōtra articulos fidei,cōtra omnē
veritatē adſeuerarunt illū poſt tres dies,& ſic plane quarto die reſurrexiſſe.Freti,vt arbitror,
hoc græco μετὰ ἡμέρας,minus tamen tuto,qm̄ inibi Synechdoche ſit,difficultatē ita extricās
vt ſurrexerit poſt tres dies,id eſt,poſt tertiū diē inceptū. Atqui freti eo,q alias dicunt Iudæi
Mat.27 perfidi,qđ Chrūs,quē ſeductorē falſo appellāt,viuēs adhuc dixerit,poſt tres dies reſurgā,fru
ſtra prorſus cōtendunt & incaſſum plane laborāt,figurate quidē ſatis intelligi ipſum poſt tres
Iohan.2 dies reſurrexiſſe,quū qđ Chrūs nusq̄ dixiſſe legit,qđ hic falſo Iudæi allegant.In Iohāne quidē
dixit vel ipſis nō intelligentibus,Soluite templū hoc.ſ.corpis,& in tribus diebus excitabo il-
Mat.26 lud,in quo & Euangeliſta illos ibi falſos deinde teſtes adfirmat.Nouiſſime,inquiens,venerūt
duo falſi teſtes,& dixerunt,Hic dixit,Poſſum deſtruere tēplū,& poſt triduū reædificare illud
Falſi,inquā,erant,cū quod Chrūs de tēplo corporis ſui loquutus fuerat. Vſus verbo conſen-
taneo,excitabo.Illi aūt nequiter narrant,reædificare,Chriſtus quoq; hoc ſui corporis tēplū
non poſt triduū,vt iſti mentiuntur,ſed in triduo,id eſt,in tribus diebus ſe excitaturū ait.Sed
qđ multa?Nō erat hic modo videndū,qđ ſcriptū eſſet,ſed & qui ſcriptū eſſent loquuti?Iudæi
vtpote mendaces,q plerunq; ſemp vel falſo repetiuere Chriſti verba,vel perperā interpreta
ti ſunt.Id qđ & hic mēdaciſſime moliunt,illū nugantes dixiſſe,ſe poſt tres dies reſurrecturū,
q teſtimonio omniū ſcripturarum tertia die reſurrexit.Nō eſt propterea,vt deinde aliqui tam
male bonas horas collocet,in dubiū iam demum reuocātes,qđ firmiter nunq̄ nō ab oībus ſit
creditū,& idipſum quoq; ſcriptura vere habeat. ¶Quod vero nōnulli plus æquo anxij ſcire C
velint,quomodo tertia die ſurrexerit,qm̄ id non admodū euidenter colligatur ex Euangelio
vnde tres dies eius mortis integri non eliciantur,quū neq; primum,neq; tertiū plene in ſepul
chro fuerit.Quos hoc vel vnū latere nolim, nullā ſcripturam perhibere,Chriſtum oportere
tres integros dies in monumento,vel mortuum manere,ſed tertia die iuxta tempus reſurge-
re,ad hoc autem ſufficere quod de tribus diebus in ſingulis aliquā partem fuerit in ſepulchro
& ſic à prima die ſepulturæ tertiam deinde diem in parte tetigiſſe cū reſurrectione.Cuius te-
ſtimonio eſt ſcripturæ ſtilus,q vbiq; habet tempus reſurrectionis,id eſt,diē tertiū in ablatiuo
caſu,q ſane caſus,vt in noſtris ſcholijs abunde docuimus,tēpus non integrū,& continuum ſi-
gnificat,ſed de tēpore quod eſt in ſermone aliquas partes.Et ſic habes,aliud eſſe,dicere tribus
diebus,q̄ tres dies.Si eñ hiſtoricus tres dies ſcripſiſſet,integras dies oporteret intelligi.Si trī
bus diebus,ſat eſt trium dierum partes aliquas attigiſſe.Euangeliſtæ igitur ſpatiū ſemp dantes
ablatiuo,non dies integros,ſed de tribus diebus intelligi voluerunt.Et ſic qdem mortis Chri-
ſti ſpatium durauit horas circiter quadraginta,de tribus diebus accipientes.Paſſus eſt nanq;
Chrs circa vernale æquinoctium,hora vero meridiei emiſit ſpm̄.Ita ſex horas ante ſolis oc-
caſum vita functus fuit,tot eñ horas in æquinoctio vernali à meridie ſunt ad ſolis vſq; occa-
ſum.Sepultus eſt hora Cōpletorij,id eſt,prope ſolis occaſum. Manſit in ſepulchro integrā
noctē,ſabbatū diem antecedētē,& ipſam ſabbati integram lucē,quæ horas.XXIIII.tpis in ſe
concludunt.In aurora dñicam diē præeunte,quæ tertia erat à die mortis,reſurrexit.Aurora
autē ferè duas horas antecedit radiorum ſolis effuſionē.Et ſic ſanè fatendum erit decē horas hac
die tertia corpus in ſepulchro ſtetiſſe,modo ſex horæ diei mortis,&.XXIIII.integræ diei ſab
bati,triginta conſtituunt.Additæ decem horæ noctis præcedentis lucem tertiā quadraginta
i ſumma-

ſummatim conficiunt. Quadraginta horas, ex Euangelijs cõſtat, mãſiſſe animã Chriſti à cor
pore ſeparatã .ſ. ante ſepulturã circiter ſex, ſepulto deinde corpore, trigintaquatuor
D ¶Et ſic euidẽter colligitur ad hunc modũ ſubſequutã in aurora tertiam diẽ, qua teſtimo-
nio omniũ ſcripturaꝝ, vel ideo etiam ſurrexiſſe traditur, quo primũ ſcripturæ, quæ hanc diẽ
prædixerunt, implerẽtur. Deinde, vt hoc numero ternario perinde perfectiſſimo Chriſti q̃ꝫ
reſurrectio perfectiſſima, tam quo ad gloriam ipſius, q̃ ad iuſtificationẽ noſtrã eſſet. Præterea
vt oſtẽderetur triplex gaudiũ ex ea tertiæ diei reſurrectione exortum. Siquidẽ apud inferos
gaudiũ fuit, vnde captiui patres ſunt ꝑ Chriſtum redẽpti. Apud terras, quũ homines & illos
adhuc præſidẽtes, in integrum reſtituerit. Apud ſuperos cœleſtes, quãdo illi ſui regis triũphũ Ephes. 4
cognorunt impletum. Et deniꝗ tertia die ſurrexit, quo ſe & inferoꝝ & terraꝝ & cœloꝝ po-
tentẽ dñm oſtẽderet, in cuius etiam nomine (vt pridie intelleximus) triũ, id eſt, cœleſtiũ, in- Philip. 2
fernoꝝ, terreſtriumq́ꝫ genua flectuntur. Et demũ, inquam, tertia die reſurrexit, quo ꝑ dierũ
numeꝝ faceret teſtimonium ſufficiẽs, quod in ore duoꝝ vel triũ teſtiũ ſtat, vt Chriſtus alibi Deute. 17
dixit. Hinc ſacroſancta eccleſia Chriſti tres potiſſimũ dies pro Chriſti reſurrectionis gloria Matt. 18
celebrandos toto terraꝝ orbe inſtituit, q̃bus ꝓmemorata glorioſe recẽſet.

¶HOMILIA XLII. DE EO QVOD SCRIPTVM EST,
Iohan. 20. Hæc autẽ ſcripta ſunt, vt credatis, quia Ieſus eſt filius dei, &
vt credẽtes vitam habeatis in nomine eius.

Dominica octaue paſchatos.

A QVAM fuerit fidei noſtræ articulus, quo Chriſtum à morte reſur-
rexiſſe credimus, pleriſꝗ omnibus, vel diſcipulis creditu difficilis,
argumẽto eſt in primis, quod in cœlum aſcẽſurus Chriſtus, illis in- Marc. 16
credulitatẽ illoꝝ & cordis ad credendum duritiam exprobrarit.
Idemq́ꝫ deinde articulus q̃ fuerit aliorum hominũ poſt illos menti-
bus ſero difficileq́ꝫ receptus & perſuaſus, ex apl'oꝝ actis eſt cogno-
ſcere. Nimirũ quibus proditum legimus, Athenienſes audita mor- Actoꝝ. 17
tuoꝝ reſurrectione à diuo Paulo, cũ ſtans in medio Areopagi, ver
ba vitæ & ſalutis æternæ ipſis annuntiaret, irriſiſſe eũ, Alios quidẽ
ipſum ſemiuerbiũ, alios quidẽ eundẽ nouoꝝ dæmonioꝝ annunti-
B atorem vocaſſe, quia Ieſum & reſurrectionẽ nũtiaret eis. ¶Eapropter Chr̃s ſeruator eoꝝ, q̃
futurꝫ erãt, prouidus, vt ſua q̃ vera fuit, reſurrectio prorſus & ſine ambiguitate & crederet, &
paſſim reciperet, eã teſtatus eſt, vti in ſcripturis ꝑ prophetas ꝓnuntiatã, ita in ſe factã eẽ. Id q̃d
& animaduertẽtes apoſtoli eoꝝq́ꝫ in cõcilio Nicæno ſucceſſores paſſim, reſurrectiõis articulo
ad tollẽdã omnẽ dubitatiõis occaſionẽ adiecerũt particulã, Reſurrexit, ſecũdum ſcripturas. i.
quẽadmodũ ſcripturæ prophetaꝝ dudũ ꝓnuntiarant Chr̃i reſurrectionẽ fore, ita eſſe cõple-
tã. Scripturis autẽ, quoniã eas deus Opt. Max. qui (vt Paulus ait) mẽtiri nequit, ꝑ os prophe- Tit. 1.
taꝝ loquutus eſt, indubie credendũ eſt. Hinc Paulus ad Corinthios inquit, Tradidi vobis in Hebræ. 6
primis, quod & accepi, quoniã Chr̃s mortuus eſt pro peccatis noſtris ſcundũ ſcripturas, & q̃a Luce. 1.
ſepultus eſt, & q̃a reſurrexit tertia die ſecundũ ſcripturas. Et ſane nobis nõ modo veteris te- 1. Cor. 15
ſtamẽti ſcripturæ olim ꝓnuntiatrices Chr̃i reſurrectionis de ea teſtimonium fidei ꝓbẽt, nimi-
rum quod ita ſit facta, vti illæ futurã ꝓdixerunt, veꝝ etiam noui inſtrumẽti, vtpote Euãgelio-
rum ſcripta eam ipſam vere credẽdam arguunt, veluti Euangeliſta ſub verbis noſtri prolo-
C quij apertius innuit. Hæc autẽ, inquiẽs, ſcripta ſunt, vt credatis, q̃m Ieſus ſit filius dei, & vt cre-
dẽtes vitam habeatis in noĩe eius. In q̃bus ſane verbis. ¶Primo colligitur, ſignoꝝ & eoꝝ
quæ Chr̃s fecit, & maxime de reſurrectione ſcripta, nobis potiſſimum fidẽ aſtruere, ꝙ Chrũs
ſit dei filius, id eſt perfectus deus, idẽq́ꝫ homo. Et recte quidẽ. Nam & Chrũs ipſe paſſim Iu-
dæis incredulis ſignoꝝ atꝗ miraculoꝝ magnitudine ſe dei eſſe filium ſategit. Etenim q, quũ
à Iudæis accuſaretur, quod homo ipſe ſe deum feciſſet, reſpondens, inquit, Si non facio opera
patris mei, nolite credere. Et ſi mihi non vultis credere, operibus credite, vt cognoſcatis & Iohan. 10
credatis. Q. d. quæ nimirum opera certo me eſſe dei filium adfirmant. Cuius ſermonẽ & ho-
mines & dæmones ꝑinde veriſſimum approbarunt. Nicodemus enim princeps Iudæorum, Iohan. 3
Rabbi, inquit, ſcimus quia à deo veniſti magiſter. Nemo eñi poteſt hæc ſigna facere quæ tu fa
cis, niſi fuerit deus cum eo. Et cæcus alibi à Chr̃o nuper illuminatus, A ſeculo, inquit, non eſt Iohan. 9
auditum, q̃a quis aperuit oculos cæci nati. Niſi eſſet hic à deo, non poſſet facere quicquam. ſ.
hoꝝ: Et dæmonia quoꝗ, quę ſe videbant miraculoſe ꝑ Chr̃m exire coacta, ad Chriſtum cla-
mabant, dicẽtia, Quia tu es filius dei, nec abſꝗ cauſa. Sciebant quidem ſolum eẽ deum, qui (vt Luce. 14
propheta ſcripſerat, ſolus faceret mirabilia. Ad verè autẽ credendum eẽ Chriſtum dei filium Psalm. 71
ſigna facere, clarius ipſe Chr̃s Reguli filium curaturus arguit, Niſi, inquiẽs, ſigna & prodigia vi Iohan. 4

Digitized by Google

deritis, nõ creditis. Quod & verũ eſſe & ita factũ demonſtrat Euãgeliſta: Cũ autẽ, dicẽs, eſſet Hieroſolymis in paſcha, in die feſto, multi crediderunt in noĩe eius, videntes ſigna q̃ faciebat. Hinc profecto Euangeliſta Iohannes inter alios potiſſimũ Chriſti Ieſu ſaluatoris diuinitatẽ aduerſus Cherintum, Ebionẽ, hocq; genus hæreticos alios, qui negabãt Chriſtũ in carne veniſſe & eſſe deũ, oſtenſurus probaturusq;, ſignis & miraculis à Chriſto factis deſcribẽdis magnopere innititur. At qa huius diuinitatẽ vel inprimis arguit glorioſa ipſius reſurrectio, qm̃ ſolus deus ſit qui primus reſurgere potuit, aliorũ poſt ſe primitiæ (vt ait Paulus) perinde atq; prſus ſupra naturæ leges ſit & iura. Ideoq; inqt, idẽ Euãgeliſta, Chr̃m poſt reſurrectionẽ ſuã multa quidẽ & alia ſigna in conſpectu diſcipulorũ ſuorũ feciſſe, & ea ideo ſcripta, vt credamus Ieſum dei eſſe filiũ. Ea demum ratione idẽ ſuis diſcipulis, vti ſcribit Lucas, ſe ipſum viuũ poſt paſſionẽ ſuã, in multis argumentis per dies quadraginta apparens eis, & loquẽs de regno dei, præbuit. ¶ Quo igitur, inquã, Ieſus Chriſtus ſuis diſcipulis adeo duris & incredulis, nobisq; poſt illos omnibus glorioſam ſuã reſurrectionẽ & verã & perfectam, id eſt, quod eſſet reditus eiuſdẽ hominis in numero, de morte corporali ad vitã glorioſam, tam ex parte corporis q̃ aĩæ, & primo ſe poſt reſurrectionẽ verũ & ſolidũ, non imaginariũ vel rarũ vel aereũ habere corpus oſtenderet, voluit ſe à ſuis diſcipulis palpari, qm̃ ſpũs carnẽ & oſſa non habeat, quę ipſe habuit. Deinde quod haberet corpus humanũ, oſtendit verã effigiem humanã ab alijs effigiebus diſtinguibilem, duobus diſcipulis Emaus eũtibus, vti peregrinus, Magdalenæ velut Hortulanus apparuit, poſtremo, quod idem haberet corpus numero, quod ante mortem habuit, oſtendit cicatrices vulnerũ, Videte, inquiens, manus meas & pedes meos, quia ego ſum. Et hodie apud Iohannẽ, infer, inquit Thomæ, digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meũ, & noli eſſe incredulus ſed fidelis, hæc quo ad corpus verum humanũ, idemq; numero exhibuit. ¶ Quantum vero ad partem animæ reſuſcitato corpori vnitæ verificandam, Primo oſtendit per opus vitæ nutritiuę, cũ diſcipulis ſuis manducans de parte piſcis & aſſi & fauo mellis. Secũdo per opus vitę ſenſitiuæ, ad interrogata diſcipulis reſpondens, eosq; ſalutans, ſe audire & videre probans, pax, inquit, vobis, ego ſum. Tertio, per opus vitæ intellectiuæ, cũ diſcipulis de ſcripturis diſſerens, easq; illis exponẽs. Quod vero ad vitam glorioſam reſurrexerit, oſtendit, intrans hodie ad diſcipulos ianuis clauſis, dote nimirum ſubtilitatis, arguens ſe habere corpus ſuũ eiuſdem naturæ, & alterius glorię. Illis itaq; argumentis & ſignis ſat patuit apoſtolis, Chr̃m vere reſurrexiſſe à mortuis, & ob ea eundẽ eſſe deũ, vnde & ad nos, qui non vidimus, ſcripturis ſanctis tranſmiſſus eſt fidei articulus, quo credimus, Chriſtũ deũ & hominem à mortuis reſurrexiſſe.

¶ Vnde & hoc ſecũdo loco colligitur, Chriſtũ propterea ſe tot argumentis, tot poſt reſurrectionem dies ſe viuũ oſtẽdiſſe, vt omnino crederemus, ipm̃ eſſe filiũ dei vnigenitũ, & hunc credentes vitã haberemus. Id q̃d & ipſe apud Iohannẽ teſtatur. Sic eñ, inquiens, deus dilexit mundũ, vt filiũ ſuum vnigenitũ dederit, vt omnis, qui crederet in eũ nõ periret, ſed vitã haberet æternã. Peribit aũt qui non credit in noĩe vnigeniti filij dei, ſiquidẽ in cuius ſolius nomine vt ait Petrus, oportet nos ſaluos fieri, alibi, inquã, re ipſa vſuri ea vita, hic vero in Chriſtũ fide formata charitate, qua deũ cognoſcimus perinde ænigmate. Hinc alias Chriſtus ait. Hęc eſt aũt vita æterna, vt cognoſcant te ſolũ deum verũ, & quem miſiſti Ieſum Chriſtũ. Siquidẽ ipſe ſit nobis reſurrectio & vita. Quare alibi Iohannes inqt. Qui habet filiũ dei, habet vitã, qui nõ habet filiũ dei, vitam non habet. Hęc ſcribo vobis, vt ſciatis, qm̃ vitam habetis æternã, qui creditis in noĩe filij dei, rectiſſime igiẽ ab Euangeliſta dicitur. Hęc aũt ſcripta ſunt, vt credatis quia Ieſus eſt filius dei, & vt credẽtes vitam habeatis in noĩe eius, ex quibus etiã verbis.

¶ Poſtremo colligitur, Nõ omnia quę Chr̃s vel dixit vel fecit, verũ quæ potiſſimũ ad ipm̃ dei filium agnoſcendũ & credendũ faciũt, Euangelico codice cõtineri. Quod idẽ Euãgeliſta ſequẽti capite denuo teſtatur. Sũt, autẽ, inquiẽs, & alia multa, quæ fecit Ieſus, q̃ ſi ſcribanẽ per ſingula, nec ipm̃ arbitror mundũ capere poſſe eos, qui ſcribẽdi ſunt, libros.

¶ Vñ planè errãt & hallucinanẽ, qui nihil adferunt à Chr̃iano q̃piam ſuſcipiendũ, niſi q̃d in Euangelijs ſcriptũ ſit, freti opinor, hoc Moyſis dicto, Nõ addetis ad verbũ, quod loquor vobis, nec auferetis ex eo. Nimirũ offendes perquã plurima, eaq; inprimis, quę ad futurã eccleſiæ gubernationẽ, vel cultũ diuinũ, vel ad cõſeruandũ inibi ordinẽ, vel q̃ ad hoc genus religionis cõſeruãdæ reliq̃ attinẽt à Chriſto dicta nec etiã ſcripta, vel non dicta, ſed Apoſtolis eorumq; ſucceſſoribus reſeruata, ab illis pro loco & tpe, vti ſpiritui ſancto melius videreẽ, Chr̃iano populo diſpẽſanda, & ea tñ nec oĩa ſcriptis prodita, ſed eſſe tacita ac myſtica traditõe tradita à patribus, ijſdemq; apoſtolis, eccleſiaſtico more ac reuerẽtiori diligẽtia in miniſterijs obſeruata magis ſilẽtio quã ſcripto publicata. ¶ Ad cuius rei fidẽ habẽdã etſi Euãgeliſtæ Iohannis teſtimoniũ ſatis ſuperq; faceret, quo habes clare non omnia eſſe ſcripta, quæ Chr̃s fecit, infirmis tñ ijſdemq; moroſioribus non pigebit oſtẽdere vno aut altero argumẽto Euangelium non omnia complecti, ſiue id duntaxat dici cẽſueris Euangelium, quod à quatuor traditum eſt Euan-

Margin notes (left): Iohan. 2. — Roma. 10 — Acto. 1 — Iohan. 3. — Actor. 4 — Iohan. 17 — Iohan. 11 — 1. Iohã. 5 — Iohan. 21 — Deu. 4. 12
Margin letters (right): D — E — F — G — H — I

Digitized by Google

K eſt Euangeliſtis. ¶Primo quidē ſi Euangelijs omnia cōtinerent, quid opus fuiſſet Apoſto-
los, poſt Chriſtum tot ſcribere & ſtatuere? Deinde conſtat, Chriſtū dixiſſe aliqua, q̄ tamen in
Euangelijs nō inueniūtur. Etenim vbi in Euangelio ſcriptū oſtēdes, Beatius eſſe dare, quàm Acto. 20.
accipere? quod tñ Paulus ex Chriſti verbis citat. Et vbi in Euangelio ſcriptū reperies, quod Iohan. 8.
Iudæi Chriſtū nuncuparint Samaritanū? quē tñ appellaſſe Iudæi ipſi adfirmant dicētes, Nō-
ne benedicimus nos, quia Samaritanus es tu? Et vbi inuenitur ſcriptū, qđ Chriſtus docuerit
oleo ſancto languidos à diſcipulis vnctū iri ad incolumitatē recuperādam? quod tñ Marcus Marci. 6
apoſtolos factitaſſe, perindeq́; à Chriſto ꝓceptum meminit. Et vbi ſcriptū eſt in Euangelio,
quid Ieſus de regno dei loquutus fuerit? de q̄ tamen diſcipulis poſt reſurrectionē Chriſtū fu- Actoꝝ. 1
iſſe locutū Lucas ſcribit. Aut vbi q̄ſo ſcripta ſunt in Euangelio, q̄rum adhuc multa dicebat ſe Iohan. 16
Chriſtus habere dicere diſcipulis, q̄ illi tunc portare haud poterāt? Quid multis? Patet nimi-
rum ex ijs, & hoc genus alijs, nūc ob tpis breuitatē ſilentio inuoluenda, Chriſtum multa feciſ-
ſe & docuiſſe, q̄ literis nō ſunt tradita, ſed ſine ſcripto plurima ad nos ꝑ prędeceſſores noſtros
eſſe perinde ac ꝑ manus deuoluta. Liquet & errare vehemēter qui cōtendunt nihil ſuſcipiē-
dum, niſi quod Euangelio cōtinetur, q̄d eo om̄ia cōprehendantur ſcripta, q̄ Ieſus fecit. Quod
L falſum eſſe paucis pro tēpore audiſtis. ¶Et hoc quidē nō modo eſſe falſum, ſed & multis er-
roribus dare anſam. Nempe q̄ pacto cōſequeretur, nec Paulū, nec Matthiā, aut ꝑdicandi, aut ba
ptizandi habuiſſe facultatē, qm̄ nō ſcriptum ſit, eis à Chriſto vti alijs mandatum, Ite in mun-
dum vniuerſum, & prædicate Euangeliū omni creaturæ. Quippe q tū in apoſtoloꝝ nūero Marc 16
haud dū fuerint. Adde & eo pacto nec apoſtoloꝝ ſcripta eſſe recipiēda, qm̄ ea in Euangelio Matt. 28
M ſcripta nō reperiunt. ¶Sed inquiunt ipſi, Euangelij nomine intelligimus totum noui teſta
menti codicē, libros omnes noue legis, vtpote epiſtolas apoſtolicas, & hoc genus cętera vo-
lumina complectentem. Eſto, ad hunc modum accipi Euangelium illi contendant, quamuis
idipſum infrequens ſit apud autores, tamen adhuc in Euangelio non omnia reperies ſcripta.
Cuius argumento eſt Paulus. Ergo, inquiens fratres, ſtate & tenete traditiones noſtras, quas
edocti eſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram. Idem alias, Laudo autem vos fra
tres, quia per omnia mei meminiſtis, & ſicut tradidi vobis traditiones tenetis, cum venero cę
tera diſponam. Quis modo non vidit apoſtolum hic innuere ſe Theſſalonicēſes & Corinthi 2. Theſ. 2
os aliqua ſermone tm̄ docuiſſe, nō aūt ſcriptis demandata, nec in epiſtola ad eos cōtenta? Qđ 1. Coꝛ. 11
ſi Paulus (qui præ cæteris apoſtolis tot reliquit epiſtolas) traditiones etiam à ſe nō ſcriptas cō
tulerit, obſeruariq́; voluerit, quid de cæteris apoſtolis arbitramur? qui quo pauciora ſcripſe-
runt, hoc fortaſſis plura tradiderunt verbi miniſterio. Quid enim ex Petro (qui poſt Chriſtū
ſuperuixit in eccleſia circiter annos. XXXVII.) habemus ſcriptū, præter duas breues epiſto-
las? Quid à Iacobo, quid à Iuda? præter ſingulas ſinguloꝝ epiſtolas, De cęteris vero (ſi ſubdu-
xeris Euangeliſtas) nihil, ne verbū quidem habemus ſcriptū, & tamen ſingulos pleraq́; ſalu-
taria dogmata tradidiſſe, literis autē non commēdaſſe nequaquam ambigimus.

N ¶Vere igitur Euāgeliſta dicit, multa & alia Chriſtū feciſſe, q̄ non ſcripta ſunt, nēpe q̄ nec
vniuerſus mūdus caperet, tam ob eoꝝ magnitudinem, q̄ multitudinem, ideoq́; indies plura
ſcribi, vel ad mundi vſq; finē. Quo fit, vt non falſo dixerit Eccleſiaſtes, Faciendi inquiens, plu Eccle. vl.
res libros, nullus eſt finis, nimirum ea docentes quibus eccleſia & pacifice poſſit & commode
pro loco & tempore gubernari, religioq́; ipſa & cultus diuinus, & quæ eo attinent rectius, in
conſono ordine conſeruari. Atq; ideo plus q̄ aperto conſtat, plurimum & toto quidem (q̄d
dici ſolet) cœlo errare, qui nihil putant à Chriſtiano ſeruandum, præter quod literis ſanctis
euidenter ſit expreſſum, imo contrarium eſſe veriſſimum, ſcilicet multa pro eccleſiæ regimi-
ne hominumq́; concordia & pace obſeruanda, quæ ſcriptis haud ſunt prodita. Cæterum q
ſciamus aiunt, quæ vltra Euangelium ſalutariter ſunt homini chriſtiano tenenda?

O ¶Reſpondeo, in primis Euangelij ſcripta à q̄uis petenda, iuxta illud, Scrutamini ſcripturas Iohan. 5.
quia vos putatis in ipſis vitam habere. Verum, quia vidimus multa inibi non cōtineri, puta-
rim ſecundo loco ad eccleſiæ conſuetudinem, qua deficiēte ad ſummos, qui apoſtolis vere ſuc
ceſſerunt pontifices & doctores, tertio quibus deficientibus, quarto & vltimo ad plenaria cō
cilia ſuaſerim ſuffugiendum, & deniq; quod inibi vel docetur, vel vnanimiter non contra E-
uangelium diffinitur, & ſalutariter & ſerio perinde vti Euangeliū eſſe amplectendum, q̄niam
P idipſum ſpiritu ſancto ſuggeſtore ſit, aut receptū, aut concluſum. ¶Cōſuetudini autem ec-
cleſiæ tot annorum ſerie totoq; hominum vſu vnanimiter approbatæ non ſecus atq; ſcriptu- 1. Coꝛ. 11
ræ, aut legi ſcriptæ eſſe ſtandum Paulus euidenter arguit, qui vbi Corinthios docuerat, vt mu
lieres non niſi velato capite, viri autem aperto in eccleſiis orarent, nihil præter eccleſiæ con-
ſuetudinem aduerſus contentioſum allegat, tanquam maximū pondus & momentum ad a-
liquid in ijs, q̄ ad mores ſpectant, habentē, & vere quidē, quū ea legi ſcriptæ vel ideo equiuale
at. Quia vis legis ex cōſenſu reſultat. Cōſenſus aūt minor nō eſt cōſuetudini q̄ legi cōſcriptæ.
Nā & cōſuetudinē longus & approbatus vſus inducit, q̄ proinde diuino magis q̄ humano vi

Digitized by Google

.l. diuturna .l. Sedita ff. de legib. deri debuerit recepta cõſilio. Eã ob rẽ legiſlatores nõ minus plectẽdũ cẽſent vetuſtæ cõſuetudinis, q̃ ſcriptæ legis ꝑuaricatorẽ, q̃d vtraq; videat æque à ſpũ ſancto authore procedere, q̃q̃
q̃ cõſuetudinis ſunt, ſcripta nõ ſint, à deo tñ nihilominus allata, ideo'q; ſalutariter & ſerio tenenda. Cuiuſmodi eſſe nõ ambigimus, q̃d ſanctæ crucis ſignaculo bñdicimus & ſignamur. Quod ad oriẽtẽ verſus adoramus. Quod ter oleo inungunt, q baptizant, q; verbis abrenũtiare Satanæ & angelis eius informamur. Et huius generis reliqua, q̃ in cõſuetudinẽ in ſacramẽtorũ adminiſtrationibus, & diuino cultu eccleſia minime recepiſſet, niſi vel ab apoſtolis, vel ab eorũ ſucceſſoribus fuiſſet iſtructa, & apſi talia rituũ ac obſeruãtiarũ gña nõ attẽtaſſent ordiare, niſi à
Johan. 4 Chriſto, aut à ſpũ ſancto fuiſſent ad ea faciendũ edocti, q̃s vtiq; vſq; ad nos errare ꝑmiſiſſet, q ideo miſſus eſt, vt nos omnẽ veritatem doceret, qui eccleſiæ adhæremus.

¶ Deficiente vero cõſuetudine currendũ duxerim ad ſupremos eccleſiæ ꝑſides, q̃s in apſorũ in primis'q; Petri locũ cõceſſiſſe conſtat, quod illi religioſe ꝑſcripſerint, perinde autumãt, atq; ab apoſtolis præſcriptũ eſſe habendũ, quũ idẽ ſit iuris ſucceſſoribus, quod anteceſſoribus & ꝑ Q
Ephes. 4 fecto vere, alioqui quur deus ille Max. quoſdã (vt ait Paulus) prophetas, alios vero Euangeliſtas, alios aũt paſtores & doctores inſtituit? Certe, vt ibi inquit Paulus, in opus miniſterij, in ædificationẽ corporis Chriſti, vt ijs fidẽ habeamus, vere'q; eos credamus in ſpũ ſancto loqui,
Lucæ. 10 ad quos indubie oẽs dixiſſe Chriſtus approbat, Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me
Matt. 23 ſpernit. Et rurſus: Omnia quæcunq; dixerint vobis, ſeruate & facite. Qui omnia dicit, nihil excludit. Ad eos aũt talia dici oportere intelligi teſtat Paulus ad ſeniores eccleſiæ, inquiẽs, At-
Actorũ. 20 tendite vobis & vniuerſo gregi, in quo vos ſpũs ſanctus poſuit epiſcopos regere eccleſiã dei, quã acquiſiuit ſanguine ſuo. Hinc motus turbæ dicit ac plebi promiſcuæ, Obedite ꝑpoſitis ve-
Hebræ. 13 ſtris, & ſubiacete eis. Ipſi eñ peruigilãt, quaſi rationẽ de aĩabus veſtris reddituri. Id quod dudũ deus per os Moyſi futurũ prouidit. Si eñ, inquiens, difficile & ambiguũ apud te iudicium
Deut. xvij eſſe proſpexẽris, & iudiciũ intra portas tuas videris verba variari, ſurge & aſcẽde ad locũ quẽ elegerit dñs deus tuus, venies'q; ad ſacerdotes Leuitici generis, & ad iudicẽ, qui fuerit illo tẽpore, quæres'q; ab eis, qui iudicabunt tibi iudicij veritatẽ. Et facies quodcũq; dixerint, q præſunt loco, quẽ elegerit dñs, & docuerint te iuxta legẽ eius. Hæc ibi. Nec dubitatur, Chriſtũ eccleſiæ ſuæ (quã proprio ſanguine redemit) prouidiſſe, vt Moyſen ſynagogæ, quũ vtriuſq; deus ſit author. Non aũt docet ad eos in dubio currendũ, qui iuxta capita ſua quæq; contraria
Titum. 3 eccleſiæ docent, & à Chriſti vita, aliena, qui plebi imponunt, eam'q; in errore circũueniunt, q̃s
2. Tim. 3 vti Apoſtolus futuros ita maxime vitandos vbiq; permonet. Poſſunt itaq; & eccleſiarũ præſides ad ædificationem earundem decernere, quæ in literis ſanctis ſcripta nondũ reperiuntur, nimirum ſuccedẽtes apoſtolis, qui poſt Chriſtũ non modo quædã ad totius eccleſiæ moderationẽ cõſona Euangelio inſtituere & decreuere, verũ quæ ab Euãgelio pene diſcreparunt.

Matt. 28 ¶ Nonne Chriſtus in cœlum aſcenſurus, præcepit ſuis diſcipulis, vt docerent oẽs gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & ſpũs ſancti. Apoſtoli vero à ſpũ ſancto edocti, circa primæuæ eccleſiæ tẽpora baptizarunt credentes in Chriſtũ, in nomine Ieſu Chriſti, vt in R
Acto. 8. 10 et. 19 Actis apoſtolorũ eſt videre ratione permoti, vt nomen ipſum domini ſeruatoris noſtri auguſtiſſimũ & ſanctiſſimum, quod Iudæis & gentibus tũ erat odioſum ac inuiſum, eo ipſo redderetur celebrius & honoratius. Si igitur apoſtoli quod à Chriſto palã erat ꝑceptũ ad tẽpus ex ratione permutare potuerũt, & ipſum ſpũ ſancto ſuggerente factitarunt, nonne potiore iure valuerunt & aliud quippiam agendum conſtituere, quod in ipſo Euangelio non continetur, neq; inibi cõtentis refragatur? In primis eccleſiæ quopiã cõmodo vel ratione quapiã, aut neceſſitate ſuadente. Sin aũt res, qua de agitur aut dubitatur, nec literis ſit ſanctis expreſſa, nec in vniuerſalẽ eccleſiæ conſuetudinẽ recepta, quæ item ob ſui magnitudinẽ à ſingulis quoq; antiſtibus explicari non poſſit. ¶ Poſtremo locus erit arbitror concilio generali, à quo ſi quid S
vnanimi conſenſu fuerit deciſum aut finitum, æque cũ Euangelio conſcripto duxerim, ab omnibus ſub mortalis peccati pœna ſeruandũ, in eius'q; temerariũ præuaricatorẽ ſerio animaduertendũ. Quandoquidẽ parũ aut nihil referat, quid vel à Chriſto viuente in terris adhuc inſtitutũ, vel à ſpũ deinde ſancto authore ſuggeſtũ eſſe. Ab illo autẽ ſuggeriremur, quicq̃d ex publica vtilitate concorditer in eo concilio fuerit cõſtitutũ, ſiquidẽ concilio generali ſpũs ſan-
Matt. 18 ctus præſideat, ipſum'q; dirigat. Si eñ (vt Chrũs teſtat) vbi ſunt duo vel tres in nomine Chriſti cõgregati, ibidẽ in medio ſit Chriſtus, quanto magis in medio eſt totius eccleſiæ, ſimul ad-
Lucæ. 22 unatæ in generali concilio, quam repreſentat concilium, pro cuius fide Chrũs orauit, ne illa deficiat. Ego, inquiens ad Petrũ, rogaui pro te, vt nõ deficiat fides tua. A qua eccleſia ſua protegẽda, tuẽda, defenſanda'q; Chrũs ſe ſubtrahere nũq̃ pollicitus ẽ, q in cœlũ aſcẽſurus ad apſos
Matt. 28 ſuos, q tunc eccleſia cũ ſuis erãt, Ecce, inq̃t, ego vobiſcũ ſum oĩbus diebus vſq; ad cõſummationẽ ſeculi, q proinde præſens creditur ſuã eccleſiã, quã concilium refert, in nullis fidei adeo'q; religionis cauſis, errare permittere, verum illud agi & definiri, quod in ſuam gloriam, eccleſiæ'q; ſuæ pacem & ſalutem ſit ceſſurum. Ad eccleſiam vero quæ in ſcriptura definita non-

dum

Digitized by Google

dum ſunt referenda eſſe innuit Chrus. Quod ſi, inquit, non audierit. ſ. frater incorrigibilis eos Mat. 18
dic eccleſiæ. Si aũt eccleſiã nõ audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & publicanus.

T ¶ Eccleſiam aũt concilio generali repræſentari, & ad conciliũ referendũ, qđ antea nõ ſit de- Actor. 15
finitũ, patet in actis Apoſtolorũ. Quandoqdem quũ agitaref controuerſia, eſſent ne conuerſis
ex gentilitio ritu ad Chriſtũ imponenda veteris legis onera, decreuerunt conuocato ſuper ea
quæſtione concilio Apoſtoli, tale iugũ nequaq̃ imponi debere humeris fratrũ in Chriſto re-
natorũ, ſed præſcribendam eis tantũ eſſe legem, vt abſtinerent ab immolatis ſimulachrorũ &
ſanguine & ſuffocato. Et nemini dubiũ eſſe putamus, eam conſtitutionem à ſpiritu ſancto ſan
citam, obſtrinxiſſe ſingulos ad ipſam integrè obſeruandã, quũ & ipſi Apoſtoli aiunt ſic viſum
ſpiritui ſancto, & ideo conciliũ repræſentare, vtcũq; paucis perſonis præſentibus totam fide-
liũ congregationẽ, qđ difficile ſit & confuſioni proximũ totam conuocari eccleſiam, ſufficere
quod præſentes ex tota eccleſia aliquot definierũt æque ſeruandũ, ac ſi à tota præſenti eccle-
ſia eſſet decretũ. Ideoq; Apoſtoli, tum, qđ vltro citroq; rationibus auditis, vnanimi conſenſu
definierũt cæteris, q aberant, gentibus decretũ ſuũ per Paulum & Barnabam miſerũt, adſirmã
tes id ſpiritui ſancto, ſimul & ſibi fuiſſe viſum, tametſi ſpũs ille nullo ſenſibili ſigno ſe præſen-
tem exhibuit. Et ipſi quoq; Apoſtoli tum de nõ ſuffocato edendo & ſanguine legem à Chro 1. Tim. 4.
nunq̃ traditã gentibus impoſuerũt, quam & Paulus tandem immutare nõ dubitauit. Omnis,
inquiẽs, dei creatura bona eſt, & nihil reijciendũ, quod cũ gratiarũ actione percipitur.

V ¶ Hinc deniq; concludendũ puto, aut illos omnino Apoſtolos (qđ nephas eſt) cõdẽnandos
cũ ſuis cõcilijs, aut quũ eodem ſpiritu iam regaf eccleſia, cuius inſtinctu docti ſunt Apoſtoli p̃-
dicta facere cõfitendũ poſt ſacras literas quicqđ vel approbata conſuetudine obſeruaf, vel ab
eccleſiæ rectoribus diſcutif, vel per generale cõcilium decernif æque cũ Euangelio amplectẽ
dũ, qđ totũ pariter à ſpũ ſancto deriuari credaf. Et ita q̃ nõ abſurdũ videri, qđ vltra Euãgeliũ
aliqđ ab eccleſia ſtatuaf, vel ab ijs q eccl'iæ p̃ſunt, definiaf, quũ euãgelijs vniuerſa nõ cõtineanf.

X ¶ Nec obſtat, qđ iſti ex Deuteronomio perperam allegant. Non addetis ad verbũ, qđ lo- Deute. 4 et 12,
quor vobis, nec auferetis ex eo, quoniã primo addere ſit (vt latini & iuriſcõſulti dicunt autho- Lectura ca.
res) & auferre aliud ſit quàm iſti opinanf. Porrò, in omnibus negotijs, quæ inter homines agũ- de edendo
tur, quædã verbis per dei qdem mandatũ in diuinis ſcripturis diſtingui, quædã vero, vt dixi-
mus reticeri videmus. In ijs quę ſcripta ſunt, nulli prorſus licere, aut permitti cuiquã, vt vel ad-
mittat qđ prohibitũ eſt, vel obmittat qđ præceptũ eſt. Et ſic ſanè addunt verbo dei, q qđ in eo
p̄hibitũ eſt, admittũt, atq; auferunt à dei verbo, q illud facere negligunt. De ijs vero, de qbus
ſcriptura reticuit Apoſtolus regulam nobis præſcribit multo maximã. Omnia, inquiẽs, licẽt 1. Cor. 6 et 10
ſed nõ omnia ædificãt, omnia licent, ſed nõ omnia expediũt, nemo qđ ſuũ eſt, quærat, ſed qđ
alterius. Haud dubiè innuens extra euangelium, ratione ſuadente, eas poſſe condi leges, qbus
ſubditi ędificenf. Quũ vero iſti adijcere & auferre putãt intelligendũ, nihil prorſus poſt ea ver
ba eſſe ſcribendũ, certò falſum erit ac ridiculũ. Quoniã citra quã priorẽ enuntiaſſet Moyſes le-
gem, multa ſunt adiecta, multa quinetiã adempta ſunt. Præterea, ſi iſtorũ opinatio haberet lo-
cum, ſequeref vti ſuperflua nõ obligare Chriſtianos, quæ Chriſtus eatenus adiecit, vt iuſtitia
Chrianorũ fieret q̃ Iudæorũ cumulatior. Adde qđ apoſtoli poſt Chriſtũ & Moſen multa adie
cerint & mutarint. Inſup illorũ verborũ dei nõ fuit tranſgreſſor Moyſes, quando diffuſius ex-
plicuit legem populo quàm à deo acceperat, ſic & Paulus ait: Se nõ iudicare aliqđ inter Corin
thios ſcire, niſi Ieſum Chrm & hũc crucifixum. Quũ tamen veriſimile ſit, ipm alia Chri myſte 1. Cor. 2
ria quã crucẽ Corinthijs annuntiaſſe, nõ tamen ſacro viuificæ crucis aduerſantia. Sic & nõ in-
currit pœnã interminatõis apud Iohannẽ, q ad ſcripta in ſacroſancta Apocalypſi aliqđ ſcri-
pſerit, ſed q contraria illis adiecerit, quũ in Apocalypſim pleriq; viri tam ſancti q̃ eruditi præ- Apoc. vlt.
clare & diffuſe cõmentati ſint. Ad quæ vel vniuerſa corroboranda haud ſanè parũ faciũt ver-
ba Euãgeliſtæ, q inquit multa & qdem alia ſigna fecit Ieſus in conſpectu diſcipulorũ ſuorũ, quę
nõ ſunt ſcripta in libro hoc. Quaſi diceret: ſed vel ab alijs partim ſcripta, partim adhuc vel vſq;
ad ſeculi conſummationem ſcribenda.

HOMILIA QVADRAGESIMATERTIA DE EO QVOD SCRIptum eſt. Iohan. 10. Et fiet vnum ouile, & vnus paſtor.

Dñica prima poſt octauã paſchatos.

A CATHOLICA ECCLESIA HACTENVS, QVAE AD GLO
rioſę Ieſu Chriſti reſurrectionis hiſtoriam attinuere, lætabunda commemora-
uit, verum quia paucis poſt diebus ad cœlum Chriſtus aſcenſurus & perinde at-
q; paterfamilias ſuę domus ſolicitus de paſtore vicario, quem abſens ſuo eſſet lo
co præfecturus (non enim decebat, vt oues ſine paſtore errarent) cogitaret, ad
Petrũ, paſce, inquiẽs, q.d. poſt meam in cœlũ aſcenſionẽ, oues meas. Hinc rite Iohan. 21.

Digitized by Google

hęc ipſa ſacroſancta eccleſia in hodierna ante Aſcenſionis diem recenſendū duxit Euangeliū, quo Chriſtus in humanis adhuc agens, quę ad verum eundemq́ bonū paſtorem pertinent ſuo perdocet exemplo: Ego (inquiens) ſum paſtor bonus.

¶In quo qdem Euangelio Chriſtus tranſlatitio ſermoneq́ ſimilitudinario vtitur: nimirum hoc B
Johan. 15 dicendi genere pinde iocūdiore altius ad ſe omnes inuitans: ſicut & aliàs ego ſum (inqt) vitis, & vos palmites. Ita & hoc ſanè loco ſe dicit paſtorem ex rōne, quā mox ſubijciemus. Ita pariter appellatōe ouiū intelligit homines ad fidem vel conuerſos vel cōuertendos, qs & ęque ap
Pſal. 94 pellauit Propheta: Nos aūt (inquiens) populus eius, & oues paſcuę eius. Sic & Chriſtus: Non
Matt. 15 ſum (inqt) miſſus niſi ad oues, quę perierunt domus Iſrael, nec qdem citra rōnem. Quandoqdem
Pſalm. 118 dem oues natura erroribus ſint & luporum inſidijs obnoxię, & paſtu admodū indigę. Hinc Da
1. Pet. 2 uid: Erraui ſicut ouis quę perijt. Et Petrus ait: Erratis eñ ſicut oues errantes. Inſidiant & lupi
Johā. 10 ouibus, id q̄d hoc qdem loco dn̄s innuit: Lupus (inquiens) rapit & diſpergit oues. Sic ſane ho
Gene. 8 mines ad errandū, id eſt, peccandū natura proni diabolorum, q loco ſunt luporum īſidijs maximè
Eſa. 53 infeſtanſ. Quare ſcriptura aliàs ait: Senſus & cogitatōes humani cordis prona ſunt ad malū. Et Eſaias: Oēs nos (inqt) quaſi oues errauimus, vnuſqſq; in viam ſuam declinauit. Pſalmographus
Pſalm. 13 item: Omnes declinauerūt ſimul inutiles facti ſunt, nō eſt, q faciat bonū, nō eſt vſq; ad vnum.
1. Petri. 5 Nec qdem mirum: Quandoqdem quos (teſte Petro) aduerſarius diabolus tanq̄ leo rugiēs circuit quęrens quē deuoret. Hinc meritò ouibus cōparati ſunt homines, & hoīm fideliū cōgregatio
Abac. 3 id eſt, eccleſia, ouili, de quo ſcriptura: Abſcindeſ (inqt) de ouili pecus. Per lupos vero haud dubie dn̄s hic diabolos intelligit eiuſq; adhęrentes, vtpote tyrannos, ad peccandū ſubditos pertrahentes. Item & hęreticos, erronea ſua doctrina in deuia ſeducentes. De tyrannis Ezechiel:
Ezech. 22 Principes in medio eius, quaſi lupi rapientes prędam. De hęreticis: Paulus ad eccleſię paſto
Acto. 20 res ait: Ego ſcio, qm̄ intrabūt poſt diſceſſionē meam lupi rapaces in vos, nō parcentes gregi, & ex vobiſipſis exurgent viri loquentes puerſa, vt abducant diſcipulos poſt ſe. A qbus Chri
Matt. 7 ſtus ait cauendū eſſe: Attendite (inquiens) à falſis pphetis, q veniunt ad vos in veſtimētis ouiū intrinſecus aūt ſunt lupi rapaces, à fructibus eorum cognoſcetis eos.

¶Aduerſum qs in hodierno Euangelio Chr̄us ſe bonū eundemq́ verum dicit eſſe paſtorē, cu C
1 Regū. 17 iuſmodi ne fuerit videamus. Et ſanè ad verum, qualis ppheta idemq́ rex Dauid fuit, eūdemq́ bo
Acto. 1
Johan. 13 nū paſtorē primo requirit vox, quę eſt bona exempla, qbus oues, quo eant, paſtor dirigit. Et rectè qdem, qm̄ is & fecit & docuit adeò, vt dixerit: Exēplū dedi vobis, vt queādmodū ego fe ci, ita & vos faciatis. ¶Scdo, requirit item pera paſtoralis, qua ferat p ſe ouibuſq́ ſuis vitę D
Matt. 11 neceſſaria, vnde ille deprompſit cibaria & potabilia, clamās: Venite ad me oēs, q laboratis &
Johan. 7 onerati eſtis, & ego reficiā vos. Et alibi: Si qs ſitit, veniat ad me & bibat. Quid (inquā) aut cibi
Johan 6 aut potus deprompſit? Panē (inquā) vitę qualis ipſe erat, q mūdo dedit vitā. Quid deprompſit?
Johan. 4 Fontē illū aquę ſalietis in vitā ęternā, nempe q illū bibit, nō ſitit in ęternū. Ille nimirum fuit pa
Mar. 12 ſtor, q ſuū gregē ſuę cœleſtis doctrinę verbis quaſi pabulo nutriuit, viā dei in veritate docēs,
Mat. 22 fidem vtpote cum charitate coniunctam, & quicquid tandem eſt in Euangelio.

1. Pet. 4 ¶Tertio, requirit palliū cōtra ventos, pluuias grandines, hocq́ genus tēpeſtates. Quod (in E
quam) palliū? charitas, quę & à Petro aliàs cooperimētum vocat, qua p ouibus vtit paſtor cō tra hoſtiū cōuicia, cōtumelias, ignominias hocq́ genus iniurias hoſtiles, qua ductus cauſa oim
1. Cor. 13 (q̄d eſt charitatis vt ait Paulus) non quę ſua ſunt quęrit, patiens & benigne omnia p ouibus ſuffert mala, omneſq́ tribulationes. Hoc certè pallio charitatis amictus fuit paſtor Chriſtus, q pro nobis tempore paſſionis ſuę adeò omnium inimicorum in ſe cōuiciorum patiens fuit, vt cū ſibi in amariſſima paſſione inimici mala loquerentur, ipſe prorſus tacuit, de ſeipſo per Prophe
Pſalm. 73 tam inquiens: Ego autem tanq̄ ſurdus nō audiebam, & ſicut mutus nō aperiens os ſuum. Et factus ſum ſicut homo non audiens, & non habens in ore ſuo redargutiones.

Leuiti. 27 ¶Quarto quoq; baculus ſeu virga requirit, quo ab hoſtibus oues cuſtodiat, redimatq́ vſq; F
adeò, vt etiā animā ſuam p ouibus exponere non dubitet. Hinc in Leuitico dictū eſt, oues ſub
Pſalm. 50 paſtoris virga trāſire. Fuit aūt Chriſti baculus crux ſancta, in qua ſuā & humanitatē & deitatē
Luc. 23 aduerſus oēs hęreticos arguit, alterutrā negātes, in qua verus vtiq; paſtor ſuā p nobis ouibus
Hiere. 12 animā poſuit, in manus pr̄is ſui ſpm̄ ſuū cōmendās. Qui & apud Hieremiā: reliq (inqt) domū meā, dimiſi hęreditatē meā, ī manus inimicorum meorum dedi, dilectā animā meā. Adeò inquā ve
Eſa. 53 rus & bonus paſtor lupo veniēte nō fugit, vt etiā ſe p ouibus voluntariè (vt ait Eſaias) obtule
Gene. 3
Pſal 95 rit. Sic baculo ligneo deuicit diabolū, q & ligno humanū genus in paradiſo deuicerat, ita vt vi ta inde reſurgeret, vn̄ mors fuerat orta, regnauit & eo pacto iuxta pphetică oraculū à ligno de us.

Zach. 13 ¶Eſt igit verè bonus paſtor Chr̄us Ieſus, de q̄ & olim Zacharias: Percute paſtorē, & G
Mat. 26 diſpergenſ oues gregis, id q̄d in eius factū eſt captiuitate & paſſiōe. Quē ſanè retulit p figuram
Gene. 37 in veteri lege Ioſeph prius paſcens gregē patris ſui: & poſtea totā ſaluās Aegyptū. Moyſes itē
Exo. 3
1. Regū. 16 poſt greges ſoceri ſui, totā Hebręorum ſynagogā in deſerto regēs. Demū Dauid prius oues paternas, & deinde totū regnū Iſrael gubernās. Hi nimirum paſtores, fuere typus veri paſtoris Ieſu

Chri,

Digitized by Google

Chriſti,qui,vt auditum eſt,paſtorali habitu inſtructus gregem ſuum, id eſt,multitudinem fi-
deliũ ſuo ſanguine ꝑtioſo redemit,& ſuæ cœleſtis doctrinæ verbis quaſi pabulo nutriuit, atq;
vitę ſuę integerrimę exẽplis atq; mãdatoꝝ ſemitis & calle adeò diligẽter fideliter'q; direxit, vt
nequaq̃ dici poſſit mercenarius,ſed verus idem'q; vnus paſtor, q noſtræ ſolummodo publicæ
ſalutis,non aũt alicuius priuati commodi memor,aut alicuius mercedis & priuatæ lanæ detõ
dendæ rationem habẽs,vnum fecit ouile vnus paſtor,adeo'q; verè futuꝝ prędixit. Et fiet vnũ
ouile & vnus paſtor prout prolocuti ſumus.

H ¶In qbus ſanè verbis video mihi ab aliqbus bipharlam opponi. Porrò ſunt q ex hoc,quod
dominus ſe hic vnũ paſtorem nominauit,arguant, non ritè alios poſt ipm dici paſtores,nec
item alios pontifices,alios ſacerdotes,in q̃ nimiꝝ longè errant,ſenſus ſcripturę ignari. Nónne
Paulus dicit:Sicut enim corpus vnum eſt,& membra habet multa,omnia aũt membra corpo 1.Cor.12
ris cũ ſint multa,vnum tamen corpus ſunt,ita & Chriſtus. Sic nimiꝝ, quia ſunt Chriſti vnius
paſtoris membra multi, ideò q paſtor eſt, membris ſuis, paſtores vt eſſent,dedit:non qdem
primarios,ſed ꝑinde vicarios. Quare Apoſtolus Chriſtũ aliàs nominat magnũ paſtorem oui- Hebræ.13
um. Et quem Petrus q̃q; noĩat principem paſtoꝝ,argumento indubiè, & alios adhuc eſſe pa- 1.Pet 5
ſtores,illi ꝑinde vicarios, quoꝝ ipſe ſit dux & caput. Qui ſunt illi? Sunt(inquam) Apoſtoli &
eoꝝ ſucceſſores,ſacerdotes,qui'q; vel minimi vel maximi, inprimis pręlati & Eccleſiaſtes, q̃s
ſe aliquando datuꝝ pollicitus eſt deus maximus ꝑ ꝓphetam: Dabo(inquiens)vobis paſtores Hier.3
iuxta cor meũ,& paſcent vos ſcientia & doctrina. Et alio in loco: Ego ſuſcitabo ſup eos paſto Hie 23
res,& paſcent eos Quandoqdem Chriſtus Ieſus verus idem'q; vnicus paſtor eam pollicitatio- Mat.9
nem executus,quando turbis miſertus, vidit eas vexatas & iacentes, ſicut oues nõ habẽtes pa-
ſtorem,ad diſcipulos ſuos dicẽs: Meſſis qdem multa,operarij aũt pauci. Rogate ergo dominũ Mat.10
meſſis,vt mittat operarios in meſſem ſuam. Quos itaq; conuocatos in mundũ miſit, vt regnũ
cœloꝝ denũtiarent,& verbis fidẽ facerent ꝑ miracula,quoꝝ omnibus copiam cõtulit. Habes
igif vbi & qũo,& quare Chr̃us alios ꝑter ſe dederit paſtores,q̃s ipſe cœlũ aliquando aſcenſurus,
tanq̃ ſuos,vel vicarios,vel cooperatores,vel coadiutores ad cuſtodiam gregis ſui elegit, & vt
eidem gregi ſuo paſtores præeſſent,ordinauit,& ſanciuit. Eapropter rectè(inqt Paulus)& de Ephe.4
um dediſſe,alios qdem Apoſtolos,alios vero ꝓphetas,alios aũt Euangeliſtas,alios aũt paſto-
res ac doctores,nimiꝝ ad inſtaurationẽ ſanctoꝝ,in opus adminiſtratõis, in ædificationẽ cor
poris Chr̃i, donec ꝑueniamus oẽs in vnitatẽ fidei,agnitiõis filij dei,in viꝝ pfectũ,in menſurã Mat.28
ætatis plene adultę Chr̃i. Id q̃d fiet in cõſummatõe ſeculi. Ideo'q; Chr̃us ſe pollicitus eſt Apl̃is
adfutuꝝ oĩbus diebus vſq; ad ſeculi cõſummationẽ. Quod ꝓculdubio nõ ſolũ ꝓmiſit ſolis illis
q tum aderant,ſed cunctis eoꝝ etiam poſteris,ꝑ q̃s ætas ipſa q; generatio ꝑpetuaf.

I ¶Cõſtat igif ꝑ hęc & oẽs eccleſiaꝝ ꝓlatos ac ꝓpoſitos,& hoc genus ſacerdotes ad finẽ ſeculi
mãſuros,gregi'q; Chr̃iano ſub Chriſto primario paſtore eſſe paſtores vicarios, & coadiuto-
res. Accedente ad hoc Pauli teſtimonio,qui ait ad ſacerdotes,eos'q; eccleſiaꝝ ſeniores: Atten- Actoꝝ.20
dite vobis & vniuerſo gregi, in quo vos ſpiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere eccleſiam
dei quam acquiſiuit ſanguine ſuo. Illi nimiꝝ ſi à capite noluerint deficere,boni'q;, vti Chriſtus
eſſe paſtores, debent & ipſi habere.

K ¶Primo,vocem,qua oues,id ẽ,Chr̃i fideles ſubditos ad ouile,ad paſcua'q; dirigant. Ad quã
vocẽ? integrę vitę,bonoꝝ'q; moꝝ & virtutũ exempla, quæ ſubditi viſa vſq; ad veꝝ Chr̃i oui
le,& ad vitę paſcua ſequanf. Vnde Chr̃us ait: Sic luceat lux ṽra coram hominibus vt videant Mat.5
opa veſtra bona,& glorificent patrem ṽm q in cœlis eſt. Et Apl̃us quoq;: Prudentes(inquit) Roma.12
bona non tantum coram deo, ſed etiam coram omnibus hominibus.

L ¶Secũdo,habeant peram paſtoralem,vnde ad ſe bonis exemplis oues ꝓuocatas, & ad illas
paſcendas depromant cibaria. Quæ cibaria? Sciam(inquam)& doctrinã qua oues ſpirituales
ſpũaliter paſcẽt. Oportet enim illas doctrina euangelicę veritatis paſci,& verbis æternæ vitæ Hier.3
ſolicita annũtiatõe enutriri. Siqdem dñs ꝑ ꝓphetam olim dixerit: Dabo vobis paſtores,& pa
ſcent vos ſcia & doctrina. Sic idem aliàs. Qui miſericordiã habet,docet ac erudit,quaſi paſtor Mat 13
gregem ſuũ. Et rectè qdem,eſt enĩ ſacerdos ſcriba ille doctus in regno cœloꝝ,id eſt,in eccle-
ſia,ſimilis patrifamilias,de theſauro ſuo noua & vetera,id eſt,doctrinam noui & veteris inſtru
menti, ꝓferens. Eſt(inquam)ſeruus ille,ac diſpenſator Euangelicus,quẽ cõſtituit dñs ſupra fa- Mat.24
miliam ſuam,vt det illis cibũ in tpe,cibũ vtiq; ſalutis,id eſt,verbũ dei,quo & ipſe homo & non Lucæ.12
in ſolo,vt aliàs ſcriptum eſt, pane viuit. Mat 4 Deute.8

M ¶Caueãt hic ſacerdotes & qui'q; ſpũales & ſeculares q̃q; paſtores, ne fiant mercẽnarij, ne lu
crum ſuum & quęſtũ priuatũ'q; commodũ, ipſam'q; lanã magis ac lac q̃ ouiũ ſalutem quærant,
ſe, & non oues, vt plerum q; fieri adſolet,pingues reddere ſatagentes,& pinguefacti, ouibus
relictis ieiunis,aufugiãt. Certè quales ſi fuerint, ſeriã hãc dñi vocem audiẽt. Væ paſtoribus,q Hierę.23
diſpergunt & dilacerant gregem paſcuæ meæ. Ecce ego viſitabo ſup vos malitiam ſtudioꝝ
veſtrorum. Et rurſus per aliam Prophetam: Væ paſtoribus Iſrael,qui paſcebant ſemetipſos. Ezech.34
Nónne

Nónne greges à paſtoribus paſcuntur: quia ꝓ eo, ꝙ greges mei facti ſunt in rapinam & oues
meæ in deuorationem beſtiaꝝ omnium, eò quod non eſſet paſtor, neq; enim quæſierunt pa-
ſtores gregem meũ, ſed paſcebant paſtores ſemetipſos, & greges meos non paſcebant, ꝓpte-
rea requiram gregẽ meũ de manu eoꝝ, & ceſſare faciam, vt vltra non paſcant gregẽ meũ, nec
paſcant amplius paſtores ſemetipſos, & reliqua vt ibi. Quas ſanè minas dñi non audiẽt paſto-
res, vbi habuerint, quæ paſtores hr̃e oportet, & illis, vt admonuimus, vtanſ.

¶ Tertio habeant, & ipſi palliũ. ſ. charitatis, q̃ coerceant oẽs à ſe ꝓpter oues, ventos & plu- N
uias, & quaſcũq; aëris tẽpeſtates, nimiꝝ ex dilectione illecti, in quæ ouiũ ſunt, non ſua quæ-
Mat. 5 rant, omnia mala & quaſcũq; tribulationes, & iniurias adeò ſuſtineant, vt ne laceſſiti qdem re-
Lucæ. 6 ſpodeant, ſed vt Paulus cũ Chr̃o docet, non malum ꝓ malo, ſed bonum ꝓ malo reddentes, vt
1. Theſſ. 5 hoc pacto ouiũ communem vtilitatem amoris ſolius, non quęſtus alicuius vel gloriæ, vel pri-
uatæ vtilitatis gratia promoueant.

¶ Quarto habeant & baculũ contra lupos, id eſt, hæreticos, & peſſimos quoſq; tyrannos & O
ſchiſmaticos, quo illos ab ouili, ab ouibus ipſis ꝓpellant & coerceant, & ſimul eas cuſtodiant,
& congregatas in vnitate conſeruent, ne diſperſæ ipſis aufugientibus in deuia diſcurrant. At
1. Reg. 17 quem baculum? Baculum inquam Dauidis illũ, quo is Goliã Philiſtæũ iſtũ incircũciſum, quo
Ephe. 6 hæreticus ſupbiens notaſ, pcuſſit & præualens interfecit. Habeant (inquam) baculũ illum fer-
Hebræ. 4 reũ, quem Apoſtolus gladiũ ſpũs nominauit, q̃d eſt verbum dei, & viuus Chriſti ſermo q effi
cax eſt & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens vſq; ad diuiſionem animæ ac ſpiri-
tus, cõpagũ quoq; ac medullaꝝ. Eo (inquam) baculo ab ouibus inſidias lupoꝝ coerceant, ad-
Lucæ 44 uerſus pricipes & poteſtates, aduerſus mũdi rectores tenebraꝝ contra ſpiritalia neqtiæ collu
ctenſ. Habeant (inquam baculũ dñi crucis, id eſt, patiẽtiæ & fortitudiuis, qua fortiter pſtantes,
1. Cor. 5 diabolo, & huius adhærẽtibus hæreticis ita reſiſtant, vt eos deuincãt, & deuictos ouili reſtitu-
ant, ac denuo rebelles, q aliter pficere nolunt, Satanæ in interitũ carnis (vt Paulus fecit) tradãt
vt ſpũs in die domini nr̃i Ieſu Chriſti ſit ſaluus. Tali (inquam) baculo aduerſus hoſtes ꝓ ouibus
vtanſ, & amore illarum ita fortiter perſtent, vt Chr̃m imitati, potius velint animam, hoc
eſt, vitam perdere, quàm profugi, oues, vel timore, vel aliquo priuato commodo in errore
Roma. 9 deſerere, ꝓut Mercẽnarij, ad quos non ptinent oues, agunt. Memores & Apoſtolum ꝓ oui-
bus ſuis, id eſt, ꝓ fratribus ſuis eſſe anathema à Chr̃o optaſſe. Quod ſi & nos Chr̃i exemplo
fecerimus, veri erimus paſtores, & nõ mercẽnarij, ac erimus veri coadiutores cũ Chriſto pa-
ſtores, qui primus idemq; vnus paſtor, vnum fecit ouile.

¶ Quõ aut quando? Sũt enim q hiſce Chr̃i verbis conanſ adſerere ante finẽ mũdi oẽs gẽtes P
ad vnam fidem Chr̃ianam conuerſum iri, & tunc tandẽ fieri veꝝ, q̃d hoc loco Chr̃us dicit.

¶ Et fiet vnũ ouile & vnus paſtor. Id q̃d eqdem hinc elici poſſe haud viderim, q hoc ipſum Q
Ioh. 12 iam dudũ veritati locũ feciſſe adſirmarim. Quando? Quũ Chriſtus dominus mortuus eſt, non
ſolum ꝓ gentibus, ſed vt filios dei, q erant diſperſi, congregaret, quum inquam, p Apoſtoli-
cã euangelizationẽ oues illas, quæ nõ erãt ex ouili dominico, adduxit ad caululam gregis ſui
Hiere. 23 iuxta prophetiam: Et congregabo reliquias gregis mei de omnibus terris, ad quas iecero eos
illuc, & conuertam eos ad rura ſua, & creſcẽt, & multiplicabunſ. Creuerunt aũt & multiplica-
Pſalm. 18 ti ſunt greges domini, q̃niam circa Apoſtoloꝝ tempora, & paulopoſt totam adeò impleue-
Matt. 15 rũt terram, vt vera ſit facta vox Prophetæ: In omnẽ terram exiuit ſonus eoꝝ, & in fines orbis
terræ verba eoꝝ. Chriſtus qdem Iudæoꝝ ꝓprius paſtor. Primo, ad caulam Chr̃ianæ ſidei
Mat. 10 oues Iſrahel quæ perierant duxit, q̃d & faciundũ fuerat Apoſtolis, niſi Iudæi Chriſtũ idurati
Mar. 6 ſuſcipere contẽpſiſſent. Eapropter excuſſis è pedibus pulueribus, ſe ad Gentiles conuerterũt,
Lucæ 9 eos, ad Iudæos (quoꝝ aliq iam Chriſti fidẽ ſuſceperant) vocaturi. Quos hic Chriſtus dicit, &
oues pinde alienas ad ſe adducturꝝ, eaſq; vocem ſuam audituras, quæ ſcilicet non erant de hoc
ouili, id eſt, de ſynagoga Iudæoꝝ, ſed de populo gentili, q̃niam Iudæis (vt dixit) fidem Chri-
ſti repellentibus, Gentiles eam deuotè receperũt ad prædicationem Apoſtoloꝝ. Id q̃d adfir-
Acto. 13. mant Paulus & Barnabas, q ex Iudæa àbituri dixerũt Iudæis. Vobis oportebat primũ loqui
verbũ dei, ſed qm̃ repellitis illud, & indignos vos iudicatis vitę ęternę, ecce cõuertimur ad gẽ-
tes. Sic em̃ nobis p̃cepit dñs. Et ſeqtur: Audientes ergo Gentes, gauiſæ ſunt, & glorificabant
verbum domini. Habuit itaq; locum hoc Chriſti verbum.

Pſalm. 117 ¶ Et fiet vnũ ouile, & vnus paſtor q̃ndo lapis quẽ reprobauerũt ædificantes, factus ẽ in ca- R
Mar. 12 put anguli, q ſanè lapis Chr̃us eſt nexus cõpage iũcturaq; ſpũali in vtroq; parietũ, id eſt, duoꝝ
1. Petri. 2 populoꝝ, tam Iudæoꝝ, q̃ Gentiliũ. Nempe Chr̃us duos iſtos pp̃los coniũxit in vnũ eccleſiæ
catholicæ ædificiũ. Et ip̃e, inquã, petra iuſtitiæ, quã abiecerũt tanq̃ inutilẽ ſcribæ & phariſæi,
Iudæoꝝq; doctores, facta eſt in coniunctionẽ vtriuſq; parietis, in concordiã vtriuſq; legis &
teſtamenti, adeò quod Chriſtus vtriuſq; vnus ſit factus paſtor, q & vtrũq; populum fidei vni-
tate in vnum duxit ouile, id eſt, in eccleſiam ſuam Chr̃ianam, quæ vna phibeſ, quoniam eius
vnum eſt caput Chr̃us, vna fides, & vnũ baptiſma. Erant enim olim à ſe longè diſcreti Iudæi
& Gen

Digitized by Google

& Gentiles, ſed vt Paulus ſcribit, in ſanguine Chriſti, & per fundamentum Apoſtolorum & prophetarum ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu, nō mō propè facti, ſed & vnū, & vnius ouilis ſub vno paſtore Chriſto, q eſt pax noſtra, q fecit vtraq; vnū, & mediū parietē maceriæ ſoluēs inimicitias in carne ſua, legē mandatorum decretis euacuans, vt duos condat in ſemetipſo, in vnū nouū hoīem faciens pacē, vt reconciliet ambos in vno corpore deo, p crucē interficiens inimicitias in ſemetipſo, & veniēs euangelizauit pacē ijs q propè, qm̄ per ipſum habemus acceſſum ambo in vno ſpū ad patrē. Ita nimirum qd veriſſimè ipſe bonus & vnus paſtor, vnū fecit ouile, diuerſas aliundè oues congregans, quod eius dudum & Apoſtolorum prædicatione factum eſt, id quod futurum adfirmauit in themate noſtro. Ephe. 2.4

S ¶Et fiet vnum ouile, & vnus paſtor, quo certè non probatur, vt tandem omnes ſub cœlo ſint deuenturi in vnam fidem. Sed quid hac de re & opinione ſit tenendum ſuo loco & tempore, deo bene fauente, diſputabimus.

HOMILIA QVADRAGESIMAQVARTA DE EO QVOD SCRIptum eſt: Iohan. 16. Quid eſt hoc quod dicit nobis modicū? neſcimus qd loquitur.

Dn̄ica ſecunda poſt octauā paſchatos.

A TAMETSI HVIVS EVANGELII HISTORIA ANte diem Chriſti paſſionis, vtpote cœnante iam Ieſu cū diſcipulis ſuis, facta ſit, qa tn̄ inibi Chr̄us meminerit gaudij, qd futurum erat diſcipulis quadraginta diebus ex dn̄ica reſurrectiōe, de quo & idē Euāgeliſta inquit: Gauīſi ſunt diſcipuli, viſo dn̄o. Ideo & ī hac die dn̄ica poſt reſurrectionē tertia hanc eiuſdē Euangelij hiſtoriā eccleſia ſancta legendā inſtituit, vt tēpori res cōueniret. Etenim hic explicat ſaluator quàm ſint diſcipuli breuē ex ſua p mortē abſentia mœrorē, ſed diuturnius deinde gaudiū habituri, id qm̄ ille verbis paulò obſcurioribus videbatur eloqui. Diſcipuli mutuo inter ſe rogarunt, quid hæc Ieſu verba ſibi vellent? Modicū & iam nō videbitis me: & iterum modicū, & videbitis me, qa vado ad patrē. Iohan. 20

B Ex qbus ſanè verbis colligitur. ¶Primo, de obſcuris & cognitu tamē vel vtilibus, vel neceſſarijs eſſe à peritis interrogandū, nec de his pro capite ſuo à quopiā pronuntiandū. Qd & in Deuteronomio cautū eſt, quo continetur, interroga patrē tuū, & annuntiabit tibi & ſeniores tuos, & dicēt tibi. Et aliàs dicit dn̄s: Interroga legē ſacerdotes. Et alio in loco præcipitur, vt ſi qd difficilis vel ambigui iudicij ſuboriatur, à ſacerdotibus Leuitici generis, & à iudice, q illo fuerit tpe, queratur. Hinc ſanctus ille Eunuchus cū legeret ex Eſaia locū nō ſatis intelligibilē quæſitus à Philippo, an eundē intelligeret? reſpondiſſe ſcribitur. Qūo poſſum, niſi aliqs me docuerit? Sic aliàs Nicodemus, qūo (quærit) pōt homo renaſci, quū ſit ſenex? ſic aliàs diſcipuli de intellectu parabolæ de multiplici ſemine rogāt. Sic hodie de intellectu ſermonis obſcurioris ijdē quærūt ſermonis inquā, obſcuri, intellectu tn̄ vtilis & neceſſarij: nimirum q ad conſolationē eorum in tribulatōibus proferebatur. Deute. 32 Agge. 2 Deute. 17 Acto. 8 Eſa. 53 Iohan. 3 Mat. 4

C ¶Quo facile innuitur, haud ſanè quenq̄ de rebus vel paulò altioribus vel ad ipm̄ nō ptinentibus rogaturum, alioqui illū non ex animo habiturum reſponſum, verum arguēdum potius. Petrus enī à Chriſto interrogans, qd aūt Iohānes eēt acturus, quū ipſe ab alio eēt cingēdus & ducēdus, quo nollet, rn̄ſum ſatis durum accepit: Sic eum volo manere, donec veniā, qd ad te? ſic & aliàs diſcipuli de regno reſtituēdo, quo de fortaſſis multa fuerat locutus ſaluator, quærentes durius obtine rn̄ſum. Non eſt veſtrum noſſe tpa vel momenta, quæ pater poſuit in ſua ptāte, argumēto nimirum, vt altiora nō inueſtigarent, admiratōe potius digna, quæ nec vnumquēq; ſapere aliquoties pſit. Quod Apoſtolus ſciēs, diuitibus (inqt ad Timotheū) huius ſeculi pcipe non ſublime ſapere. Qui & aliàs ait: Noli altum ſapere, ſed time. Et rurſus: Non plus ſapere quàm oportet, ſed ſapere ad ſobrietatem, & vnicuiq; ſicut deus diuiſit menſuram fidei. Iohā. vlt. Acto. 1 1. Timo. 6 Ro. 11. 12

D ¶Cæterum nemo deprehēſurus interroget, alioqui vix ex animo reſponſum habiturus eſt. Iudæi qdem malo animo & Chriſtū comprehēſuri interrogabant. Num Cæſari cenſum dare liceret, ſapienter à Chriſto p contrariū rn̄ſum ſunt repulſi. Quærēda igitur ſunt & agnoſcenda, quæ tam ſunt vtilia, quàm neceſſaria, & quæ noſtra interſunt. ſ. conditioni noſtræ conſona. Quēadmodū & Eccleſiaſticus hortatur: Altiora (inquiēs) te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris, ſed quæ præcepit tibi deus, illa cogita ſemp, & in pluribus opibus eius ne fueris curioſus. Non eſt tibi neceſſariū ea, quæ abſcondita ſunt, videre oculis tuis, in ſuperuacuis rebus noli ſcrutari multipliciter, & in pluribus eius opibus haud eris curioſus, plurima enim ſupra ſenſum hominum oſtenſa ſunt tibi. Multos enim ſupplantauit ſuſpitio illorum, & in vanitate detinuit ſenſus illorum. Cuius etenī cognoſcēdi modi Dauid olim non ignarus, læto pinde corde inqt ad dn̄m. Neq; ambulaui in magnis, neq; in mirabilibus ſupra me. q. d. neq; videri magnus volui, neq; admirabilis in his, quæ ſunt ſupra me, & quæ non ſunt in mea poteſtate. Mat. 22 Mar. 12 Lucæ. 20 Eccl. 3 Pſal. 130

¶Hæc

Digitized by Google

¶Hæc vtinam percipiant corde noſtro tempore importuni iſti diſputatores theologaſtri E
ijdemq́ idiotæ iuxta atq; literatores laniones, textores, ſutores, cęmentarij, hocq́ genus cer-
Abdię.1 dones, q quæ ad ſe attinēt, ſtultè negligūt, ſcripturaꝝ adeoq́ dei ꝓfunda in nō exiguam ſuam
Eſa.29 & orbis Chriſtiani pniciem curioſius pſcrutantes. Vnde factū videmus, vt iuxta Prophetā in
ſua ſapiā ſunt pditi, & in ſua prudētia reprobati, ſuntq́ ſibi ſapientes adeò facti demū rudes &
inſipiētes, vt quæ nec ante pedes ſunt, videant, q quæ in cœlo ſunt videre admodū temerè &
pſumptuoſe ſategerunt, & iam tandē (qđ dolendū eſt) à fide alienati ſunt, cuius ſe illuſtratores
forè iactitabant, atq; inde ex diametro diſtantes. Nec ſane nouū, quū qui & antea in magnis &
mirabilibus ſupra ſe ambulare voluerūt, vani omnino facti ſunt, nimia qdem curioſitate dece
pti, rerumq́ nouaꝝ cupidi poſt tot deliramēta plus æquo ſibi ſapiētes circa fidē naufragaue-
1.Timo.1 runt, ſudicioq́ diuino facti ſunt obnoxij. Sectatores haud dubie Hyminæi & Alexandri, de qbus Paulus, Ebionis, & Cherinti, Arrij, & Pelagij, idq́ genus nō paꝝ multoꝝ hæreſeos ab Ec-
cleſia damnatoꝝ. Quoꝝ ne ſimiles futuri ſimus, ſcire quæremus, quæ ad noſtram ptinent ſalu
tem, pfundior à demirantes, & pinde negligētes. Chriſti Ieſu diſcipuloꝝ imitatores interro
gemus qđ noſtra intereſt. Quid interrogemus? qđ eſt, qđ dicit nobis modicū. Et ꝓculdubio
Chřus vtiliter & cādidè quærētibus, piè & paternæ ad hūc modū reſpondebit.

¶Quod dixi modicū & iam me nō viſum iri, & iteꝝ modicum & me viſum iri, qm̄ vado ad F
pātrē. Primo qdem dictū eſt diſcipulis meis duodecim mecū cœnantibus, q modico tēpore
illo triduano, quo defunctus in ſepulchro requieui, ꝓpter mortē meam triſtes ac lachryman-
Actoꝝ.1 tes, mūdo interim, id eſt, Iudæo gaudēte (is em̄ me prorſus extinctū putauit) me nō viderunt.
Et iteꝝ tamē illi me videre, modico etiamnū tēpore poſt reſurrectionē quadraginta dieꝝ,
qbus aliquoties eis apparui, de regno dei locutus ipſis gaudio magnopere affectis, q me mor
talitate donatū cognoſcebant, qđ ſane gaudiū illis in cœleſti patria eſt perpetuum, & in angu
ſtijs haud paruæ fuit conſolationi, mœſto interea mundo.

¶Nimiꝝ ea eſt reꝝ viciſſitudo, vt q hic nomine Chriſti mœrēt, alibi certò gaudeant, bre- G
uiq́ dolore quieſcōparet diuturna. Deinde & hæc, inqt, verba mea ad vos velim referēda, q
& ipſi poſt meam Aſcenſionē in hac valle lachrymaꝝ vitam degētes, me modico tpe corpo
rali viſione non videtis, breueq́ tps mœremini, atqui deinde me in cœ lis beata viſione illa ita
viſuri, vt ex parua huius mundi triſtitia gaudium vobis ſit perpetuum, mundanis econtra-
rio ex breui hic gaudio triſtitia ſit alibi æternalis. Siqdem vos latere nolim, hoc totū, quod
Pſal.89 viuimus, vitæ ſpaciū valde qdem eſt eſſe modicū, ſi qđ futuꝝ eſt, conſideraueritis. Quandoq-
dem Propheta cecinerit: qm̄ mille annos ante oculos tuos tanq̄ dies heſterna, quæ prætērijt.
2.Petri.3 Et Petrus quoq; ait: vnū vero hoc nō lateat vos chariſſimi, qa vnus dies apud dn̄m ſicut mille
Iob.vij
Iob.14 anni, & mille anni ſicut dies vnus. Hinc Iob: Memēto (inqt) qa ventus eſt vita mea. Et rurſus:
Homo natus de muliere breui viuēs tēpore, quaſi flos egredit & conterit, & fugit velut vmbra
Pſal.89 & nunq̄ in eodē ſtatu pmanet. Et ſane breues dies hoīs ſunt, numerus menſiū eius apud te eſt.
Conſtituiſti terminos eius q præteriri non poterūt. Et Dauid quoq; ait: Fragilia ſunt & citò
deficiētia annoꝝ noſtroꝝ curricula ceu araneoꝝ fila, dies decurſus ætatis in filijs hominū ſe-
ptuagenarius annoꝝ. Si aūt in filijs hoīm robuſtiores fuerint & viuaciores, ætas eoꝝ octoge-
Pſalm̄.101 narius annoꝝ, & qđ vitæ ſuperaddit, eſt morbus, angor, labor, dolorq́. Et rurſus: Dies mei ſi-
Sap.2 cut vmbra declinauerūt, & ſicut fumus defecerūt, & ego ſicut fœnū arui. Et alibi dicit: Tempus
noſtrum eſſe vmbræ tranſitū. At non ſic de altero ſeculo, quod viuit deus cū omnibus ſanctis
ſuis, qui idem in æternum permanet, cuius anni non deficient.

Iob.vij ¶Eapropter qm̄ nobis ſit non tam modo breue viuēdi ſpaciū, ſed & (vt Iob conquerit) vi- H
ta noſtra ſit ſupra terram militia multiſq́ miſerijs repleta, & nos quoq; hoc breui tpe præſen-
tia Chriſti viſibili deſtituimur, recte ille idē optimus & clemētiſſimus pr̄ ac dn̄s noſter nos pin
de pupillos & orphanos ſuos hodie ſcđm Apoſtolos ſuos conſolat, ne deficiamus ꝓpter mul-
tas in hoc mūdo triſtitias, tribulatōes, anguſtias, & calamitates, qm̄ quicqd hoc eſt triſtitiæ ac
Iob.xvij tribulatōis alibi in gaudiū vertet, & erit ſerenus poſt triſtia nubila phœbus. Vnde & Iob ſe cō I
Pſal.125
Pſalm̄.29 ſolans. Et rurſus (inquit) poſt tenebras ſpero lucē. Quandoquidē (Propheta teſte) qui ſemināt
Hebre.12 in lachrymis, in exultatōe metēt. Cōuertiſti planctū meū in gaudiū mihi, concidiſti ſaccū me
um & circūdediſti me lætitia. Admonemur (inquā) vt vel tribulati, Apoſtolo monēte, adſpi-
ciamus in authorē fidei, & conſummatorē Ieſum, qui ꝓpoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucē, cō-
fuſione cōtempta, atq; in dextera ſedis dei ſedet, ita & nos modicas illas modici huius tpis tri-
bulatōes & patiēter & cōſtanter feramus hac defuncti vita longe diuturnius gaudiū acceptu-
Hebre.12 ri: nimiꝝ, quibus & ſi (vt Apoſtolus ait) diſciplina in pn̄ti qdē videat nō eſſe gaudij, ſed mœro
belle innuit. Qui, inquiẽs, tetigerit picẽ, inquinabit ab ea, Et qui cõmunicauerit ſupbo, in-
Pſal.17 duet ſuperbiã. Quod & propheta palã atteſtatus canit. Cũ ſancto ſanctus eris, & cũ viro in-
cente innocẽs eris. Et cũ electo electus eris, & cũ peruerſo puerteris. Addiderim & bonos
ex cõſuetudine maloꝝ, vel ſaltẽ malitię ſuſpitionẽ attrahere, à q̃ & bono viro vtiq; cauen-
1.Theſſ.5 dum eſt: qm̃ apl'us quoq; mandet, nõ modo à malo, ſed ab om̃i mali ſpecie abſtinendũ, qp
pe ad deuitãdum apud infirmos ſcãdalum: qui aliq̃ties vel ferè ſemp tales putãt nos eſſe, q̃-
les ſunt, qbus cũ cõuerſamur: maximè q̃d ſapiens dixerit. Omnẽ hominẽ ſibi ſimilẽ ſocia-
Eccle.13 re. Sic inquã, fortaſſis videri voluerũt phariſæi nõ immerito de Chr̃o, & quidẽ ſine calũnia
quærẽtes. Cur iſte cũ peccatoribus ageret, illoſq; reciperet, q vir eẽt propheta, idemq; ſine
1.Cor.13 cõtrouerſia ſanctus. Cæteꝝ vt charitatis eſt, om̃ia in meliorẽ partẽ vertere, ita putarim ve-
ritatẽ ſemp tuendã, huicq; ad om̃ia eſſe inhærẽdũ. ¶Quia ſanè phariſæi & ſcribæ hoc lo B
co malignitatis, ſiniſtræq; in Chr̃m opinionis cõuincũtur, q̃d haud dubie illũ crediderunt
vitæ culpabilis & peccatricis, q̃d ſe publicanis & peccatoribus adiũgeret. Id q̃d alius iſtoꝝ
Johan.9. alibi ſermo declarat. Nos ſcim⁹, q̃ hic hõ pc̃õr eſt. Verba ſunt Iudæoꝝ ad cęcũ à Chriſto
illuminatũ, q nuper cõſpirarãt, cũ ex ſynagoga eiectũ iri, qui Ieſum cõfiteret eſſe Chriſtum
Luc.7 Qui p̃terea hoc loco malitiæ & puerſæ i Chr̃m opinionis cõuincunt ex hoc alias ſermone.
Hic. ſ. Chr̃s, à muliere peccatrice tactus, ſi eſſet propheta, ſciret vtiq; q̃ & qualis eſt mulier,
quę tãgit eũ, q̃ peccatrix eſt. Sũt aũt verba phariſæi, q Ieſum inuitarat. Mulier vero fuiſſe
credit Maria Magdalena. Inſup & Chr̃s ipſe phariſæos iſtos malignitatis arguit alibi, quũ
Luc.7 ad eos inq̃t. Venit filius hominis mãducans & bibens, & dicitis. Ecce homo deuorator &
Matt.11 bibens vinũ, amicus publicanoꝝ & peccatoꝝ. Adde & hoc ip̃m ſubiudicare voculã mur-
murare, q̃d paſſim nõ modo apud prophanos, verũetiã catholicos ſcriptores in malã acci-
Exodi.15 et 17 pitur partẽ. Vnde in Exodo. Sitiuit populus, & murmurauit cõtra Moyſen.

¶Quid multa? Nõ poſſunt illi vti cãdidi erga Chr̃m exiſtimari, qui eũ ſemp extinctũ vo C
Johan.7. 8.et 9 luerunt, quiq; eius factis (vt alias oſtẽdimus) vel quãlibet bonis derogare moliti ſunt, qui &
illũ habere dæmoniũ nugabãtur. Ea propter, veritate patrona, dicemus phariſæos & ſcri-
bas vel ideo in themate meo murmuraſſe, q̃d Chr̃s pc̃õres receperit, & cũ illis mãducarit,
qm̃ ip̃m eiuſdẽ. i. malæ vitæ cũ pc̃õribus notare ſtuduerũt, odioſe fortaſſis innixi ſcriptura
rũ memorataꝝ autoritati. Item q̃q; murmurarũt, vt ſibi iuſti ex legis opibus cæteros ſua i-
Matt.23 dignos cõuerſatione iudicarent, q̃d verè eſt phariſæoꝝ, qui cũ ſint intus pleni faſtu, liuore,
odio, auaritia, ſuperbia, inani gloria, hocq; genus infinitis pœnæ malis obruti, ſibi tñ vide-
ri volũt & alijs iuſti, boni & ſancti. Quo pmoti faſtu alios ęquè atq; abiectiſſimos deſpectui
habẽt. Quod & ij in Euãgelio factitaſſe cõſpiciunt, dicẽtes. Hic, q nouã quãdã ſanctimoniã
profitet, tñ nõ vitat maloꝝ conſortia, ſed notos etiã pc̃õres admittit ad colloquiũ, & adeo
nõ fugit cõgreſſum, vt cibũ etiã cũ illis capiat, nõ cogitãs, q̃d maloꝝ cõtubernio contami-
nẽtur boni. Ieſus vero vt hũc faſtũ inclementẽ, & ſiniſtrã iſtoꝝ in ſe ſuſpitionẽ penitus ex-
imeret ex animis ſuoꝝ, tres parabolas p̄ponit, diuerſis argumẽtis eodẽ adhortãtes: nimiꝝ
ad ſummã clemẽtiã erga peccatorẽ reſipiſcẽtẽ, q nõ ſolũ nõ repellẽdus ẽ, qm̃ redit ad mẽtẽ
meliorẽ, verũetiã oĩbus modis inuitãdus eſt, vt reſipiſcat. ¶Hinc ſcripturę allegatæ, qb⁹ D
prohibemur cõuerſari cũ malis hoĩbus, phariſæis murmurãtibus nihil ſuffragãtur: nempe,
quæ p̄hibẽt infirmis & iperfectis cõuerſationẽ cũ pc̃õribus, & quidẽ cũ ijs, q cõuerti nolũt
& qui laborãt eos facere ſimiles ſibi, vel cũ quibus viderent cõuiuere tanquã & de pc̃tis ſuſ-
pecti. Quoꝝ ſanè nullũ in Chr̃o eſt reperire, Qui p̄fectiſſim⁹, pc̃m̃ facere nõ potuit, q̃ de⁹
Eſaiæ.53 & hõ, nec de pc̃õ ſuſpectus, qui ab oĩbus habebat propheta, ſanctitate clarus, ſignis admi-
1.Petri.2 rãdus, q vel Petro & Iohãne apl'is teſtibus, poſt Eſaiã, pc̃m̃ nõ fecit, nec inuẽtus eſt dolus
1.Johan.3 in ore eius. Nec cõtaminari p̄fectiſſimus poterat à pc̃õribus, quũ eſſet clariſſimus: queãd-
Malac.4 modũ ſol radiãs nõ coinq̃nat ſup terrã & frequẽter ſupueniẽs imundis corporibus, ſic nec
ſol iuſtitię ledi potuit, cõuerſatõe prauoꝝ, & maxime eoꝝ, q nõ perniciei ſed ſalutis ſuę cã
ei adiungebant. Id q̃d cõtextus ſatis innuit. Erãt appropinquantes ad Ieſum publicani &
pc̃õres, vt audirẽt illũ: proculdubio vt emendarent, q̃s clemẽtiſſimus dñs vel ideo recepit,
Matt.9 vt eos p̄inde deplorator redimeret. Non vt eoꝝ pc̃ã approbaret, aut illis redderet ſimilis,
Marci.2 Luc.5 veluti homines forte ĩbecilliores agerẽt. Quod & idẽ alias ſæpe, & hoc p̄ſertim loco ſubin-
1.Petri.2 dicat, ſe in terrã veniſſe (q̃d & Petrus teſtat) vt pc̃õres ſaluaret, eorũq; peccata tolleret, ſe
quidẽ nõ vocare iuſtos ſed pc̃õres, qm̃ benehabẽtibus nõ ſit medico opus, ſed male valẽti-
bus. Sic Chriſtus cũ amicis familiaribus vixit, vt eoꝝ deuotionẽ nutriret, vt eſt apud Iohã-
Johan.12 nem de Martha & Magdalena. Sic cũ cognatis paupibus, vt eoꝝ inopiam ſuppleret, vt eſt
c apud

Digitized by Google

apud eundē Euangeliſtā de nuptijs, quādo deficiēte vino, ille aquā vertit in vinū. Sic cū pha- Johan. 2
riſæis ſuperbientibus, vt eorū ſuperbiā cōfutaret, vt patet ex Luca. Sic idē aliquoties eſt con- Lucæ. 7
uerſatus & mādu cauit, cū publicanis & peccatoribus, vtpote cū Matthæo, Magdalena, Za- Matt. 9
chæo, hocq́ genus alijs, vt. ſ. eos ad pœnitentiā prouocaret, prouocatos ſuſciperet, & iuſtos Lucæ. 7
dimitteret: nimirū, quos in cōuiuijs peccatorū leuiter arguit, moresq́ inſtruxit, & deniq́ ad Lucæ. 19
E verā beatāq́ vitā reducere ſatagit. ¶Nō ſunt igit̃ phariſæi ſui faſtuoſi murmuris excuſandi
p inde atq́ fuiſſent coacti ſuſpicari de vita Chri, qm & mādu caret & biberet cū pctōribus, &
q iuxta Paulū oībus oīa fieret, vt oēs lucraret̃, quos oēs voluit ſaluari: quippe, q calūniatores 1. Cor. 9
vel ſine hoc nihil illi tribuiſſent ſanctitatis & virtutis. Qui & diuū Iohannē, vel quālibet à ci-
bo & potu abſtinentē, habere dicebāt dæmoniū. Quod & Chrs atteſtās ait: Cui ergo ſiles di- Lucæ. vij
cā hoīes gñationis huius, & cui ſiles ſunt? ſ. phariſæi & ſcribæ: nimirū, qbus nihil placeat. Ve
nit Iohānes Baptiſta, neq́ mādu cās panē, neq́ bibēs vinū, & dicitis, Dæmoniū habet. Venit Matt. 11
filius hoīs mādu cās & bibēs, & dicitis, Ecce hō deuorator, & bibēs vinū, amicus publicanorū
& peccatorū. Hæc ille. Sed qūo potuerūt Chrm dicere voratorē, q vbiq́ immoderātiam re-
preſſit, ad ſobrietatē ducēs? Cōuerſabat̃ quidē cū pctōribus, nō vt eorū ſimilis efficeret̃, qualis
eſſe haud potuit, ſed vt eos cōuerteret ac ſanaret, q̃ ſalutis cauſa è cœlo venit. Venit eñ (in- Matt. 15
quit idē) filius hoīs q̃rere & ſaluū facere, q̃d perierat. Cuiuſmodi erāt hoīes pctōres, q̃s ſumma Lucæ. 19
certe fide & diligētia in hodierno Euāgelio q̃rit: argumēto duarū parabolarū. Quis eñ in pri-
ma parabola eſt hō, q perdidit ouē? Nōne Chrs? Nonagintanouē nō pditæ quæ? Nōne no-
uē angelorū chori? Quæ ouis pdita? Vtiq́ hō pctōr, q vel oīs in vno Adamo peccās pditus fu 1. Cor. 15
it, & p Chriſtū tandē ad ouile reductus. Sic q̃ eſt mulier, q̃ habet decē dragmas? Certe diuina 1. Cor. 1.
ſapientia. i. Chrūs dei filius. Quæ dragma? Nimirū, hō pditus & repertus p Chriſtū, mortuus,
F idēq́ p illū reſuſcitatus. ¶Sic proinde clemētiſſimus ſaluator, quū nuper negligētiā repre-
henderit, arrogantiā vitare docuerit, auaritiā declinare, luxuriāq́ deteſtari, nec ſecularibus
occupatiōibus teneri, nec caduca perpetuis præferre monuerit, hodie cōſiderās, qa fragilitas
hūana firmū veſtigiū in tāto ſeculi lubrico tenere vix poſſit, idē medicus doctiſſimus ſua ſpō-
te & ſolo ductus amore, quo proſequit̃, q̃d cōdidit & redemit, aduerſus errorē & peccatū, in
quod hoīes carnales incidūt, remedia demōſtrat, iudex miſericors veniā offert, pctōres ſe ſe-
quētes & audituros audit, reuerſos benigniſſime ſuſcipit. Interim nobis doctrinas & ſalutares
G & cōſolatorias exhibēs. ¶Quarū prima eſt, vt nemo vel quālibet magnus pctōr de miſeri-
cordia Chri deſperet, verū cōuerſus & de pctō pœnitēs Chro appropinquet, & ipſe cū gau-
dio ab illo vel q̃libet ante mortē momēto recipiet̃. Ipſe eñ eſt, q dixit in cruce: Sitio. ſ. huma- Johan. 19
nā ſalutē. Ipſe eſt, q dicit: Miſericordiā volo & nō ſacrificiū. Ipſe eſt, q dixit: Nolo mortē pec Matt. 9
catoris: ſed magis, vt cōuertat̃ & viuat. Ipſe eſt, q ſine acceptiōe pſonarū oēs vult ſaluos fieri, q Ezech. 18
nullū vnq̃ peccatorē grām petentē abſq́ gratia dimiſit, q in noſtrā cōſolationē hodie, etiam Actor. 10
murmurātibus phariſæis, peccatores & publicanos ſuſcepit, excuſauit, iuſtis ptulit, parabolas 1. Timo. 2
cōpoſuit, qbus ſe pctōres cōuertētes libēter accipere arguit, propter eos ſe veniſſe & mortem Matth. 3
paſſurū, & miracula feciſſe teſtatus, q cū à pœnitētia (velut & Iohānes & apoſtoli) pdicationē Lucæ. 15
incepit, nos q̃q́ hodie admonemus, dicētes: Pœnitētiā agite, & appropinquabit regnū cœlo Acto. 25
rū, delebunt̃ eñ pctā veſtra. Si igit̃ ſunt vulnerati aliqui, Chriſtū accedāt, qa male valentibus Matt. 9
eſt medicus. Accedāt ad eū febricitātes, qa ipſe fons eſt ſcaturiens in vitā æternam. Accedāt Lucæ. 5
iniquitate grauati, qa iuſtitia eſt. Accedant infirmi & indigi, qa ipſe virtus eſt. Accedāt mor- Johan. 4
tē timētes, qa ipſe vita eſt. Qui cœlū deſiderāt, accedāt, qa ipſe via eſt. Accedant tenebras fu- 1. Cor. 1.
gientes, qa lux eſt. Accedant, qui cibū q̃runt, qa ipſe eſt vere cibus, panis qui de cœlo deſcen- Lucæ. 6
dit, vnde qui mādu cat, nunq̃ eſuriet. Accedāt, inquā, oēs publicani & pctōres, eo quidē aio, vt Johan 14
pro emēdatione vitæ, verba illius audiāt, Et reuera gratioſe recipient. Vnde eſt doctrina. Johan. 5
Johan. 6
H ¶Secūda, vt oēs, vel quālibet peccatores, erudiri & cōuerti cupiētes benigne & ſine cōtēptu
ſuſcipiamus, eos de peccato arguētes, & ad bonū ducētes. Hinc aplus ait: Propter q̃d ſuſcipite
inuicē, ſicut & Chrs ſuſcepit vos in honorē dei. Debemus eñ nos firmiores imbecillitates in- Roma. 15
firmorū ſuſtinere, & nō nobis placere. Idē aliàs: Rogamus vos frēs, corripite inquietos, cōſo-
lamini puſillanimes, ſuſcipite īfirmos, patiētes eſtote ad oēs, ædificate alterutrū. Sic & Chrūs 1. Theſſ. 5
alibi ait, fratrē ī nos peccātē ſuſcipi & corrigi ſecreto debere, q nos vult audire. Sin minus ē re Matt. 18
I linquēd9, & ſic ſeqt̃. ¶Tertia doctrīa, eos, de qb9 emēdatōis nulla ē ſpes, ſꝫ q ſp ī pei9 pficiūt,
oīno eē, etiā pfectis, vitādos. Sic Paul9 Timotheo mādat vitādos, q mali ſūt hoīes & ſeducto-
res, q pficiūt ī peius, errātes, & ī errorē mittētes, q̃s Chrs alibi ait hñdos vti æthnicos. Et rur- 2. Timo. 3
ſum Paul9 ait, deuitādū eē hæreticū hoīem poſt vnā & ſecūdā correptionē, q ſubuerſus ſit, q Matt. 18
K eiuſmodi ē, & delinqt, pprio iudicio cōdēnatus. Vñ ſubſequit̃ doctrina. ¶Quarta, conſortia Titum. 3
oīa malorū hoīm, q̃rū emēdatio nō videt̃, vel maxīe ſimplicibus, eē tanq̃ venenū mellitū fugiē
da, ne ipſi p illos ſeducant̃, aut ſaltē ſuſpecti, p inde atq́ in peccatis conſentiētes fiant aut habe-
antur. Debemus enim non modo à malo, ſed & à mali ſuſpitione longe abeſſe, per ſcripturas 1. Theſſ. 5

Digitized by Google

paulo ante allegatas. Vnde doctrina. ¶Quinta, nulli peccatori, vel quãlibet grãdi, modo
ſe cõuerti volẽti, deũ negare ſuã gratiã: nẽpe, q in hodierno Euãgelio publicanos, non mõ
benigne ſuſcepit, ſed & cũ gaudio domũ reduxit: nimirũ, ſuã mĩam & gratiam accedẽtibus
Matt. xi Hebr. 12 Ezech. 18 pinde obuiã impartitus. Hinc Chr̃s. Venite, inq̃t, ad me oẽs, q laboratis & onerati eſtis, &
ego reficiã vos. Ille eñ, inq̃t apl̃us, ſe nobis tanq̃ filijs offert. Cauẽdum ea ꝓpter, ne qs deſit
gratiæ dei, quã ille toties, & tã ꝓpicius offert, inquiẽs. Si ĩpius egerit pęnĩam ab oĩbus pc̃tis
quę opatus eſt, & fecerit iudiciũ & iuſtitiã, oĩm iniquitatũ eius, q̃s opatus ẽ, nõ recordabor.
Sic ſanè hodie fecit, tã gratioſe publicanos & pc̃tõres ad ſe auditũ veniẽtes ſuſcipiẽs, nec in-
terim curãs murmurãtes phariſæos, dicẽtes. Quia hic pc̃tõres recipit, & cũ illis manducat.

HOMILIA LVII. DE EO QVOD SCRIPTVM EST. Lucæ. 5. Duc in altum. &c.

Dominica quinta poſt octauas penteçoſtes.

QVVR ſuſpicer, fratres chariſſimi, pinde atq; nuper plus q̃ decu- A
erit Petro tribuerim, qui illũ eã adfirmaui fuiſſe petrã, ſup quã ſuã
Matt. 16 eccleſiã Chr̃s erat ædificaturus, illũq; ip̃m eius futurũ eccleſiæ pri-
Iohan. vl matem, & Chr̃i Ieſu vicariũ paſtorẽ: quippe, qui ſe bonũ paſtorẽ
vocans, eã poſtea functionẽ paſtoralẽ vni Petro poſt ſuã reſurre-
ctionẽ, p̃ſentibus reliquis, commiſerit, dicẽs ter. Paſce oues meas.
Reſciẽs nimirũ ſapiẽtiſſimus dñs, idẽq; nr̃ piẽtiſſimus ſeruator, ma
lam eſſe in om̃i multitudine principũ pluralitatẽ, vnoq; opus eſſe
paſtore ſuarũ ouiũ. Quur, inquã, ſuſpicer, q̃ſi æquo plus Petro tri-
buerim, video illi tot ſanctiſſimas ſcripturas p̃ cæteris ſingularem
autoritatẽ deferre? Inter quas vel hoc Chr̃i verbũ mei proloquij haud ſanè ẽ minima. Duc,
inquit Chr̃s, in altũ. Quo etem̃ verbo planè ille Petrũ ex alijs omnibus videt eligere eũ, qui
ſuã nauẽ in altũ vel ſolus aliq̃n ſit recturus. Nonne mirũ, quũ duę ſecus ſtagnũ eſſent naues,
in eam tñ ſolã, quæ Simonis erat, dñs intrat, q̃m is ſpecialẽ aliq̃n vellet in naui ſua .i. eccle-
Acto. 27 ſia (nauis vtiq; eccleſia intelligit ſancta, in qua, vt eſt in actis Apoſtolorũ, qui nõ mãſerint,
ſaluari nequeunt) Petrũ habere coadiutorẽ & vicariũ, qui parẽ ſecũ eſſet retenturus autori-
Matt. 4 tatẽ: quippe regni cœlorũ claues habiturus, qui & poſſet ligare & ſoluere, q̃d & ipſe ratum
Marci. 1. habere vellet, argumẽto cuius & paulo poſt. Noli, inquit, timere, ex hoc, iã eris hoĩes capi-
Actorũ. 2 ens: ei ſoli loquẽs, quũ & Andreas frater eius, & alij Matthęo teſte (q̃d & Marcus nõ diſſi-
Actorũ. 4 mulat) adeſſent. Cępit vtiq; primus inter apl̃os vno ſermone hoĩes circiter tria millia, alte-
Matt. 8. roq; deide (poſt Chr̃i tñ aſcẽſionẽ) qnq; millia. ¶Secretũ & hoc magnũ innuit, quũ plures B
adeſſent, ad ſolũ Petrũ dicit. Duc in altũ. Quid in altũ duc? Nauim, in q̃ Ieſus ob multitudi-
nẽ populi verbi eius audiẽdi cupidã, coactus, vt cõmodius p̃dicaret idemq; facilius audiret,
cõſcẽderat. Nauim, inquã, quę ſcd̃m Matthęũ adhuc fluctuat, ſcd̃m vero Lucã piſcibus re
plet. Certè nauicula Petri, q̃ Chr̃i eſt eccleſia, in q̃ Chr̃s eſt, licet in huius mũdi pelago hęre
ticorũ paſſim turbinibus & fluctibus ita agitet, vt aliq̃ties penè videat obrui, Chr̃o tñ è ſom
no expergiſcẽte, qui plęrũq; ob pc̃tã nr̃a obdormire putat, rurſus emergit, piſces aliq̃n plu
res q̃ ãtea cõtinẽs, adeoq; nũquã obruit nauicula, q̃ anchorã habet firmiſſimã petrã. Nec p̃t
obrui, vtcũq; iactata in ſtagno ea nauis, in q̃ prudentia nauigat, abeſt pfidia, fides adſpirat.
Qui em̃ poſſit obrui cymba, cui p̃eſt, in q̃ eccleſiæ firmamentũ eſt? Quũ illa potius ſubmer-
gatur, in q̃ eſt modica fides, nõ ea, in qua pfecta eſt dilectio. In q̃ autem maior dilectio, q̃ in
Matt. 26 Petro, q ardore feruẽtiſſimo quidẽ dicere nõ dubitauit. Et ſi me tecũ mori oportuerit, ego
Marc. 14 te nõ negabo? Qui & ob ardentẽ amorẽ haud veritus eſt Chr̃m ip̃m p̃ceptorẽ atq; ſummũ
Matt. 16 magiſtrũ increpare. Abſit à te dñe, iquiẽs, nõ erit tibi hoc, Tãta certè in Petro erga Chr̃m
Marci. 8 fuit dilectio, vt eã tribus interrogatõibus, totidẽq; reſpõſionibus, ex ipſo dñs ſat ſupq; elicu
Iohan. vl erit. Simon Iohãnis, inquiẽs, amas me? Qui tertio reſpõdens ait. Dñe tu oĩa noſti, tu ſcis qa
amo te. Amãtiſſimus igit Chr̃i fuit Petrus, idẽq; illi fideliſſimus. Quis em̃ vnquã tanta fide,
Matt. 16 Chr̃m palam eſt ꝓfeſſus p̃ter Petrũ? Qui loco oĩm (quia & hoc eminẽtioris autoritatis erat
argumẽtum, q̃d penè ſemp Chr̃o ſolus reſpõderit, quãuis ab om̃ibus eſſet rogatũ) dixit. Tu
es Chriſtus filius dei viui. Ob cuius mirificã adeoq; magnã fidei ꝓfeſſionẽ beatus dici meru
erit à Chr̃o, idẽq; recipere claues regni cœlorũ, & hoc genus alia perquã multa priuilegia,
& hoc in primis, q̃d ipſe ſolus eſſet, ſup quẽ dñs vellet ædificare ſuã eccleſiã, aduerſus quam
nec inferorũ portæ eſſent p̃ualituræ. Nõne fidelis, imò fideliſſimus, Petrus? Qui etſi totam
noctẽ laborans nihil cæpiſſet, ſolo tñ Chr̃i iuſſui cõfiſus, inquit. Præceptor p totã noctẽ la-
borantes nihil cæpimus, in verbo aũt tuo laxabo rete. O magna fides, q vel iã primũ vocã-
Matt. 8 dus Chr̃i vnico verbo tm̃ credidit, nec illud tñ ineptè, quũ eidẽ verbo, venti & maria obe-
direnę

dirent,& ſedata cõquieſcerent. Vnde populus demiratus ait. Quis putas hic eſt, quia vẽtis Marc.4
C & mari imperat,& obediunt ei: Erat quidẽ hoc verbũ, quo omnia ſunt creata. Ob tantam Luc. 8
proinde fidẽ. ¶ Dignus indubie Petrus,ad quẽ Chr̃us diceret. Duc in altũ.ſ.nauim, Di- Iohan.1
gnus,inquã,vt &, deo patre reuelante,maiorẽ fidẽ ſit cõfeſſus,tandẽ. Quid em̃ hoc eſt dice Matt.19
re ſoli Petro,duc ĩ altũ,niſi in ꝓfundũ diſputationũ: Quid em̃,obſecro,tã altum, q̃ altitudi
nem diuitiarum videre: In quã apl̃us exſtupeſcẽs proclamat. O altitudo diuitiarum ſapientiæ & Roma.11
ſcientiæ dei,quã incõprehenſibilia ſunt iudicia eius,& inperueſtigabiles viæ eius. Hãc pro-
fecto altitudinem vidit,ſimulq; deo patre inſpirante Petrus vel ſolus inter viuos cognouit
ideoq; beatus dici cæptus. Quid inquã, tam altũ, q̃ ſcire dei filiũ,& ꝓfeſſionẽ diuinæ gñra-
D tionis aſſumere: Qd certe Petrus, dño teſte, fecit. ¶ Merito igiẗ Chr̃s illũ primariũ ſuæ ec
cleſiæ cõſtituit piſcatorẽ,q tãta dilectione,tãta fide, tãtaq; prudẽtia p̃ cæteris polluit,q vel
vnus ſolo eius verbo rete.i.orationẽ ita laxauit,vt vel rupto rete adeo,vtrãq; nauiculã im-
plerit piſcibus,q̃ iã penè obruerent,piſcibus tñ inde nequaq̃ elabẽtibus: Nimirum,formã &
imaginẽ euãgelici doctoris gerẽs,q laxare debet rete.i.ſermonẽ ad populũ nõ ẽ phariſæorum
laqueis,nõ ẽ philoſophorum argutijs,ſed ẽ voluminũ ſacrorum p̃ceptis,ẽ Chr̃i factis dictiſq; ſic
cõtextũ,vt quãplurimos inuoluat,ne inuolutos ſinat elabi ab hæreticis(q rete doctrinæ euã Ephe.6
gelicæ rũpere ac ſcĩdere ſæpenũero conanẗ)magnopere cauẽs, q̃s admixtos bonis (vt ſolẽt Hebræ.4
mali piſces in ſagena aliqñ cõmiſceri bonis) vel dei verbo, q̃d vt anceps gladius vel intima 2 Petri.2
penetrat,bonos reddere ſatagat,vel ꝓpellat, ne vitijs ac ſordibus iſtorum nauis onerata mer
gaẗ. Id q̃d idẽ Petrus alibi p̃inde aliorum caput fideliter mouet. Et in vobis,inquiẽs,erũt mgr̃i
mẽdaces,q introducẽt ſectas pditõis,& deũ negãt,ſupducẽtes celerẽ ſibi pditionẽ. Et mul
ti ſequenẗ eorum luxurias,p q̃s via veritatis blaſphemabiẗ,& in auaritia fictis verbis de vobis
negotiabunẗ. Hæc ille vti vere prudẽs eccl̃iæ catholicæ rector,ideoq; dign⁹,q prim⁹ in terra
vicarius Chr̃i fuerit cõſtitutus,tot inter alios priuilegijs dotatus. Qui inter oẽs hodie iubeẗ
nauim ſuã ducere in altũ,p̃inde vt futurus totius eccleſiæ,q̃ p nauim ſignificaẗ,gnarus vtiq;
gubernator.

HOMILIA LVIII, DE EO QVOD SCRIPTVM EST.
Matthæi 5. Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſq̃ ſcribarum & phariſæorum
non intrabitis in regnũ cœlorum.&c.

Dominica ſexta poſt octauas penthecoſtes.

A REFELLVNTVR hoc Ieſu Chriſti dicto, qui hactenus vllã
hominis eſſe iuſtitiã negarũt,aut eã,ſi ſit,eſſe nihil aliud q̃ peccatũ,
indeq; ſequi hominẽ vel quãlibet bonũ in omni opere, vel quãlibet Eſaiæ.64
bono,mortaliter peccare: nimirum,hãc opinationem probari dicto Eccle.7
Eſaiæ. Facti ſumus omes velut immũdi,& omes iuſtitiæ nr̃æ ſicut
pannus menſtruatæ. Et dicto quoq; ſapientis. Nõ eſt ſup terram
qui faciat bonũ & nõ peccet. Cæterum,ne,vt plæriq; hactenus, inua
num laboremus de iuſtitia loquuturi,primũ quid iuſtitia ſit aperia
mus. Iuſtitiã definimus(ſaluo ſemp eccleſiæ iudicio) eſſe qua vni- Roma.13
cuiq;,q̃d ſuũ eſt tribuimus: vtpote qñ, vt Paulus ait, ſua omnibus
debita reddimus. Cui tributũ,tributum. Cui vectigal,vectigal, Cui timorẽ,timorem, Cui
honorẽ,honorẽ. Idip̃m vero haud dubie faciemus, vbi dei mãdata ſeruauerimus. Hinc ſcri
ptura Zachariã & Eliſabetã iuſtos fuiſſe adfirmat añ deũ,q̃m in omibus mãdatis & iuſtifi-
cationibus dñi ſine q̃rela inceſſerint. Accedit Matthæus hodie,in q̃ Chr̃s de iuſtitia nos in- Luc.1
ſtruẽda exemplificat de mãdatis dei,q̃rum vnũ eſt. Dilige proximũ tuum ſicut teip̃m, & neq; Matt.22
occidas. Quare declarata iuſtitia eſt dei mandatorum conſeruatio,quã qui habet & facit,iu- Marc.12
ſtus eſt,vt ſcribit Iohannes, Nõ aũt qui credit ſolũ,ſed qui ſcd̃m fidẽ operaẗ. Cuiuſmodi ſu Deute.5
iſſe ſcriptura cõmemorat Zachariã & Elizabetã, Enoch, Noe, Abrahã, Iob,hocq; genus Luc.10
alios,qui dei mãdata cuſtodierũt,n̄ quidẽ,quia iuſti ſunt.i.à pc̃õ(q̃d nihil aliud eſt,q̃ man- Galath.5
dati diuini transgreſſio)alieni,regnũ cœlorum intrãt, Chr̃o etiã alias dicente. Si aũt vis ad vi 1.Ioha.5
tam ingredi ſerua mãdata: q̃ vel ſingula in Deuteronomio in decalogũ ſunt relata. Luce.1
Geneſ.5.
6.et.7.
B ¶ Habes igiẗ aliquã eẽ hoĩs iuſtitiã, ſiquidẽ is illã opereẗ,quæ hoĩs ẽ,vti reliq̃ dei dona,quẽ- Iob.1
admodũ & fides & ſpes: ſiq̃dẽ oĩa à deo ſint ex eius tñ benignitate,p̃inde dici cæpta nr̃a. E- Mat.19
tem̃,Paulo teſte,nihil ẽ q̃d nõ accepim⁹,ideoq; nobis de nullo ẽ glorificãdũ, q ne cogitare Marc.10
q̃dẽ ex nobis aliq̃d poſſimus. Hoc tñ de⁹ h₃,vt ſi hũiliter ea,q̃ nobis mãdata ſunt facim⁹, be- Luc.18
nignitate ſingulari iubet eẽ nr̃a,q̃ vere ſua ſunt. Sic & iuſtitiam dicit eſſe nr̃as,qa ei⁹ p̃cepta Deute.5
ſeruam⁹. Falſum igiẗ eſt,nullã hoĩs eẽ iuſtitiã,aut eã,ſi q̃s h₃,eẽ pc̃m,p̃indeq; hoĩem in omi Iacobi.1
ope bono peccare,q̃d nephas ſit vel cogitare. ¶ Nec facit ad rẽ Eſaias,cũ,qa loquiẗ de tp̃e le 1.Para.19
gis añ chr̃m,& ſic nõ de chr̃ianorum iuſtitia,ad cui⁹ cõpationẽ iuſtitia,q̃ ĩ lege ẽ,recte ĩmũditia 1.Cor.4.
1.Cor.5
Eſaiæ.64

Digitized by Google

nominatur, tum quod Eſaias illa verba locutus ſit in perſona populi Iudaici, qui tunc grauiſſimè peccauit, & ita dicta deploratio pro tempore eſt accipienda.

Eccl. 7 ¶Nec obſtat Sapiens, q ſuũ dictũ ad alterius rei probationem introducit: nempè, q̊d ſapiã C
3. Regũ. 8 (quæ Chrũs eſt) confortaret ſapientẽ ſup decem principes ciuitatis: q̃quidem non ſit homo iuſtus in terra, q faciat bonũ & non peccet, niſi ſapiæ ſeu gratiæ illius, quæ Chrũs eſt adiutus, qm̃ nemo vel quãlibet iuſtus, ſuis viribus cauere pctm̃ poteſt. Adde q̊d in Hebræo verbũ pec-
Eſa. 53 cat, in futuro tp̃e ponit, vt, Non eſt iuſtus, q nunq̃ peccabit. Præterea nulla planè noſtra ẽ iu-
1. Pet. 2 ſtitia, quũ comparata fuerit diuinæ iuſtitiæ, quæ ſua natura dici vl' ſola meret iuſtitia, quũ oĩno
Mat. 5 nihil vnquã habet, nec iniq̃tatis nec peccati, quo modo deus ſolus eſt iuſtus, q non peccat, nec peccare poſſit. Dicimus igr̃ hoĩs eſſe iuſtitiã, ſicut & lucẽ & bonitatẽ: nimirũ cõicatõe. Addiderim & tum prorſus nullam eſſe hoĩs iuſtitiam, nec valere quicq̃ ad cœlorũ regni ingreſſum, ſi ea non attribuat deo eiuſq; grãæ, id ẽ, ſi non abundet plus q̃ phariſæorũ & ſcribarũ iuſtitia, id ẽ tũc nulla eſt hoĩs iuſtitia, ſed potius iniuſtitia, quũ non fiat in Chriana Eccleſia, quũ nõ ſequatur mandatorũ & lrãm & ſpm̃, quũ non dei gratiæ aſcribat. Cuiuſmodi Iudæi phariſæi habuerunt iuſtitiam, ideoq; ad vitam æternam minimè ſufficientem.

¶Siq̃dem iſtis ad ſalutẽ neceſſaria deſiderabat. Primo, q̃a cũ nõ reciperẽt mandata Chri, q̃ D
Roma. 4 ſunt mãdata nouę legis, eẽ nõ poterãt de regno celorũ, q̊d ẽ eccleſia, & regnũ Chri. Scd̃o, q̃a iu-
Iaco. 2 ſtitiã ſuã ſibi & opibus ſuis tribuebãt, ſe iuſtos opibus legis (vt & Paul⁹ & Iacob⁹ declarãt) exiſti-
1. Cor. 15 mantes: Fideles ãt, & q ſunt legis grãæ, operant q̃dem vel q̃ diligẽtiſſimè, ſed nihil ſibi opibuſq; ſuis, ſed oẽm iuſtitiã ſuã grãæ tribuũt. Apud illos, in meritò operũ totũ conſiſtit, apud iſtos in grã. Illi ſeipſos & ſua opa bonitatẽq; ſuã reſpiciũt, & in illa delectant. Iſti nõ ſe, ſed nouã grãm dei, & eius bonitatẽ admirant, quæ eſt eis ſumma voluptas. Tertio, q̃a ſpm̃ non ſequebant, q̊d
Exodi. 20 maximè eſt legis Chri. Siq̃dem antiq̃ præcepta decalogi ſeruabant ad ſenſum lrãæ, quæ lex no-
Deuter. 5 ua nõ tollit, ſed pficit ad ſpm̃, vti, Non occidas, ſolũ intelligebant de exteriore occiſione, putabantq; dũtaxat eũ in hoc præceptũ cõmiſiſſe, q quempiã corporalr̃ occidiſſet, eundemq; ſolũmõ pœnã expectare. Verũ lex noua, quę euãgeliũ Chri ſpm̃ quoq; ſequens, nõ mõ eũ q corpaliter, ſed & q ſpũaliter occidit, pœnã ſuã mereri dicit: Occidit ãt ſpũaliter, vt patet ex euãgelio hodierno, q vl' fratri ſuo iraſcit, vl' illi cõtumelioſus fuerit, ſiq̃dẽ inde plerũq; homicidiũ oriat.

¶Peccat ꝑinde homo ſpũaliter ſcd̃m euangeliũ triphariã, cõtra hoc mandatũ. Nõ occidas E
vnde & triplicẽ pœnã idẽ adſignat euangeliũ iuxta peccati menſurã: nẽpè vnã altera leuiorẽ, qm̃ nõ oĩa pctã æquiualeãt, quare nec pœna oĩbus eẽ vna debet eadẽq;. Et eſt ſenſus euãgelij Oĩs q ita iraſcit fratri, vt huic vl' oĩno velit mortẽ, eoq; pſtat cõſenſum haud ſecus atq; q re ipſa eundẽ occidit, τῇ κρίσει, id ẽ, iudicio, hoc ẽ, cõdẽnationi obnixius ẽ. Qui vero eius mortẽ nolit, ob irã tñ ipſm offenderit verbo grauiter, obnoxius erit, τῷ συνεδρίῳ, id ẽ, cõcilio, cõſeſſui & iudicũ ad hoc cõſidẽtiũ arbitrarię, aut mulctę, aut pęnę. Qui vero ob irã frĩ dixerit cõtumelię verbũ, ſʒ ꝑ q̊ vocari nõ ſolẽt ad iudicũ cõſeſſum, obnoxius erit gehẽnę ignis. Hic em̃ neq; ad mor-
Mat. 9 tẽ pñtẽ neq; futurã, neq; ad pęnã arbitrio iudicũ in hoc mũdo ſubeundã cõdẽnabit. Sed ſi nõ aliũdè purgabit in mũdo, fratri recõciliatus, igne mulctabit gehẽnæ, q hic nõ ignẽ ęternũ, vt ẽ aliàs, ſed tẽporariũ potius ſignat, quũ ſit eorũ q in hoc mũdo neq; morte plecterent, neq; in ius traherent. ¶Ceterũ q̃a hic locus euãgelicus tria ponit pctõrũ ſpũaliũ gña, eaq; dicit tribus di- F
ſtinctim ſupplicibus puniri argumẽtũ eſt lõgè euidẽtiſſimũ, eẽ locũ quendã, in q̊ aĩæ poſt huius vitę functionẽ expiant, quę hactenus purgatoriũ ignẽ appellart, quẽ nũc pleriq; negãt, ſiq̃dẽ q nullis ſcripturis ꝓbari poſſit. Eq̃dem (inquã) eos plurimũ aberrare, falſoq; hac in re cõtrarios eẽ ecclię, q̃ purgatoriũ eẽ credẽdũ cẽſuit. Itẽq; ſunt iſti aduerſum doctiſſimos & maxĩos ſacrę ſcripturę interp̃tes tã latinos q̃ gręcos, q purgatoriũ eẽ adſeruerũt. Repugnãt etiãnũ rõni, qua habemus, quũ multę ſint aĩæ, q̃ nec ab hoc ſeculo vſq; adeò purę migrarũt, vt in cœlũ ꝓtinus recipiant, nec tã ĩpurę, vt mereant igni ęterno tradi, nec demũ vnà cũ corpibus extinctæ ſint, cõſeq̃ns eſt, vt ſuas iterea p̃paratões patiant, q̃bus idoneę fiãt, vt cœleſti ciuitate aliq̃n donent.
Phil. 2 Probat hic triplex ordo à diuo Paulo q triplicẽ eorũ facit ordinẽ, q cũ deo vident aliq̃d poſſe. In noĩe (inquiẽs) Ieſu omne genu flectat, cœleſtiũ, terreſtriũ, & infernorũ. Et Iohãnes:
Apo. 5 Nemo inuẽtus ẽ in cęlo, nec in terra, nec ſubtus terrã, q dignus eẽt aperire librũ. Modo palã ẽ eos, q ſubtus terrã ſunt, ęterno ſupplicio adiudicatos, neq; genua flectere nomĩ Ieſu, neq; librũ
Eſa. 8 aperire, de purgãdis ꝓpterea vtrũq; ẽ intelligẽdũ, nõ de ijs, q in veris ſunt ĩferis. Q̃nquidẽ hi
Pſalm. 6 deo laudes nõ exhibeãt, Dauide dicẽte: In inferno ãt q̃s cõfitebit tibi? Et rurſus: Nõ mortui lau-
Pſal. 113
Eſa. 38 dabũt te dñe, neq; oẽs q deſcendũt in ĩfernũ. Et in Eſaia: Nõ infernus cõfitebit tibi, neq; mors laudabit te, nõ expectabũt, q deſcendunt in lacũ, veritatẽ tuã. Inſup, q purgatoriũ locũ negãt, ſcripturis ſctĩs reluctant, ſi mõ eas vnq̃ aut viderĩt, aut legerĩt, aut ĩtellexerĩt. Nimirũ qui nullas eẽ dixerũt, q̃ purgatoriũ ꝓbarẽt. ¶Quia vero nuꝑ, quũ de diuite Epulone nobis cõtio eẽt, dixi- G
m⁹ nos ſcripturis alijs, quã eiuſdẽ Epulonis exẽplo, q̊d certè purgatoriũ nõ ꝓbat, purgatoriũ ꝓbaturos, nr̃amq; ſñiaʒ ſuo loco & tp̃e cãdidè declaraturos, iõ hac pte purgatoriũ dicim⁹ ꝓbari.

¶Primo,

Digitized by Google

H ¶Primo per hodiernū Euāgeliū, in q̄ triplices pctōꝝ tripliciū pœnæ ponūtur. Siquidē Matt. 5
ſuppliciū æternū debeat ijs, qui ſunt rei iudicio, ſuppliciū tēporale ijs, qui ſunt rei concilio,
&(vt ita dixerim) cōſiſtorio atq; cōſeſſorio, Et ignis purgatorius ijs, q in hoc mundo, neq;
I morte plectunt, neq; in ius trahunt. ¶Secūdo p parabolā paulopoſt in hoc capite ſequē- Matt. 5
tem, in qua pcipit, vt aduerſario nr̄o cito conſentiamus, ne q̄d reluctati fuerimus grāæ dei, Luc. 12
nos deo accuſet, & tradamur pęnis gehennę, neq; inde exeamus, donec ad integrū ſatisfe-
cerimus, aut ſi vltimū debitū exoluere neqamus, nunquā etiā exeamus. At niſi eſſent, q vlti
mū debitū exoluere poſſent, & dei miſeratōe ad plenū purgari, expiari, ac ſatiſfacere iuſti-
tię diuinę, nō dixiſſet dn̄s, Nō exiet inde donec reddat nouiſſimū quadrātē. Vn̄ intelligim⁹
K eē quēdā poſt mortē locū expiationū, ſiue illū voces purgatoriū, ſiue infernū, ſiue gehennā, Matt. 12
ſiue lacū, carcerē, abyſſum, aut alio quis noīe, q̄d in ſacris reperiat lr̄is. ¶Tertio, ait Chr̄s,
pctm̄ in ſpm̄ ſctm̄, q̄lecūq; ſit idipm̄, neq; in hoc ſeculo neq; in futuro remitti, vn̄ colligit, eē
L pctm̄, q̄d in futuro ſeculo remittat. Quę remiſſio certē quū purgationē talē exigit, q̄lis nec
in ęterno ſupplicio ſit, nec in cęlo, purgatorij oīno ſubinfert neceſſitatē. ¶Quarto, inqt 1. Iohā. 5
Iohānes. Eſt pctm̄ vſq; ad mortē, nō dico, vt p eo roget qs. Q. d. Pro eo, quē cōſtat hinc e-
migraſſe cū deſperatōe clementię dei, nullus oret. Q̄d ſi p cęteris pfutura ſit orō, iā palā eſt Eſaię. 66
eos alicubi detineri in cruciatibus, vn̄ p oratōes eripi valeāt. At hoc nec ē in veris īferis, qm̄ Matt. 25
inde nulla eſt redēptio: Nec in cœlo, qm̄ illuc nihil intrat purgādū, neq; coinquinatū. Erit Marci. 9
M ergo tertius aliqs locus, in q̄ crucient & expurgent à pctōꝝ impuritatibus. ¶Quinto di- Luc. 3
cit Iohānes ſe audijſſe, oēm creaturā quę in cœlo ē, & ſup terrā, & ſub terra, & q̄ ſunt in ma Apoca. 21
ri, & q̄ in eis oēs, dicētes ſedēti in throno & agno. Bn̄dictio & honor, gloria & ptās in ſecu Iob. 7. 15
la ſeculoꝝ. At q̄ ſunt ſub terra laudātia deū & agnū. i. filiū dei, p oīm ſalute imolatū, niſi de- Apoca. 5
functoꝝ animę etiā fideliū? Nō eṁ ille eē poſſunt, q̄ ſunt ppetuæ dānationi obnoxię.
N ¶Sexto, quia Petrus ait de Chr̄o dn̄o. Quē deus ſuſcitauit ſolutis doloribus inferni. At Actoꝝ. 2
quibus doloribus? Nō ipſius ſanè, qui venerat ſoluere vinctos, ſed eoꝝ, q pœnis detinebā-
O tur inferni. Sed qs hic infernus, niſi expiationū carcer? ¶Septimo, inqt pſaltes ille diui-
nus. Eruiſti animā meā ex inferno inferiori. Quū mō ſit infernus inferior, neceſſum eſt, vt Pſal. 85
P ſit ſupior. Hoc eṁ mutuus relatiuoꝝ rn̄ſus poſtulat. ¶Octauo, facit Paulus, quū ait. Vni-
uſcuiuſq; opus manifeſtū erit, dies eṁ dn̄i declarabit. Dies dn̄i cuiuſq; particularis. dies eſt 1. Cor. 3
egreſſus ei⁹ ex hoc limite vitę, at vniuerſalis, in q̄ ille oēs iudicabit, de q̄ nos admonet. Vigi
late, inquiēs, qa neſcitis diē neq; horā. Et ſubdit Paulus. Si cuius op⁹ arſerit, detrimētū pati Mat. 24
et. Ipſe vero ſaluus erit, ſic tn̄ q̄ſi p ignē. Quid ē, cuius op⁹ arſerit, niſi cuius malū male viuē Luc. 12
do cōtractū, expiatū, purgatūue fuerit? Quid detrimētū patiet, niſi cruciatū? Quid āt ſaluus
Q erit, niſi ęterno nō ſubiacebit ſupplicio? Saluus itē erit, ſic tn̄ quaſi p ignē, ~~quia~~ pbatōe, pur 1. Reg. 2
R gatione, & expiatione ignis? ¶Nono, dn̄s mortificat & viuificat, deducit ad inferos &
reducit. Qui inferi, vnde reducit dn̄s, niſi expiatorij loci? ¶Decimo, Q̄d narrat Ioſeph⁹, 2. maca. 12
Iudā miſiſſe Hieroſolymā duodecies mille drachmas argenti, p pctīs mortuoꝝ ſacrificiū.
S Quibus vtiq; verbis ſuā Hebręorūq; ſn̄iam fuiſſe innuit, mortuoꝝ pctā etiā poſt mortē ſol-
ui poſſe, expiari, purgari, ipſoſq; tādē à pęnis eē ſoluēdos. ¶Poſtremo, qm̄ cōſtet aliqbus
à deo pctm̄ dimitti, & pęnā, & eos ex morte trāſire ad vitā ęternā. Alijs nō remitti pctm̄, q̄re
neq; pęnā, & eos trāſire de morte prima ad mortē ſecūdā, Alijs remitti pctm̄. i. culpā, reſer
uata pęna, & eos cū moriunt, trāſire ad expiatorias pęnas. Si ergo cōceſſeris interdū remitti
pctm̄, & nō pęnā, pctm̄q; trāſferri, neceſſariū erit eē expiationū locū. Modo pone quēpiā
facientē pœniam. i. ſatiſfactionē pœnę, interire ſatiſfactione nōdum īpleta, q̄d aliud teſtat,
niſi eā apud inferos īplendā, q ijdē ſint expiationū loci? Pctm̄ vero dimitti, & pęnā punitio 2. Reg. 12
neq; reſeruari, argumēto eſt Dauid, q dimiſſo pctō, pęnas facinoris admiſſi poſtea luit. Illi
eṁ poſt admiſſum pctm̄ mortis Vrię, & raptus Bathſabę, dn̄s p Nathā dixit. Ecce ego ſuſ-
citabo ſup te malū de domo tua, & tollā vxores tuas ī oculis tuis, & dabo pximo tuo & dor
miet cū vxoribus tuis in oculis ſolis huius. Tu eṁ feciſti abſcōdere, ego āt faciā verbū iſtud
in cōſpectu oīs Iſrael, & in cōſpectu ſolis huius. Et dixit Dauid ad Nathā. Peccaui dn̄o. Di-
xitq; Nathā ad Dauid. Dn̄s q̄q; trāſtulit pctm̄ tuū nō morieris. Ecce pctm̄ trāſlatū. Et cū di
cit, Nō morieris, culpā dimiſſam. At pęnā reſeruatā innuit, q̄d ſeqtur. Veruntn̄, qa blaſphe
mare feciſti inimicos nomē dn̄i, ppter verbū hoc, filius, q natus eſt tibi, morte moriet. Et 2. Reg. 15
ſubdit. Percuſſitq; dn̄s paruulū, quē peperit vxor Vrię Dauid. Sed & paulopoſt. Suſcitauit
illi dn̄s malū de domo ſua. Nā vniuerſus Iſrael ſecutus ē Abſolon tāquam regē, dimiſſo ipō
Dauide rege, quū ait Dauid ſeruis ſuis, q erant in Hieruſalē. Surgite fugiamus. Neq; eṁ erit
nobis effugiū à facie Abſolon. Et ſubiungit. Egreſſus ē ergo rex, & vniuerſa domus eius pe
dibus ſuis. Sed & ingreſſus ē Abſalon ad cōcubinas Dauid in cōſpectu ſolis hui⁹, iuxta cōſi- 2. Reg 16
liū Achitophel, q̄d illi cōſuluit dicēs. Ingredere ad cōcubinas pr̄is tui, q̄s dimiſit ad cuſtodi-
endā domū, vt cū audierit oīs Iſrael q̄d fędaueris patrē tuū, roborēt tecū man⁹ eoꝝ. Tetēde
runt er-

Digitized by Google

runt ergo Abſolon tabernaculũ in ſolario, ingreſſuſq; ẽ ad cõcubinas pr̃is corã vniuerſo Iſrael. Quis ergo non videt dimiſſo trãſlato ve peccato, pœnam reſeruatam, poſtea ſecutã? Et ex ĩis planè ſequi (quod ſuperius dixi) animas aliquot ab hoc ſeculo non vſq; adeò migrare puras, vt in cœlum ꝓtinus recipi poſſint. Nec tam impuras, vt mereanť æternali ſupplicio tradi, nec demum vnà cum corporibus extingui. Conſequẽs igiť eẽ, vt ſuas interea præparatões patianť, quibus idoneæ fiant, vt cœleſti ciuitate aliqñ donenť. ¶Nec valet dicere, quæ fuere purganda, vtpote venialia, ꝑ mortẽ deleri: qñ quidẽ Chr̃us dixerit de om̃i verbo ocioſo reddendã eẽ rõnem. Id q̃d nequaq̃ fieret, ſi ꝑ mortẽ eſſent penitus cõdemnata vel abolita funditus, ideoq; purgãda adhuc remanẽt. ¶Nec obſtabit dicere: Quod purgatorij nomẽ Biblijs ſit incognitum, qñ pleraq; ſint, quæ ſuo noĩe nõ appellanť inibi, vtpote S. Trinitatis, conſubſtãtialitatis, vtpote Homouſios, quo noĩe filius nuncupať, aut ingenitus vti pater dr̃, hocq; genus alia noĩa quorum vice plerũq; alia ſuccedunt. Nec de vocabulo ẽ altercandũ, quũ aliq̃ mõ de re ipſa cõſtet.

¶Nec obſtabit: Negare libros Machabæorum ꝓinde atq; in Canonẽ nõ receptos. Quũ minime vni aut alteri temerario eoq; indocto ſchiſmatico credendũ ſit contra catholicã eccleſiã, quæ illos libros ꝓ canonicis lõgiſſima nunc ſeculorum ſerie habet, quã & (nec immeritò) Chriſtianiſſimi quiq; tam græci q̃ latini ſequunť doctores, q̃bus cum ſalutarius eſt bene ſentire, q̃ cum paucis à veritate aberrare. ¶Nec obſtabit, aliter intelligi verba Pauli ad Corinthios, ꝓinde ac Ap̃lus ibi de igne cõflagratõis fuiſſet locutus, quo in die dñi oĩa exurenť, vt aliàs Paulus & Petrus docuerũt, qñ nullam planè Paulus ad Corinthios de die dñi mentionem fecerit.

¶Nec itẽ obſtabit grecã eccleſiã nõ credere purgatoriũ. Quia hoc ipſum forte ẽ de vulgo ſchiſmatico, quũ certè eiuſdẽ eccleſię p̃res purgatoriũ eẽ adfirmarint. Inter q̃s ſunt, Origenes, Athanaſius, Dionyſius, Chryſoſtomus. Adde & libellũ quendã grece ſcriptũ, t̃pe Baſilieñs cõcilij ęditũ, in quo ꝓter hos, & alij cõplures græcorum authores, aduerſus hũc errorẽ citanť, quorum teſtimonijs aiunt grecos in cõcilio Florẽtino ceſſiſſe, & à ꝑtinacia ſua reſipuiſſe. Preterea, Locus ab authoritate negatiuus nihil habet ꝓbatõis, & in primis in articulo fidei & religiõis, à q̃ nequaq̃ vł plurimorum ſuaſiõe vł tãtillũ eſt deflectendũ. ¶Nec obſtat (q̃d ſchiſmatici tñ maximi pendẽt & fundamentũ prorſus h̃nt inexpugnabile) duos tm̃ poſt mortẽ in euãgelio receſſi locos, q̃ aĩæ ſunt ituræ, ſ. locũ ſupplicij ęterni, q̃ ibũt mali. Et ſunt q̃ nõ credũt. Locũ itẽ vitæ ęternę, q̃ ibũt iuſti & boni, cuiuſmodi ſunt q̃ credũt, dicẽte veritate ipſa apud Iohannem: Amen amẽ dico vobis, q̃a q̃ verbũ meũ audit, & credit ei, q̃ miſit me, habet vitã æternã. Et in iudiciũ nõ venit, ſed trãſiet à morte in vitã. Reſpõdeo Chr̃m hoc loco minimè excludere animas, q̃ defunctæ & adhuc ꝓpter pœnã aliquã reſeruatã alibi purgãdæ, qm̃ & hę nõ veniẽt in iudicium. ſ. condẽnatõis, ſed diſcuſſionis & approbatõis, quo etiã quæ nihil habẽt purgare, veniẽt. Purgãdæ autẽ animæ in numero ſunt credentiũ, haud ſecus atq; hæ, quę credulæ vł hic ſatiſfaciunt ꝓ peccatis ſuis. Sunt eteñ purgãdæ anĩæ de ſua ſalute certæ, quũ in vera fide obierint. Alioq̃ incredulæ prorſus eẽnt, & ęternałr damnatæ, qm̃ qui nõ credit iam iudicatus eſt. Anĩæ itaq; quę hinc diſcedũt purgãdę aliàs ob maculas vł exiguas, in numero ſunt earum, quæ credũt. Ideoq; non opus fuit, & à Chr̃o illis ſpecialẽ deputare locũ beatitudinis, quàm ilicò beatis, qñ eas certò ſciuerit in numero eſſe credẽtium, quamuis ab eis pœnam debitam expiari velit.

¶Nec itẽ obſtat: Qm̃ Chr̃us alioq̃ fruſtra ſit ꝓ nobis mortuus, quũ ipſi obligemur ſatiſfacere ꝓ peccatis n̄ris. R̃nderim prorſus cõſtare, neceſſariũ eẽ, vt ꝓ pc̃tis n̄ris pœniteamus, id q̃d & ſatiſfactõis eſt pars. Quid alioq̃ monuiſſet Chr̃us hoc tam horribili verbo. Sed ſi nõ pœniam habueritis, om̃es ſiłr peribibitis? Quid etiam dixiſſet: Redde rõnem villicatõis tuæ? Et q̃d: De omni verbo ocioſo q̃d hoĩes locuti fuerit, de eo rõnem? Quid deniq; parabola apud Lucam? Cum aũt vadis cum aduerſario tuo ad principẽ in via, da opam liberari ab illo, ne fortè trahat te ad iudicẽ, & iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerẽ. Dico tibi nõ exies inde, donec etiã nouiſſimũ minutũ reddas? Quid (inquã) aliud hæc parabola nobis innuit, niſi ꝓ pc̃tis eẽ ſatiſfaciẽdũ? Id q̃ euidẽter Paulus innuit: Si, inquiẽs, noſmetipſos iudicaremus, nõ vtiq; iudicaremur à dño, cum aũt iudicamur à dño, corripimur, vt nõ cum hoc mundo dãnemur? Siqdem iudiciũ n̄m, quo noſipſos iudicamus, præuenit iudiciũ dei, & ſatiſfactionẽ pœnę (cui ꝑ pc̃m̃ obnoxij ſumus) & poſſit diuinã à nobis auertere correptionẽ. Sic certè in ſacris lr̃is inuenimus Niniuitas, Achabitẽ, & Manaſſen reges, alioſq; complures, ita ꝓ peccatis ſuis pœnituiſſe, tantamq; afflictionem ſua ſponte ſuſcepiſſe, vt clementia dei eas pœnĩas & adflictiones ꝓinde atq; iuſtam pœnæ (quæ ſceleribus eorum debebať) ſatiſfactionẽ admiſit, cohibuitq; flagellum, q̃d illis inferre meditabať. Cæterum: Quid pluribus moror de ſatiſfactõe ꝓbanda, quum ea nuſquàm nõ in ſacris ſit lr̃is prodita? de qua & ſuo loco &c. ¶Modo q̃d dicemus ad Paulum, ad Galathas ſcribentẽ? Gratia vobis & pax à deo patre noſtro & dño Ieſu Chr̃o, q̃ dedit ſemetip̃m ꝓ pc̃tis n̄ris, vt eriperet nos de p̃nti ſeculo nequã? Et rurſus ad Romanos: Qui ſuſcitauit Ieſum Chr̃m dñm n̄m à mortuis, q̃ traditus eſt ꝓpter delicta n̄ra, & reſurrexit ꝓpter iuſtificationem n̄ram? Sanè r̃ndendum eſt, Chr̃m ꝓpterea nõ fruſtra eẽ mortuum, quia ipſi pro

Mat. 12
2. Tim. 2
1. Cor. 3
2. Pet. 3
Eſa. 66
2. Theſſ. 1
Mat. 25
Iohan. 5
Iohã. 3
Gala. 1
Roma. 4
Lucæ. 13
Lucæ. 16
Mat. 12
1. Cor. 11
Ione. 3
3. Regũ 21
2. Par. 33
Gala. 1
Roma. 4

T V X Y Z A B C

pecca-

Digitized by Google

peccatis noſtris ſatisfacere vel hic vl̄ alias obligamur, imò plurimū profuit. Primo, Qm̄ is ſua morte pctm̄ originale, propter q̄d om̄es eramus ꝑpetuæ pœnæ obnoxij, auferens, qui antea, iuxta Paulū, filij iræ eramus, gratiæ filios effecit. Secūdo, nobis cœlū (q̄d locus eſt bea torū) primū aperuit, vt eo eſſemus ingreſſuri, quod antea ob peccatū primorū parentū fuit clauſum om̄ibus, vel quālibet hic ſancte viuētibus & bn̄ moriētibus, ſiquidē tūc bona opa nō erant meritoria, quæ p Chri morte & meritū deinceps facta ſunt meritoria & accepta bilia. Tertio, primū Chrs ſua nobis paſſione gratiā meruit, quā cōſequimur in baptiſmate qua pctm̄ nobis remittit, & q̄ in filios dei adoptamur. Nā (vt Paul⁹ ait) ipſe ſpūs teſtimoniū reddit ſpūi nr̄o, q̄d ſumus filij dei. Si aūt filij, & hęredes, Hæredes quidē dei, cohæredes aūt Chriſti. Si tn̄ cōpatimur, vt & glorificemur. Hinc idē paulopoſt. Exiſtimo, inquit, q̄d non ſunt cōdignæ paſſiones huius tp̄is ad futurā gloriā, quæ reuelabit in nobis. Quarto, Chrūs ſua morte pœnā æternā pctis nr̄is debitā ſuſtulit, eāq; in tēporalē tm̄ cōmutari obtinuit, Id q̄d ſanè maximū eſt, quum antea nullus vnq̄ pro peccatis ſuis ſatisfacere potuiſſet, ne nunc quidē, niſi ꝑpter meritū Chri paſſionis. ¶Eapropter caute eſt intelligēdū & dicendum. Chrs eſt agnus dei, q tulit pctā mūdi, & ꝑ om̄ibus pctis & oīm ſatisfecit, igit à nobis nulla debet fieri ꝑ pctis nr̄is ſatisfactio. Siquidē ſi ita tāq; abſurde qs ſentiat, longe quidē abſurdius ſequeret, vtpote, nō eſſe neceſſariū vt homo bn̄ ageret, imò impune peccare poſſet, qm̄ Chrs ad hūc modū, peccādi licētiā dediſſet, falſoq; peteremus in oratōe dn̄ica. Et dimitte nobis debita nr̄a. &c. Et libera nos à malo. Itē fruſtra q̄q; tā vetus q̄ nouū teſtamētū hortaret toties ad pœniam, ꝑ pctis & ad ſatisfactionē, quū adeo Chrs ſatisfecit pro pctis noſtris Caute, inquā, eſt dicere, Chrs pro om̄ibus pctis mortuus eſt, q & pro om̄ibus pctis ſatisfecit morte ſua. Fatendū vtiq; eſt ex multis ſcripturis, Chriſtū quidē doloroſa ſua paſſione ſatisfeciſſe pro om̄ibus & ſingulis mundi pctis, ſed certo quodā ſatisfactionis modo, q̄ pœnā æternā pctis nr̄is debitā ſubſtulit, eāq; in tēporalē tm̄ cōmutauit. Proinde q̄ties fit homini à deo pctorū remiſſio & condonatio, tū virtute efficaciç paſſionis Chri, ignis æterni pœna (cui peccator erat antea obnoxius) cōmutat in tēporariā, aut in hoc ſeculo aut in altero ꝑferendā. ¶Supereſt igit, poſt acceptā à deo pctorū remiſſionē adhuc aliq̄ pœna tēporalis ex diuinę iuſtitiæ rectitudine debita illis pctis, pro q̄ exoluēda, debet fieri ſatisfactio ad integrā pœniam agendā. Quāuis nō iuerim inficias, poſſe fortaſſis tantā eē in aliq̄ pctōre fidē, ſpem, charitatē, cōtritionē & dolorē, vt is vel ſine reliq̄ ſatisfactione pœnā pro pctis ſuis relaxare poſſet: quēadmodū de latrone in cruce plærīq; ſentiūt. Sed idipm̄ nō ſatis tutum eſt quū neſciat, an quiſpiā tātum habitur⁹ ſit in fine vitæ ſuç rationē, aut à deo gratiā, maxime q̄d ignoramus certitudinē horæ mortis, q̄ aliq̄ties nō mō repētina ſed ſubitanea eſt. Inſup & ſi latro cōtritus dn̄m inuocarit, ſatisfactionē tn̄ credit cruci affixus poſt cōfeſſionē compleſſe. Eſt itaq; Chro & eius miſericordiæ adeoq; ꝑ nobis ſatisfactioni fidendū, ita tn̄, vt & nos ſatagemus ſatisfacere læſo deo vel homini, & operemur, q̄ iuſſa ſunt nobis, qa de⁹ dabit vnicuiq; iuxta opa ſua. Et nō ſecūdum opa vel ſatisfactionē Chriſti, per cuius tn̄ miām noſtra ſunt opa meritoria. Sed etiā noſipſi miæ opera impleamus, vt nobis mīa fiat, dicēte dn̄o: Beati miſericordes, qm̄ ipſi miam conſequentur. Quia deficiētibus ijs operibus, Ieſus pro nobis crucifixus, & miſericordiſſim⁹ & iudex iuſtiſſimus, dictur⁹ ē. Diſcedite à me maledicti in ignē æternū, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Incaſſum quidem innititur ſatisfactioni & miç Chriſti, quiſqs ſine gratia & ſine charitate fuerit ac ſine opibus bonis, qm̄ Chrs eiuſmodi reijciet, nec ſuā ſatisfactionē nec opa nec miam cōmunicabit eidem. Sane Chrs ſic nobis meruit, vt opus ſit & nos mereri. Nō q̄d ſuū meritū nō ſufficiat, ſed quia voluerit ſuo merito, efficatia reddere merita nr̄a, quę ſine eius merito eſſent inſufficiētia & nulla: Siquidē, Petro teſte, Chrs paſſus ſit ꝑ nobis, nobis relinquēs exēplū, vt ſequamur veſtigia ei⁹. Sic ergo merita nr̄a nō ꝑficiūt nec implent meritū Chri, ſed ꝑficiunt eo, & ſequūtur exemplū Chriſti, q̄ & ex merito Chri reddūtur efficatia. ¶Inſup nequaq̄ nobis plus æquo blandiemur ꝑpter Chri pro pctis noſtris ſatisfactionē, q pro nobis mortuus ſit, ideoq; nobis nō eſſe aliq̄ modo ſatisfaciendū. Qm̄ quidē Chrs ſeipſum obtulit nō mō pro noſtris ſed & pro totius mundi pctis, pro q̄bus vel om̄ibus ſuffecit eius paſſio, ſed pro electis tantū effecit ſeu efficax fuit. Hinc multi ſunt vocati, pauci vero electi: quoniam multi obicem oponunt, Sic & Chriſtus pro peccatoribus tantum verè pœnitentibus apud patrem interpellat, quum æque iuſtus ſit atq; miſericors. Id quod Iohānes in ſua epiſtola admodum clare teſtatur. Filioli mei, inquiens. Hæc ſcribo vobis, vt non peccetis. Sed & ſi quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt propiciatio pro peccatis noſtrris, Non pro noſtris autem tantum, ſed etiam pro totius mundi. Et in hoc ſcimus, quoniam cognouimus eum, ſi mandata eius obſeruamus. Qui dicit ſe noſſe eum, & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt, & in hoc veritas nō eſt. Qui dicit ſe in Chriſto manere, debet, ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare.

Marginal notes: Ephe. 2; Miche. 2; Pſal. 117; Roma. 8; 1. Cor. 12; 2. Cor. 5; Galath. 6; Roma. 8; D; Iohan. 1; Iohan. 1; 1. Iohā. 2; Eſaie. 53; 1. Petri. 2; E; Luc. 23; Luc. 12; 1. Theſſ. 5; Pſal. 61; Apoca. 22; 1. Cor. 3; Matt. 5; Mat. 25; 1. Petri. 2; F; Matth. 22; 1. Iohā. 2

¶Ex ijs ri-

¶Ex his ritè intelligendũ venit, in quem modũ Chriſtus pro nobis mortuus ſit, proq́ nr̃is G
peccatis ſatisfecit. Conſtat ꝓinde Chr̃m nõ fruſtra eſſe paſſum, ſed plurimũ vtilitatis ſua nobis
paſſione & morte attuliſſe, etiã ſi ipſi ꝓ peccatis poſt baptiſmũ cõtractis, vel hic vel alibi, iuxta
dei mĩam & iuſtitiã, ſatisfacere obligamur. Eſt igiť purgatorium, hoc obice nõ obſtante.

¶Nec deniq; obſtat, q̃d aliqui deblaterant. Si tandē ꝓ relictis peccatis in purgatorio eſſet H
luendũ, certò ſequereť Chr̃m veniſſe nobis in magnũ præiudiciũ & detrimētum, quum ante
Chriſti aduentũ defuncti in fide, quæ erat de Meſſia, Chr̃o aliqñ venturo, requiem habuiſſent
Lucæ.16 atq; gaudiũ in ſinu Abrahæ. Non coacti ſua peccata igne purgatorio, ſed ſola fide in Chriſtũ
exoluere, & ſic nõ habuere aliquã pœnã poſt mortē. Si modo purgatoriũ poſt Chriſti aduentum
eiuſq́ redemptionē eſſet vel inuentũ vľ ordinatũ, certè Chriſtus nobis ſua redēptiõe plurimũ
(vt aiunt) præiudicaſſet. Reſpondeo: Falſiſſimũ eſſe tum demũ in Chriſti aduētu cõditum
eſſe purgatoriũ, & animas ante Chriſti aduētum in fide defunctas omnes in Abrahæ ſinũ veniſſe.
Quandoq̃dem & ante Chriſti aduētum tria fuiſſe loca defunctorũ conſtet, vtpote, ſinus
Abrahæ, q̃ tunc fuit vice cœli, q̃d adhuc ante Chr̃i paſſionē, ꝓpter pctm̃ ꝓtoplaſti, erat clauſum,
in quo fuit Abrahã, Iacob, Lazarus, item & oẽs alij, q̃ pie & verè à ſuis hic peccatis expurgati
erant defuncti, illuc eueſtigio deferebanť. Erat ſecũdus locus damnatorũ, cõi vocabulo infernus,
quo detrudebanť, qui ſine omni fide & cõtritiõe mortui fuerant. In quo fuit eritq́ ſemp
Lucæ.16 diues ille Epulo, de quo Lucas, vnde (vt eſt apud eundē) nulla eſt redēptio in quo eſt ignis ille
Mat.24. æternus, paratus ab æterno, diabolo & angelis eius. Erat & tunc locus tertius, q̃ vel carcer, vel
purgatorius, vel expiatorius, vel alio etiamnũ noĩe appellari pt̃. In quē deueniebãt, q̃ licet in
fide moriebanť, tñ nõ ab omni pctõ ꝑ ſatisfactionē hic emundati, ideò in eo loco tandē legitime
Pſal.67 purgãdi, q̃s itaq; purgatos Chr̃us à morte reſurgēs cœlum aſcendēs, vnà cũ alijs ſecũ duxit.
Ephe.4 Id q̃d euidēter ex ſacris lr̃is eliciť. Scriptũ q̃dem eſt: Aſcēdit Chr̃us in altũ, captiuã duxit ca
Zach.9 ptiuitatē. Et Zacharias ait de Chr̃o: Tu quoq; in ſanguine teſtamēti tui, emiſiſti vinctos tuos
de lacu, in quo nõ eſt aqua. At q̃ fuerũt illi capti & vincti, in loco vbi nõ eſt aqua. i. vbi nõ eſt refrigeriũ?
Non vtiq; ꝑpetuo damnati in iferno, vnde nunq̃ eſt redēptio. Neq; fuerũt, q̃ detinebanť
in ſinu Abrahæ, q̃a neq; illi vincti erãt, ſed cõſolatio eis aderat, teſtãte Abrahã ad diuitē,
qui erat in inferno, dicēte: Fili recordare, quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſilr̃ mala.
Lucæ.16. Nunc autem hic conſolať. Ideo aliud Abrahæ ſinus, & lacus, & infernus.

Mat.12 ¶Nec poſtremũ purgatorio obſtat dicere, pctã vel venialia adhuc purgãda ꝑ mortē ipſam I
deleri: ſiquidem reſponderim in contrarium eſſe ſcripturam, quæ dicit: Omne verbum ocioſum,
quodcunq; dixerint homines, reddent de eo rationem. Si de verbis ocioſis ratio reddenda
ſit, certè ſequiť per mortem ea non eſſe prorſus neq; deleta, neq; abolita.

¶Diſſolutis igiť oĩbus & ſingulis obiectis, quę vnq̃ ab oĩbus vel in hãc vſq; diē aduerſus pur k
gatoriũ obijci potuerũt, q̃s mõ ē tã durus, tã difficilis, tã ꝓteruus, tãq; hęreticus, qui deinceps vľ
tãtillũ ſit negaturus purgatorij locũ & reluctaturus tot ſctĩſſimis ꝓ purgatorio ſcripturis, q̃bus
nõ põt nõ certiſſima fide purgatoriũ aſtrui: & maxiē quũ grauiſſimę illis accedãt rõnes, accedē
te & catholica eccl̃ia, q̃ tot iã antea ſeculis hoc ipm̃ purgatoriũ eē tenuit, & credēdũ decreuit.
Accedētibus deniq; tot excellētiſſimis pr̃ibus tã græcis q̃ latinis q̃ oẽs purgatoriũ eē adfirmãt.

¶Sileo quod & hoc in non exiguum argumentum accedit, quoniam vtile admodum ſit, L
eſſe purgatorium, eiuſq́ cognitio plurimũ proficua. ¶Primo, q̃d ꝓpterea ex charitate fra M
terna ſtudemus aĩabus illic detētis ſubuenire. ¶Scđo, quia ꝓpter illud nobis metus incutiť, N
ne leuiores culpas facile admittamus, quũ certò nobis cõſtiterit, nos ob eas, in illis ignibus graues
luituros pœnas, nec añ nobis in cœlũ patere aditũ, quàm illis ꝑ acerbos purgatorij cruciatus
fuerimus purgatiſſimi. ¶Tertio, vt inde nobis ſit ſpes, cõtra deſperationē, ne ꝓtinus, vt O
morbus aliquis grauis & lætiferus nos inopinatos (vt heu dolor nũc fieri videmus) oppreſſerit
deſperemus, putãtes oĩa vel leuiſſima, de quibus hic nõ ſatisfecimus, in ęterno igne debere puniri.
Sperare quidē poſſumus admiſſa leuiora, quæ nõ ſatis in hac vita fleuimus, ſic in purgatorijs
ignibus clemēter expiari poſſe, vt nihil neceſſum fuerit, eorũ vltionē ad gehennã reſeruari,
Gene.23, imò ꝓ nobis illic patiētibus ſuffragari fortaſſis ꝑ viuentiũ orõnes. eleemoſynas, aliaq́ hoc ge-
2.25.et.35 nus ſuffragia. Qua rõne nõ dubitamus, ſanctos olim patres & antiq̃s, vtpote Abrahamũ, Iſaa-
Eccle.9 cum, Iacob, & huius generis alios, inſtituiſſe exequias ꝓ mortuis. Nimirũ, neſcij an illi in odio
vel gratia dei eſſent, vel in lymbo, vel in inferno detenti, ꝓinde arbitrantes eiuſmodi exequias
ipſis ꝓfuturas. De quibus tñ quid ſentiã ſuo etiã loco (fauēte deo) dicã Nunc ꝓ aſtruēdo purga
torio paucula hæc ſufficere putauerim, daturus, ſicubi opus fuerit, longè plura: & ſi arbitrer nemi
nē piũ tot repugnaturũ ſcripturis ſanctis, & fucatis dũtaxat hæreticorũ impugnatoĩbus acceſſurũ:
quippe qui cũ nihil aiunt recipiendũ, niſi q̃d ſit literis ſacris expreſſum, certè debuerit
recipere purgatorij adſtructionē, vtpote ſcripturis clarē fundatam. Sin illud eſſe negãt, debe
rent vel vnicũ exhibere iotã, quo negareť purgatoriũ, aut quo deus illud credi nollet. Nemo
eñ dubitet, deũ illũ Max. aptõ fuiſſe ꝓhibiturũ ſacris lr̃is, q̃d cõtra ſuã ſit maieſtatē vel ſuæ ec-
cleſiæ,

Digitized by Google

P rleſiæ, aut fidei noſtrę quouis pacto repugnet. Sed quid in re clariſſima demoror? ¶Viſum certe eſt, quantum conueniat rationibus pijs & ſcripturis, & q̃ neceſſario ſit credere & noſſe Chriſtianis eſſe purgatoriũ locũ, in quo pro minutis delictis, animæ corporibus exutæ, velut aurũ in fornace, purgationẽ accipiant, priusq̃ in cœlũ admittantur. Quia vero ſcriptura ſacra conclaue quoddã eſt omniũ veritatũ; quæ Chriſtianis ſcitu neceſſariæ ſunt, nemini poteſt ambiguũ eſſe, quin purgatorij veritas omnino pateat ex p̃dictis tot ſcripturis. In quibus ſi alicui diſſidiũ de vero ſenſu fortaſſis viſum fuerit (quod nõ opinor) nõ recuſabo eũ habere ſenſum verũ, quẽ iudex eccleſiæ catholicæ interpretabit. Nõ eũ, quẽ hæreticus quiſq; prauiſſimus iuxta ſenſum ſuũ peruerſum extorſerit. Quandoquidẽ cõſtet, hæreticũ ſæpenumero aliũ de ſcripturis ſenſum q̃ orthodoxũ collegiſſe. Nõne eñ Arrius huius ſcripturæ ſenſum, Pater maior me eſt, aduerſus pſonarũ æqualitatẽ expoſuit? Eluidius etiã hãc, Et nõ cognouit eã, donec peperit filiũ ſuũ primogenitũ, cõtra beatæ virginis perpetuã integritatẽ intellexit? Marcion hãc Lex aũt ſubintrauit, vt abundaret delictum, ſic contorſit, vt malã eſſe Moſeos legẽ, & à malo principio, iuxta Manichæũ, originẽ ſumpſiſſe, nõ dubitauerit adſirmare? Baſilides itẽ abuſus hac eſt ſcriptura, qua dixit Paulus: Ego autẽ ſine lege viuebã aliqñ, quippe, qui docuit Pauli animã in alio prius vixiſſe corpore? Nonne & Eunomius inſuper illud Dauidicũ, Ego dixi dij eſtis, & filij excelſi oẽs, cũ verbo Chriſti cõmittens, quo Iudæis adſirmabat ſe filiũ eſſe dei, credidit haud aliter Chriſtũ eſſe filiũ dei, ac aliquẽ è diuis, quos in eccleſia veneramur? Nonne & Manichæi demũ illud nõ recte ſunt interpretati, Quotquot ante me venerũt, fures ſunt & latrones, de prophetis oĩbus & lege male ſentiebant? Profecto pleriq; oẽs hæretici, non paruo ſane numero, ſemper anſam ex ſcripturis male intellectis, acceperunt. Vnde optimi quiq; ſciant, nõ ſcripturæ ſenſum, quẽ hæretici, ſed quẽ orthodoxi concipiunt, eſſe ſequendũ: maxime quod diuus Petrus, eos, hæreticos indoctos & inſtabiles eſſe perhibuerit, qui non modo difficilia intellectu in epiſtolis Pauli, ſed cæteras quoq; ſcripturas, ad ſuã ipſorũ perditionẽ, deprauent. Id quod hauddubie & ſatagunt in pro purgatorio ſcripturis, quæ tamen clariores ſunt & faciliores, quàm vt ab aliquo debuerint aut inuerti poſſint, in quibus veritas eſt, cui nemo feliciter reluctatur.

Sapien.3 Johan.14 Matt.1. Roma.5 Roma.7 Psalm.81. Johan.10 Johan.10 2.Petri.3

HOMILIA LIX. DE EO QVOD SCRIPTVM EST, Matth.15. Marci.8. Miſeor ſuper turbam, &c.

Dominica ſeptima poſt octauas pentecoſtes.

A VERBVM eſt mitiſſimi dñi noſtri Ieſu Chriſti, miræ quidẽ dulcedinis & veri amoris ex penitiſſimis cordis medullis progrediẽs, ſuo vigore vſq; ad intima noſtra pertingẽs. Non eñ eſt alius, q noſtri ſic miſerator ſit, queadmodũ pijſſimus conditor noſter. Cuius ſane miſericordia, propheta teſte, plena eſt terra, eiusq; miſerationes ſuper oĩa opera eius. Qui certe vt verus homo nobis compatitur, nos paſcit vt verus deus. Hinc apl'us ait: Nõ eñ habemus pontificẽ, qui nõ poſſit cõpati infirmitatibus nr̃is, Ieſum filiũ dei. Adeamus ergo cũ fiducia ad thronũ gratiæ eius, vt miſericordiã cõſequamur, & gratiã inueniamus in auxilio opportuno. Ille ergo, vt hõ miſericors, cõpatit, nos vti deus paſcit: Nẽpe, q (vt Dauid ait) dat eſcã omni carni. Et quidẽ (vt idẽ canit) in tẽpore opportuno. Paſcit, inquã, tã corpus, q̃ animã, ſuo vtrinq; cibo. Corpus eſca corporali: Nimirũ, qui (vt idẽ propheta cecinit) producit in montibus fœnũ & herbã ſeruituti hoim, q dat iumentis eſcã ipſorũ. Nutrit & ſua animã eſca ſpirituali. Suo nimirũ ſanctiſſimo verbo in primis. Quoniã (vt ipſe ait) Non in ſolo pane viuit hõ, ſed in omni verbo dei, quo fides gignitur, ſine qua nulli eſt ſalus (ex fide eñ iuſtus viuit) & fides eſt ex auditu, auditus p verbũ Chriſti. Quo quidẽ duplici cibo, ille idẽ Chriſtus dñs noſter, in hodierno Euãgelio, turbã miſericorditer pauit: Sane corpus nutriuit ſeptẽ panibus & paucis piſciculis. Animam vero turbæ dulciſſimo ſuo verbo & ſua diuina doctrina. Cuius illa adeo fuit auida, vt propterea dñm ipſum triduo ſuſtinuerit & ieiuna quidẽ. Vnde duplex Ieſu Chriſti ſup turbã miſerationis cauſa elicitur, longanimitatis vtpote & neceſſitatis, quũ non adeſſet, quod ipſa manducaret.

Psalm.32 Psal.144 Hebræ.4 Psal.13 Psal.144 Psal.146 Matt.4. Marci.8 Abacuc.2 Roma.1. Roma.10

B ¶Chriſtus vero dñs, miſericordiã ſuã miraculoſe oſtenſurus, cõuocat ſuos diſcipulos. ¶Primo, vt daret magiſtris, adeoq; oĩbus maioribus exemplũ, vt aliquoties nõ dedignent in conſilium recipere minores ſeu ſubditos, verũ illos aliquãdo de rebus agendis cõſulant. Poteſt eñ ſæpenumero euenire, vt vel abiecti prudenter poſſint cõſulere, qm̃ (vt propheta ait) deus ſapientiã paruulis & humilibus p̃ſtat. Hinc Chrũs patri ſuo cœleſti gratias agit, quod ſuis diſcipulis perinde paruulis archana illa cœleſtia reuelarit, & nõ potentibus. Cõfiteor tibi, inquiẽs, pater domine, cœli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudẽtibus & reuelaſti ea

Psalm.18 Matt.11. Lucæ.10

Digitized by Google

1. Cor. 14 paruulis. Sic Paulus ait: Quod ſi alij reuelatũ fuerit ſedenti, prior taceat. Quanq̃ non ignorem
hoc ipſum in aliũ quoq; ſenſum accipi poſſe. ¶ Secũdo, ideo cõuocat Chrũs ſuos diſcipulos, C
vt ſuæ miſericordiæ magnitudinẽ oſtenſurus, ſimul eos adeóq; oẽs prælatos & ſuperiores ad
miſericordiã erga ſuos prouocaret, in neceſſitatis præſertim tempore. Sic apoſtolus horta-
Ephes. 4 tur Epheſios, vt ſint inuicẽ benigni, miſericordes, donantes inuicem, ſicut & deus in Chriſto
Lucæ. 22 donauit eis. Hinc diuo Petro, tanq̃ aliorum ſuperiori à Chriſto dicitur. Ego autem oraui pro
Matt. 18 te, vt non deficiat fides tua. Et tu aliquando cõuerſus confirma fratres tuos. Et aliàs illi dictũ
eſt à domino: Non dico tibi vſq; ſepties, ſed vſq; ſeptuagies ſepties. ſ. dimittas fratri tuo, qui
in te peccauit: Nimirũ, ſignificans illũ & quemcunq; prælatum debere ſemper in ſuos eſſe cle-
mentẽ. ¶ Tertio, vt oſtenderet prælatis modum docendi populum: Siquidẽ Chrũs prius D
infirmorum infirmitâtes abſtulerat, poſtea ſanatis cibum oblaturus, argumento, vt boni pa-
ſtores primũ à populo ſibi cõmiſſo peccata pie remoueant, ac deinde illum verbo dei enutri-
Sapiẽ. 1. ant, quoniã alioqui idipſum verbũ, quod eſt verbũ ſpũs ſancti, nõ igreditur, qa ſpũs ſanctus in
animã maleuolã nõ intrat. Sic & Chrũs & eius apoſtoli, quoties voluerũt ſalutariter populũ
Actoꝝ. 3 inſtruere viam beatitudinis, primo ipſum hortati ſunt ad pœnitentiã pro peccatis, Dicentes:
Matt. 4 Pœnitemini igitur & cõuertimini, vt deleanť peccata veſtra. Et aliàs Chrũs: Pœnitentiã agi-
te, appropinquabit eñi regnũ cœloꝝ. ¶ Quarto, vt doceret, quare populus eſſet à ſuis præ- E
latis paſcendus: Nimirũ, ne in via deficeret anteq̃ domũ peruenturus ſit. Sumus autem omnes
2. Cor. 5 hic in hac lachrymaꝝ valle in via ad cœleſtem domũ, vnde ſumus propter peccatũ facti exu-
les, quam hic rigore vitæ nos redimere oportet. Quare aplꝰs ait: Audientes igitur ſemper &
ſcientes, quoniã dũ ſumus in hoc corpore, peregrinamur à dño. Audemus aũt & bonã volun
tatẽ habemus, magis peregrinari à corpore, & pſentes eſſe ad dñm. Eſt igitur populus diuino
verbo fidei & operum paſcendus, vt non deficiat in via ieiunus, ſed perueniat ad altitudinẽ
3. Reg. 19 cœli eius refectione, vt Helias cibo panis ſubcinericij corroboratus vſq; ad montẽ dei Oreb
incolumis peruenit. ¶ Quinto dñs ſuos diſcipulos conuocauit, vt oſtẽderet, quando turba F
ſalubriter ſua gratia eſſet reficienda: ſiquidẽ quando Chriſtũ triduo ſuſtinuiſſet, id eſt, tres di-
es cũ eo perſeueraſſet. At quod eſt illud triduũ, quo debemus dominũ ſuſtinere pro ſalutari re
Pſalm̃ 50 fectione & gratioſa? Nimirum, ¶ Primus eſt dies, dolor contritionis, de quo Dauid: Cor cõ G
Actorũ. 3 tritum & humiliatum deus non deſpicies. Sic apoſtoli aiunt. Pœnitemini & conuertimini,
Pſalm̃. 6 vt deleantur peccata veſtra. Sane ita eſſet nobis pro peccatis contriſtandũ, vt cũ Dauide dice-
re poſſimus. Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectũ meũ, lachrymis meis
Leuiti. 5 ſtratũ meũ rigabo. ¶ Secundus dies, eſt pudor confeſſionis, de qua ſcriptura: Anima, inquit, H
quæ iurauerit, & protulerit labijs ſuis, vt vel male quid faceret vel bene & nõ fecerit, oblitaq;
Numer. 5 poſtea intellexerit delictũ, pronuntiet peccatũ, quod peccauit. Et rurſus alio in loco. Vir ſiue
mulier, ſi per negligentiã transgreſſi fuerint mandatũ domini, atq; deliquerint, confitebũtur
peccatũ ſuũ, vtpote ſacerdoti, de quo totus iſte eſt locus. Sic in Euangelio ſcriptũ eſt, quod Io
hanni Baptiſtæ populi fuerint cõfeſſi peccata ſua. Et in actis quoq; apoſtoloꝝ. Apoſtolis cõ-
Matt. 5 fitebantur, qui baptizabanť. ¶ Tertius dies, eſt labor ſatisfactionis pro peccatis. Satisfacien I
Actoꝝ. 19 dũ ſane eſt vel hic vel aliàs pro pœna peccatoꝝ. Sic cum Dauid numerando populũ peccaſ-
2. Re. vlt. ſet, corde cõpunctus ait ad dominũ. Peccaui valde in hoc facto, ſed precor dñe, vt transferas
iniquitatẽ ſerui tui, q ſtulte egi nimis. Poſt talẽ contritionẽ & confeſſionẽ, impoſita eſt illi ſa-
tisfactio, quoniã ad ipſum dñs per Nathan dixit. Trium datur tibi optio. Aut ſeptem annis
veniet tibi fames in terra tua, aut tribus menſibus fugies aduerſarios tuos, & illi te perſequenť.
Aut certe tribus diebus erit peſtilentia in terra tua. Qui ait: Coartor vndiq; nimis. Certe va-
nũ eſt ſatisfactionẽ tollere à pœnitente. Quia & ſi admittatur, talem in fine vitæ vere pœni-
tere, & à dño remiſſionẽ peccatoꝝ recipere, nõ tamen ilicò cõſequitur, deũ illi peccatoꝝ ſa-
2. Reg. 12 tisfactionẽ etiã remittere: Quẽadmodũ ad longũ nuper docuimus, exẽplo Dauidis. Is eñi li-
cet obtinuiſſet à dño peccati ſui tranſlationẽ, vt non moreretur propterea, Filius tamẽ, qui
illi natus erat, pro ſatisfactione mortuus eſt. Hinc quũ peccatores nõ æque pariter de peccatis
doleant, neceſſum eſt, vt deus, qui eos miſericorditer recipit, vnũ plus alio iuſte puniat, vel in
hoc vel in altero ſeculo, in loco vtpote expiationũ, de quo quid vere Chriſtiano homini ſit
credendum, edocet ſermo proxime p̃cedens. Hic demus operam, vt dñm triduo ſuſtineamus
vt ab eo reficiamur pane vitæ & verbi, ne deficiamus in via ad cœleſtẽ domũ. Id q̃d fiet vbi
& dñs ad nos dicet. Miſereor ſuper turbam. Sola eñi dei Opt. miſericordia per fidem ſalui ſu-
mus futuri in æterna patria.

HOMILIA LX. DE EO QVOD SCRIPTVM EST, Matth. 7. Lucæ. 6. Attendite à falſis prophetis, &c.

Dominica octaua poſt octauas pentecoſtes.

Nemo

Digitized by Google

A NEMO veſtrũ demiretur,fratres chariſſimi,quur toties tãtopereq̃
ad virtutẽ,ſanctãq́ vitæ honeſtatẽ horter,& eã moneam à parenti-
bus filios,à magiſtris diſcipulos edoceri.Quandoquidẽ nihil videã
virtute,honeſtateq́ ipſa eſſe aut nobilius,aut melius:quam vel ideo
adamatã offendimus ab ijs, qui alterius q̃ Chriſtianæ profeſſionis fu
erint,vtpote à prophanis gẽtilibus,qui(& vere quidẽ)ſe nulla re alia
à reliquis animãtibus putauerũt differre,q̃ ipſa virtute,in qua & ſum
mũ bonũ poſuerũt,quod pleriq; oẽs,qui ratione vtunt, expeterent.
Cuius cauſa etiamnũ illi vitã cũ morte permutare nõ dubitarunt,ci-
tra quã,vtpote ea amiſſa,ſe perinde ac mortuos & vita eſſe indignos
arbitrabantur.Id q̃d & ij,qui verũ deũ ſequuti ſunt longe q̃ illi rectius factitarũt: nimirũ,q illi
ſolũmodo virtutis amore,& propter huius mundi gloriã,ij vero propter deũ & virtutis pul- Iudit.12.13
chritudinẽ,virtutẽ adeo ſunt amplexati.Sic ſane legimus nobiliſſimã Iudith fœminã ſe peri-
clitari de vita maluiſſe,q̃ virtutẽ,honeſtatẽq́ deſerere.Quæ non formidauit mortis periculũ,
nec pudoris,q̃d eſt grauius bonis fœminis,nõ vnius ictũ carnificis,ſed nec totius exercitus te
la trepidauit.Adeo apud imbecillẽ fœminã ratio fuit honeſtatis & virtutis.Vtiq; honeſtatis
erat,prohibere ne populus dei ſe prophanis dederet,ne ritus patrios & ſacramenta proderet,
ne ſacras virgines,viduas graues,pudicas matronas,barbaricæ ſubijceret impuritati,ne obſi- Heſter.5
dionẽ deditione ſolueret:Quid Heſter regina? Nõne,vt populũ ſuũ periculo exueret(q̃d erat
decorũ atq; honeſtũ)morti ſe obtulit,immitis regis trepidauit furorẽ? Ita Ionathas pro pieta 1.Reg.20
tis virtute,nec offenſam patris,nec ſalutis periculũ refugiebat. Sic Abimelech pro hoſpitalis
gratiæ officijs necẽ potius ſui,q̃ proditionẽ fugientis amici ſubeundã arbitrabat.Quid mul-
tis? Certe infinitus eſſet labor,oĩa in ſacris literis exẽpla huc cõgerere,q̃bus aptò ſit videre,à
ſanctiſſimis hoĩbus virtutẽ adeoq́; ipſam honeſtatẽ propriæ ſaluti fuiſſe p̃latã:Nec ſine cauſa
quũ vera ſalus & gloria citra virtutẽ haberi nequeat,& amiſſa virtute,neceſſum ſit & ſalutem
B amitti.Sola em̃ inclyta virtute beatitudinẽ ipſam adipiſci poterimus. ¶Quæ ſane virtus a-
pud Chriſtianos nihil aliud eſt,q̃ quædã mentis diſpoſitio,qua mens rationi conſentit,deoq́;
cõſonat & obedit,id eſt,diligens dei mandatorũ obſeruatio, quæ tandẽ iuſtos nos dei gratia
reddit.Hæc,inquã,virtus ſola eſt,q̃(vt Sapiens ait)cor exaltat,vt q eã habent,poſt mortẽ ve- Eccle.40
re viuant,deũq́ facie ad faciẽ videant,adeoq́;,vt benedixerit propheta.Et ibũt de virtute in Pſalm 83
virtutẽ,videbitur deus deorũ in Sion.Hæc eſt,inquã,vel ſola,quæ non modo Moyſen & Sa- Eccle.45
muelẽ,ſed & vnũquẽq; virtuoſum hominẽ,deo & hoĩbus dilectũ reddidit.Hinc eſt,quod in 1.Regũ.2
ſacris ſcripturis,Chrũs Ieſus doctor doctorũ,poſt fidẽ in ſe nihil aliud q̃ veras virtutes.i.dei
mandata ſuos diſcipulos,noſq́ oẽs docuerit,Nec apoſtoli aliud poſt fidẽ,q̃ virtutes docue-
rint.Et nõ modo docuerint,ſed & quoſq; patres,magiſtroſq́ optimos monuerĩt eas pariter
docere filios atq; miniſtros,tanq̃ vnica itinera ad verã gloriã & ſempiternã felicitatẽ. Quàm
vero ad hmõi doctrinã parentes obligent,ſintq́ obligati ad docendũ filios,vel per ſe vel per
alios,virtutẽ ipſam & honeſtatẽ,horrẽdo exemplo Heli viri ſacerdotis alioqui nõ improbi.
Ad quẽ,quia ipſe filios ſuos.ſ.Ofnen & Phineen de peccato & iniquitate nõ corripuerat,nec 1.Reg.4
vitæ ſanctimoniã,virtutũq́ candorẽ inſtruxerat,deus oĩpotens indignatus,p̃ prophetã Sa-
muelẽ dici curauit.In die illa ſuſcitabo aduerſum Heli oĩa,quæ loquutus ſum ſup̃ domũ eius,
incipiã & cõplebo.Prædixi em̃ ei,q iudicaturus eſſem domũ eius in æternũ propter iniquita-
tẽ,eò q nouerat indigne agere filios ſuos,& nõ corripuerit eos.Idcirco iuraui domui Heli,q
nõ expietur iniquitas domus eius victimis & muneribus vſq; in æternum.Cuius domus pars
magna morieẽ,cũ ad virilẽ ætatẽ venerit,& non exiet de domo eius ſenex omnibus diebus.
Filijq́ eius duo Ofni & Phinees vno die morientur.Quæ vel vniuerſa non modo facta ſunt,
ſed & ipſe Heli,vir ſenex & grandæuus,q iudicarat Iſrael quadraginta annis,cecidit de ſella re
trorſum iuxta oſtiũ,& fractis ceruicibus mortuus eſt,q tamẽ iã ſenex filios iã corrigere nõ po
tuerit,quãuis olim potuiſſet,etſi bonis & amicis verbis illos correxerat.Seria vtiq; pro vniuer
ſis parentibus,vt ſuos filios virtutem inſtruant,& de vitijs corrigant,admonitio:Imò maior
Chriſti Ieſu monitio,q non modo oẽs ſanctiſſimas virtutes docuit,ſed & vitare paternè mo
nuit,quæ à virtutibus,deiq́ mandatis retrahere poſſunt. Siquidẽ peius ſit virtutẽ deſerere,q̃
eam non habuiſſe.Id quod diuus Petrus apertò ſignificauit.Melius em̃ erat,inquiens,illis non 2.Petri.2
cognoſcere viam iuſtitiæ,q̃ poſt agnitionem retrorſum conuerti ab eo,quod illis traditũ eſt,
ſancto mandato.Contingit em̃ eis illud veri prouerbij.Canis reuerſus ad ſuum vomitum,& Prou.26
ſus lota in volutabro luti.Et Chriſtus quoq; dixit,horũ nouiſſima peiora fieri prioribus. Lucæ.11.
C ¶Eapropter cum hactenus & in ſe fidẽ & bona opera,quæ virtutes ſunt,& ad vitam æter-
nam ſolummodo ducunt,docuerit,in hodierno nunc monet Euangelio,vt diligenter cauea
mus ab ijs,qui ab illis virtutibus & bonis operibus,& ſic conſequenti ordine,à vita æterna ſe-
ducere ſtudent.At qui ſunt,à quibus monet cauendum? Sunt, inquam, hoſtes pernicioſiſſi-

mi, quos difficile ſit cauere perinde atq; domeſtici & familiares, quibus nihil eſt pernicioſius, quoniã quũ ſint fallaciſſimi hoſtes, videri tamen volunt amici. Qui ſunt inquã? Sunt falſi prophetæ, à quibus dñs monet attendendũ, id eſt, diligenter cauendum, id eſt, quos nemo facile noſcat, q̃ pernicioſe & furtiue noceãt, quũ nõ incautius hominem interimant, q̃ mel veneno
Matt. 7 admixtum. Qui autem ſunt iſti falſi prophetæ? Reſpondet Chriſtus, Qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces, quos à fructibus eorum cognoſcere licet. Illi eñ cum ſua ſint natura mali, fructus bonos & vita æterna dignos facere nequeunt. Et quanquã non me fugiat, q̃ pleriq; hodierna die hæc Chriſti verba. ſ. veriſſima & maxime ſalutaria, iuxta ſuam libidinem in eos vtiq;, quos odio perſequuntur, contra omnem Chriſtianã pietatem, retorqueant: Et nonnulli quoq; ex veteribus varie eadem exponentes quæſierint, qui nam ſint falſi iſti prophetæ, à quibus attendendũ Chriſtus admonet? Equidem tamẽ (deus ſit mihi teſtis) ſola ductus veritate, quam & tueri ſemper conabor, breuiter reſpondeo ex
Matt. 7 præcedenti verborum huius hodierni Euangelij contextu, facile inueniri eos oẽs hic à Chriſto dici falſos prophetas & cauendos, qui ſuis ouinis veſtibus, id eſt, ficta dulcedine & voluptate ducunt & alliciunt nos ad latam illã portã, quæ ad perditionẽ ducit, vbi tandẽ eo ducti rapiuntur & pereunt, qui deniq; nobis blandiuntur, præ ſe ferentes nõ opus eſſe arduis virtutibus & bonis operibus, id eſt, caſtigatione corporis, ieiunio, vigilijs, abſtinentia, hocq; genus alia vita auſteriore ad vitã æternã. ¶ Cæterũ, qui ſunt iſti prophetæ, qui ad hãc apparẽ D
1. Johã. 2 tẽ ſpeciem nobis imponũt? Tres, inquã, colliguntur falſi prophetæ ex diui Iohãnis epiſtola, vtpote, diabolus, caro, mundus, ij eñ falſi, id eſt, ficti ſunt prophetæ: Quandoquidẽ vnũ promittunt, vnũq; prædicunt, & aliud eueniens ſoluũt, ſicq; hoĩes decipiũt & fallũt. Sic ſane caro, id eſt, cõcupiſcentia carnalis promittit delectationẽ, & ſoluit æternã afflictionẽ. Hinc Pe-
2. Petri. 2 trus ait, deũ eos in diẽ iudicij reſeruare cruciandos, qui poſt carnẽ in concupiſcentia immun-
Matt. 26 ditiæ ambulant. Caro eñ, quũ (vt Chrũs ait) infirma ſit, durũ iter virtutum refugit, ſemper
Mar. 14 mollia ſuadet, perinde atq; meliora, vtcunq; ſua nos voluptate in errorem ducat. Et ipſa caro
Galat. 5 ſemp (Paulo teſte) aduerſus ſpiritũ, id eſt, rationẽ, quæ ad optima quæq; ſemp tẽdit, concu-
Roma. 8 piſcit. Eapropter idẽ monet, ne deſideria carnis pficiamus q̃m (eodẽ teſte) ſi ſecundũ carnem vixerimus, moriemur. Si aũt ſpũ facta carnis mortificauerimus, viuemus. Ab hoc igit tã blandicioſo, eoq; falſo propheta attendendũ eſt, ne ei cõſentiamus, & ſeducamur p eundẽ. Similr & attendendũ eſt ab altero falſo propheta. ſ. mũdo. i. à mũdana cupiditate. Nã & ipſa aliud p
Lucæ. 16 ſe fert, & aliud reddit. Promittit eñ ſufficientiã, & ſoluit finalẽ inopiã. Id quod nuper de diui-
Lucæ. 12 te epulone latius oſtendimus, & de altero q̃q; diuite deduximus. Qui cũ rebus & oĩbus fructibus abũdaret, & ĩ eos pinde cõfideret, ĩtra ſe cogitãs dixit. Quid faciã, q nõ habeo, q̃ cõgregẽ fructus meos? Et dixit. Hoc faciã, deſtruã horrea mea, & maiora faciã, & illuc cõgregabo oĩa quæ nata ſunt mihi, & bona mea, & dicã animæ meæ. Anima mea, habes multa bona poſita in annos plurimos, requieſce, comede, bibe, epulare. Dixit aũt illi deus: Stulte hac nocte animã tuam repetunt à te. Quæ autem paraſti, cuius erunt? Sic eſt, qui ſibi theſaurizat, & non eſt in deum diues. Quid autem ſibi his verbis vult Chriſtus, niſi ne fidamus mundo, id eſt, illis quæ ſunt mũdi, vtpote diuitijs, põpæ, potẽtię, & hoc genus reliqs, q̃ certe nullã poſſunt dare felicitatẽ aliquãto duraturã, ſed relinquũt in altero ſeculo miſerã egeſtatẽ? Vbi eñ, obſecro, diuitis illius epulõis alibi fuit byſſus & purpura? Vbi vnguenta? Vbi cõuiua? Vbi tot ambitioſę voluptates? Vbi ipſius pompa? Opulẽtia? Potentia? Seruorum clientela? Amicorum copia? Nihil plane horũ comparuit, quin ipſe diues adeo pauper, adeo inops, adeo miſer & egenus, & apud inferos omni ope deſtitutus fuit, vt ne guttulam aquæ haberet, quo linguã refrigeraſſet nec erat, qui dediſſet. Ah miſer homo, quid igitur tãtopere mundo tam falſo prophetæ confidis, qui tã pernicioſe ſeducit, perpetua & optima bona fraudulenter promittens. Quod admo
1. Johã. 2 dum vere animaduertit diuus Iohannes. Nolite, inquiens, diligere mundum, neq; ea, quæ in mundo ſunt. Si quis diligit mundum, non eſt charitas patris in eo: Et mundus tranſit & cõcu-
Sapiẽ. 2 piſcentia eius: ſiquidem vmbræ tranſitus eſt tẽpus noſtrũ. Et vidi (inquit Eccleſiaſtes) quæ fi-
Eccle. 2. 3 unt cuncta ſub ſole, & ecce vniuerſa vanitas, & afflictio ſpũs. Et cognoui q non eſſet melius q̃
1. Cor. 7 lætari, & facere bene in hac vita. Hinc & apſus ait. Hoc itaq; dico fratres, tẽpus breue eſt. Reliquũ eſt, vt ij qui habent vxores tanq̃ non habentes ſint, & qui flent, tanq̃ non flentes, & qui gaudent tanq̃ nõ gaudentes, & qui emunt tanq̃ non poſſidentes, & qui vtunt hoc mundo, tãquã non vtentes, pterit eñ figura huius mundi. Sic Chrũs, licet ſuos apſos de mundo accepe-
Johan. 15 rit, d emundo tamẽ vltra eſſe noluit, ſed relinquere mundũ, vti & oẽs qui Chriſtum vere ſunt imitati. ¶ Quorũ ex numero fuiſſe memorat diua Maria Magdalena, cui hodierna dies dicata eſt, q̃ certe (vt ex Euangelio colligimus, regnũ mũdi, & omnẽ ornatũ ſeculi contẽpſit pro E
Lucæ. 7 pter amorẽ dñi Ieſu Chri, quẽ vidit, quẽ amauit, in quẽ credidit, quẽ dilexit. Hæc ſanẽ ſenſit q̃ falſus eẽt propheta mundus, in quo omnia eſſent vana & fallibilia. Huius itaq; exẽplo & ipſi mundum caueamus, ne nos ſuo mellito veneno decipiat. Attẽdamus & nobis à tertio, ppheta falſo

Digitized by Google

ta falſo,id eſt,à diabolo,id eſt,ab omni eo,per quē diabolus tanꝗ per ſuū nuntiū & inſtrumen
tū ad ſeducendū homines operatur,id eſt,omnē eū qui falſis ſuis & voluptuoſis doctrinis &
verbis hoïes ad viā latā,quā(qa carnalis eſt & delicioſa) plurimi ambulāt, prouocat,docens
D callide,ꝙ homini carnali,alioqui natura ad mala procliuo,ꝓplacent. ¶Quis eſt talis ꝓphe
ta? Sunt de quibus hodie Chriſtus proprie admonet,quos docet agnoſcere diligēter,quoniā
alij ſunt ꝙ apparent.Nimirū bona ſpecietenus præ ſe ferētes,& intus ſunt ad perditionē ſedu
ctores.Volunt eſſe Chriſtiani,ſiquidē ouinis pellibus amicti,& ſunt lupi rapaces.Sane q ſuū 2. Cor. 11.
patrē Cacodæmonē imitātes,ſe in angelos lucis(vt iuſtos decipiāt)vt ait Paulus,transferētes Matt. 7.
Qui aliud habitu,aliud ſermone promittūt,aliud opere demōſtrant.Qui fidē Chri ore præ-
dicāt,facto negāt.Qui dicūt,Dñe,dñe,id eſt,verbis Chriſtū fictis denūtiant,corde ipſo ne-
quaꝗ cōfitētes.Et quo nūcupant noïe? Nimirū hæretici,vereꝗ falſi prophetæ,Et qui nō mō
ſunt ſacerdotes,vt nōnulli,neſcio ꝗ ſpū ducti,oïa ſcripturis retortis in illos iaciūt,ſed & oēs
cuiuſcūꝗ ſint cōditionis atꝗ ſtatus,qui aliter ꝗ Chrūs verbo & opere docuit,docēt.Qui non
modo nuper apud nos(vt quidam falſo deblaterant)haberi cœperunt,ſed & Chriſto adhuc
in terra viuente adeoque mox poſt CHRISTI aſcenſionem fuere , qui eccleſiam falſis
doctrinis ꝑturbare multipharia moliti ſunt,qui(vti nūc euidētiſſime videmus) oretenus au- Iacobi. 1.
ditores fuere verbi,nō aūt factores,quos apl'us negat iuſtificatū iri apud deū.Et Chrūs hodie Roma. 2
negat illos in regnū cœlorū ituros:Nēpe,ꝙ nō ſufficiat Chriſtū labijs & canticis proclamare, Mat. vij
niſi & ꝑ fidē ipſum opere ſequamur.i.niſi fecerimus voluntatē patris,qui in cœlis eſt. Seruan Matt. 15
da eñ ſunt dei mādata,ſi ad vitā ingredi voluerimus. Quod iſti plane vident aut negare,aut Eſaie. 29
certe oïa in licentiā ꝑnicioſam vertere,quo hoïes ſibi cōciliāt,eoꝗ pacto ad latā viā ꝑditionis Matt. 19
ſeducāt.A quibus,quū ſint ſpecie virtutis & pietatis induti & ficti,difficile cognoſci poſſunt,
Chrūs & hodie & aliàs monet nobis attendendū,ſciens,ꝙ & quāta iſti mala ſuæ eccleſiæ eēnt
paulo poſt ſuā aſcenſionē vel ad finē ſeculi,ſuo mellito veneno ſtructuri.Quare & alio in loco Mat. 24
inquit idē:Videte ne quis vos ſeducat:Multi eñ venient in noïe meo,dicētes:Ego ſum Chri Marc. 13
ſtus,& multos ſeducent.Surgent eñ Pſeudochriſti,& pſeudoprophetæ,& dabunt ſigna ma Lucæ. 21
gna & prodigia,ita vt in errorē inducantur,ſi fieri poteſt,etiā electi.Ecce prædixi vobis.Si er
go dixerint vobis.Ecce in deſerto eſt,nolite exire.Ecce in penetralibus,nolite credere.De ijs 1. Iohā. 4
quoꝗ paſſim conquerunt apoſtoli,qui & nos,vt ab iſtis caueremus, monuerūt. Iohānes eñ
inquit.Chariſſimi,nolite omni ſpūi credere,ſed probate ſpūs,ſi ex deo ſint,qm̄ multi pſeudo 2. Pet. 2. 3
prophetæ exierunt in mundū.Et Petrus ait:Hoc primū ſcientes,ꝙ venient in nouiſſimis die
bus in deceptionē illuſores,iuxta proprias cōcupiſcētias ambulantes.Fuerunt eñ & pſeudo
E prophetæ,ſicut & in vobis erunt magiſtri mēdaces,qui introducēt ſectas ꝑditionis,ſuperdu-
cētes ſibi celerē perditionē.Et multi ſequent eorū luxurias,ꝑ quos via veritatis blaſphemabit,
& in auaritia fictis verbis de vobis negotiabunt.Quibus iudiciū iā olim nō ceſſat, & perditio
eorū non dormitat.Et Paulus ad Timotheū.Spūs,inquit, manifeſte dicit, quia in nouiſſimis 1. Timo. 4
tēporibus diſcedent quidā à fide,attendētes ſpiritibus erroris,& doctrinis dæmoniorū in hy 2. Timo. 3
pocriſi,loquētes mendaciū,& cauteriatā habentes conſcientiā. Et rurſus idē in alia epiſtola:
Hoc aūt ſcio,ꝙ in nouiſſimis diebus inſtabunt tēpora pericuſoſa,& erunt hoïes ſeipſos aman
tes,cupidi,elati,ſuperbi,blaſphemi,parētibus non obedientes,ingrati, ſceleſti, ſine affectiōe
ſine pace,criminatores,incōtinētes,imites,ſine benignitate, ꝓditores,proterui,tumidi,& vo
luptatū amatores magis ꝙ dei,habentes ſpeciē quidē pietatis,virtutē autem eius abnegantes.
Et hos deuita.Quēadmodū autē Iamnes & Mābres,reſtiterunt Moyſi,ita & ij reſiſtunt veri-
tati,homines corrupti mente,reprobi circa fidē,ſed vltra non proficient.Inſipientia eñ eo-
rū manifeſta erit omnibus ,ſicut & illorum fuit.Mali autem homines & ſeductores profici-
unt in peius,errantes,& in errorē mittentes.Tu vero permane in ijs,quæ didiciſti,& credita
ſunt tibi,ſciens à quo didiceris? ¶Quis vnquā Paulo clarius expreſſit pſeudoprophetas? Et
F quis Chriſto propinquius in iſtis depingendis acceſſit,& cū illo fidelius admonuit eos deui- Actorū. 20
tandos? Qui & aliàs ex Epheſo diſceſſurus paterne cōmonens,inquit:Attendite vobis & vni
uerſo gregi,in quo vos ſpūs ſanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam dei,quam acquiſiuit
ſanguine ſuo.Ego ſcio quoniā intrabunt poſt diſceſſionē meā lupi rapaces in vos,non parcē
tes gregi.Et ex vobis ipſis exurgent viri,loquentes peruerſa,vt abducant diſcipulos poſt ſe.
Propter quod vigilāte,memoria retinentes,Hinc Iudas Tadheus in epiſtola ſua ſequens ait. Iudæ. 1.
Vos autem chariſſimi,memores eſtote verborum, quæ prædicta ſunt ab apoſtolis domini
noſtri Ieſu Chriſti,qui dicebant vobis.Quoniam in nouiſſimis temporibus venient illuſores,
ſecundum deſideria ſua ambulantes in impietatibus. Hi ſunt,qui ſegregant ſemetipſos, ani-
males,ſpiritum non habentes.Vide modo,Chriſtiane auditor,qui ſint falſi prophetæ,à qui-
bus Chriſtus vult nobis attendendum? Certe non ij,qui eccleſiam catholicam ſequuntur,apo
ſtolorum & eorū ſucceſſorum doctrinas,inſtitutiones vel in hanc vſꝗ diem ſeruantes.Non
poſſunt eſſe alij,ꝙ quos ſuo vocabulo vel hæreticos vel ſchiſmaticos vocamus,& quidē oēs

Digitized by Google

qui carnem & eius deſideria ſequentes, ſuis licentioſis & carnalibus verbis ac factis ad latam
viam trahunt, docentes ſufficere ad vitam æternã conſequendam clamare. Domine, domine
interim fiduciarij fidem ore iactantes, eandem opere abnegant. Id quod palam dominus ho-
die innuit. ¶ Vos igitur optimi quiq; patres ac fratres, obſecro in Ieſu domino noſtro, vt & G
ipſi moneatis veſtros diſcipulos & filios, quo ſibi à tam pernicioſis hominibus caueant, ne p
eos æque atq; per mel veneno mixtum inficiantur. A qbus certe ſibi attendere nequeunt, ni-
ſi animaduerterint eorum fructus: quoniam arbor, id eſt, homo, ex fructu ſuo, id eſt, ex opere,
Matt. 12 Luce. 6 & verbo, plerunq; ſemper dignoſcitur, quum ex ſuperabundantia cordis os loquitur, & ſpe-
culum mentis, plerunq; in verbis refulget. Quamuis enim falſi prophetæ aliud verbis loquan
tur, aliud mente cogitent, neceſſum tamen eſt, vt aliquando ſe prodant, quum nihil ſit ſimu-
latum perpetuum. Sic Chriſtus hodie dicit, ex operibus eos oportere cognoſcere.

¶ Vtitur etenim Chriſtus hoc loco verbis, more ſuo, translatitijs. Adeo quod per falſos p H
phetas intelligit hypocrytas, ſanctimoniæ ſimulatores, & deniq; omnes, qui molli ſua do-
ctrina & ſuaſione ducunt ad viam latam perditionis, quam multi ambulant, qa voluptatum
mundanaq; differta ſit, Quæ vero ducit ad vitam, anguſta eſt, qa pauci eam ambulant: Eſt eñ
Matthe. 7 ardua & dura virtutum via, quam nemo niſi per labores, tribulationes, anguſtias, hocq; ge-
nus aliàs anxietates habebit. Nihil eñ ardui haberi poteſt ſine arduo labore. Hinc ne regnum
Acto. 14 cœleſte quiſq̃ ſine labore anxio haberi putet, de quo ſcriptum eſt. Quoniam per multas tri-
bulationes oportet nos intrare regnum dei, paterne monet Chriſtus, vt vitemus eos, qui falſi
prophetæ ad mundi huius delicias, voluptates, illecebras, idq; blandimenta genus prouocant
nos, dicentes, Nõ opus eſſe tanto labore pro indipiſcendo cœlorũ regno, quo etiam pacto ad
omne malũ mellitis verbis alliciunt, proinde ab ijs attendendũ eſſe, ne videlicet cũ ipſis ituri ſi
mus ad viam perditionis. Cognoſcemus aũt eos ex operibus, quoniam quum ipſi ſpinæ ſint
& tribuli, id eſt, iniquitate pleni intus, certe non poſſunt proferre & producere vuas & ficus,
Galat. 5 Ezec. 47 Apoca. 22 id eſt, fructus euangelicos, cuiuſmodi ſunt ſecundum Paulum, fructus ſpũs, charitas, gaudiũ,
pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, ca
ſtitas. Hoſce, inquam, fructus boni & veri prophetæ pariunt, non autem falſi, ſed hoſce qdem
iuxta eundem Paulum. ſ. fructus, id eſt, opera carnis, fornicationem, immunditiam, impudi-
Galat. 5 citiam, luxuriam, idolorum ſeruitutem, veneficia, inimicitias, cõtentiones, æmulation, eiras,
rixas, & ijs ſimilia, qualia qui agunt, ait idem, regnum dei non conſequentur, etiam ſi clama-
rint, Domine, domine, id eſt, qui verbis ſanctis & euangelicis deum prædicant, & operibus
malis à deo, àq; eius Euangelica inſtitutione, prorſus recedunt.

¶ Ab ijs igitur moneatis attendere filios veſtros, ne per eos quaſi delectabilia docẽtes ſe- I
ducantur, & latam portam & ſpacioſam viam euntes condemnentur. At hortamini eos, vt
illos ſequantur, q dirigunt ad anguſtam portam & arctam viam, vtcunq; pauci eam ambu-
lẽt, quæ ad vitam ducit. Hoc eſt, cohortamini filios veſtros, vt prorſus caueant ab ijs, qui ſe-
quuntur carnis, mundiq; delectabilia, & quæ corpus diligit. Verum eos imitentur, q amãt
labores, vigiliasq;, quibus peruenitur ad virtutes ſanctas, & deinde ad regnum cœlorum,
quò certe non crapulando, non bibendo, non otiando, non ludendo, non luxuriando perue-
nitur, nec ijs, qbus caro delectatur. Cuiuſmodi docent falſi prophetæ, à qbus attendendũ eſt,
& ſequẽdũ eos, q vere ſunt prophetæ. Quos vel vtroſq; ex operibus cognoſcemus. Hæc itaq;
hocq; genus alia, plerſq; ſunt à pñbus filijs inculcãda, vt om̃i mõ filios, ſua culpa nõ negligãt.
Meminerint, plurimũ ſibi in filijs poſitum: ſiquidem ſe non habere clinodiũ maius, pulchrius
Prouer. 10 nobiliusq;, q̃ virtuoſos & bonos filios, q (vt ſcriptura inquit) patrẽ lætificant. Stulti vero atq;
mali matrem mœrore afficiunt. Veſtros ideo conuenit filios ab omni malo prohibere, eoſq;
Prou. 29 iuxta ſcripturam, erudire, vt vos aliquando refrigerent, dentq; delicias animabus veſtris &
2. Cor. 12 gloriam. Eapropter illis vult Paulus vos theſaurizare, non vtiq; ſolummodo bona iſta tem-
poralia, ſed bonas etiamnũ virtutes, quæ illa conſeruant, magiſq; ac magis ornant. Solicita,
inquam, pro filijs eſt habenda cura, ne p falſos prophetas. i. per carnẽ, mundũ, atq; diabolum
ſeducant. In tanta igitur ſolicitudine & cura, plurimũ profuerit, vt illi bonis probatiſq; magi
ſtris & pædagogis iungantur, vt ij claros & ſapientes viros ſequantur, qm̃ qui cõgreditur ſa-
Pſalm. pientibus, ſapiens erit, qui autẽ cohæret imprudentibus, agnoſcitur imprudens. Et ſane iun-
gi bonis, valde prodeſt ad inſtructionẽ, & ad probitatis teſtimonium. Oſtendũt eñ adoleſ-
centes eorũ ſe imitatores eſſe, qbus adhæſerint, & ea coaleſcit opinio, quod ab ijs viuendi ac-
Exod. 24 ceperint ſimilitudinem, cũ qbus conuerſandi hauſerint cupiditatẽ. Sic Ieſus Naue Moyſi ad-
Deute. 31. iunctus, factus eſt ſanctus, eruditus, ideoq; miraculis clarus, & deo gratus. Sic Loth Abrahę ad
Geneſ. 12 hærens, deũ promeruit ad omnia habere propiciũ. Sic Heliæ comes iunior Heliſæus prophe
4. Reg. 2 ta factus eſt admirabilis. Sic à Barnaba Marcus, A Paulo Silan, Timotheus, Titus adoleſcens
Actor. 12 13. 15. 16 tanq̃ à ſeniore, ſanctiſſimoq; magiſtro & comite, ad omnẽ pietatẽ eruditus eſt. Sic, & à Petro
Iohannes Euangeliſta moribus inſtructus eſt ſanctiſſimis, quãuis idem ipſe meritis alioqui &

ſapiẽtia

Digitized by Google

ſapia nulli prorſus ſenior fuerit ſecūdus. Vnde profectò conſtat plurimum pficere ad ſanctitatem omnemq́ꝫ virtutem conſequendo, quum filij ſanctis & virtuoſis comitibus adſociantur, quorum inſtructione & exemplo docentur & cognoſcere falſos Prophetas, à quibus tantopere dominus hortatur eſſe attendendum.

HOMILIA SEXAGESIMAPRIMA DE EO, QVOD SCRIptũ eſt: Luc. 16. Quid faciam, qa dn̄s meus aufert à me villicationē.

Dn̄ica. ix. poſt octauā penthecoſtes

A VERBA SVNT VILLICI PER DOMINVM A VILlicatione amouendi. Verba (inquam) lamentatōe & anxietate plena & nulli non maximi habenda, quum ad vnumquemq́ꝫ mortalium referri ſoleant: ſiquidem à Chr̄o, more ſuo, in parabolis recitata. Quæ, vt ſuam operent in aīo audientiū ſalutem & vtilitatem, breuiter ea ad moralem myſticumq́ꝫ ſenſum, in quo & ipſa Chriſtus accipienda cenſuit, reducemus, euangelij deinde, totius intellectum (deo authore) communicaturi. Quis igit homo ille diues eſt, q villicum ſeu Economum habuit? Eſt Deus Maxi. q pro ſolita ſua in nos pietate & miſericordia plerumq́ꝫ ſe in ſcripturis hominem nominat. Sic aliàs nominat ſe hoīem regem, q voluit rationē ponere cum ſeruis ſuis. Et aliàs nominat homo pater familias, q exijt primo mane conducere operarios in vineam ſuam. Sic & alijs in locis idē homo ex ratōe appellat. Qui & hodie homo diues vocat. Quare diues: Quia (ſcd̄m Prophetam) eius eſt terra, & omnis plenitudo eius, orbis terraꝝ, & vniuerſi q habitant in eo. Qui & aliàs ad Deū loquēs, ait: Tui ſunt cœli & tua eſt terra, orbem terræ & plenitudinē eius tu fundaſti, aquilonem & mare tu creaſti. Et rurſus: Gloria & diuitiæ in domo eius. Qui & Dominus eſt totius creaturæ, q omnia ex nihilo creauit. Ille ergo homo diues, hoc eſt, Deus Max. villicum habet, id eſt, Economū & diſpenſatorem. Quem? Hominē: Quaꝝ reꝝ ſeu villaꝝ habet villicatiorem? Omniū (inquam) reꝝ quas à dn̄o Deo habet. Omnia eīn quæ homo hic poſſidet, propria non ſunt, ſed Dei Max. Vnde Paulus: Quid aūt (inquit) habes, quod non accepiſti? Si aūt accepiſti, qd gloriaris quaſi non acceperis? Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſterioꝝ Dei. In oībus exhibeamus noſmetipſos, ſicut Dei miniſtros. Hūc igit hominem villicum habet Deus omnipotēs. Sed non vnicū villicū hominē, ſed triplicem. Sanè in rebus ſpiritualibus prælatū habet diſpenſatorē pro populo. In tēporalibus principē terrenū. In vtriſq́ꝫ quemlibet Chr̄ianum. Quoꝝ cuilibet tres villas procurandas, & eaꝝ rerum diſpenſatorem dedit. Villam animæ, eiuſq́ꝫ reꝝ. ſ. animæ dotiū. Cuiuſmodi ſunt ſapia, prudētia, ſcia, conſilium, hocq́ꝫ genus reliquas dotes. Villam corporis, huiuſq́ꝫ reꝝ, vtpote roboris, valetudinis, pulchritudinis, & huius generis aliaꝝ corporis dotium. Villam fortunæ, eiuſq́ꝫ rerum. ſ. diuitiaꝝ, poteſtatum, amicitiaꝝ, & quæ huc attinent reliquarum.

Matt. 18
Mat. 20
Mat. 21. 25
Psal 23
Psal. 88
Psal. 111
Judith. 9
Gene. 1
1. Cor. 4
2. Cor. 6

B ¶De qbus vtiq́ꝫ omnibus & ſingulis eſt, vel ideò reddēda ratio, vt ſinguli villici iuxta diſpenſationē mercedē recipiant. Quoniam ego (inqt Dn̄s) ſum Dn̄s ſcrutans corda & probans renes, q do vnicuiq́ꝫ iuxta opa ſua, & iuxta viam ſuam, & iuxta fructū. Sic & Paulus ait: Omnes eīn nos oportet, manifeſtari ante tribunal Chr̄i, vt referat vnuſquiſq́ꝫ propria corporis, put geſſit, ſiue bonū ſiue malū. Quandoqdē vnuſqſq́ꝫ tenebit reddere rationē vel de minima re, & vſq́ꝫ ad vltimū quadrantē, vtpote quo pacto, & in quē vſum, quamlibet rem ſibi commiſſam, collocarit. Hinc Chr̄us inqt: Dico aūt vobis, quoniam omne verbū ocioſum, quod locuti fuerint homines, reddent rationē de eo in die iudicij. Hinc & idem paulopoſt apud aliū Euangeliſtam: Dico tibi (inqt) non exies inde, donec etiam nouiſſimū minutum reddas.

Hiere. 17
2. Cor. 5
Mat 12
Luc. 12

C ¶Et quando eſt reddenda talis ratio? Vtiq́ꝫ in nouiſſima die, quæ iudicij eſt dies, in qua villicare amplius non licebit, id eſt, non erit vltra tempus bene vel male merendi, vel operandi, vel diſpenſandi. Erit enim dies noctis, in qua (vt Chriſtus ait) nemo poterit operari. In ea (inquam) die & nocte reddenda eſt ratio.

Johan. 9.

D ¶At quando villicis fiet denuntiatio ad eam rationem? Omni (inquam) momento temporis. Quoniam ſit certum, nos omnes morituros, & poſt mortem reddituros rationem, hora autem eſt, & tempus mortis omnibus incertum (teſte Chriſto) qui dicit: Neſcitis enim quando tempus ſit. Sicut homo qui peregrè pfectus, reliquit domū ſuam, & dedit ſeruis ſuis poteſtatem cuiuſq́ꝫ operis, & ianitori præcepit, vt vigilet. Vigilate ergo: Neſcitis enim, quando dominus domus veniat, ſero an media nocte, an gallicantu, an mane, ne cum venerit, repente inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico. Vigilate. Omni igitur tempore denūtiatur villicis ratio, hoc terribili Domini verbo: Redde rationem villicationis tuæ, iam enim non poteris villicare.

Hebre. 9
Mat. 25
Mar. 13
Luc. 12

Digitized by Google

¶Hoc autem verbum denuntiatur à Deo villicis multiphariam. Modo inſpiratione inte- E
riore, modo prædicatione exteriore, modo euidentiſſimis beneficijs, modo multiplicibus fla
gellis, modo amara recordatione mortis, & temporalis, & æternalis. Et ſic ſanè, quoties villi-
cus per aliquem huiuſmodi modum, vocem illam audit à Deo: Redde rõnem villicatõis tuæ,
id eſt, de oĩbus factis, verbis, cogitatõibus, de oĩbus tibi à deo cõmiſſis tanq̃ diſpenſatori da ra
tionẽ, q̃uo ea expoſueris, qm̃ iam amplius villicare non poteris, qa male te geſſeris, & tibi am-
plius in hoc officio manendi tempus non det, toties vocat ad rationem.

Acto.10 ¶Vocabit aũt vnuſqſq; villicus, tam prælatus q̃ ſubditus: ſiqdem apud deũ nulla ſit pſona- F
Ephe. 6 rum acceptio, & morti atq; iudicio examinationẽ oẽs & ſinguli præſentabimur. Vnde inqt:
Roma.2 Sapiẽs. Cuncta, quę fiunt ſub ſole, adducet dñs in iudicio, & p omni errato, ſiue bonũ, ſiue ma
Eccl' vlti. lum ſit. Et Paulus: Itaq; vnuſqſq; noſtrũ (inqt) pro ſe rõnem reddet deo. Dñs em̃ iudex iuſtus
Roma 14 eſt, faciẽs iuſtitiam pauperi & inopi, apudq; ipm non eſt reſpectus potẽtis vel diuitis, imò di-
Pſalm. vij uitibus & potẽtibus villicis, qbus ingẽtia & multa bona ſunt tradita, maior & ſtrictior curio-
1. Petr. 4 ſiorq; reddẽda erit rõ. Reddent em̃ vniuerſi (vt ſcribit Petrus) rõnem ei, q paratus eſt iudicare
Mat. 25 viuos & mortuos. Vnuſqſq; ſicut accepit grãm, in alterutrũ illam adminiſtrãtes, ſicut boni di-
ſpenſatores multiformis gratiæ dei. Id q̃d euidẽter innuit dñs Ieſus. Sicut em̃, inquiẽs: Homo
peregrè proficiſcẽs vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua. Et vni dedit quinq; talenta,
Lucæ.12 alijs aũt duo, alij vero vnũ, vnicuiq; ſcd̃m propriam virtutẽ, & profectus ẽ ſtatim. Quod apud
Mat.24 aliũ Euangeliſtam exponẽs: Omni autem (inqt) cui multum datum eſt, multum quæret ab eo
Et cui commendarunt multum, plus petent ab eo.

¶Vnde certè conſtat, quũ & prælati quiq;, tam ſeculares q̃ ſpũales, ſpeciatim ſint dei in hoc G
mũdo villici, eos cæteris maiorẽ oportere rõnem reddere, nõ modo p ſeipſis, ſed p toto pplo
Hebræ.13 cuius habẽt commiſſionẽ, cuius & rõnem reddere cogent (vl' Paulo teſte) q vult nos ppterea
debere obedire, & ſubiacere præpoſitis noſtris, qm̃ ipſi puigilent, rõnem pro animabus nr̃is
reddituri. Quorũ certè vnuſquiſq; debuerit, vl' hoc in primis tpe, tam ppinquo tempori red
dendæ rõnis, audiſſe dñi vocem: Redde rationẽ villicatõis tuæ & cętera. Et ſibijpſi fuiſſe con-
queſtus, cũ ſummo animi dolore ac tremore. Quid faciam, qa dñs meus aufert à me villicatio
nem. Hoc (inquam) verbũ vnuſqſq; prælatus ingẽti cruciatu dicere deberet, quũ videret ſe in
nouiſſimis diebus tam magnis periculis, tam horrẽdis flagellis vocatum, vt rationẽ reddat de
ſua villicatõe, id ẽ, de diſpẽſatõe bonorũ, & eorũ, quę ad ſtatũ ſuũ pertinẽt: cui haud dubiè dictũ
Iob.42 eſt. Quia iã amplius non villificabis, apud me em̃ diffamatus es. Per quẽ? Per me, quẽ nihil la
Roman.2 tere poteſt. Per remorſum tuæ conſciæ, p euidentiam tui mali regiminis. Per clamorẽ pecca-
Gen.18.19 torũ, vt Sodomorũ, per clamorem tuorũ ſubditorũ, non ſecus atq; iuſti Abel à Caymo inter-
Genes.4 fecti, ad me aſcendentẽ. Redde ergo rationẽ tuæ villicatõis, ſolue p diſſipatis bonis debitã pœ
nam, quia nolo te in poſterum habere villicum

¶O rigidũ, ò ſtrictũ, ò durum, ò tremẽdum verbũ. Vnde meritò vnuſquiſq; prælatus toto H
corpore extremiſcere debuerit. Q̃uo em̃ vel Eccleſiaſticus prælatus non extremiſcat auditu-
rus ad ſe dicere dñm: Redde rationẽ villicatõis tuæ, id ẽ, tuę prælaturæ, qm̃ diffamatus es apud
me, quęrelis tuæ eccleſiæ, quod bona tibi à me tradita, non in eius vſum, vt debebas, expoſue
Hiere.3. ris, ſed male diſſipaueris, vitã à vero prælato longe alienam, duxeris. Ego equidẽ te paſtorem
Mat.24. populi mei conſtitui. Et tibi pabula doctrinarũ Euãgelij propterea largitus ſum, vt illũ paſce-
Luc.12 res, in tempore cibũ diſtribueres, illiq; vt paſtor bonus intenderes, adeoq; neceſſitate poſtulã-
Iohã.10 te, pro ipſo mortẽ ſubire nõ dubitares. Id q̃d ex meis meorũq; Aplorũ verbis facile didiciſti.
Mat.26 Præterea & tibi tẽporalia beneficia contuli, vt inde haberes, quo neceſſario ad cõmodiorẽ vi-
Iohã.18 tam te cõſeruares, & à mũdo eẽs alienus, itẽ pacificus, & quietus, ſpiritui attẽderes, & non car-
ni, & ſi quid bonorũ tibi ſupeſſet tẽporaliũ, id in pauperũ conferret vſum. Piſcator deniq; eẽs
Lucæ.11 non piſciũ, id ẽ, vanarũ rerũ & poſſeſſionum, ſed hominũ, quos mihi, vt mei Apoſtoli factitarũt
Lucæ.5. bonis diſciplinis, operibus, ac exemplis lucrifaceres.
Acto. 2.4

¶Sed hei longe ſecus de te audio. Apud me quidẽ diffamatus es, quod te, tuumq; ſtatum, I
meaq; tibi tradita bona, turpiter diſſipaueris. Audio em̃ quod parũ aut nihil paueris populum
Hiere.23. meũ, ſed potius ipſum mactaueris, perdideris, lanamq; ab eo & lac exuxeris, tuũ priuatũ ma-
Ezech.34 gis quàm ipſius commodũ, contra præceptum meũ, quæſiueris, ipm ſæpe ieiunum ſine doctri
narũ pabulo, perindeq; ſine paſtore deſerueris, nec ingruẽtibus hoſtibus reſtiteris. Nec contẽ
1. Cor.10 tus beneficijs, quæ & neceſſitati & dignitati ſufficere poſſint, plura atq; plura per phas & ne-
Ezech.34 phas comparaueris, auaritiæ deditus & queſtui, parum aut nihil ab emptore & venditore nũ-
mularioq; diſcriminis habens, quiq; adeò non ſis ſpiritualis, vt te nec mundanus, aut ſecularis
quiſpiam, fuerit mundanior & ſecularior, Eccleſiæ tuæ pecunijs extortis quaſi tyrannus bel-
lum geris, carni deditus & non ſpiritui, longe à nomine tuo alienus. Qui clericus cum ſis, id ẽ,
domini partem habẽs, alteri non deberes eſſe addictus. Qui deniq; parum curæ habueris, q̃uo
vitæ ſanctimonia, morum candore, doctrinarũq; retiaculo hoĩes piſcareris ad vitã beatã, ſed
potius

Digitized by Google

potius intenderis amplificandæ ditioni tuæ terrenæ, vt dominus ſis & non pater, qui frequentius ferro quàm gladio ſpiritus (qui vnicus tibi erat idemq́ ſolus) bellũ geſſeris, ſanguinis auidior q̃ animaꝝ. Neſcis quia Petro gladiũ ademerim, cui gladiũ eſſe volui Euangelicum, q eſt ſermo cœleſtis, q (vt Apoſtolus meus docuit) viuidus eſt & efficax, ac penetrantior quouis gladio, vtrinq; incidente & ptingens vſq; ad diuiſionem animæ ac ſpũs. Cur putas, quod recondi iuſſerim à Petro gladiũ? Nimirũ ne bellet niſi extrema coactus neceſſitate paſtor euangelicus. Habuiſti igiſ gladium, ſcilicet verbũ meũ, quo iugulare debueras vitia, reſecare humanas cupiditates, habuiſti & bombardas atq; tela ſagittasq́, lachrymas & orõnes, qbus ad me orãs populum tibi commiſſum defendere poteras, quem tu inſanis & bellicis armis maluiſti pdere & exactionibus pauperem reddere, quàm pro neceſſitate illi ſubuenire, quũ tamen haberes vnde ſuccurrere poteras. Redde igiſ rõnem de bonis ex ſacerdotio collectis. Cui theſaurizaſti q cœlebs hæredes non habuiſti? Cuius ſunt diuitiæ poſt mortem? Si non collegiſti, quo pfudiſti? Nónne in bellum? In ſcorta? In pompam? In equos? In canes? In crapulam? & in hoc genus luxum? huiusq́ mundi pnicioſas voluptates? Quũ interim tot pauperes vel ad mortẽ vſq; eguerint? Redde proinde rõnem villicatõis tuæ, qa amplius iam non villicabis? Epiſcopatũ tuũ ac ſacerdotiũ accipiet alter. A te recipio talentũ, alteri traditurus. Hæc nimirũ horũq́ ſimilia indubiè dicturus eſt deus ad vnũquemq́ prælatum, q malè hic functus eſt ſua prælatura. Quid aũt hic aliud reſpondebit, quàm verbũ hoc durum & anxiũ, doloreq́ plenũ. Quid faciam, quia dominus meus aufert à me villicationem? — Ephe.6 / Matt.26 / Iohan.18 / Hebre.4 / Psal.108 / Acto.1, / Mat.25

K ¶Quid aũt putemus & dñm dicturũ ad ſecularem prælatũ, vtpote Cæſarem, regem, principem, ducem, comitem, baronem? Vtiq; redde & tu rõnem villicatiõis tuæ, qa diffamatus & ipſe es apud me, quod bona mea malè diſſipaueris, tuoq́ ſtatu perperam functus ſis. Redde rõnem. Tibi etenĩ tradidi villas meas terrenas, & populũ in illis, tradidiq́ poteſtatẽ ſecularẽ cũ gladio, vt eo vtereris perinde atq; meus miniſter & vindex in iram ei, q malum ageret, vt princeps eẽs timori mali opis ad vltionẽ nocentiũ, & laudem rectè agentiũ. Et ſane curares, vt villæ meæ pacatè & quietè viuerent malis hoĩbus carerent, quos ipſe conquirreres coercereſq́, legibusq́ tibi per me traditis efficeres, vt honeſtè viueret, nemo læderet, ius ſuũ vnicuiq; redderet. Facienda imperares, non faciẽda vetares. Concedenda permitteres, mala punires, & qui bonos non ſolum metu pœnaꝝ verũ prçmioꝝ quoq; exhortatione efficeres, & deniq; quatenus fieri poſſet, cũ omnibus pacẽ haberes, meæ eccleſię magis q̃ priuatũ commodũ quęreres, & deniq; villas meas adiectione potius hoĩm q̃ terraꝝ augeres. — Roma.13, / 1.Petr.2 / L.pſcs l.d licitas.6. ne potẽtio res ff.de of ficio pſidis / L.iuſtitia.ff de iuſtitia, / l.nam et ff. de legib.

L ¶Sed heu: Quid audio de te: ſiqdem qd diffamatus mea bona malè diſſipaueris: quũ gladio tuo pro libidine vſus ſis, nec aliquam boni vel improbi rõnem habueris, plura indignatiõe q̃ rõne permotus feceris, malos foueris, bonos ſuppreſſeris, bellũ perpetuũ pro augendis nullo iure territorijs, pro vana gloria ſupbè geſſeris, vnde pplm ſemp nouis tributis, cenſibus, redditibus, hocq́ genus oneroſis exactiõibus ſpoliaueris, nec ita contẽtus, in tuos, hoc eſt, Chrĩanos ſæpenumero bella duxeris, q neq; ius neq; leges curaueris, nullamq́ neq; virtutis neq; honeſtatis neq; religionis rõnem habueris, neq; (vt te decuiſſet) in iudicijs ſedẽs ius dictaueris, nec iniurias coercueris, lites dirimueris, oppreſſos ſubleuaueris, nec reipublicæ commodis in conſilijs ſedẽs proſpexeris, tantũq; abfuerit, vt villas meas auxiſſes hoĩbus, vt inſanis tumultibus, & prælijs penè oẽs villas & hoĩes inhabitantes amiſeris, quũ certò ſcires, vel ideo maximè bella eẽ deteſtanda, quoniam ea maxime redundẽt in capita tenuiũ & humiliũ, velut agricolarũ, opificũ & viatoꝝ, q interim non dubitaſti tui commodi rõne Eccleſiam meã infeſtare, eiusq́ miniſtros vltro citroq́ moleſtare, quoꝝ te patronum & aduocatũ, non aũt tyrannũ agere opportuit. En pro tam iniquo tuo gubernamine, proq́ tot pauperculis aĩabus occiſis te iudicio ſtatuerim, quaꝝ ad me ſanguis proclamauit. Sane iuxta Prophetam, ſanguinem eaꝝ de manu tua requiram, qm̃ illas à peccato non prohibueris, quũ potuiſſes, gladiumq́ tuum à ſanguine abſtinueris. De tua igiſ villicatõe in primisq́ de populo tibi tanq̃ villico commiſſo redde rationem, quia iam vltra non villicaberis. — Ezech.3

M ¶Quid aũt: O homo, reſpondebit, niſi mei thematis verbũ, dolore plenum & curæ? Quid faciam, qa dñs meus aufert à me villicationem? Et ſane ad hunc modũ deus ab omni ſuperioritate exiget rationem villicationis de ſubditis, qui & deniq; ab eadem & ab vnoquoq; Chriſtiano poſtulabit rõnem trium villaꝝ. ſ. animæ, corporis, fortunæq́ reꝝ, quandoqdem res fortunæ in vſum illicitum & ſuperfluum expenderit, Corporis res illecebris & voluptatibus dederit, animam immundis cogitatõibus impleuerit, qui deniq; nihil eaꝝ vel parũ (inquam) in dei gloriam, in ſuipſius ſalutem, & proximi vtilitatem, applicauerit. Quis igitur non terrebitur? Non totus expaueſcet cum ante iuſtiſſimum, ſeueriſſimumq́ dominum ſteterit, audieritq́ hoc tremendum verbum ante mortem corripiens & monens. Quid hoc audio de te, bonoꝝ diſpenſatore? Ah verbũ magnę anguſtię & anxietatis.

à quo nobis viciſſim eſt exhibẽdũ miſericordiæ officiũ. Proximi em̃ nomẽ ad aliq̊d ẽſt, nec
quiſquã eẽ proximus, niſi proximo, ꝓt. Nullũ aũt exceptũ eſſe, cui miſericordiæ deneget̃ of-
ficiũ, quis nõ videat, quũ hodie Samaritanus Iudæo longe alieno cõditione & ꝓfeſſiõe mi-
ſericordiã exhibuerit? Quãdo & Chr̃s dixerit. Bñfacite ĳs, qui vos oderũt. Et Paulus. Ergo Matt. 5
dũ tempus habemus, operemur bonũ ad oẽs, maximè ad domeſticos fidei. Nec immerito, Galath. 6
quũ idipm Chr̃s hodie legiſperito & vnicuiq; mortaliũ hiſce verbis p̃ceperit, inquiens.

D ¶ Vade & tu fac ſimiliter, id eſt, bñfac ꝓximo & dilige eũ ſicut teip̃m, quẽadmodũ ille Sa
E maritanus vulnerato Iudæo fecit. ¶ Primo, inq̃t, Vade & tu, Imperat quidẽ in p̃ſenti tẽ-
pore, ad inſtruendũ nos, ne ſimus tardi ad bñfaciendũ, ſed cito bñfaciamus. Id q̊d alias dñs Iohan. 9.
ſatis aperto demõſtrat. Me, inquiẽs, oportet operari opa eius, qui miſit me, donec dies eſt.
Venit nox qñ nemo poterit operari. Ita & Paulus ait. Dũ tẽpus habemus operemur bonũ Galath. 6
F ad oẽs, maximè aũt ad domeſticos fidei. ¶ Secũdo, vt proximũ facto ipſo iuuemus & di-
ligamus, dicit em̃, fac. Id q̊d affirmat Iohãnes. Filioli mei, inquiẽs, nõ diligamus verbo, neq; 1. Iohã. 3.
lingua, ſed opere & veritate. Diligere aũt proximũ ſicut nos, qd aliud eſt ꝗ̃ qđ alibi à Chr̃o Matt. 7
dictũ eſt, vt oĩa ꝗ̃ nobis fieri ab alĳs volumus, idẽ & ipſis nos faciamus? Hinc & Tobias di Lucæ. 6
xit, ad filiũ ſuũ. Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquãdo alteri facias. Quid vero no Tobiæ. 4
bis alĳs & proximo fieri debemus velle, & qd nos ipſis facere debemus, hodie Chr̃s docet

G ¶ Tertio, quũ præcipit, nos proximo debere facere, q̊d Samaritanus fecit. i. à nobis ſubue
niendũ eſſe ꝓximo, ĳſdẽ rebus & modis, q̄bus Samaritanus ſubuenit. Quibus, inquã, rebus?
Vino, inquã, & oleo, iumẽto, adductione in ſtabulũ curioſa, duobus ad ſtabulariũ denarĳs,
H vt hũc bñ curet. ¶ Certe ſi ꝓximus nr̃ humana paupertate & infirmitare eſt vulneratus, Roma. 12
iubemus huius pauptati vinũ infundere. i. largiri cibũ & potũ, iuxta illud Pauli. Si eſurierit Matt. 25
inimicus tuus, ciba illũ, ſi ſitit, potũ da illi. Sic Chr̃us dicet ad nos. Eſuriui, & dediſtis mihi
mãducare, ſitiui, & dediſtis mihi potũ. Infundere debemus & oleũ. i. mitem quãdã in pie-
tate cõſolationẽ, quę oleo ſignificat̃, qm̃ mollire oleũ ſolet. Hinc Dauid. Molliti ſunt ſermo Pſal. 54
nes eius ſup oleũ. Cõſolandi ſunt ergo proximi nr̃i pauperes, vt pauptatẽ & infirmitatem
in patiẽtia ſufferãt. Sic etem̃ bonus ille Tobias q̊tidie pergebat p cognationẽ ſuã, & cõſola- Tobiæ 1
batur eos, diuidebatq́; vnicuiq; prout poterat de facultatibus ſuis. Eſuriẽtes alebat, nudiſq́;
veſtimẽta p̃bebat, & mortuis atq; occiſis ſepulturã ſolicitus exhibebat. Eſt & idẽ proximus
ſup iumẽtum ſuſcipiẽdus. i. in humilitate, ꝗ̃ in iumẽto notat̃. Id q̊d ſapiẽs teſtat̃, inquiens.
Igitur humiliemur cũ patientia vt iumentũ. Illumq́; iubemur ducere in ſtabulũ. i. domum Eccle. 3
noſtrã, vt inibi hoſpitetur cõmendeturq́; ſtabulario. i. familiæ domeſticæ, vt aliqñ Chr̃us
dicat. Hoſpes erã, & collegiſtis me. Quod certè Iob ſanctus fecit, inquiẽs. Foris non manſit Mat. 25
peregrinus, oſtiũ meum viatori patuit. Denturq́; ſtabulario duo denarĳ. i. duo charitatis Iob. 31
pręcepta, vt ſic habeat promiſſionẽ vitæ tam p̃ſentis ꝗ̃ futuræ, quã deus miſericordibus ꝓ-
miſit, inquiẽs. Beati miſericordes, qm̃ ipſi miſericordiã conſequent̃. Et alias ſcriptura inq̃t. Matt. 5
Qui pronus eſt ad miſericordiã bñdicetur. Prouer. 22

I ¶ Habet & aliã myſticã parabola hodierna expoſitionẽ, vt vulneratus à latronibus ſit q-
libet pctõr, qui plagis. i. peccatis vulnerari dicitur, qm̃ ĳs naturæ humanæ integritas viola Rom. 5. 8
tur, quum p peccatũ (Paulo teſte) mors intrarit, & corpus propter peccatũ ſit mortuũ. Eſt
ergo ille peccator, proximus nr̃ ſuſcipiendus per miſericordiã, illiq́; infundendum vinum
cũ oleo, id eſt, adhibenda correctio cũ ſeueritate & pietate, vt ſit aliquod temperamentum,
ita, vt neq; multa aſperitate exulceret̃, neq; nimia benignitate ſoluatur, iuxta illud Chr̃i. Si Matt. 18
peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eũ inter te, & ip̃m ſolũ. Et ſi pœnitentiã egerit, Luc. xvij.
dimitte illi. Sic & apl̃us ait. Fratres ſi p̃occupatus fuerit homo aliq̊ delicto, vos, qui ſpirita- Galath. 6
les eſtis, hunc inſtruite in ſpũ lenitatis, conſiderans teipſum, ne & tu tenteris. Eſt & is tan-
dem ad ſtabulum, id eſt, eccleſiam reducendus ad ſtabularium, id eſt, doctorem, duoq́; dan
di denarĳ, id eſt, ſcripturæ duoꝝ teſtamentorum, quæ imaginem in ſe habent æterni regis
expreſſam, quorum prætio vulnera noſtra curantur, inde & prophetæ pendent & lex vbi
hæc eſt vnica ſcriptura, quæ (vt Paulus ait) diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendum, ad 2. Tim. 3
arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia, vt perfectus ſit homo dei, ad
omne opus bonum inſtructus. Horum igitur teſtamentorum doctrinæ peccatori, pro-
ximo ſunt tradendę, & ſi quid illis fuerit ſupererogatum, dominus reditur[9] retribuet. Quid
autem ſupererogatur? Quicquid doctor ille in ea teſtamenta interpretanda contulerit 1. Cor. 7.

Digitized by Google

veluti Paulus, qui cum præceptum de virginitate non habuit, conſiliũ dedit. Reddet vtiq; dñs qđ debet vnicuiq; beato, cui eſt debitor: q̃niam ipſe eſt & eẽ debet fidelis & prudẽs diſpẽſator, quẽ cõſtituit dñs ſup familiã ſuã, vt det illi in tpe tritici menſurã. O verè beatus ille ſeruus, quẽ
Mat.24. cũ venerit dñs, inueniet ſic facientẽ. Verè dico vobis, q̃niã ſupra oĩa q̃ poſſidet, conſtituet eũ.
Lucæ.12. ¶Ille ergo eſt, q vnà cum Samaritano proximus eſt, q mĩam facit proximo, quo vocabulo k
venit omnis, qui exhibet nobis aliquam mĩam ſeu beneficentiam, & qui poteſt aliq̃d miſericordię opus exhibere. ¶Vnde diu multum'q; eſt quęſitũ: An magis obligemur proximo ex L
ſanguine, vtpote neceſſario alicui, q̃ alieno natura ſubuenire, quũ eadem & vna in vtroq; appareat ſuccurrẽdi ratio? Reſpondendũ puto ex rõnibus in Euangelio, oẽs nobis diligẽdos, illiſq; oĩbus eſſe beneficia impendenda, ſed inde nõ haberi, quo nõ plus vni, vtpote cõſanguineo q̃ alteri, vtpote alieno beneficiũ & citius ſit impendendũ. Succurrendũ igiť citius eſt cõſanguineo
Gala.6 pauperi q̃ extraneo inopi, q̃niam natura ſanguinis ipa illi quàm huic maiorẽ dilectiõis adfectũ tribuit, vnde beneficentia maior ſuboriť. Id qđ vnico verbo teſtať Apl'us, inquiens: Ergo dũ
Prouerb.27. tẽpus habemus, operemur bonũ ad omnes, maximè ad domeſticos fidei. Hinc prouerbiũ monet, amicum noſtrum, & patris noſtri amicum non eſſe dimittendũ. Propterea proximos noſtri ſeminis nõ deſpiciamus, ſi eos egere cognoſcimus, vt noſtris ſubueniamus, qbus pudor ẽ, ab aliis ſumptũ depoſcere, aut alicui ſubſidium poſtulare neceſſitati, nõ tamẽ vt illi ditiores eo fieri velint, q̃d nos poſſemus cõferre inopibus. Cauſa eñ præſtat, nõ gr̃a. Neq; eñ propterea nos dño dicauimus, vt noſtros diuites faciamus, ſed vt vitam nobis ppetuam fructu boni opis acqramus, & pcio miſeratõis peccata noſtra redimamus. Eapropter mĩa oĩbus eſt exhibenda ſcd̃m tamen fidem, cauſam, locũ, tempus, ritè diſtribuenda, ita vt primũ operemur circa domeſticos fidei. Grandis qdem culpa, ſi ſcientibus nobis fidelis egeat, ſi ſcimus eũ ſine ſumptu eſſe, fame laborare, ærumnam perpeti, q præſertim egere erubeſcit, ſi in cauſam ceciderit, aut captiuitatis ſuorum, aut calumniæ, & non adiuuemus, ſi ſit in carcere & pœnis & ſuppliciis propter debitum aliq̃d excruciet. ¶Ideoq; Samaritanus hodie mĩa motus vulnerato & M
ſpoliato remediis qbus debet, ſuccurrit, quem vt ſequamur Chr̃us admonet: Vade (inquiẽs) & tu fac ſi̾r. A cuius hortatu nemo excludiť, vl' quãliber pauper. Hinc ne qs cauſari poſſet, ſe paupertate prohiberi, vt hoſpitalis eſſe nõ poſſit, dñs alibi leuiſſimo exemplo occurrit, vt cali-
Mat.10 cem aquæ frigidæ toto aĩo porrigat, dicẽs: Et qcunq; potũ dederit vni ex minimis iſtis aquæ
Mar.9 Matt.21 frigidæ calicẽ tm̃ in noĩe diſcipuli. Amen dico vobis, non perdet mercedẽ ſuã. Frigidæ (inqt)
Marci.12 nõ calidæ, ne in calida pauptatis & penuriæ lignorũ occaſio q̃rereť. Sic alibi Chr̃us duo æra viduæ illius diuitũ muneribus prætulit, quia totũ illa q̃d habuit, cõtulit. Illi aũt ex abũdantia partem exiguam cõtulerunt. Adde & dñm nõ ad quãtitatem rei exhibitę, ſed ad piũ affectũ dantis reſpicere, imò apud eũ ſufficere in pauperibus bonã promptã'q; voluntatẽ, ſi defuerit facultas.
1.Cor.8. Non aũt in diuitibus in quibus (teſte Apoſtolo) ſi voluntas prompta eſt ſcd̃m id quod habet, non ſecundum id quod non habet, accepta eſt.

HOMILIA LXVI. DE EO QVOD SCRIPTVM EST. LVcæ.17. Surge, vade, Quia fides tua te ſaluum fecit. &c.

Dñica.xiiij. poſt octauas pentecoſtes.

QVAM MISERE PLERIQVE OMNES HOC SVO A
paradoxo: Fides ſola iuſtificat, imperitam multitudinem circũuenerint, pnicioſe'q; pdiderint, inde eſt euidẽter colligere, quod hæc ipſa multitudo (quæ vti ventus & aura inſtabilis eſt) eo paradoxo in tam deteſtandũ alicubi errorẽ deuenerit, vt tandẽ crediderit, nullis planè ad vitã æternã cõſequendã, aut ad deũ placandũ, opus eẽ neq; bonis per ſe opibus neq; virtutibus, at ſolã verbalẽ fidẽ, quã tamẽ fortaſſis vel neſciuit vel nõ habuit, ad ſalutẽ ſufficere: quũ tamẽ interim Chriſtus & Apoſtoli eius in ſexcẽtis penè locis ac millies moneãt ad bona opa & ad dei mandatorũ, quæ ſunt bona opa, obſeruantiã cohorteñť
Matt.19. Iaco.2 non quia iuſtificent, ſed quæ fidei ita debeant eẽ coniuncta, vt ſine ipſis fides perhibeatur eſſe mortua, id eſt, plane nulla: nempè, quæ ſi eſſet, p dilectionem opareť. Equidem cum viderẽ eo
Gala.5.6 errore inopem plebeculam ad tam animæ q̃ corpis & fortunæ interitũ peruẽturam imò deue-
Roma.13. niſſe, quippe quæ ſe ab omni bona virtuoſa'q; operatione ſolutam credẽs, non modo contra
Matt.22 omnem poteſtatem, quæ à Deo eſt, contra'q; proximũ, quem vt ſeipſum deberet diligere, licentioſior & ad omnẽ carnalem libertatem prona auida'q; redderet, ſed & deo ſuam authoritatem prorſus & quod dei eſſet ſolius auferret ſibi'q; totum adſcriberet, quo nullum maius ad vitã æternã conſequẽdam ſit impedimentũ. Iterũ atq; iterũ dixi vtrunq; male dicere, & eum, qui dicit, quod fides ſola iuſtificet, & eum qui dicit quod opera iuſtificent. Id quod tum pro

loco &

Digitized by Google

loco & tēpore ita oſtendi, vt plæriq; magis candori q̄ ingenio meo in ea re cōceſſerint: nē-
pe, qui proinde eā rem ad ſuū tps & locū à nobis latius diffuſiusq; declaratū iri viſi ſint, deſi
B derare. ¶Ego igit̃ ex hodierno Euāgelio nactus occaſionē vel ex themate meo.
C ¶Surge, vade, Quia fides tua te ſaluū fecit. Nihil plane grauabor illoꝝ deſiderio cōdeſcē-
dere, nec vel tantillū negauerim, q̄d ſemel adſirmaui, q didici à ſummo p̄ceptore nr̄o, ſer- Matt. 5
monē noſtrū debere eſſe, eſt eſt, & nō nō. Dico itaq; iterūq; altius repeto. Male quidē dici
à quopiam, fides mea me iuſtificat, bn̄ vero & recte, Sine fide nō iuſtificor. Nec recte dici.
Opera bona me iuſtificant, ſed recte quidem, adultus ſine bonis opibus nō iuſtificor. Ne-
go fidē & opera vel cōiuncta vel ſeorſum ſegregata iuſtificare, nō aūt negarim, vtriſq; eē
opus ad iuſtificationē. Siquidē ap̄lus dixerit. Sine fide ī poſſibile eſt placere deo. Et Chrūs Hebræ. 11
inter alia, Hoc fac, ait ad legiſperitum, & viues. Et paulopoſt. Vade & tu fac ſimiliter. Quo Luc. 10
certe verbo innuit nō ſufficere ad ſalutē ſolā fidē, nec itē fidē. Ipſe aūt dico nec vtraq; con-
iunctim ſufficere citra dei gratiā adeoq; ſine deo ipſo, & ſic vera etiā fides ſuopte nō iuſtifi-
cat: q̄ paradoxo cōtra ſupbos fiduciarios vtor, q adfirmo multū intereē in hoc ſermone in-
ter fides nos iuſtificat, & fide iuſtificamur, tm̄ ꝓfecto, quātū in hoc ſermone, Calamꝰ librū
ſcribit, & liber calamo ſcribit. Illud ꝓprie negauerim, hoc vero cōceſſerim, Et ſic vtriq;, q̄d
ſuū eſt, tribuo. Id q̄d vt planius fiat om̄ibus vel rudiuſculis, forte ꝓfuerit, qd fides ſit paucis
ſubijcere. Qd̄ qa multi vel errore vel ignorātia neglexerūt, ſecū alias in errorē & in ignorā-
tiam traxerūt, q tot & tāta de fide diſceptarūt digladiatiq; ſunt, quū interim nō docuerint,
D qd fides ſit, aut q̄ fides (eſt fides ſane multiplex) iuſtificet. ¶Principio igit̃ ſciendū velim,
fidei vocabulū ex Ethimologia recte Ciceronē definijſſe, eius q̄d dicit̃, veritatē: nēpe, quū
credimus, qa fiat, q̄d dictū eſt, fidē appellari. Hinc fidē (quā & ipſe iuſtitię fundamentū eſſe Cicero li. 1. off et li.
affirmat) eē dictoꝝ cōuentorūq; cōſtantiā & veritatē, Et cōſequēti mō fidē dici hoīs firmā 4. de repu.
eius, q̄d vel p̄terijſſe vel eē vel fore dicit̃, aſſenſionē, Hinc fidem accipere & fidē hr̄e, ē credi,
E quēadmodū à Theologis accipi ſolet, & in hodierno Euāgelio. ¶Fides tua te ſaluū fecit.
Ad quē ferme modū puto apoſtolū fidē breuiter & ſcite admodū definire, Sperandaꝝ reꝝ Hebræ. 11
ſubſtātiā, argumētū nō apparentiū: qn̄quidē fides hoc modo accipit̃ eſſe firma veritatis
nō viſæ, reiq; nō apparētis, nō ex rei euidētia, ſed ex autoritate diuina, adheſio, q̄ nō modo
rei eſt ſp̄ūalis, ſed & corporalis, quæ vel quālibet apud hoīem ardua & īpoſſibilis p fidē fieri
ſolet, Chr̄o vel ipſo teſte. Si, dicēte, potes credere, om̄ia poſſibilia ſunt credēti. Sic ap̄lus ait
antiq̄s patres, veteris teſtamēti p fidē teſtimoniū fuiſſe cōſequutos. Siqdē fide Enoch trāſ- Marci, 9
latū eē, ne videret mortē, & nō inuētus ſit, quia trāſtulerit eū dn̄s. Sic fide Noe, reſponſo ac Hebræ 11
cepto de ijs, q̄ adhuc nō videbātur, metuens aptauit Arcā in ſalutē domus ſuæ, & iuſtitiæ q̄ Geneſ. 5
per fidē eſt, hæres ē inſtitutus. Fide & ipſa Sara ſterilis virtutē in conceptōe ſeminis accepit Sapiæ. 4
etiam præter tēpus ætatis, qm̄ fidelē credidit eē eū, qui repromiſerat. Fide populus Iſraeli- Geneſ. 6
ticus tranſit mare rubrum, tanquam p aridam terrā, quod experti Aegyptij deuorati ſunt. Geneſ. 21
Sic fide diua virgo Maria, virginitate illeſa, Ieſum Chriſtū dei Max. filium mūdi redem- Exodi, 15
ptorē cōcepit & peperit, & ſunt in ea pfecta, quæ illi à domino p angelū ſunt dicta. Sic mu Lucæ. 1
lier alias à fluxu ſanguinis, quo duodecim annis laborarat, ſalua fuit facta à Chr̄o. Sic cæcis Matt. 9
duodecim fide p Chriſtum datus eſt viſus. Sic fide alibi mutus & à ſpiritu obſeſſus, fuit libe Marc. 5
ratus. Sic hodie leproſus à lepra fide eſt p Chriſtum curatus. Sic innumeri alij fide, id eſt, Lucæ. 8
firma & indubitata dei verbo, de re vel aſſequenda vel promiſſa, aſſenſione (Quid enim ali- Matt. 9
ud fides? niſi cōſtanter omni verbo dei adſentire?) nihil non eorum, quod ſe adepturos crē Marci, 7
diderunt, adepti ſunt. Adeo, quòd veriſſimè Chriſtus veritas ipſa dixerit. Propterea dico Marci, 9
vobis, omnia qua cunq; orantes petitis, credite, quia accipietis, & euenient vobis. Et ſi qs
crediderit, quia quodcunq; dixerit fiat, fiet ei. Quem ſequutus Iacobus. Si quis, inq̄t veſtrū Marci, 11
indiget ſapientia, poſtulet à deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabi- Iacobi, 1
tur ei. Poſtulet autem in fide nihil hæſitans. Sic nos omnes, qui credimus & in eius veræ fi-
dei ſignum & teſtimonium baptizati (teſte veritate) ſaluabimur. Non, inquā, tantum cor- Marc. 16
poraliter, ſed ſp̄ūaliter. i. iuſtificati vitam æternam habebimus.
F ¶De qua fide, qua ſaluabimur æternaliter, hactenus non parum multi variè & pnitioſe
& ita quidē confuſe diſputarunt, vt ne ipſi, quid hoc pacto fides ſit, intellexerunt, ſileo, q̄d
imperitam multitudinem, quam ſeducere non dubitarunt, pdocuiſſent. Quotus em̄ qsq;
ſit putas, qui plenè ſciat, qua fide ipſe iuſtificetur, id eſt, ita iuſtus fiat, vt vita æterna dignus
habeatur? At quæris, cuiuſmodi eſt ea fides? Eſt, inquam, firma in diuinam miſericordi-
am in Chriſto promiſſam, confidentia, id eſt, firma & indubitata, promiſſorio dei verbo,
aſſenſio: quemadmodum facile eſt colligere ex Petri verbis. Sed per gratiam domini Ieſu
Chriſti credimus ſaluari, quēadmodum & illi. Sed quæ ē illa, inquis, promiſſio & miſericor Actoꝝ 15
dia ꝓmiſſa? Qua nimiꝝ deus æternus promiſit, ſe velle eos oēs ſaluos & iuſtificatos. i. vita mart. 3. 17
æterna dignos, qui in ſuū credunt filiū vnigenitū Ieſum Chr̄m, in q̄ ſibi dilecto cōplacuit Marci. 1
Luc. 3. 5

Chriſto

Iohã.3 Chriſto apud Iohannem teſtante: Sic Deus dilexit mundũ, vt filium ſuum vnigenitũ daret, vt
1.Iohã.5 oĩs q credit in eũ non pereat, ſed habeat vitam æternam. Et Iohannes ait: Hęc ſcribo vobis, vt
1.Cor.2 ſciatis, qm̃ vitam habetis ęternam, q creditis in noĩe filij Dei. Vitam (inquam) ęternam habe-
Eſaię.64 ant in Chr̃m credentes, in qua (vt Apoſtolus poſt Prophetam ſcribit) hoc eſt, gaudij & boni,
Apo.7.21 qđ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hoĩs aſcendit, & vbi non eſt eſuries, neq; ſitis
Eſaiæ.25 amplius, neq; ſol, neq; ęſtus, neq; lachryma, neq; luctus, neq; clamor, neq; dolor vltra futurus. G

¶Hanc igiť ac tantam de vita ęterna ꝓmiſſionẽ, in Chr̃m Ieſum credẽtibus fide formata,
2.Petr 3 Deus (vt ait Petrus) dare non tardat, ſicut qdam arbitranť, ſed patienter agit ꝓpter nos, nolẽs
Roma.3 aliq̃s perire, ſed oẽs ad pœniam reuerti. Deus em̃ (inqt Paulus) fidelis & potẽs eſt, quæcũq; ꝓ-
Roma 1. miſit reddere, queadmodum qđ antea ꝑ Prophetas ſuos in filio ſuo ꝓmiſerat, reddidit ac ſer-
Lucæ.24 uauit. Miſit em̃ filiũ, quem in Propheta promiſerat: Miſit ſp̃m ſanctũ, quẽ promiſerat (vt ipſe
Acto.1 ait) Mitto promiſſum patris in vos: Reddidit munera gratiæ, quæ promiſerat. Hinc Petrus
2.Petr.1 ait: Pretioſa nobis promiſſa donauit. Sic etiamnũ non dubitemus, hanc ipſam de vita æterna promiſſionẽ, eum nobis ſeruaturũ. Nobis (inquam) q firma fide & fiducia credimus: nimirũ ꝑ eam fidem iuſtificati, id eſt, vita æterna digni.

¶Sed vltra quæris, cuiuſmodi eſt illa in Chr̃m fides, aut q̃modo in illum eſt credẽdum, vt ſit H
Gala.3 nobis iuſtificatoĩs fides, quam ab alijs toties ac tantoperè iactatam audiuimus. Nunq̃ vero intelleximus? quũ tamen (vt ex Paulo docuiſti) pollicitationẽ ſp̃us ꝑ fidem ipſam recipimus, & ipſa promiſſio ſolummodo ex fide Ieſu Chriſti deť credẽtibus. Obſecro igiť, quæ eſt iſta fides qua digni efficimur credentes tanta Dei Max. promiſſione?

¶Ea eſt (inquam) qua credimus Deũ patrẽ æternũ ſola miſericordia motũ propter nos, q I
propter peccata protoplaſti æternæ iræ eramus filij, in terram miſiſſe Ieſum Chriſtum filium
Ephe.2 ſuum vnigenitum, ſecum ad omnia eundem. Et quia ille ſua humanitate & paſſione agnus
Iohan.1 immaculatus pro nobis ſe tradiderit, ſineq; noſtris meritis peccata totius mundi tulerit & qui (inquam) traditus ſit propter delicta noſtra, & reſurrexit, aſcenditq; cœlos, vnde venerat, propter iuſtificationem noſtram. Hæc eſt illa vera fides, qua iuſtificamur, qua ſaluamur, qua vita
Iohã.3 æterna digni & Dei promiſſione efficimur, quàm qui non habet, peribit, & iam iudicatus eſt.
Roma.4 Hanc fidem Chriſtus in Euangelio vbiq; docuit, vnaq; cum eo Paulus, & alij eius Apoſtoli
Iohan.6 docuerunt, q aliàs, quũ Chr̃us hac de fide locutus multa fuiſſet, dixerũt. Et nos credimus, & co
Iohan.11 gnouimus, q͂a tu es Chr̃us, filius Dei. Et Martha hanc habuit fidẽ, exclamans. Vtiq; dñe: Ego
Mat.26 credidi, q͂a tu es Chr̃us, filius dei viui, q in hunc mundũ veniſti. Quam fidẽ & Petrus antea cõfeſſus ſupra modũ à Chr̃o fuit probatus & priuilegiatus. Hæc eſt illa Chr̃iana fides, quam eccleſia piè & vnanimiter atq; catholicè paucis verbis in ſymbolo ceu deinde pluribus in ſymbolo Nicæno, & tandẽ paulopluribus inſtar expoſitorijs verbis confiteť in ſymbolo Athanaſiano. Sine qua (inquam) fide, nemo vnq̃ vitam æternam habebit vľ quàmlibet moraliter bonus Nempè quæ illa ſit fides, qua & in qua, ex qua & ꝑ quam ſolam Deus ipſe ſolus Max. nos iuſtificat pinde atq; inſtrumẽto ad iuſtificationẽ in primis neceſſario, bona opa ſecũ neceſſario afferente. Hæc eſt illa (inquam) fides, ꝑ quã & qua (vti Paulus vbiq; teſtať) Deus hoĩem iuſtificat ſua interueniente gratia atq; miſericordia, non autẽ quæ iuſtificat, quo ſermonis contextu vti erroneo nolim quempiam vti, ſed dicẽdum velim, qua. ſ. fide, & in qua, & ex qua. ſ. fide, aut per quam fidẽ iuſtificamur. ſ. à Deo iuſtificatore ſolo & vnico.

¶Minimè autem dicendũ noſtra fides ſola iuſtificat, vel etiã ſine nota excluſionis, fides no- K
ſtra eſt, q̃ iuſtificat, qm̃ neuter contextus ſit ædificatorius aut verus.

¶Primo, qđ neutro horũ verborũ contextu ſancta ſcriptura (quatenus meminiſſe datur) & L
qdem non ſine cauſa, vtať, verũ quæ ſemp vtiť caſu inſtrumẽtali, non autem effectiuo, vtpote nominatiuo. Abſit igitur ſcripturam aliter vſurpemus quàm ab apoſtolis, ſp̃u ſancto doctore ſcripta ſit: maximè, quando ex ea vſurpatione, vt hic error apud rudiores irrepere poſſit. Id quod vtiq; ſanctæ literæ prouiderunt.

¶Scđo qđ nihil aliud q̃ deus miſericors iuſtificet, fide. ſ. ipã. Vnde ſcriptura: Dñs mortificat M
1.Reg.2 & viuificat, deducit ad inferos ac reducit. Et Aplus: Quoniamq dẽ (inqt) vnus eſt deus, q iuſti-
Roman.3 ficat circũciſionẽ ex fide, & pręputiũ ꝑ fidẽ. Et ꝓpheta: Iuxta eſt (ait) q iuſtificat me. Et paulò-
Eſaiæ.50 poſt: In ſciã ſua iuſtificabit ipẽ iuſtus, ſeruus meus multos, & iniq̃tates eorum ipſe portabit. Et
Eſaiæ 53 rurſum Apoſtolus. Prouidens autem ſcriptura, quia ex fide iuſtificat gentes deus.
Gala.3

¶Tertio, q͂a auferreť creatori & dareť creaturæ. ſ. fidei. Id qđ eſt contra euangeliũ, quo caue N
Mat.22 tur: Date deo, quæ ſunt dei. Et contra Paulũ, q ait: Reddite ergo oĩbus debita. Cui tributũ, tri-
Marci.12 butũ. Cui vectigal, vectigal. Cui timorem, timorem. Cui honorem, honorem. Sic & cui iuſti-
Lucæ.20 ficationem, iuſtificationem, quo certè alioqui modo ex fide nouum efficeretur idolum.
Roma.13

¶Quarto: Quoniam eo pacto contra iuſtitiam nobis aſcribimus quod noſtrum non eſt, O
ſed dei, quandoqdem fides noſtra non ſit omnino propria, quum omne datũ optimũ, & oĩe
Iaco.1. donum perfectum, à patre luminum deſcendat: Imò quũ non ſufficimus aliquid à nobis quaſi

ex no-

Digitized by Google

ex nobis cogitare,ſed ſufficiētia noſtra à deo ſit,certe neq; fides,q̄ donū dei eſt, noſtra eſt. 2. Cor.3
Quā ſi etiā accepimus,cur gloriamur,quaſi nō acceperimus? Deinde ſi fidē ex nobis nō ha Ephe. 2
bemus,q̄ in nobis eſt,qūo iuſtitia,q̄ dei ipſius eſt,ex nobis erit? Fidem aūt dei eſſe & ex deo 2. Cor. 5
ſingulariter arguūt apoſtoli orantes. Adauge nobis fidē. Et pater alias pueri cū lachrymis Luc 17
ad Ieſum exclamat. Credo dn̄e,adiuua incredulitatē meā. Hinc Chriſtus ad Iudæos de cre Marc.9
dendo in ſe adeoq; de fide loquens, ait, Propterea dixi vobis, quia nemo poteſt venire ad Iohan. 6
me,niſi fuerit ei datum à patre meo. Nec obſtat,dicere. Si res ita habet, fidē neq; habemus,
neq; habere poſſumus? Id quod negarim. Fidem em̄ gratia dei Opt. largitrice habemus,vt
quis habet,q̄d vel plantat vel rigat, q̄ ſanè pacto,neq;(vt ait ap̄lus)qui plantat neq; q rigat 1. Cor.3
P aliquid eſt,ſed qui dat incrementum deus. ¶Quinto ſermo,quo diceremus, fides noſtra
nos iuſtificat,loquenti ſuperbiam & hypocriſim ſuggerit,ſimiles nos reddens phariſæo in Luc.18
Euangelio qui etſi credidit & bona opera fecerat,quia tn̄ ſibi ſuiſq; viribus confidit operi-
buſq; ſuis,quaſi à ſe haberet & ipſam iuſtificationem factus ſuperbus minime fuit iuſtifica-
tus. Sic ſane faciunt,qui ſuperbius dicunt,fides noſtra nos iuſtificat:nimirū deo Opt. nihil
amplius ad ſuam iuſtificationē relinquentes,odio etiānū perſequētes, quos vidēt operibus
ſtudere,ludibrio quicquid operū externorū habētes,aliorum corda & conſcientias contra
Chriſti & eius apoſtolorum præceptum,veluti in cœleſtibus regnantes,iudicantes: Nimi Luc. 6
rum,apud ſemetipſos ſublimes,qui tn̄ interim peiores hypocritæ in ſpm̄ dei facti,q̄ ſunt ij 1. Cor. 4
qui iudicarūt ex opere. Faciunt em̄ & ipſi ex fide ſua opus, confidentes ſe nullius indigere, Eſaiæ. 14
ſed credendo ſuopte iure iuſtificari,adeoq; nihil deo attribuentes. Porro ſi (vt Paulus vere 1. Cor. 4
dicit)nō ſufficimus aliquid à nobis quaſi ex nobis cogitare,ſed ſufficientia noſtra à deo ſit, 2. Cor. 3
certe fatendum erit,nec fidem nec opera ſolum nobis ſed deo,qui ſemper adiutat conatus
nec ſuam negat poſtulanti humiliter gratiam,adſcribi ſimul oportere. Quum proinde ver
bales iſti Paulini & fiduciarij toties inclamitant,ſola fides nos iuſtificat, q̄d, obſecro,aliud
dicunt,q̄ ex ſeipſis ſuam eſſe iuſtificationem,nec re alia q̄ fide eſſe opus, habere quidē ſe in
ſua poteſtate,quo iuſti ſint,nimirū,omnem deo Max. poteſtatē auferentes, ſibi quæq; ven
dicantes,ad illud Luciferi adſpirātes: Ponam thronū meū in nubibus cœli, & ſimilis ero al Eſaie. 14
tiſſimo. Quo fit, vt etſi iuſtitia hominē approximet deo,ſi tn̄ adſumat ſuperbiam ad infimū
deijcit hominē. Id quod euidenter in phariſæo apud Lucam humiliato oſtenditur,qui ſibi Luc.18
non deo om̄ia adſcribebat,quo etiā pacto deum negabat: quod facere pariter arguunt,qui
tam glorioſe iactitant,fides noſtra non iuſtificat. Qui deniq; ſermo vel ideo intolerabilis
Q eſt. ¶Sexto,quod inde oīm bonorum operum ſuboriatur neglectus,quę tn̄ æquam per-
inde laudem merentur cū fide,quæ,quum per dilectionē operetur, ſine operibus eſt nulla Galath.5
planeq;(teſte Iacobo)mortua. Modo vide ſi bona opera ab homine ex iactantia fidei ver- Iacobi.2
balis negligant,quantus inde malorū cumulus? quādo certū ſit,propterea oēm negligi vir-
tutem,honeſtatem,ciuilitatemq;,deleri deniq; omnem ordinē & obedientiam,q̄d hacte-
nus ſatis ſuperq; ſumus experti. Quū præterea cōſtet omnino nō ſufficere ad ſalutē credere
ſolū,ſed credere & facere, Id quod Chriſtus vnico verbo probat apud legiſperitū. Hoc fac
R inquiens,& viues,qui vtiq; creditur crediſſe. ¶Septimo hic verborum cōtextus eſt er Luc.10
roneus. Fides noſtra nos iuſtificat,q̄niā adimit deo gratiam,ac innuit(ſed falſiſſime) iuſtifi
cationē noſtram ſine dei fieri miſericordia,ſed perinde illam in noſtra ſitam eſſe poteſtate
adeoq; in viribus noſtris & meritis. Id quod eſt contra apoſtolū ad Romanos ſcribentem.
Non volentis neque currentis,ſed miſerentis eſt dei;q alias dixit. Miſerebor cui miſer Roma. 9
tus ſum,& miſericordiam præſtabo,cui miſerebor. Adde & Chr̄m dixiſſe, Samaritanum Exodi.33
illum Euangelicū,quo Chr̄us ſignificatur,miſericordia motū hominē à latronibus deſpo- Luc.10
liatum curaſſe,id eſt,ſaluaſſe,nō vero,quod homo iſte meruiſſet aut fides ipſius. Vnde ſub-
S ſequens eſt. ¶Octauo hunc verborū contextum & propterea eē ſeductoriū, fides noſtra
nos iuſtificat,qm̄ quā nominat fidē,ea vel ideo nulla ſit,quia dei mīam(vt oſtenſum eſt)ex-
cludit,ſine qua fides eſſe non poteſt,quippe quando fides per miſericordiam perinde atq;
potiorem articulum definiatur,veluti antea aperuimus. Hinc cōſtat nullius vnquam homi
nis à Chriſto niſi eius fidem fuiſſe commēdatam & vti veram probatā,qui ſe ſuaq; omnia
cum humilitate diuinæ miſericordiæ credidit,quiq; credidit ſuā ſaluationem ex mera mi-
T ſericordia non ex fide ſua ſeu meritis habere. ¶Vnde clariſſime factū,vt qui tanta humi-
litate fidei omnia Chriſto adſcripſerunt,adeoq; ipſam ſaluationē, Chriſtus permotus illis
non ſolū reddidit,q̄d ipſorū eſſe videbat,verumetiā q̄d ſuū fuit,iuſſit & dixit eē illorū: quod
tn̄ illi,vt patet ex rationibus præfatis,vere & humiliter dicere nō potuerūt. Sic(vt ad oculū
omnia ædātur)quia humiliter mulier,quæ fluxū ſanguinis patiebat,dixit intra ſe. Si tetige Matt.9.
ro tm̄ veſtimētū eius,ſalua ero,à Chr̄o viciſſim meruit audire. Cōfide filia,fides tua te ſal- Marc.5
uam fecit. Sic,qa cæcus,q ſedebat ſecus viā,clamauit. Fili Dauid miſerere mei,meruit iten- Luc.7. Mat.20.
tidem à Chriſto audire. Fides tua te ſaluum fecit. Sic quia Maria Magdalena cum humili Marc.10
dilectio-

Digitized by Google

Lucæ.7 dilectione in Chri miſericordiam confidit,& ipſa meruit à Chro audire:Fides tua te ſaluam fe-
Lucæ.18 cit. Vade in pace.Sic quia publicanus ſolummodo in dei miſericordiam confiſus,dixit humi-
liter: Deus propitius eſto mihi pctõri (Chro teſte) domũ iuſtificatus abijt. Sic quũ in hodier-
no Euangelio mundatus ille ex decẽ leproſis,magna voce deũ magnificauit,& humiliter ce-
cidit in faciẽ ante pedes eius,grãs agens,id eſt,totam ſuam mundationem Chri miſericordiæ
Lucæ.7 aſcribens,& ipſe à Chro meruit audire.Surge vade,quia fides tua te ſaluum fecit.
¶Quo nimirũ ad oẽs verbo vnico Chrus ex ſua humilitate illud qđ ſuũ eſt, aliorũ eſſe dixit, V
& alijs adſcripſit, vtpote fides(inquiẽs)tua,quæ tñ hoĩs propriè non eſt,eam tñ illorũ eſſe di-
xit,& ſic p conſequens iuſtificationẽ,quæ ex fide manauit,quũ propriè tñ iuſtificatio eius fuit
Potuit(inquam) Chrus ad illos ſaluatos verè ex ſua innata clemẽtia dicere: Fides tua te ſaluũ
fecit,qđ tm̃ eſt dicere,qa credidiſti te abs me ſaluari poſſe,teq; tuã ſaluationẽ per meam miſe-
ricordiam certò impetraturũ:ideò te ſaluũ feci,& ſaluus à me factus es:nimirũ, tua fides in me
am omnipotẽtiam & miſericordiam cauſa fuit,&apud me pinde tuæ ſaluatõis inſtrumẽtum:
nemo tñ ex illis p Chrm ſaluatis, & ſine dei miſericordia & grã diuinæ derogatõe verè ac hu
militer dicere potuit:Fides mea me ſaluum faciet vel fecit, propter rõnes pauloante recitatas:
nec lectum eſt, eo ſermonis contextu vnquàm aliquem fuiſſe vſum.
1. Cor.15. ¶Imò in argumẽtum irrefragabile non ita eẽ dicẽdum. Paulus ait:Gratia ãt dei ſum id, qđ X
ſum.Et grã eius in me vacua non fuit,ſed abũdantius illis oĩbus laboraui,Non ego aũt, ſed grã
Ephe.2 dei mecũ.Non ſanè aſcribit fidei,qđ dei fuit eiuſq; gratiæ, nec ſibi, qđ dei erat. Ad qđ confir-
mandũ aliàs inqt:Gratia eñ ſaluati eſtis p fidẽ,& hoc non ex vobis. Dei eñ donũ eſt, non ex
opibus,vt ne qs glorieſ.Quid obſecro Paulus doctor ille gẽtium hoc irrefragabili dicto aliud
agit,q̃ qđ paradoxum adfirmat,non eẽ dicẽdum:Fides mea me ſaluũ fecit,ſed grã dei p fidem
me ſaluũ fecit.Nec itẽ eẽ dicẽdum,fides noſtra nos iuſtificat,aut ſaluat:qppe qđ inde oriaſ nõ
modo pnicioſa gloriatio,ſed falſo dicimus eẽ noſtrũ,qđ Dei eſt donũ? Sic ſane aptò Apoſto-
lus meas rõnes ſupra recẽſitas approbat,qbus adfirmauerim,nõ eẽ dicẽdum:Fides noſtra nos
iuſtificat:ſed quidẽ eẽ dicẽdum.Deus ſua grã & miſericordia nos,vł in fide, vł ex fide, vł fide,
vel p fidẽ(oẽs eñ hi locutiõis modi in vnũ coeunt ſenſum)iuſtificat & ſaluat:qñquidẽ illa pri-
or locutio à ſcripturis ſanctis ſit aliena,hæc poſterior vero ſcripturis ſit peculiaris & trita.Il-
la ſit falſa,hæc vera.Illa qđ creatoris eſt,creaturæ attribuit,hæc vero qđ ſuũ vniuſcuiuſq; ẽ,lar
giſ vnicuiq;.Illa contra iuſtitiam alteri rapit & nobis dat,hæc qđ alterius alteri,& qđ nr̃m eſt
nobis dat,illa ſupbię,hęc humilitatis plena.Illa oĩm bonarũ virtutũ & actionũ deſtructiua,hęc
earundẽ inſtauratiua,illa grę diuinæ & miſericordiæ iuſtificationẽ prorſus adimit,hæc vero
eandẽ rectè adijcit.Illa fidẽ,nullam noĩat fidẽ,hæc fidẽ,quæ eſt adſtruit,ne in nos iuſtè torq-
Titum.1. ri poſſit hoc Pauli dictum:Confitenſ noſſe Deum,factis autem negãt,cum ſint abominati in-
credibiles,& ad omne opus bonum reprobi.
¶Modo qs deinceps futurus ſit adeò rudis adeoq; puicax,q nolit noſtræ ſnię prorſus acce Y
dere,vtpote ad oĩa veridicis ſcripturis,naturæ,rõniq; oĩno conſonæ,alteramq; vti prorſus fal
ſam,erroneam,impiamq; reijcere? Et ad eos,q tam indoctè tamq; impiè,pnicioſeq; ad plebẽ
illam paupculam nunq̃ non inclamitarũt:Fides noſtra ſola nos iuſtificat. Et ex alia claſſe, opa
Mat.22 nos iuſtificant cũ Chro dicere? Nõnne ideo erratis,neſciẽtes ſcripturas neq; virtutẽ dei? Quos
Mar.12 vere diuus Petrus appellat indoctos & inſtabiles,q non modo quædam intellectu difficilia in
2.Pet.3 Eplis Pauli,ſed & cæteras ſcripturas ad ſuã ipſorũ pditionẽ deprauant. Id qđ hic manifeſte fa-
ctitarũt,Paulo adſcribẽtes,qđ Paulus nunq̃ dixit,ſed falſum eẽ ſatis vbiq; innuit.
¶Eapropter abſit,eo abutamur ſermone contra omnes ſcripturas contraq; omnem veri- Z
tatem,q hactenus oĩs fuit erroris,litigij,impietatiſq; fons & origo. Verum ſequamur qđ verũ
eſt Deo,qđ Dei eſt dantes,qđ fidei,fidei,& potius oĩa(vti decet)Deo Max.adſcribamus,in ne
gotio præſertim tam pericoloſo,& vnuſquiſq; noſtrum dicat.
¶Ego(oĩpotẽs Deus)opa in fidẽ,quam precor adiuues,in tuo cõſpectu faciam, iuſtus ſim &
nec ne,tuæ maieſtati cõmitto,ſiue p fidẽ ſiue p opa iuſtificare me volueris aut ſine illis,qđ vtrũ
q; potes,ſuſq; deq; facio.Potẽs nimirũ es,tuũ ẽ donũ & grã.Scio qdẽ me meis nihil viribus p̃-
ſtare poſſe,qđ pri⁹ nõ debeã & nihil habeã qđ nõ acceperĩ,dñs etẽ̃ es,potes qcqd vis, & qm̃
natura optimus es,nõ p̃t nõ eẽ optimũ,qcqd mecũ volueris aut feceris.Hęc certè orõ fidei ple
na,nõ poteſt eẽ non pia & fauorabilis,quæ tibi omnẽ adimit arrogantiã,& in Chrm transfert
omnẽ gloriam,ſimulq; fidutiam omnẽ,qua haud dubie vł in mẽte ſaltẽ vſus, quicũq; à Chro
ſaluatus eſt,ſibi dici audiuit.Surge,vade,fides tua te ſaluũ fecit,id eſt,quia tantam in me fidem
habuiſti,& firmiter in meam ſolius potẽtiam credidiſti,motus te ſaluũ feci. Nec ſane dubium
eſt,quin oĩs qui hac humili ad Deũ orõne vteſ,audiet ſibi demũ ab eodem dici.
¶Surge,vade,quia fides tua te ſaluũ fecit,quãuis ille humilitati innixus, neq; ſibi neq; fidei, ℞
ſed puræ Dei grã atq; miſericordiæ ſuam ſaluationẽ adſcribere debet. Et hoc quia feciſſe pu-
taſ hodie leproſus ille mundatus p fidẽ ſuam in humilitate ſaluatus eſt,reliqui vero quia à fide,
qua à

Digitized by Google

quæ à domino ſalutem & miſericordiam petierunt relapſi, & honorem deo non dederunt,
ſalutem indubie perdiderunt: nempe, qui ſuam mundationem non deo, ſed legi attribuerũt,
quorum proculdubio ſimiles fuere, qui hactenus iactabundi apud omnes clamitarunt. Fides
noſtra ſola nos iuſtificat, in quo quatenus errarunt ex ſupradictis eſt euidenter intelligere,
quibus velim additum iri, quæ aliàs diximus, quibus pro loco & tempore, alia, ſi hæc non ſuf-
fecerint, & quidem plura adijcere non grauabimur. Iſtis vero, qui ſibi velint per nos reſpon-
deri ad ea loca ſcripturarum, quibus dicitur, quod fides noſtra nos iuſtificat, reſpondeo. Me
nondum inuenire locum ſcripturæ, qui tale quid dicat, cæterum inuenire quidem, qui velit ſi
de nos iuſtificari.

HOMILIA LXVII. DE EO QVOD SCRIPTVM EST, Matth. 6. Quærite primum regnum dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis, &c.

Dñica decimaquinta poſt octa. pentecoſtes.

A CONCLVSIO eſt eorum, quæ dicta ſunt, cõſumatiſſima, qua pri
mũ concludi intelligimus, duobus quempiã dominis ſeruire nõ de-
bere, quoniã nemo id cõmode facere poſſit. Cuius ratio ex contex-
tu colligitur, quũ certum ſit vel vnum ideo diligi, alterum vero con
tẽni. Sic apoſtolus alibi dicit: An quæro hominibus placere? Si ad-
huc hominibus placerẽ, Chriſti ſeruus non eſſem. Qui & aliàs ait: Gala. I.
Eũ qui cũ vxore eſt, eorũ eſſe ſolicitũ, quæ mundi ſunt, quomõ pla- I. Cor. 7
ceat vxori, ideoq́; eſſe diuiſum. Sic nemo (teſte eodẽ) militans deo,
implicat ſe negotijs ſecularibus, vt ei placeat, cui ſe probauit. Hinc 2. Tim. 2
colligimus, de ijs Ieſum eſſe loquutũ, qbus ſimul ſeruiri nõ queat, quę
à ſe ſunt contraria, cuiuſmodi ſunt, deus & mammona: quo vocabulo Syriaco intelligunt di-
uitiæ vel diabolus, q vel propterea peſſe dicit diuitijs, quoniam per eas fallit hoĩes, non qa eas
B largiatur. ¶Secundo cõcluditur, ſuperfluã dũtaxat rerũ tẽporaliũ ſolicitudinẽ, & quidẽ ea-
tenus prohiberi, quatenus per eã conatus ad æternalia impeditur, id eſt, ne cura tẽporali ab
æternis retrahamur: Hinc Chriſtus ait: Primũ quærite regnũ dei. Et pinde dicere velit. Poſt-
ea vero & ea, q̃ corporis ſunt, nõ quidẽ tpe, ſed dignitate. Et ſic eſt primũ q̃rendũ ſpũale, tanq̃
bonũ, & poſterius tẽporale, tanq̃ neceſſariũ propter illud bonũ, ita vt ideo q̃ramus tẽporale,
vt habeamus regnũ dei, nõ econuerſo. Sic quidẽ nõnulli male ratiocinant ex hoc Euãgelio, om
nẽ vel ordinatã de rebus ad vitã neceſſarijs curã improbãtes, pinde atq; nemo laborare manu
debuerit, nec aliquo modo de corpore ſuſtẽtãdo eſſe ſolicitus. Id q̃d alioqui aduerſus Chriſtũ
eſſet, q & curã ſuis habere de neceſſarijs pmiſit, qñ Iudæ loculũ cõmiſit, vnde emeret, qbus vel Iohan. 13
ad diẽ feſtũ opus eſſet, vel q̃ egenis darent. Eſſet etiã nõ cõtra illud. In ſudore vultus tui, veſce-
ris pane tuo, donec reuertaris in terrã. Hinc Adã è paradiſo emiſſus eſt, vt terrã (de qua aſſum Geneſ. 3
ptus erat) operaret. Sic apſus ait, ſe laboraſſe & manibus eſſe operatũ: q & inquit. Si quis non
vult operari, non manducet. Quare & Martha à Chriſto, quoniã circa frequens miniſterium I. Cor. 4
C ſolicita plurimum eſſet, culpata non fuit. ¶Datur ergo intelligi ex noſtro themate, exq; to 2. Theſſ. 3
to Euangelio, in primis dei regnũ eſſe quærendũ, id eſt, ipſum Chriſtũ, qui aliàs dixit. Regnũ Lucæ. 10
dei intra vos venit. Quærẽda eſt, id eſt, vera ſalus inueſtigãda, quæ Chriſtus eſt, quoniã Ieſus Matt. 12
ſit ſaluator: quẽ tunc primũ quærimus, quum in ipſum (vt Petrus docet) omnẽ ſolicitudinem I. Petri. 5
proijcimus, cui de nobis cura eſt: quũ, inquã, omne quodcunq; fecerimus in verbo & opere
(ſecundũ Paulũ) omnia in eius nomine fecerimus, gratias agentes deo & patri p ipſum. Siue
ergo mãducemus, ſiue bibamus, ſiue aliud q̃d faciemus, omnia ad gloriã dei faciamus: & iure Coloſſ. 3
quidẽ, quoniã (eodẽ teſte) nemo noſtrũ ſibi viuit, & nemo ſibi morit, ſiue viuimus, dño viui- I. Cor. 10
mus, ſiue morimur, dñi ſumus. Et ſic toti ſimus in deo, q̃rentes tẽporalia ſimus, quaſi nõ quæ- Roma. 14
rentes, & vtentes hoc mundo ſimus, quaſi nõ vtentes, & poſſidentes, q̃ſi non poſſidentes. Ita I. Cor. 7
q̃dem vt prima cura ſit de deo & eius iuſtitia, deinde poſterior de rebus ad vitam hãc neceſſa-
D rijs, quas facile habebimus, vbi primũ dei regnũ quæſiuerimus. ¶Cæterũ, inq̃s, hoc ipſum
nõ dubito, Paulũ ſedulo feciſſe, q tñ ſe fame & ſiti laboraſſe cõqueritur, quomõ ergo dei pro-
miſſum inibi titubauit? Reſpõdeo, quũ legim⁹ apoſtolũ fame & ſiti laboraſſe, tñ dei promiſſa
E non titubaſſe, quandoquidem iſta ſint adiutoria. Medicus eñi ille, cui nos commiſimus, nouit 2. Cor. II.
quando apponat, & quando detrahat, ſicut nobis iudicat expedire. ¶Solent autem nobis Pſal. 144
deeſſe neceſſaria. Primo, vt exerceamur, & à deo per patientiam & conſtantiam examinati
confirmemur: ſiqdem (Paulo teſte) virtus in infirmitate perficitur. Ita apoſtoli ſiti aliquando 2. Cor. 12
& fame laborarunt. Secundo, q̃ propter pctã nr̃a demeremur: Siqdem (vt ſcriptura ait) ignis Eccle. 39
grando, fames & mors, oĩa hæc ad vindictã creata ſunt. Sic legimus in veteri teſtamento ple- Deute. 28

q runq;

Digitized by Google

runcꝙ peccata hoīm fame ſeriò punita fuiſſe. Hinc ſcriptura aliàs p Moyſen ei, q dei mandata
Hiere. 11 nō ſeruat, minat, inquiēs: Mittet dñs ſup te famē & eſuriē. Et p prophetā in eos, q peccarant,
deus ait: Iuuenes morient in gladio, filij & filiæ eoꝝ morient fame. Tertio, prouenit ex auari-
Eccleſi. 5 tia nſa, vt nobis ſolicitis, ne deficiāt neceſſaria, aliqñ ea deficiūt: quādoquidem inqt Eccleſia-
ſtes: Auarus nō implebit pecunia, & q ex diuitijs fructum nō capiet, cuius filius in ſumma erit
egeſtate. Quarto, qm̄ qui ſuperflua q̄rimus, recte aliqñ neceſſarijs caremus. Hinc Paulus ad Ti
1. Tim. 6 motheū: Habētes aūt alimēta & q̄bus tegamur, his cōtenti ſimus. Nā q volunt diuites fieri,
Hebræ. 13 incidunt in tentationē & laqueū diaboli. Idē ad Hebræos: Sint mores ſine auaritia, cōtenti p̄-
ſentibus. Hæc ille: Vnde videm⁹ pleroſcꝙ amiſiſſe, q̄ habebāt, quū ſuperflue alia q̄rebāt. Quin
Lucæ 15 to, qm̄ plerūꝙ tēporalibus rebus abutimur, iuſtū eſt vt hæ nobis aliqñ ad neceſſitatē tollantur
Ephes. 5 Sic filius prodigus, qm̄ paternā ſubſtantiā male dilapidarat, adeo egere cœpit, vt nutriri deſi
1. The. 2. 5 deraret ex ſiliquis porcoꝝ. Sexto, qm̄ deo pro collatis bñficijs ingrati ſumus. Hinc apl's vbi-
Pſalm. 115 cꝙ & ſemp monet gr̄as agere pro oībus. Et propheta ait. Quid retribuā dño pro oībus, q̄ retri
Eſaiæ. 14 buit mihi? Et ſane ingratitudo inuiſa deo, ſemp eſt à deo vindicata. Id quod patet in lucifero
Gene. 3 & Adamo, & Iuda Iſcariothe. Septimo, q̄a deo diffidimus, & in eū nō firmā ponimus fiduciā:
opinantes, bona ipſa tēporalia nobis à deo quaſi ex debito tribui. Id falſum eſſe, ipſe aliquoti-
es oſtendit, ſe eſſe eoꝝ dominū ea nobis ſubtrahens. ¶ Prohibet ideoꝙ dñs maxime hic ſo- F
licitudinē diffidentiæ, cū ait. Quāto magis vos modicæ fidei? Siquidē ſuperflua ſolicitudo ne
ceſſarioꝝ ex defectu fidei procedat, quā quidem fidē ſi firmā haberemus, regnū dei & iuſtitiā
eius, his rebus terrenis ita anteponeremus, vt eas propter illas q̄reremus, certe hæ pro loco &
tempore omnes adijcerent ſine vllo impedimēto, quū nuperrime oſtendimus, nihil eoꝝ no-
bis deū negatuꝝ, quæ promiſit: Promiſit aūt nobis ſe datuꝝ corporis quoꝙ nutrimenta, ſi ei
firmiter confidamus: nimirum per prophetam inquiens. Iacta cogitatum tuū in domino, &
Pſal. 54 ipſe te enutriet. Et aliàs: Non vidi iuſtū derelictum, nec ſemen eius quærens panem. Quam fi-
Pſal. 36 dem, vt facilius habeamus, Christus hodie multiphariam perſuadere conatur. Non eīm dicit:
Quia nouit deus veſter, ſed, quia nouit pater veſter, vt in maiorem ſpem adducat nos. Si eīm
pater eſt, non claudet filijs miſericordiæ viſcera, & largiri vult, & quia cœleſtis, poteſt. Si au-
tem poteſt & vult, ſine dubio donabit, quod ad ſalutē expedit, modo vere ſimus in ipſum fir-
miter credentes, illiꝙ omnia attribuentes, qui non modo nos, ſi hoc fecerimus, per fidem no
ſtram temporalibus neceſſarijs certo eſt, ſed & æternis iuſtificaturus, animaduertens ſibi à no
bis omnia, non autē, neꝙ fidei, neꝙ virtuti noſtræ adſcribi. Id quod eſt vere credere, crede-
re, nihil nobis ex meritis noſtris, ſed ex illius ſola in nos pietate & miſericordia totum quod
datur, communicari. Hinc (vt proxime multis oſtendimus) male credunt, qui ſuperbius dicūt
Fides noſtra nos iuſtificat, Sed recte credunt, humiliter dicentes. Deus miſericors, per fidem
noſtram, ſua nos gratia & miſericordia iuſtificat: quanq̄ apud eruditiores huiuſmodi ſermo
fortaſſis poſſet ſuſtineri, vt ſit. Fides noſtra iuſtificat .ſ. inſtrumentaliter, non autem effecti-
ue. Sed quid iſthuc? Tutius igitur dixeris, ſecundū ea, quæ nuper retulimus, ſolū eſſe deum, q
per fidem ſua nos gratia & miſericordia iuſtificat. Quærendū igitur primum eſt regnum dei
& iuſtitia eius, &c. ¶ Regnū quidē dei, regnū Chriſti, adeoꝙ ipſe Chriſtus, iuſtitia eius, Iu- G
ſtitia nouæ legis (quæ duplex eſt) operum vna, quam imitando Chriſtū, & mandata eius im-
plendo, adſequimur, qua opus eſt perinde atꝙ via ad quærēdum regnum dei. Sane ille dei iu-
ſtitiam quærit, qui in omnibus agendis vel dimittendis ſolicite requirit, vtrū ſic agere vel di-
mittere ſit conforme vel difforme Chriſti doctrinæ, & ſecundū hoc agit vel ab actione deſi-
Matth 5 ſtit. De qua iuſtitia Chrūs ait. Amen dico vobis, niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus q̄ ſcriba-
rū & phariſæoꝝ, non intrabitis in regnū cœloꝝ. Et alibi: Si vis ingredi vitam, ſerua manda-
Matt. 19 ta. Et aliàs: Hoc fac & viues. Altera eſt fidei, qua à deo iuſtificamur, de qua nuper ad longum
Lucæ. 10 diſputauimus, & eſt iuſtitia hæc gratiæ, quæ fidem conſummatā ſequitur, vt bona opera vir-
tus. Hæc, inquam, chariſſimi illa habitus. Hæc vt lux de ſurſum adueniens, omnia purificans
omnia pandens & ornans: Illa vt pulcher thalamus luci ſuſcipiendæ paratus, vt pulchrior fi-
at, vt decor eius appareat, & omnis eius perficiatur ornatus. Hæc igitur conſumens & perfi-
ciens, illa præparans & incipiens. Porrò regni dei & iuſtitiæ eius ſolicitudo nō torquet, ſed ſo
latur, Non excæcat, ſed illuminat, Non corrūpit, ſed viuificat, credit, ſperat, amat. Qua qui te
1. Petri. 5 netur, nihil prorſus de terrenis rebus ſolicitus eſt, ſed iuxta Petri præceptum, humilians ſe ſub
potenti dei manu, omnē ſolicitudinē ſuam proijcit in eū, qm̄ ipſi cura de eo eſt, qui dat abun-
de, hanc ſolam habentibus curā, quæcunꝙ ſunt neceſſaria, tum corpori, tum animæ.

¶ HOMILIA LXVIII. DE EO QVOD SCRIPTVM EST Lucæ. 7. Noli flere, &c.

Dñica decimaſexta poſt octa. penteceſtes.

Hiſce

A HISCE duobus Ieſu Chriſti verbis duo plane Chriſtus arguit. Pri-
mo, ſe verũ eſſe deum, naturæq; dominum atq; creatorem, qui, vt Matt. 8
aliàs, vẽtis, hic fletui, q homini naturalis eſt, ĩperat, vt deſinat. Noli, Marc. 4
inquiẽs ad viduam pauperculam, flere, Non quia vt flere deſinas in Lucæ. 8
tua ſit poteſtate, verum, quia deſinas impero. Et hoc quidem non
ſine cauſa, quoniam cito conſolaberis, ſic deſine flere eũ quaſi mor- Iohan. xi.
tuum, quem mox viuum reſurgere videbis. Qui eñ in me credit,
etiam ſi mortuus fuerit, viuet, quoniã reſurrectio ſum & vita. Ideo
noli flere, perinde omni ſpe reſuſcitationis deſtituta, ſed bene ha-
beas, & noli flere de filij tui morte, paulopoſt reſuſcitandi. Non, in-
quam, noli flere, quaſi idipſum impium ſit, & naturæ contrarium, deflere mortuum. Sane non
aliud (vt ait Plinius) tam naturæ ſpontaneum, quàm flere, quum vni animantium luctus ſit da- Pli. lib. 17
tus: quandoquidem natus iaceat manibus, pedibusq; deuinctus, flens, qui nudus in nuda hu- in prologo
mo natali die abijcitur ad vagitus ſtatim & ploratum. Sic & multo magis deflere mortem al-
terius, maximeq; amici, natura humani eſt affectus, qui liber eſt, nec ab vllo cogi poteſt. Illeq;
ipſe affectus, tam non eſt reprehendendus, vt in ipſo vera ad defunctos arguatur pietas, me-
rus amor, & ante actæ vitæ teſtimoniũ, in quo non ſpectatur quid velit is, qui defletur, & cui
honos exhibetur, ſed quid meritus ſit, non quid alij dandum putent, ſed quid quiſq; datum ve
lit. Nihil eñ efficatius eſt aut aptius ad colendam defunctorum memoriam, quàm is in fletu
humani animi affectus: Nimirum, à ſanctiſſimis hominibus minime alienus.

B ¶Hinc ſciptura quoq; ait. Fili in mortuũ produc lachrymas, & quaſi dira paſſus incipe plo- Eccle. 38
rare, & fac luctũ ſecundum meritum eius. Sic Moyſen vita defunctum vniuerſa multitudo Deut. vl.
tricenos luxit dies, diutius luctura (vt credere eſt) niſi mos gentis obſtitiſſet, & quem ſepeli-
uit in valle terræ Moab contra Phegor, & non cognouit homo ſepulchrũ eius vſq; in præ- Gene. vl.
ſentem diem. Sic Ioſeph cernens patrẽ ſuum Iacob, ruit ſuper faciẽ patris, flens & deoſculans
eũ, præcepitq; ſeruis ſuis medicis, vt aromatibus condirent patrẽ. Quibus iuſſa explentibus,
tranſierunt quadraginta dies: quandoquidẽ is mos erat cadauerum conditorum, fleuitq; eum
Aegyptus ſeptuaginta diebus, finitoq; planctu, ſepeliuit corpus in ſpelunca duplici, quã eme
rat Abrahã cũ agro in poſſeſſionẽ ſepulchri, celebrauitq; exequias planctu vehemẽti dies ſe-
ptẽ. Sic & oĩs multitudo videns occubuiſſe Aaronẽ, fleuit ſuper eo triginta diebus per cũctas Nume. 20
familias ſuas. Sic Dauid cũ omni populo, ſciſſis veſtimẽtis, ſaccis indutus ante exequias Ab- 2 Regũ. 3
ner planxit. Sic idẽ Dauid, cũ oĩbus ſuis ſeruis filiũ ſuũ Amon multis diebus luxit. Sic & Sa- 2. Reg. 13
muelẽ omnis Iſrael planxit. Sic etiãnum Iudæi quondã Saulis cadauer publico luctu in parte
Galaaditanæ terræ, ieiunio ſeptẽ dierũ omnis ſexus & ætatis indicto, planxit. Sic in nouo q̃q; 1. Reg. vl.
teſtamẽto Martha & Maria fratrẽ ſuũ defunctũ fleuerunt. Idẽ quoq; fecerunt Maria Magda Iohan. xi.
lene & altera Maria, defuncto Ieſu Chriſto, ſedentes cõtra ſepulchrũ, quum illius corpus Io- Matt. 27
ſeph ab Arimathia in ſyndone munda inuoluiſſet, illudq; poſuiſſet in monumento ſuo nouo Marc. 15
C quod exciderat in petra. Sic hodie vidua filiũ defunctũ deflet. ¶Vnde primũ erroris cõuin- Lucæ. 23
cunt & mendacij, q aiunt mortuos nullo pacto eſſe plangẽdos, nec aliquo proinde mœrore Iohan. 19
adfici: Nimirũ freti (vt adlegant) authoritate Hieremiæ dicẽtis: Nolite flere mortuũ, neq; lu- Hiere. 22
geatis ſuper eũ fletu. Itẽq; p̃cipua authoritate Pauli, ſcribẽtis. Nolumus aũt vos ignorare fra- 1. Theſſ. 4
tres de dormientibus, vt nõ cõtriſtemini, ſicut & cæteri q ſpem nõ habent. Sane ſciendũ, Hie-
remiã nequaq̃ prohibere, ne vllũ mortuũ defleamus in vniuerſum, ſed noluit immoderatius
fleri mortuũ Ioacham Ioſiæ filiũ in Aegypto defunctũ: Nẽpe, quod eius mors non tã eſſet Iu-
dæis lamẽtabilis q̃ aliorũ triũ ſequentiũ regũ: Loquitur eñ de multis regibus, quorũ mors fuit
ſatis ſuperq; calamitoſa, inter quos Sedechias, q exoculatus in Babylonẽ ductus fuit, ibiq; de-
functus. Cuius etiã tẽpore captiuitatis, templũ fuit cõbuſtũ cũ ciuitate, populusq; partim oc
ciſus, partim captiuatus, ideoq; eundẽ regẽ Sedechiã propter immenſam calamitatẽ præci-
pit deflendum. Plangite, inquiens, eum, qui egreditur, quia nõ reuertetur vltra, nec videbit
terrã natiuitatis ſuæ. Sic conſtat prophetã minime prohibere, ne mortẽ alterius defleamus,
ſed monere, eũ parcius deflendũ, cuius mors fuerit facilior & honeſtior, & magis ſecundũ na
turã, ſicuti amarius eſſe de eius morte dolendũ, qui maioris doloris cauſam habuit, vti hodie
in filio defuncto viduæ, q mater vidua erat filio vnico orbata. Ad Paulũ recte reſpondebis, 1. Theſ. 4
ipſum prohibere Theſſalonicenſibus, ne ipſi mortuos perinde atq; nunq̃ ſurrecturos deflerẽt
queadmodũ gentes, q̃, cũ ſint infideles, reſurrectionẽ nõ credũt, ideoq; ſupra modũ, & quidẽ
deſperatè mortuos ſuos deflent. Sic aũt Chriſtiani nõ dolent de mortuis, ſed pietatis tantum-
modo adfectu permoti plangẽt. Id q̃d & ſcripturis & naturæ cõſonũ eſt, vti paulo ſupra oſtẽ
dimus. Quod & Paulus ad Corinthios apertò ſcribit. Debemus vtiq; iuxta ap̃lm de mortuis 1. Cor. 15
D eſſe flentes, tanq̃ non flentes, id eſt, eos mòderate deflere. ¶Et hoc primo, quod qui mo- 1. Cor. 7
ritur, diuinam ſequitur voluntatem, cui non eſt reluctandum, qua fortaſſis ille mortuus eſt,

Iob.1. ne malus in hoc mundo redderet. Sic iuſte quis dicet pro cõſolatione cũ Iob. Dñs dedit, dñs
Pſal. 94 abſtulit, ſicut dño placuit, ita factũ eſt, ſit nomẽ dñi bñdictũ. ¶Secũdo, quod iuſtũ eſt, vt de- E
us repetat, quod ſuum eſt. Ipſius aũt ſumus omnes, quoniam ipſe fecit nos, & non ipſi nos.
Geneſ. 2 ¶Tertio, quod ad mortem omnes tenemur, & ſic neceſſum eſt mortis debitum ſoluere. F
Hebræ. 9 Hinc ſcriptura. Quacunq; die comederitis ex eo, morte moriemini. Hinc Paulus. Statutũ eſt
omnibus hominibus ſemel mori. ¶Quarto, quod dñs nouit, an magis expedierit viuere q̃ G
Philip. 1. mori, ideoq; illius voluntati eſt cõmittendum. Sic ille Paulum (licet is mori vellet) diutius vi-
Tobiæ. 3 uere voluit, in profectum Philippenſium. Sic Tobias moriturus dixit. Et nunc dñe ſecũdum
voluntatem tuam fac mecum, & præcipe in pace recipi ſpiritum meum, Expedit enim mihi
Iob. 14 mori magis q̃ viuere. ¶Quinto, quod qui mortuus eſt, ab huius mundi aduerſitatibus, labo H
ribusq; liberatus eſt, in ſpe futuræ requiei. Homo eñ (inquit Iob) natus de muliere, breui vi-
Eccleſ. 2 uens tempore, repletur multis miſerijs, & nunq̃ in eodem ſtatu permanet. Sic & Eccleſiaſtes
ait: Cuncti dies eius ærumnis & doloribus pleni ſunt, nec per noctem mente requieſcit.

¶Sexto, quod fruſtra immoderate dolemus mortẽ, quum reuocari nequeat. Sic Dauid, au I
2. Reg. 12 dita morte filij ſui, ſurrexit ab afflictione & luctu, dicens: Cum adhuc viueret puer, ieiunaui,
& fleui, Dicebam enim. Quis ſcit, ſi forte donet mihi eum deus, & viuat: Nunc autem, qa mor
tuus eſt, quare ieiuno? Nunquid potero eum reuocare amplius? Ego vadam magis ad eum.

¶Septimo, quod immoderata pro defuncto triſtitia ex nimio planctu manans, vitæ noce- K
Eccleſ. 30 at. Multos enim (teſte ſcriptura) occidit triſtitia, & non eſt vtilitas in ea. Et ſicut tinea veſti-
Prouer. 15 mento, vermis ligno, ita triſtitia nocet cordi. Hinc rurſus. Conſolare propter triſtitiam, nec
Eccle. 38 dederis in triſtitia cor tuum, ſed repelle eam à te.

¶Octauo, ne videamur mortuo inuidere nimio fletu æternã beatitudinẽ, quã non niſi per L
Philip. 1. mortẽ ingredi poterit. Hinc Paulus ait: Et quid eligã, ignoro, coartor autẽ è duobus, deſide-
riũ habens diſſolui & eſſe cum Chriſto multo magis melius. ¶Nono, quoniã per mortem M
Iohan. 12 certa mortuo ſit in nouiſſimo die, vnà cum corpore reſurrectio. Sic Chriſtus inquit. Niſi gra
num frumenti cadens in terram mortuũ fuerit, ipſum ſolum manet. Et apoſtolus. Quod ſe-
1. Cor. 15 minas non viuificatur, niſi prius moriatur. Hinc Martha. Scio (inquit ad Ieſum) quia reſurget
Iohan. 11. in reſurrectione in nouiſſimo die. Sic etenim hæc ipſa reſurctio de planctu pro mortuo hoïe
1. Theſ. 4 maxima eſſe debuerit conſolatio, etiamnum apoſtolus ſolatur Theſſalonicenſes. Nolumus,
inquiens, vos ignorare fratres de dormientibus, vt non cõtriſtemini, ſicut & cæteri, qui ſpem
non habent. Si eñ credimus, q Ieſus mortuus eſt & reſurrexit, ita & deus eos, qui dormierũt
per Ieſum adducent cum eo. Itaq; conſolamini inuicem in verbis iſtis.

¶Ex ijs proinde inter alia colligimus, ſancte ac iuſte à nobis mortuos poſſe defleri, mode- N
rate tamen, propter cauſas memoratas. Plangendos, inquam eſſe, non modo vnum diem, ſed
& ſeptem, ſed & triginta, imò in die anniuerſario, vt pauloante ex ſcripturis patuit. Vnde ec-
cleſia catholica inducta rite inſtituit, de mortuis primum diem mortis, itemq; ſeptimũ & tri-
geſimum, imò & anniuerſarium ſuo more celebrari, contra eos, qui contentioſe idipſum re-
cte fieri inficiantur. ¶Qui & deinceps perperam negant, honorifice ſepeliri mortuos, cu- O
rari de ſepultura, nec referri quo quis loco ſepeliatur: quum plane refragetur ipſis hodiernũ
Euangelium, & ſcripturæ ſuperius adcitæ, quibus vel pompoſior ſepulturæ ratio admittitur:
Eccleſ. 38 Addiderim & maxime commendari officium ſepulturæ. Dicit quidem ſcriptura. Incipe plo
rare, & ſecundum iudicium contege corpus illius, & non deſpicias ſepulturam illius. Sic & ea-
Tobiæ. 1. dem ſcriptura commendat Tobiam, quod is vel contra edictum tyranni mortuos ſepelierit
qui & adeo de ſepultura curioſus, vt moriturus ad filium dixerit. Cum autem acceperit deus
Tobiæ. 4 animam meam, corpus meũ ſepeli. Cum autem & ipſa mater tua compleuerit tempus vitæ
ſuæ, ſepelias eam circa me. Tranſeo ſexcenta alia ſcripturæ loca, quibus maxima ſepulturæ ra
tio habetur. ¶Secundo ex hodierno Euangelio oſtenditur, magna Chriſti Ieſu in eam, quę P
mortuum filiũ, vnà cum tota hominum multitudine, defleuit, miſericordia & compaſſio.

¶Vnde primo colligitur, piè & iuſtè eos facere qui condolẽtes ordinatim cum de mortuo Q
ſepeliendo (vt moris eſt) eunt. Id quod etiam ex ſcripturis ſuperius arguit, contra ſchiſmati-
cos, q idipſum male negãt. ¶Secũdo, adeo etiam in funere deducẽdo non vituperari à ſcri- R
pturis, & cerimonias & pompas licitas, vt etiã inibi rectiſſimè agi poſſunt, quæ veræ ſunt pie
tatis, charitatis, lamẽtationisq; ſigna, vtpote veſtes lugubres, pulſus campanaꝝ, næniæ, cãde
læ ardẽtes, aqua bñdicta, qua funus aſpergitur, & thus, quo ipſum thurificat, hocq; genus alia,
quæ cuiuſdam ſunt pietatis atq; rei ſacræ argumẽta. Clãgor tintinabuloꝝ primũ inducit me-
moriam & certitudinẽ ipſius, q defunctus eſt, ab audiẽtibus cupiẽs ſubleuari pia pro ſe orati-
one apud deũ, ita vt dicãt. Deus ſis ei propitius. Deinde ſignificat ipſum in ea fide mortuum,
qua credit corpus ſuũ vere reſuſcitatũ iri, & animæ iteꝝ coniungi per clangorẽ tubæ, qua ar-
1. Theſ. 4 changelus mortuos ad iudicium tremẽda voce euocabit, qua audita, qui mortui ſunt in Chri
2. Reg. 14 ſto, reſurgẽt, teſte apoſtolo. Sic alias inſtruitur mulier, perinde mortuum luctura, quæ induit
veſte

veſte lugubri. Fuit em̃ & eſt hodie vulgaris apud omnes mos, vt tempore luctus nigris veſtibus induimur, ad oſtendendũ animi noſtri mœrorem, cui hic aptus traditur color. Sic & tempore deducendi alicuius funeris, in quo & nænijs antiqui vſi ſunt ad vehementem animi dolorem arguendum. Sic apud Ezechielem ſcribitur ſuper Tyro interitura. Et plorabunt te in amaritudine animæ ploratu amariſſimo, Et adſument ſuper te carmen lugubre, & plangent Ezec. 27
te. Et rurſus: Fili hominis, cane carmen lugubre ſuper multitudinẽ Aegypti. Sic & hodierno 32
tempore in deducendis funeribus canticis vtimur lugubribus, quibus & mortuum hominem dolemus, & pro eius, noſtraq́ꝫ ſalute deum oramus, eidemq́ꝫ gratias agimus. Cuius tum funeri antefertur ſignũ triumphalis Chriſti crucis, quo ſignificatur, eum, qui defunctus eſt, hoc ſanctiſſimum vexillum adeo non fugiſſe, vt etiam ab eo vſq; ad cineres vltimos miles non defecerit: nempe, quo ſit à morte liberatus, cuius etiam ductu in altero ſeculo inimicos crucis vſq; ad paradiſum fugare ſperarit, & cum eo omnes, qui funus, ſequuntur, hoc ipſum firmiter, ſperant, in cruce Ieſu Chriſti, per quem nobis mundus eſt crucifixus, cũ apoſtolo gloriantes. In- Galat. 6
ſuper & candelæ ardentes aſportantur, ea nimirũ fide & ſignificatione, qua defunctus & cum eo omnes, qui ſumus, ſequuntur, credidit ſe ex ijs mundi tenebris per mortem, quam deuicit, iterum in illam ſummam æternamq́ꝫ cœleſtis patriæ claritatem iturũ vbi ea eſt ciuitas, quæ non eget, neq; ſole, neq; luna, vt luceant in ea, quoniam nox illic non eſt, ſed claritas dei illu- Eſaie. 60
minat eam, & lucerna eius eſt. Cuius claritatis eximiæ argumentum dedit dominus in mõte Apoca. 21
Thabor, quando coram tribus diſcipulis transfiguratus eſt, adeoq́ꝫ reſplenduit ſingulari luce, Matt. 17
vt facies eius ſicut ſol reſplenduerit, & veſtimenta eius facta ſint alba vti nix. Deinde & ipſum Marci. 9
funus aqua benedicta ſpargitur, in ſignum quod defunctus in fide baptiſmi mortuus ſit, & in Lucæ. 9
ea ſolum ſaluus fieri crediderit, quamuis & eandem aquam aliud quoq; inibi operari non du- Mar. 16
bitauerim: Nimirũ, noxia ab eo loco virtute Chriſti, eiuſq́ꝫ verbi benedicti repellere. Thure demũ thurificatur, in ſignum, quod defunctus crediderit ſe per mortem hanc temporalem ire ad veram immortalitatem, qua futurus ſit perinde dei Max. participatione diuinus. Thu- Leuiti. 2
re em̃ ſingulariter deus olim eſt honoratus, illiq́ꝫ thus oblatũ, ad eius immortalitatem diuinitatemq́ꝫ oſtendẽdam, quod tres magi myſtice clarius innuerunt, thus, myrrham, aurũ Chri- Matt. 2
ſto offerentes. Ipſum deniq; funus plerunq; ſemper in cæmiterio, loco, templo confini, ſepelitur, & non alibi, quod defunctus deo per fidem dicatus crediderit ſe cum tota eccleſia in ex- Iohan. 5
tremo die vnà cum corpore reſurrecturum, quod corpus interim hic requieſcit, vti anima in cœlo. Vides ergo q̃ non ſint impiæ cerimoniæ, quæ de mortuis exhibentur, quæ non modo ſcripturis non prohibentur, ſed per illas approbantur, adeo, vt etiam magnificentiora quædam monumenta apud ſepulturas erigi non prohibeantur, exemplo Simonis Machabæi, q̃ 1. Mac. 13
ſuper ſepulchrum patris ſui & fratrum ſuorum ædificium viſu altum conſtruxit, & circumpoſuit columnas magnas, & ſuper columnas arma in memoriam ſempiternam, quod pater & fratres ſui pro legibus ſanctis, patrumq́ꝫ teſtamento armis vſq; ad mortem bella geſſiſſent, Idq́ꝫ ipſum propterea poſteros recte facturos, quibus hæc eſſent monumenta perinde in exemplum erecta. Addiderim & haſce cerimonias plurimum admonere hominem pietatis, Hebræ. 8
itemq́ꝫ rerũ cœleſtium & æternalium, & ideo tam (ſimplicioribus præſertim) neceſſarias, vt Roma. 3
apoſtolus dixerit, per ea, quæ exteriora ſunt & mundi viſibilia, conſpici & intelligi poſſe inuiſibilia & æterna, adeoq́ꝫ dei virtutem & diuinitatem.

S ¶ Valeant igitur ſchiſmatici, qui, vt cætera veræ religionis omnia, plane nihil velint admittendum cerimoniarum penes mortuos: quũ tamen, qui huiuſmodi myſteria vel ſigna eccleſiæ fideliter & pie frequentant, quanq̃ cauſas eorũ ſcire non potuerint, non tamen ſine fructu ſunt: Nimirũ inſtituta, vt miro modo ſecreta dei, quæ à paucis poſſunt intelligi, pene ab omnibus poſſint agi. Sic quia in operando ſoli vident oculi, cætera membra, quæ non vident, & tamen operantur, non ſunt ſine fructu, ſingula ſuam habent dignitatem. Præeminent autem
T oculi, qui cætera ducunt & dirigunt. ¶ Hæc pro tuenda veritate priſtinaq́ꝫ religione conſeruanda contra ſchiſmaticos dicta ſunto, qui non modo circa funera pias cerimonias, ſed & ſepulturæ demortuorũq́ꝫ licitam alioqui rationem deplangendorũ dãnant, aduerſum quos tot memoratæ ſcripturæ militant, militat & hodiernũ Euangelium, in quo traditur, viduam defleſſe defunctũ, & cum ea totam multitudinem deduxiſſe ad ſepeliendum, & Chriſtũ ſimul miſericordia permotũ. Sicut & alias ſcribitur, ob filiã defunctam archiſynagogi fuiſſe tumul- Matt. 9
tũ, omnes fleuiſſe, ploraſſe & eiulaſſe, & tibicines adfuiſſe, qui ad ploratũ reliquos prouocarẽt, Marc. 5
ac Chriſtum tũc dixiſſe, Quid turbamini & ploratis? Quam deinde à morte ſuſcitauit.

V ¶ Nec interim profuerit adlegare, quod Chriſtus alibi ait ad diſcipulũ, dicentem: Domine, Matt. 8
permitte me primũ ire & ſepelire patrem meum, dixerit, Sequere me, & dimitte mortuos, ſe- Lucæ. 9
pelire mortuos ſuos. Similiter & alibi illũ dixiſſe, Væ vobis, q̃ ædificatis monumẽta ꝓpheta-
rum. Quorũ altero videtur dominus prohibuiſſe deductionẽ funeris ad ſepulchrũ, altero au- Lucæ. 11
tem ſepulturæ ſtructuram, Atqui vtrobiq; erratur, quoniam primo ſaluator, innuit, humana

diuinis poſthabenda, priusq̧ obeunda, quæ maxima, ſicut apoſtoli ne occuparentur ſtudio
Actor. 6 verbi diuini diſpenſandi, miniſtros pauperibus ordinarũt, ſic etenim decet, præferre ſpũalia
cunctis neceſſarijs. Diabolus eñ inſiſtit attentus, volens aliquẽ aditũ inuenire, & ſi modicam
ſumat negligentiã, magnã operatur puſillanimitatem. Et ſane præferenda eſt pietas, qua deo
tenemur, amori parentum, qbus reuerentiã exhibemus, quod per eos geniti ſumus, & mini-
Matt. 10 ſtri facti ſunt introitus noſtri ad eſſe, Ipſe vero deus, cũ nõ eſſemus, ad eſſe nos produxit. Hinc
Chriſtus alibi ait. Qui amat patrẽ aut matrẽ plus q̃ me, non eſt me dignus. Et qui amat filium
aut filiam ſuper me, nõ eſt me dignus. Sic etiamnũ intellige illũ diſcipulũ ad Euangelicũ my-
ſteriũ vocatũ, quæ fuiſſe inducias, quæ ſufficere poſſent ad decrepiti patris ſuſtentationẽ, per-
inde acturũ & obſeruaturũ debitam ex lege parenti pietatẽ, non aũt vt poſſet ſepelire ſimpli-
citer defunctũ patrẽ rogaſſe, quod Chrũs non impediuiſſet, ſed rogaſſe ſepelire, id eſt, ſuſten-
tare in ſenectute vſq̧ ad mortẽ. Addiderim & forte illũ patrem de numero fuiſſe infidelium,
ideóq̧ mortuorũ, cũ quibus nulla nobis eſſe debeat futura communio. Hinc dñs inquit. Sine
mortuos, &c. Erant eñ & alij curatores linea parentela adſtricti, ſed mortui, quoniã Chriſto
nondũ crediderant. Ita habes primũ rite diſſolutũ. Altero aũt Chrũs nihil aliud agit, q̃ quod
perfidorum Iudæorũ perfidiam reprehendit, qui ædificando ſepulchra prophetarũ, patrum
ſuorũ facta damnabant, æmulando aũt paterna ſcelera in ſeipſos ſententiã retorquebant. Si-
mulabant eñ ſe (ob fauorẽ vulgi captandũ) patrũ ſuorũ perfidiam horrere, memorias pro-
phetarũ, qui ab eis occiſi ſunt, magnifice ornãdo, ſed ipſo ore teſtificabantur, quatenus pater-
næ nequitiæ conſentiebant, iniurijs agendo, dominũ à prophetis denuntiatũ. Non proinde
inibi ſepulchrorũ ædificatio, ſed æmulatio loco criminis æſtimatur. Id quod ibi p̄cedentia &
ſequentia verba arguũt. Manebit igitur ritus in defunctis honorandis ab eccleſia catholica ex
ſcripturis vere inſtitutus & hactenus pie obſeruatus, cui & hodiernũ Euangeliũ fortiter ſuffra
gat, in quo defunctus defletur, à multitudine ad ſepulturam deductus, in quo & Chriſtus miſe
ricordia motus, inquit: Noli flere, &c.

¶HOMILIA LXIX. DE EO QVOD SCRIPTVM EST, Lucæ. 14. Si licet ſabbato curare?

Dñica decimaſeptima poſt oct. penthecoſtes.

MIRE quidẽ reſpondet Chriſtus, idẽq̧ vno eodemq̧ verborũ con- A
textu ſapienter quærit. Si, inquiens, licet ſabbato curare? Mire, in-
quã, reſpondet, non ad verba, ſed cogitatus Sed ſane non mirũ vide-
Psalm. 7 ri debet de eo, qui reſpondet, quũ ſit ille, quo de propheta: Scrutans
Hiere. 17 corda & renes deus. Idem de ſeipſo aliàs: Ego dominus ſcrutãs cor,
Sapiẽ. 6 & probans renes. Sic & Sapientia ait ad mundi huius rectores. Quo-
niã data eſt vobis à dño poteſtas, & virtus ab altiſſimo, qui interroga
bit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabitur. Et ſane ille hodie reſpõ
Hebre. 4 det, qui (apoſtolo teſte) diſcretor eſt cogitationũ & intentionũ cor-
dis, & non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius. Omnia autẽ
Lucæ. 5 nuda & aperta ſunt oculis eius. Sic alibi teſtatur Euangeliſta, inquiens: Sciebat eñ Ieſus cogi-
Matt. 9 tationes eorũ. Id quod hodie & alio in loco probauit. Quid cogitatis mala in cordibus ve-
Lucæ. vi ſtris? Sciebat eñ quod mala cogitarent. ¶Hinc male loquuntur peccatores apud prophe- B
Psal. 93 tam. Non videbit dominus, nec intelliget deus Iacob. Ad quos econtrario ait propheta. In-
telligite nunc inſipientes in populo, & ſtulti aliquando ſapite. Qui plantauit aurẽ, nõ audiet?
Aut qui finxit oculũ, non conſiderat? Dñs ſcit cogitatiões hominũ, quoniã vanæ ſunt. Poteſt
opus ſuũ ignorare artifex, quũ homo in opere ſuo latẽtia deprehẽdit, & deus opus ſuũ neſcit?
Eccleſ. 23 Male ergo pctõr q̧ aliàs dicit: Quis videt me, & tenebræ cooperiũt me & parietes? Quãuis
in lecto poſitus hæc cogitet, vbi nõ putauerit, cõprehenditur. Et erit illi dedecus, quod non
intellexerit timorẽ dei. Quid mõ tã ſtolidũ, q̃ putare deũ quicq̃ latere, cũ ſol, q miniſter lumi-
nis eſt, etiã abſcondita penetret, & in fundamẽta domus vel ſecreta cõclauia vis caloris eius ir
rũpit? Ita nobis nõ debet videri mirũ, q Chrũs dñs noſter nõ ad interrogata, ſed cogitat⁹ reſ-
põderit, q hõ, idẽq̧ deus reſciuerit, qd cogitabãt & qd eſſent interrogaturi. ¶Proinde reſ- C
pondẽs vnà ſapiẽter q̃ſiuit, Si liceat ſabbato curare? Ideo quidẽ, vt veritati apertius locũ face-
Matt. 12 ret, de eo, qd aliàs dixit. Ex verbis tuis iuſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. Recte
eñ, q doloſe videbantur interrogare, ad cõfuſionẽ eorũ rogant, qui malicioſe obſeruãtes reſ-
Psalm. vii põdere prorſus nõ potuerũt, quũ certo cõfuſi eſſent, quocũq̧ modo reſpõdiſſent. Incidũt igit
iuſte in foueã quã ſibi fecerũt. Quandoquidẽ Iudæi Chriſtũ obſeruarint dolo, vt inuenirent
in eius vel opere vel ſermone, qd accuſarẽt. Obſeruabant, inquã, an ipſe in ſabbato eſſet cura
turus, vt. ſ. ſi nõ curaret, crudelitatis vel imbecillitatis, ſi curaret trãſgreſſiõis vitio eũ arguerẽt

Cæterum

Digitized by Google

Cæterū: Chrſus doctor verus, idemq́ ſolus ac vnicus magiſter, in quo omnes fuere ſciarū & ſa- Coloſſ.2
piẽtiæ theſauri, ſapiẽtiſſimè occurrit interrogãs, ipſos præueniẽdo, q ſibi malè conſcij obſtu-
puerunt, qm viderũt qcqd diceret, hoc ipm cõtra ſe dicẽdum. Si em̃ licet ſabbato curare, qua-
re ſaluatorẽ an curet, obſeruãt? Si nõ licet, q̃re ipſi ſabbato pecora curãt? Sic cũ aliàs Phariſæi
conſiliũ inierãt, vt caperẽt Chrm in ſermone, miſerũt ad eũ diſcipulos ſuos cũ Herodianis, di- Mat.22
cẽtes blandè: Magiſter, ſcimus qa verax es, & viam dei in veritate doces, & nõ eſt tibi cura de Mar.12,
aliq. Nõ em̃ reſpicis pſonã hoĩs. Dic ergo nob, qd tibi videt? Licet cẽſum dari Cæſari, an nõ? Luce.20,
Apparebat, ſi ad ea quæ rogabat, ritè rñdiſſet, euenire oportere, vt aut impietatis reus fieret,
aut maieſtatis. Vt ſi diceret: nõ eſſe licitũ, Cæſari dare cenſum, ſtatim caperet tanq̃ contrarius
Imperatori. Si aũt diceret, eſſe licitũ, videret eẽ cõtrarius libertati ppli, & diuino honori, & ſic
incurreret maleuolentiã. Chrſus aũt doctor ille ſummus, cognita eorũ nequitia. Dicite (inquit)
mihi, cuius inſcriptio eſt hæc? Cæſaris aiunt: Reddite (inqt) quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ
Dei Deo. Quaſi diceret: O vos hypocritæ, qa aliud prætẽditis, & aliud intẽditis, qm nõ quæri
tis veritatem addiſcere ſed me in verbis capere &c. Quo nimirũ & hodierno dicto monemur,
qũo ſit iuſtè illis occurrẽdũ, q nos iſidioſe vl audiunt, vl quærunt, arguit, etiãnũ male cædere
iſtis, qui doloſe quærũt vel ad accuſandũ loquentem obſeruant, in eoq́ grauiter peccare.

D ¶Cæterũ qa hoc tpe plerıq́ de ferijs adeoq́ de ſabbato variãt. Fortaſſis nõ incongruũ neq́
inutitile fuerit paucis explicare, cur ſabbatũ, quod nos diem dñicum appellamus, ſit inſtitutũ,
E & qd in eo ſit agendũ aut dimittẽdum, & qũo deniq́ in ipo diſpenſandũ. ¶Igit ſciẽdũ di-
ci ſabbatũ hebraica lingua, diem quietis. Sabath qdem græce, latine eſt quies. Et eſt ſepti-
mus dies, quo requieuit deus ab opibus ſuis: qui propterea à Iudæis iubebat ſanctificari ada-
muſſim, ſicuti & nobiſcum in pręcepto eſt, & ſi alia q̃ apud Iudęos rõne. Hinc in Exodo dicit:
Memẽto vt diem ſabbati ſanctifices. Sex diebus operaberis, & facies oĩa opa tua. Septimo au Exo.20
tem die ſabbatũ dñi Dei tui eſt. Non facies omne opus in eo tu & filius tuus & ancilla tua, iumẽ
tũ tuũ & aduena, q ẽ intra portas tuas. Sex em̃ diebus fecit deus cœlũ, & terrã, & mare & oĩa q̃
in eis ſunt, requieuit die ſeptimo. Idcirco benedixit dñs diei ſabbati, & ſanctificauit eum. Gene.2

F ¶Quibus ex verbis colligit: Sabbatũ eſſe inſtitutũ & ſanctificandũ. Primo, vt memores ſi-
mus eorũ, quæ Deus eo die fecit. Scdo vt à laboribus, qbus per hebdomadã fuimus occupati, Leui.23
ſubleuemur, quieti dediti. Tertio, vt maximè eo die à pctõ abſtineamus, Deo deuoti: quan- Io.8
doqdem ſcriptura prohibeat, eo die opus exerceri ſeruile, cuiuſmodi eſt pctũ (teſte dño q ait)
Omnis q facit pctm, peccati eſt ſeruus. Quarto, vt ſpecialr in eo diuinis rebus, maximeq́ diui-
no verbo vacet. Hinc Chrſus annũ natus duodecimũ cũ parẽtibus Hieroſolymã aſcẽdit, ſcdm Lucæ.2
conſuetudinẽ diei feſti, certe ad nihil aliud q̃ ad adorandũ Deum & rebus diuinis vacandum. Luce.8
Qui etiã frequẽtius in ſabbato curauit & docuit, cũ vt inſinuaret ſpũale ſabbatũ, tum qa in eo
celebrior erat ppli conuẽtus. Qd certe optime ipm decuit, q erat illa lucerna euãgelica, q̃ non Mat.5.
vni domui ſed toti mũdo lucẽ exhibuit, q̃ ſub modio minime ſed ſup cãdelabrũ erat ponẽda:
qppe q erat lumẽ, oẽm illuminãs hoiem, in mundũ veniẽtẽ, gra.ſ. vt deus, virtute vt hõ & do- Iohan.1
ctrina. Optime ergo in oculis oĩm lucẽ operũ ſuorũ ppalare debebat, hñ in ſynagogis & in tẽ-
plo, q̃ oẽs Iudæi cõueniebãt, opari & docere illũ decebat. At illi nõ qualicũq́ die ſed ſabbatis.
Neomenijs, alijſq́ feſtiuitatibus, celebres conuẽtus agebãt. Oportebat ergo vt ſabbatis doce- Iob.1,
ret, qñ domus plena erat, qñ ingrediebant oẽs feriati, ad q̃s lucerna hęc miſſa fuerat. Sic Iob ſu Tobiæ.2
os filios dr ſctificaſſe.i. emẽdaſſe, boniſq́ doctrinis & opibus iſtruxiſſe in ſabbato. Sic Tobias
die feſto ad prãdiũ pauperes iuitabat, mortuoſq́ ſepeliuit. Quito, vt i ſabbato prorſus ab ope
G manuali & ſeruili ceſſet, vt opibus, q̃ ad diuinũ ſeruitiũ ptinẽt, eo melius intẽdi queat. ¶His
igit qnq; rõnibus ſabbata ſunt iſtituta, qbus & ipa ſctificari ſolẽt. Sic & nos Chriani in ſabba-
to nrõ. i. die dñica, cęteriſq́ diebus diuorũ feſtis ab eccleſia catholica, ſpũ ſctõ authore iſtitutus
iiſdẽ qnq; modis ipm ſabbatũ debemus ſctificare. Primo, in ipo deuoto corde eẽ memores eo
rũ, quę deus opatus ẽ in eo, & quid diui q̃q; Chri noĩe nobis exẽplo ſint opati, q̃s ſedulo imita-
ri oportet, Deumq́ in illis ſuis mirabilibus opibus magnificare, gr̃aſq́ agere, iuxta illud Daui
dis: Generatio & gñatio laudabũt opa tua, & potẽtiã tuã pnuntiabũt. Magnificẽtiã gliæ ſan- Pſal.144
ctitatis tuæ loquent, & mirabilia tua narrabũt. Debemus & ipſi in ſabbato à pctis maxĩe abſti
nere, & diuinis vacare ſtudioſius. Sic de Chrõ Euãgeliſta ait: Poſt hęc erat dies feſtus Iudęorũ, Iohã.5
& aſcẽdit Ieſus Hieroſolymã. Et rurſus: Vt ãt aſcẽderũt frẽs eius, tũc & ipe aſcẽdit ad diẽ feſtũ. Iohan.7,
Vereor ãt ne in ſabbato plerıq́ oẽs q̃ alijs diebus ad peccãdũ ſint pcliuiores, vtpote ludis illibe
ralibus, crapulis, choręis, libidinibus, negotiatõibus, vanis voluptatibus ac moribus, mal exẽ
plis, rixis, bell. homicidijs, comeſſatõib⁹, bibitõibus, & hoc genus alijs pctis dediti. Hic verẽdũ,
ne tũ diſſolutiſſimis morib⁹ deũ maxĩe irritam⁹, quũ deo ſeruẽti⁹ atq; diligẽtius obſequiũ exhi
bere deberem⁹, & cũ potiore ſunt iure phibita, q̃ nõ niſi cũ pctõ & graui offenſiõe dei cõmitti
queunt, quũ tñ (Cyrillo teſte) eò grauius ſit pctm, q̃ ſanctiore tpe cõmittit. Caueamus igit ma-
gnopere, ne noſtrorũ feſtorũ ſolennitatem abominabilem deoq́ ingratã, cum iniqua voluntate

Digitized by Google

Iohan.vij cum cruenta mente, cum ſanguinolentis manibus faciamus, veluti impij Iudæi factitarũt, qui
(vt eſt ſcriptura ab euangeliſta) in die feſto, quẽ ab omni ope ſeruili iubebant ſeruandũ Ieſum
Chr̃m, vt eũ interficerẽt, q̃rebant, & in paſcha ei inſidias tendebãt, diemq́ ſolennitatis in cæ
dẽ cõuertebant. Ita ſane, prohdolor, video nũc eò rediſſe Chr̃ianorũ mores, vt quàm olim cõ
ducebat ad pietatẽ feſta inſtituere, tam nũc penè cõducibile videat, eadẽ antiquare. Quàm in
rem, vtinã aliq̃n diligẽtius intẽdant principes Eccleſiaſtici, pontifices, theologi, cõcionatores
quorũ animos Chr̃us aliq̃n excitet ad ea, q̃ veræ ſunt pietatis, plebemq́ ipſam imperitam ſo-
briè placideq́, quæ Chriſto digna ſunt, doceant & inculcent. ¶ Non ſanè, q̃d velim dies fe H
ſtos ab Eccleſia inſtitutos abrogatũ iri, vt aliàs ſine eorũ, quorũ intererat, authoritate nonnulli
fecerũt, q̃a illis multi abutant: nempè q̃d alioqui res maximè neceſſarias, vtpote vinũ, ignem,
& aquam, abrogari oporteret, q̃niam ijs maximè pleriq́ abutunt, imò om̃es dies eſſent vl̃ ideò
abrogandi, q̃d in ijs adeò omnia mala ꝑpetrant, vt ſimpliciter mali cœperunt dici. Hinc Apo-
Ephe.5. ſtolus ait: Videte itaq; fratres, quõ cautè ambuletis, non quaſi inſipiẽtes, ſed vt ſapiẽtes, redi-
mentes tempus, quoniam dies mali ſunt. Nec etiamnũ abrogari velim: q̃a ab hom̃ibus ſint in-
ſtituti, alioqui nullus nobis eſſet dies feſtus: q̃a in nouo teſtamento omnes dies feſti, vnà cũ die
dñica ab hominibus, id eſt, ab eccleſia ſunt inſtituti, Deo tamen inſpiratore. Nullus aũt à Deo
coram palamq́, vt ita dicam. Et ſanè nõ refert quicq̃ à Deo pſonaliter vel eo ſuggerente per
Eccleſiam fieri. Nec propterea abrogari, q̃a retrahunt à manuali labore, quo opus eſt ad quæ-
Pſal.54 renda vitæ neceſſaria. Sed herclè hoc eſt, eẽ modicæ fidei, qua diffidimus Deo, qui ſcit nos il-
Pſal.103. lis indigere, quæ ſe nobis daturũ promiſit p Prophetam hiſce verbis. Iacta cogitatũ tuũ in dño
& ip̃e enutriet te. Deus eſt, q dat eſcam in tpe opportuno, q volatilia cœli ſine labore fou et
Matt. 6 qui & lilia citra laborem veſtit. Certè noſter labor non nutriet, niſi Deus ip̃e nutriat, q primũ
Pſal.126 diebus feſtis eſt quærendus: & deinde oĩa adijcient. Niſi eñ (teſte Propheta) dñs cuſtodierit ci
uitatẽ, fruſtra vigilat, q cuſtodit eam. ¶ Eſt itaq; proceribus Eccleſiæ alia adhibenda cura I
pro conſeruatõe feriarũ. In q̃bus & abſtinendũ eſt ab omni ope manuali ſeruiliq́, cum q̃d eæ-
dem, vt olim, à Deo ſint inſtitutæ, vt alijs diebus. ſ. operarijs laſſi & defeſſi in ipſis regeſcamus
ad melius deinde laborandũ magis diſpoſiti futuri, tum vt magis apti reddamur ad diuina p-
Luc 10 agenda, aptioresq́ ad contemplationẽ. Vnde q̃a frequenti miniſterio Martha erat occupata
ſed non Maria, ſibi optimam partẽ Maria ſelegerat. Argumẽto nimirũ, nos magis fore ad di-
uina capeſſenda habiles, vbi à laboribus exercitijsq́ manualibus fuerimus feriati. Eſt eapro-
pter Chriſtianis, cum ex vtilitate & ſalute, tum ex mandato diebus feſtis abſtinendũ à corpo
rali labore. ¶ Cæterũ, audio hac in parte mihi à ſchiſmaticis obiectari. Nobis q̃dem Chri- K
ſtianis, nullũ prorſus diem feſtũ ſpecialiter, ſed generatim omnes eſſe dies feſtos, nec vnũ eſſe
alio meliorem, nec in aliquo iſtorũ ab opere corporali ceſſandũ, quũ dies feſti nobiſcũ ceſſare
Amos.5 intelligant. Primo, authoritate Prophetarũ, ſanè Amos ait: Odi & proieci feſtiuitates veſtras.
Eſa.1. Et Eſaias: Sabbata vr̃a (inq̃t) & Neomenias vr̃as, odiuit anima mea. Scđo authoritate Apoſto
Coloſſ. 2. li, q ait: Nemo vos iudicet in cibo aut potu, aut in parte diei feſti, aut Neomeniæ, aut Sabbato-
Gala.4. rum. Qui & alias obiurgat Galatas, quod obſeruent dies & menſes & tẽpora & annos. Tertio,
Marci.2 Chriſti in hodierno euangelio, aliàsq́ authoritate, qui hydropicũ in ſabbato curans, quod in
Luce.6 lege prohibitũ erat, oſtẽdit ſe legẽ de Sabbato & die feſto prorſus ſoluere, ideoq́ ex æquo oẽs
eſſe dies habẽdos, & in omnibus laborandũ. ¶ Equidẽ ad primũ rñderim, oẽs dies eẽ æqua L
Geneſ.1. les, cũ quia oẽs à Deo boni ſint creati, tum quatenus in oĩbus ſit bene agendũ. Cæterũ, ad reli-
qua, quæ in vno q̃ in alio ſunt diligẽtius tenẽda & memoranda, non eſſe pares, ſed aliq̃s feſtos,
alios non. Alioqui Deus male Iudæis ſabbatũ mandaſſet & alias ferias. Nec obſtant ꝓphetarũ
dicta, quæ non tam de noſtris q̃ de Iudæorũ feſtis diebus accipiunt, & q̃dem de illis. quæ nr̃is
pc̃tis contaminamus, quæ vl̃ inde maximè abeſſe deberẽt, alioqui nõ ſunt verè dies feſti, ad
Malac. 2 quos ait ſe dñs non aſcenſurũ, q eò nõ venit, vbi peccat. Quẽ ſi vẽturũ cupimus, rectè. ſ. tam ſpũ
q̃ carne feriamur. ¶ Nec obſtãt Ap̃li verba, q̃nquidẽ quæ loquunt de feſtis Iudæorũ, quæ alia M
apud eos rõne erant ex lege celebria & legalia, ſine quorũ ſolẽnitate nõ putabãt ſe ſalutẽ habi-
turos, proinde neceſſaria. Cuiuſmodi erat decima dies primi mẽſis ad manducandũ agnũ pa-
ſchalem, ſicut & ſemp in principio menſiũ Neomenia erat. Sicut & mẽſe primo, tp̃s egreſſio-
nis de Aegypto. Tempus liberatõis Iſaac mẽſe ſeptimo, & q̃nquageſimo anno Iubileum reco
Coloſſ 2 lebãt, & q̃dem ea oĩa feſta (Ap̃lo teſte) inſtar eorũ, quæ vmbra fuerũt futurorũ ſignificabant ea
Hebr.10 feſta, quæ nobis in Chr̃o, in quo oĩs ceſſauit vmbra, ſunt vera facta, quæ hoc magis nobis ſunt
celebria, q̃ vmbra veritas ẽ maior. Quũ itaq; cerimonialia Iudaica ceſſant in noua lege, nimirũ
peccaret, q nũc diem ſabbati obſeruaret, quia in lege Moſaica mandatũ, q̃nquidẽ ſignaret tẽ-
pus creatõis mundi, non aũt peccat obſeruãs ideò, q̃a ſignificet ceſſationẽ ab omni actu pc̃ti, &
quietẽ mẽtis in die, & fruitõis in patria futuræ. Quæ vl̃ ſingula, vnà cum reſurrectõe dñica, de-
bẽt cõmemorari ĩ die dñica, ab eccl̃ia ritè ex ſabbato iudaico cõmutata in octauã hebdomadæ
diẽ, Cuius ꝑfectò maior ſc̃tificatio ex cõparatõe cauſarũ vl̃ tẽporũ vtriuſq; ſignificatõis pat et.
Cauſa

Digitized by Google

Cauſa eñ benedictionis Sabaoth: Iudæorum fuit, quia deus in illo ab omni opere, quod patra- Gene. 2
rat, ceſſarit. Noſtri aũt qa in eo deus homo factus à mortuis reſurrexerit, ſpiritumq́ꝫ ſuũ miſe-
rit. Si mõ dei requies, cauſa ſanctificatõis diei fuit, cõſequens, vbi maior & verior eius requies,
illic ſanctificatio copioſior ẽ. Accedit & maior labor in noſtra dñica ſanctificãda: ſiqdem cõ-
ſtet, deũ ſuo verbo, fiat, totũ mundũ & in eo oĩa ſine fatigatõe creaſſe, at eundẽ, vt mundũ re-
dimeret, hominẽ factũ, vnũ eundemq́ꝫ Chrm̃, deũ & hominẽ paſſum, & crucifixum, & ſepul-
tum eſſe, non parua proculdubio fatigatõe fatigatũ. Iure autẽ (inquam) ſeptima dies ſabbati
ad octauam eſt tranſlata, qm̃ de alio ope, quàm de creatõe mundi, nr̃m gaudiũ ſumit. Duplex
eñ operatio dei eſt. Prima eſt creatio mundi. Secunda ſaluatio mundi. De creatõe ſabbatizãt
dilectores mundi: nobis autẽ de ſaluatõe mundi gaudẽdum eſt, quorum vita & requies in deo
cũ Chr̃o abſcondita ẽ. Nec obſtat hodierna Chr̃i in hydropico curatio, qua ſanè Chr̃us nõ ſol Coloſſ. 3
uit ſabbati legẽ, qui non ad ſoluendam, ſed ad implẽdam legẽ venerat. Inſup mirum videri ſo Matth. 5
let, cur Iudæi Chr̃m arguerint, quia in ſabbato curarat quũ in ſuis traditõibus circiter. lxx. ſint
N operum genera determinata, à qbus vacandũ eſt in ſabbato. Inter q̃ non eſt curatio, maximè, q̃
ſolo fit verbo, ſicut dñs ſæpe curaſſe legit. ¶Hinc ſciendũ operæpretiũ duxerim, Chr̃m nõ
ſoluiſſe ſabbatũ, ſed eius ſanctificandi modũ præſcripſiſſe, & pinde aliquam exhibuiſſe diſpen-
ſationẽ & mitigationẽ. Manualiter eñ in ſabbato vel die aliquo dñico laborare conceditur. Mat. 12.
O ¶Primo, vbi labor principalr̃ foret in dei cultum & honorem. Sic qa aliàs ſacerdotes in tem Iohan. 7.
plo victimas immolarunt, thauros mactarũt, non ſoluerũt ſabbatũ. Nec qa in eo homines cir Ioſue. 6
cũcidebant. Nec quando ſacerdotes arcam dñi circa Hiericho circũtulerunt ſeptem diebus,
ſabbatũ tranſgreſſi ſunt. Sic accipiẽdũ eſt de omni exercitio ſpũalis actus, veluti docere verbo
P vel ſcripto. ¶Secundo, quando labor attinet ad opus pietatis & miſericordiæ ad proximũ
adeoq́ꝫ ad animæ ſalutem. Sic Chr̃us non peccauit, qa in ſabbato hydropicũ ſanarit. Si eñ lex Exo. 20
iuſſit feriari in ſabbato, vt & iumẽta à labore quieſcant, & ſic in ea exerceat miſericordia, cur
nõ miſerebit hominis graui morbo pplexi? Sic alibi Chr̃us ad cõfirmationẽ quærit à Iudæis. Luc. 6
Q Interrogo vos, ſi licet ſabbato benefacere an male? Animã ſaluã facere an pdere? ¶Tertio, 1 Mac. 2
qñ damnũ aliqd in pſonã nr̃am neceſſario vitandũ eſt. Sic nõ peccarũt Machabæi, qñ pugna 3. Reg. 19
R runt pro ſui defenſione in ſabbato. Nec Helias fugiẽs à facie Iezabel in die ſabbati. ¶Quarto,
vbi labor ordinat ad imminẽs periculũ ſeu damnũ rei exterioris vitandũ. Sic Chr̃s inqt: Quis Mat. 12
ex vobis q habet vnam ouem, & ſi ceciderit in foueam die ſabbati, nõnne tenebit & leuabit eã?
S ¶Quinto, ſi ad iſtũ laborẽ coegerit neceſſitas rerum neceſſariarum. Cuiuſmodi ſunt, qbus ad vi
tam ſuſtinendã maximè indigemus, cuiuſmõi ſunt victus & amictus, qbus oĩbus pater noſter Mat. 6.
ſcit nos indigere. Sic nõ peccarũt diſcipuli, q die ſabbati p ſata euntes & eſuriẽtes ſpicas euulſe Mat. 12
runt & manducarunt. Solet eñ plerũq́ꝫ vera neceſſitas à pctõ excuſare. Ita Dauid nõ pecca- Mar. 2
uit, qñ domũ dei ingreſſus panes propoſitõis comedit, qs ei edere non licuit, neq́ꝫ ĩis q cum eo Luce. 6
erant, niſi ſolis ſacerdotibus, qa tñ Dauidẽ neceſſitas famis coegerit, ſine pctõ de eis panibus 1. Regũ. 21
T manducauit. ¶Vnde colligit ex ĩis rõnibus, ſine pctõ in die ſabbati nõnunq̃ poſſe laborari.
Modo inde excludat quæſtus & auaritia q̃ hodie in Iudæis à Chr̃o p aſinũ & boue extrahendũ
notat, qbus maior cura, ppter auaritiã fuit de rebus tpalibus cõſeruandis q̃ aĩabus ſaluãdis. Vi-
dendũ etiã, vt inde abſit ſcandalũ oĩsq́ꝫ temeritas, quæ pctm̃ facit, qd fortè alioq pctm̃ nõ erat.
Ad quã euitandã fortaſſis pfuerit, nihil eorum agere citra conſenſum & cõſiliũ eius, cuius inter-
eſt. Qua in re conſcia ẽ mille teſtes, quã oportet inibi grauare, in quã mẽtiri horrendũ eſt. Hæc
eñ eſt (Paulo teſte) q̃ de oĩbus reddet teſtimoniũ, in die cũ iudicabit deus occulta hoĩm. Ad Roma. 2
quã ſanè conſciam purè recteq́ꝫ & ſine offendiculo conſeruandam Apl̃us paſſim nos ſeduloq́ꝫ
hortatur. Quam igit tuebimur & in ſanctificatiõe ſabbati, vbi Ieſu Chriſti verba diligentius
penſiculati fuerimus. Si licet ſabbato curare?

HOMILIA SEPTVAGESIMA DE EO, QVOD SCRIPTVM eſt: Matthæi. 22. In his duobus mandatis vniuerſa lex pendet & prophetæ & cætera.

Dñica. xviij. poſt octauas pentecoſtes.

A QVID EST LEX AC PROPHETAE? Nihil aliud, q̃ totũ quod lex
& Prophetæ tradunt & præcipiunt. Sicut aliàs, inqt Chr̃us: Habẽt Moyſen & Luce. 16
Prophetas, audiant illos, id eſt, habeant ea quæ ſcripſit Moyſes & Prophetæ:
quandoquidem in humanis tum non erat Moyſes neq́ꝫ Prophetæ. Hic nimirum
mos eſt loquendi adeoq́ꝫ ſcripturarum. Qui autẽ ſeruat, quæ lex & prophetæ ſer
uãda pcipiũt, vitã habet ęternã & ęternalr̃ viuet. Siqdẽ factores legis (ait Apl̃s) iuſtificabunt. Roma. 2
Quod Chr̃s adfirmãs inqt: Si ãt vis ad vitã ingredi, ſerua mãdata. Et ſcriptura alibi: Serua mã Mat. 19
data mea, & viues, & legẽ meam. Quæ autẽ & quot ſunt mandata, quę lex mandat & pphetę? Prouer. 7
Duo

Digitized by Google

Deutero. 6 Duo ſunt, in quibus & reliqua ſunt omnia. Quæ duo? Diliges deũ perfectè, diligesq́; proximũ.
Leui 19 Hæc enĩ & in Deuteronomio & Leuitico præcipiunt: Plenitudo em̃ legis (Ap̃lo teſte) eſt dile
Roma. 13 ctio. Sane q deũ diligit rectè & proximũ, vitam habet, dño alias dicẽte: Rectè r̃ndiſti. Hoc fac
Lucæ. 10 & viues. Sanè q ſeruat, q̃ deus mandat, hic dei voluntatẽ exeq̃tur: q aũt hoc ipſum agit, viuet.
Mat. 7 Chr̃o etiamnũ adſirmante. Qui facit voluntatem patris mei q in cœlis ẽ, ipſe intrabit in regnũ
Lucæ. 6 cœlo℞. Qui & alio in loco ait: Qui habet mãdata mea, & ſeruat ea, ille ẽ, q diligit me. Qui aũt
Johan. 14 diligit me, diliget à patre meo, & ego diligã eũ, & manifeſtabo ei meipm̃. ¶ Si mõ vnica nr̃a B
ſalus, adeoq́; vera æternaq́; vita cõſiſtit in duobus tm̃modo mãdatis, q̃ ſunt vt diligamus deũ &
proximũ, qs mõ nõ ardenter cupiat ſcire, qd ſit diligere primũ, & qd ſcd̃o diligere deũ & pxi
mũ, q̃ tandẽ ſeruare poſſit verè mãdata prędicta: Diligi em̃ nõ põt qd ignoraſ. Et ſanè diligere
eſt ei, cui intẽdiſ, verè velle bene, vt ſit dilectio nihil aliud, q̃ vera in aliquẽ beneuolẽtia, ꝓpter
ve℞ bonũ. Hinc nõ facio diſcrimen inter amorẽ, amicitiã, charitatẽ, dilectionẽ, beneuolentiã
q̃ ad reliq̃ perinde eſt atq; genus. Non aũt diffinierim hic dilectionẽ, qua quẽpiã diligimus ꝓ
pter vl' carnalem mundanamq́; pulchritudinẽ vl' voluptatẽ vel quæſtũ vl' cognationem, vel
1. Cor. 13 quouis ho℞ ſimili modo, ſed purè propter ſummũ bonũ, id eſt, propter deũ. Hæc dilectio eſt
1. Timo. 1 illa ſola & vnica charitas, quæ (teſte Ap̃lo) omnes virtutes excellit, cũ ait: Maior aũt ho℞ chari
Roma. 13 tas. Hæc ẽ (eodẽ teſte) finis oĩs præcepti, & legis plenitudo & adimpletio. Sine qdem charita
1. Cor. 13 te nulla valet virtus vel quàmlibet ardua: quandoqdem inqt Ap̃lus: Si charitatem aũt non ha
buero, nihil ſum. Hæc eſt illa dilectio, de qua vel ſola omne eſt mandatũ, & oĩa vnum præce-
ptum ſunt. Multa per diuerſitatẽ opis, vnum in radice dilectõis. Hæc eſt illa dilectio, q̃ debe-
mus & iubemur deũ & nos & proximos, id eſt, oẽs hoĩes diligere. ¶ Sed q̃tenus deũ diliga- C
mus. Reſpondet Chr̃us: Ex toto corde tuo, ex tota aĩa tua, in tota mente tua. i. toto corde, vt
oẽs cogitatões in deũ reflectamus. In tota aĩa, vt oẽs affectões in deũ cõuertamus. In tota mẽte
Coloſſ. 3 vt omnes qnq; ſenſus illi vacẽt, id eſt, vt (iuxta Ap̃lm) omne, q̃dcũq; fecerimus in verbo aut in
Pſalm̃ 41 ope, oĩa in noĩe dñi noſtri Ieſu Chr̃i, gr̃as agentes deo & patri p ip̃m, adeò ex oĩbus viribus de
um diligamus, vt cũ Propheta ardenti animo dicamus: Quẽadmodũ deſiderat ceruus fontes
1. Johã. 4 aqua℞, ita deſiderat anima mea ad te deus. Et tunc (inquam) deũ verè diligemus, quũ (vt Iohã
Phil. 3 nes ſcribit) ipſum non ſolum lingua diligimus, ſed & ope & veritate. Id q̃d fiet, vbi cum Apo
ſtolo oĩa huius mundi bona, ſed & quæ in nobis ſunt, propter deũ detrimẽta & vt ſtercora ar-
bitrabimur, vt ipſum ſolum lucrifaciamus, & in ip̃o inueniamur: quemadmodũ diuus & bar-
batus Hieronymus, cui hæc dies ſacra ẽ, vnà cum cæteris dei ſanctis factitaſſe tradiſ, qui (vt ex
veridica de eo hiſtoria claret) regnũ mũdi, & omnẽ ornatũ ſeculi cõtempſit, ꝓpter amorẽ dñi
nr̃i Ieſu Chr̃i, quẽ vidit, quẽ amauit, in quẽ credidit, quẽ dilexit. Sic etem̃ deũ toto corde dilige
mus, vbi volumus deo Opt. omne bonũ, omnẽ perfectionẽ, & hoc magis volumus q̃ q̃dcũq;
aliud. Et potius q̃dcũq; aliud nõ velle eſſe, q̃ velle deũ nõ eſſe, vl' aliq̃d bonũ ſeu pfectionẽ Deo
nõ ineſſe. Et quidẽ tota aĩa, vt voluntate noſtra imperemus ſingulis ſenſibus, in nullũ obiectũ
tendere cõtra dei voluntatẽ præceptiuã, nec aliquẽ ſuũ actũ obmittere cõtra. Et etiã tota mẽ-
te, noſtra voluntate præcipere intellectui, nihil cogitare, ſtudere, imaginari, contẽplari cõtra
dei præceptũ, ſed omni deſiderio oĩa credere, ingrere, diſcere, q̃ deus pcepit, iuxta illud: Quæ
Eccl. 3 tibi præcepit deus cogita ſemp. Et in ſumma vult Chr̃us, vt deũ oĩbus viribus diligamus, id ẽ,
vt oẽs vires redigamus, & regamus ſub obediẽtia mandato℞, & oẽs virtutes corpis motiuas,
ita vt quicq̃d aliud diligendũ in aĩm venerit, illuc rapiaſ, q̃ totius dilectõis impetus currit. Et
ſic habes, legẽ præcipere, vt deũ diligamus præ oĩbus, & ſup oĩa. Id q̃d Chr̃us, ſumma veritas,
Mat. 10 teſtaſ, inquiens: Qui amat patrem aut matrẽ plus q̃ me, nõ eſt me dignus. Et qui amat filiũ aut
Lucæ. 14 filiam ſuper me, nõ eſt me dignus. Et poſtea: Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, &
Mat. 16 tollat crucem ſuam, & ſeq̃tur me. Qui em̃ voluerit aĩam ſuam ſaluam facere, perdet eam. Siqui
dem vult, vt propter ſe, qui ip̃m eſt ſummũ bonũ, nos & oẽs noſtros & noſtra deſpiciamus, &
Deut. 6. 11 eapropter ſe dũtaxat amemus. ¶ Ad quem tantopere amandũ ſcriptura inuitat in Deutero D
Eccl. 13 nomio: Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo. Et aliàs: Omni vita tua diliges deũ. Natura q̃
cogimur diligere eũ, qui nos fecit, & cui oĩa debemus. Hinc filius amat patrẽ. Hinc alibi ſcribi
Eccl. vij tur: In tota aĩa tuã dilige eum, qui te fecit. Qui (inquam) te fecit tam nobilem facturam, vtpote
ad ſui imaginem ſcd̃m aĩam, rõne inſignẽ, beatitudinis capacẽ. Ratio hortaſ, q̃ impellimur dili
1. Johan. 3 gere eũ, qui nos diligit. Hinc Iohãnes ait: Diligamus deũ, quia ipſe prior dilexit nos. Gr̃a inſti-
Gala. 2 gat, q̃ nos redemit à morte. Ideo Paulus ait: Dilexit me, & tradidit ſemetip̃m pro me, nõ ſum
Johan. 10 ingratus dei gratiæ. Et Chr̃us alibi: Ego ſum paſtor bonus, quoniam pro ouibus meis aĩam
Johan. 15 meam pono: qua dilectõe (inquit aliàs) maiorem nemo habet, vt aĩam ſuam ponat quis ꝓ ami
Pſalm. 5 cis ſuis. Poſtremo, gloria ab ip̃o nobis promiſſa prouocat. Vnde Dauid: Gloriabunſ in te oẽs,
Jaco. 1 qui diligunt nomen tuũ. Et Iacobus: Beatus vir qui ſuffert tentationẽ, quoniam cum probatus
fuerit, accipiet coronam vitæ, quã repromiſit deus diligẽtibus ſe. Dabit em̃ & ꝓmiſit, quæ ocu
lus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hoĩs aſcenderũt, q̃ præparauit deus diligentibus ſe.
Proin-

Digitized by Google

Proinde qs tam ingratus, tam durus, tam ferreus, q non toto adſectu dicet: O miſericors æter neq deus, quare te nõ oĩbus modis diligam q me creaſti, cũ non eſſem, redemiſti, cũ perieram proſcriptũ de exilio eduxiſti, captiuũ de ſeruitute manumiſiſti, meq à te alienatũ lætitiæ oleo vnxiſti, & à tuo nomine Chr̃us, Chr̃ianum appellari voluiſti, quo immenſi tui in me beneficij Acto. 11
E ſignum haberem perpetuũ. Et hactenus de amore dei. ¶ Seqtur de dilectõe noſtri. Qd ve-
I ro nos amare debemus, & mox ſcdm Deum, demonſtrat ſcriptura, inquiẽs: Diliges proximũ tuum ſicut teipſum. Vult em̃ proximũ à nobis diligi vti nos. Hinc anteq̃ diligamus proximũ ſcire profuerit, q̃modo nos oporteat diligere. Vbi primo ſciendũ velim, hoiem conſtitutũ eẽ duabus partibus, Corpore. ſ. & anima. Et aiam rurſus contineri duabus partibus, rõne. ſ. & ſenſualitate. Quaꝝ primã Ap̃ſus vocat hoiem interiorẽ, vltimã hoiem exteriorem. Sed licet (in- 2. Cor. 4
quiens) is, q foris eſt noſter homo, corrumpaẽ, tamen is, q intus eſt, renouaẽ de die in diem. Idẽ Roma. 7
aliàs: Condelector em̃ legi Dei ſcdm interiorẽ hoiem. Et homo iam diligit ſeip̃m verè, quando ſibi primũ gaudet, ſe eſſe Dei Opt. creaturam, ad imaginem eius creatam: deinde qñ ſe diligit ſcdm principalem partem in ſe, quæ eſt pars rõnalis, id eſt, homo interior. Diligit autẽ ſe ſcdm hanc partem, qñ ei bene vult in quinq rebus, amicitiæ proprijs. Primo vult amicum ſuum eſſe & viuere. Secundo, vult ei bona ad ip̃m. Tertio, operaẽ bona. Quarto, viuit ei delectabiliter. Quinto, concordat cũ eo, quaſi eiſdem delectatõibus & contriſtatõibus. Sic homo diligit ſeip̃m, quando vult hoiem ſuũ interiorem conſeruari in ſua integritate. Et optat ei bona, quæ ſp̃ualia ſunt. Impendit operam ad ea bona ſp̃ualia conſequenda. Delectabiliter ad cor ꝓpriũ redit, qa ibi inuenit, & bonas cogitatões in præſenti, & memoriam præteritoꝝ bonoꝝ, & ſpem futuroꝝ bonoꝝ, ex qbus delectatio cauſaẽ. Poſtremũ, quando non patiẽ in ſeipſo vo-
F luntatis diſſenſionẽ, qua anima ipſius tendit in vnũ. ¶ Nec interim obſtat, qd Paulus videẽ arguere eos, q ſeip̃os amant, inquiens ad Timotheũ. Hoc autẽ ſcio, qd in nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa, & erunt hoĩes ſeipſos amantes. Quandoqdem Apoſtolus loqtur de his, q ſe amant quantũ ad partem hoĩs ſenſitiuam, quæ eſt exterior homo, quem amamus, qñ ſeqmur carnis delectabilia, & ad hæc conſeq̃nda omnibus modis ſatagimus, ĩmemores interim eius hoĩs, q interior dr̃. Sed ſanè nemo ſe diligere debet ſcdm eam partem ſenſitiuam, quam potius odio habere debet, tanq̃ veræ ſaluti aduerſantem, quemadmodum Chriſtus ait: Qui voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet eam. Corpus tamẽ noſtrũ, quatenus noſtri pars eſt, nobis diligendum eſt, vt ſaluti eius, & fragilitati naturali conſulamus, & agamus, quatenus ſpiritui ordinatẽ ſubiectum, ad æternam ſalutem, accepta immortalitate & incorruptõe, ꝑueniat. Quo etiam modo vti eo poſſumus ad ſeruitiũ Dei. Vnde Apoſtolus inqt: Exhibete membra veſtra, arma, iuſtitiæ dei. Licet em̃ corpus noſtrũ Deo frui non poſſit cognoſcendo & amando, in qua fruitõe ſumiẽ amicitia charitatis, ex fruitõe tamen diuina animę redundat quædam beatitudo ad corpus, id eſt, ſanitatis & incorruptõis vigor, & ſic eſt corpus capax beatitudinis. Sin aũt conſiderauerimus in corpore infectionẽ culpæ & corruptionẽ pœnæ, non debet ip̃m diligi, ſed potius ad eius remotionẽ anhelare deſiderio charitatis. Sic Apoſtolus exclamauit: Infelix ego homo, qs me liberabit de corpore mortis huius? Hactenus de 2. Tim. 3. Matt. 16 Mar. 8. Lucæ. 17 Iohan. 12. Roma. 6 Roma. 7
G dilectõe Dei & noſtri. ¶ Seqtur de dilectione proximi noſtri. Circa quam in primis ſciẽdum eſt, tanti eſſe dilectionẽ proximi adeouſq valere apud deũ, quod ea in proximũ dilectio ab Apoſtolo ſit dicta legis plenitudo, & q diligit proximũ, perhibeaẽ legẽ impleſſe. Nempè, qua & ſuiipſius & Dei Max. dilectio contineẽ, nec diligit Deũ, q proximũ non diligit (teſte Io- Roma. 13.
hanne) q ait: Si qs dixerit, quoniam diligo Deũ, & fratrem ſuũ oderit, mendax eſt. Qui non di- 1. Iohã. 4
ligit, non nouit Deũ, quoniam Deus charitas eſt. Et appellatõe proximi (vt nuper docuimus) venit omnis, cui miſericordiam, id eſt, bonũ aliq̃d impendere poſſumus, & q nobis bonũ impendere poteſt. Et ſic oĩs creatura nobiſcũ beatitudinis particeps dici queat proximus, & ſic qlibet peccator in quantum homo à Deo creatus, nõ vt peccator, q ſemp eſt odio habendus, Lucæ. 14
H etiam pater & mater, vt accipiẽ ex verbis Chr̃i apud Lucam. ¶ Ad proximũ diligendũ hortaẽ ſacra ſcriptura in Leuitico: Diliges amicũ tuũ ſicut teip̃m. Id qd repetiẽ apud Euangeliſtas. Et Chr̃us ait: Hoc eſt præceptũ meũ, vt diligatis inuicem. Et Iohannes inqt: Chariſſimi, diligamus inuicẽ, qa charitas ex deo ẽ. Et aliàs paſſim: Hortaẽ rõ naturalis, q̃ ſi ſe amat ſui ſiſe. Hortaẽ fraternitas naturalis, qm̃ omnes ſumus ex vno patre Adam fratres. Hortaẽ germanitas ſp̃ualis qm̃ vnũ omnes deũ habemus patrẽ. Hinc Chr̃us: Patrẽ nolite vobis vocare ſup terram. Vnus eſt em̃ pater veſter, qui in cœlis eſt. Omnes aũt vos fratres eſtis. Hortaẽ Chr̃i exẽplũ, qui amore ductus pro nobis proximis mortuus eſt. Hinc in Apocalypſi: Dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Quare Euangeliſta inqt: Chariſſimi, ſi deus dilexit nos, & nos debemus alterutrũ diligere. Hortanẽ iſinita cõmoda, q̃ ex ea dilectõe ꝑueniũt, nũc ſilẽtio vſq ad locũ ſuũ trãſeũda. Ex quibus hoc vl̃ primũ ẽ, qd ꝑximi dilectio ẽ radix & cõſeruatio pacis atq vnitatis. Siquidẽ dilectio ꝑximi malũ nõ opaẽ. Et charitas patiẽs ẽ, benigna ẽ, nõ ęmulaẽ, nõ agit ꝑperam, nõ inflaẽ, nõ eſt ambitioſa, nõ q̃rit q̃ ſua ſunt, nõ irritatur, nõ cogitat malum, nõ Leuit. 19 Mat. 22. Luc. 10 Iohan. 15 1. Iohã. 4. Eccl. 13 Malac. 2 Mat. 23 Apoca. 1 1. Iohã. 4. Roma. 12. 1. Cor. 13.

gaudet

Digitized by Google

gaudet ſuper iniquitate, cõgaudet aũt veritati. Oĩa ſuffert, oĩa credit, oĩa ſperat, omnia
ſuſtinet. Hæc aũt oĩa pacis ſunt, quæ ſectari iubet apl'us: Et qui pacẽ habẽt, filij dei vocã-
Roma.14 2.Cor.14 tur, ſic & q diligũt mutuo. Hinc apl'us ait: Pacẽ habete, & deus pacis & dilectionis erit vo-
Johan.13 biſcum. Sic dñs alibi. Mandatũ nouũ do vobis, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos, vt &
vos diligatis inuicẽ. In hoc cognoſcẽt oĩes, qa diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionẽ habueritis
ad inuicẽ. ¶ At inquis, Qũo diligã proximũ meũ, & quatenus? Reſpõdet hodie Chrs. Si- I
cut teipſm. Id qui fiat, ſupra oſtẽdimus. Siquidẽ diligat ipſm ꝑpter deũ, vt ſit dilectio proxi-
mi ſancta. Secũdo, vt nõ condeſcẽdat ꝓximo in aliq malo ſed ſolũ in bonis: quẽadmodum
& voluntati ſuę ſatisfacere debet homo ſolũ in bonis, vt ſit dilectio proximi iuſta. Tertio,
vt ipſm nõ propter vtilitatẽ vel delectationẽ, ſed ea tm̃ ratione diligat, q̇d velit ꝓximo bo-
1.Johan.3 num, vt vult bonũ ſibiipſi, vt ſit proximi dilectio vera: Quãdoquidẽ Iohãnes inquit, Filioli
mei, nõ diligamus verbo neq; lingua, ſed opere & veritate. Sic fiet, vt eũ ad bonos mores,
& ad vitam æternã conſequendam hortemur, & ſicut nobis, ſaluti ipſius conſulamus, & ꝓ
ipſius periculis & pctis cogitemus, & illi ſicut nobis ſubueniri optemus, aut ſi facultas de-
erit, volũtas adſit. Quarto, debemus proximũ diligere, ſicut Chrũs nos dilexit, hoc eo ipſo
teſtãte. Hoc eſt ꝑceptum meũ, vt diligatis inuicẽ, ſicut dilexi vos. Sed qũo dilexit nos Chri
Joban.13 ſtus? Gratis, & nõ meritis nr̃is præcedẽtibus. Hinc Iohãnes ait: In hoc eſt charitas dei, non
quaſi nos dilexerimus eũ, ſed qm̃ ipſe prior dilexit nos. Itẽ dilexit Chrũs nos vehementer:
1.Johã.4 Johan.10 Nempe, qui animã ſuã pro nobis poſuit in ſalutẽ noſtram. Sic & ipſi gratis proximũ debe-
et.15 mus diligere, nõ expectare, donec ab eo amemur, vt quidã faciũt. Ait em̃ Chrs. Si diligitis
Matt.5 tantũ eos, qui vos diligũt, quid amplius facitis? Nõne & æthnici hoc faciũt? Itẽq; & nos ita
diligamus proximũ, vt cũ expediat, mortẽ eius cauſa ſubire nõ dubitemus, dicẽte Euãgeli-
1.Johan.3 ſta. In hoc cognouimus charitatẽ dei, qm̃ ipſe aĩam. i. vitã ſuã pro nobis poſuit, ſic & nos
debemus pro fratribus animas ponere. Sic apl'us anathema eſſe optabat à Chr̃o pro fratri-
Roma.9 bus ſuis. ¶ Quinto & vltimo ita diligamus proximũ, vt illud Chr̃i dictũ verificetur, quaſi K
Matt.7. oĩm concluſio. Omnia ergo quæcũq; vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Et
Lucę.6 Tobias ſenior inqt. Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliqñ alteri facias. Sanè in hoc
Tobię.4 dicto duo hæc dilectionis mãdata cõtinẽtur. Nã & ipſum (Chriſto adfirmãte) lex eſt & ꝓ-
phetæ. Qui em̃ diligit hoc pacto proximum, diligit & ipſam dilectionem, quæ deus eſt, Et
ſic hoc vno mãdato, duo hoc in loco mandata continentur, qbus vniuerſa lex & prophetę
pendent. Quæcũq; em̃ lex & prophetæ ſparſim in oĩbus ꝑceperũt ſcripturis, in hoc com
pendioſo continẽtur mandato, quaſi innumerabiles arboꝝ rami in vna radice. Qui aũt di
Rom.14. ligit proximũ hoc modo, quo ex ſcripturis oſtendimus, profecto (teſte apl'o) legẽ adimple
uit: Is em̃ non adulterabit, nõ occidet, nõ furabitur, nõ falſum teſtimoniũ dicet, non concu
piſcet, & ſi quod eſt aliud mandatũ in hoc verbo inſtaurabit & ſeruabit, qm̃ dilectio proxi-
mi malũ nõ operatur. Atq; vtinã vere diligeremus proximũ, certe ſecus res nobiſcũ habe-
ret, ſed prohdolor, audio ab oĩbus & paſſim verbotenus vſurpare fraternã adeoq; pro-
ximi charitatẽ, ſed pauciſſimos video, qui in veritate diligãt, quũ tota nunc charitas, fides,
virtusq; exulat, & quiq; fermé oẽs odio laborãt, & agunt, quicqd irritat, laceſſit, infamat-
q;. Faxit deus vere mutuo diligamus, vt filij ſimus dilectionis, adeoq; ipſius pacis.

HOMILIA LXXI. DE EO QVOD SCRIPTVM EST.

Matthęi.9. Marci.2. Lucæ.5. Confide fili, remittuntur tibi
peccata tua. &c.

Dominica. xix. poſt octauas pentecoſtes.

EX his verbis adeoq; ex toto hodierno Euangelio, cuius noſtrum A
thema perinde eſt atq; concluſio, quatuor tam notanda q̃ admirã
da colliguntur. Primũ ſanè eſt, immẽſa Ieſu Chriſti humilitas atq;
miſericordia, qua compunctus hominẽ non modo deſpectum &
debilem, ac totis membroꝝ compagibus diſſolutũ, ſed & pecca-
torem, nõ ſine magna conſolatione & mãſuetudine filium vocat:
Ezech.18 Argumento nimirum, ſe illum eſſe, qui dixit. Nolo mortẽ pecca-
toris, ſed vt conuertatur & viuat. Quia nolo mortẽ morientis di-
cit dominus deus. Reuertimini. Qui etiãnũ non vult aliquem pec
catorem deſperare debere, vel quocunq; etiam morbo & quamli
bet grauatum, Nempe, qui apud eundem prophetam dicit. Si autem impius egerit pœni-
tentiam ab omnibus peccatis ſuis, quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea,
& fecerit iudicium & iuſtitiam, vita viuet & nõ morietur. Omnium iniqtatum eius, quas
1.Timo.2 operatus eſt, non recordabor. Siquidem qui omnes homines vult ſaluos fieri. Id quod do-
eminus

minus ipſe tã verbis proloquutus eſt, q̃ re ipſa operatus, qui nunq̃ non peccatores miſericor- Matt.26
diter recepit. Petrũ em̃, qui ipſum iureiurando negarat, ſuſcepit gratioſe, & in priſtinũ ſtatũ Mar.14
reſtituit, dicens ter ad eũ: Paſce oues meas. Et Mariã quoq; Magdalenã ſumma pietate, vtcũ- Lucæ.22
q; publicã peccatricẽ, reacceptauit inquiens: Fides tua te ſaluã fecit, vade in pace. Itẽq; Paulũ Joban.18
mira benignitate ſuſcepit, de quo ad Ananiam dixit, Vade, qm̃ vas electionis eſt mihi iſte, vt Joban.21
portet nomen meũ corã gentibus & regibus & filijs Iſrael. Qui tñ tantus fuerat peccator, vt Lucæ.7
de eo reſponderit Chriſto Ananias. Dñe audiui à multis de viro hoc, quãta mala fecerit ſan- Actoꝝ.9
ctis tuis in Hieruſalẽ: Nẽpe, qui de ſeipſo alibi dicit: Ego ſum minimus apl'oꝝ, q nõ ſum dign⁹ 1.Coꝝ.15
apl'us vocari, qm̃ perſequutus ſum eccleſiã dei. Sic pariter dñs in cruce latronẽ, nõ modo cle- Lucæ.23
mẽter ſe humiliantẽ ſuſcepit, ſed plus promiſit q̃ ijs petijt inquiens. Hodie mecũ eris in para-
diſo. Nõ eſt itaq;, vt quis à miſericordia dei deſperet cũ Iuda, qui deſperatus, laqueo vitam fi- Matt.27
niuit, In quo creditur plus Chriſtũ offendiſſe, q̃ quia ipſum detulerit. Nec cũ Caimo fratris ſui Geneſ.4
Abelis parricida, qui exclamauit, Maior eſt iniquitas mea, q̃ vt veniã merear. Qui tñ mentitus Epheſ.2
eſt in deũ, qui (vt Paulus ait) diues eſt in miſericordia. Et q̃dem adeo diues, vt (teſte Dauide) Pſalm.32 56
eius miſericordia plena eſt terra, & ſuper cœlos eleuata. Hinc idẽ aliàs dixit: Melius eſt, vt in- 2.Reg.24
cidã in manus domini, multæ em̃ miſericordiæ eius. Sunt igitur hoc loco obiter monendi tã
ſpũales q̃ ſeculares medici, vt & ipſi Chriſtũ verũ medicũ imitantes, benigne & miſericordi-
ter infirmos, ſiue peccatis, ſiue corporis egritudinibus laborãtes, & ſuſcipiant & cordate con-
ſolentur. Hoc em̃ ipſum eſt miſericordiæ opus, & plerũq; egris optimũ releuamẽ & medica-
men. ¶Secundũ quod ex hoc colligitur Euangelio eſt, Fidẽ etiam alienam, adeóq; aliorum

B pro aliquo apud deũ interceſſionẽ magnopere ſuffragari. Siquidem accipimus hoc loco pa-
ralyticũ nõ prorſus credidiſſe, quũ ad confidentiã Chr̃us ipſum hortatus ſit, inquiens: Confi-
de fili, q.d. non dubites, ſed credas in me cũ ijs, q te mihi abſtulerũt: quoꝝ Chr̃s fidẽ videns,
& miſericordia propter illos motus, ait. Confide fili, &c. Cũ igitur fides aliena tantũ profece
rit, vt paralyticus ille corpore ſit & anima ſaluatus, quis dubitet & poſſe quẽpiã à deo gratiam
& gratiæ augmentum impetrare alterius interceſſione & oratione? Sic certe Paulus creditur
oratione diui Stephani cõuerſus: qui proinde toties orat eos, ad quos ſcribit, vt pro ſe orẽt de- Actor.vij
um. Ait em̃ ad Theſſalo. De cætero fratres orate pro nobis, vt ſermo dei currat & clarificetur, 2.Theſ.3
ſicut apud vos, & vt liberemur ab importunis & malis hoĩbus. Et ad Romanos. Obſecro ergo Roma.15
(inq̃t) vos per dñm noſtrũ Ieſum Chriſtũ, & per charitatẽ ſancti ſpũs, vt adiuuetis me in ora- 1.Timo.2
tionibus veſtris pro me ad deũ, vt liberer ab infidelibus, qui ſunt in Iudæa, vt veniam ad vos in
gaudio per voluntatẽ dei, vt refrigerer vobiſcum. Sic idẽ monet Timotheũ, vt inſtituat pri- Actoꝝ.12
mũ omniũ orationes, obſecrationes, poſtulationes, gratiaꝝ actiones, pro hominibus omnib⁹
pro regibus, & oĩbus q in ſublimitate conſtituti ſunt, vt quietam & tranquillam vitã agant in
om̃i pietate & caſtitate. Sic aliàs ꝓ Petro incarcerato, ſine intermiſſiõe fiebat oratio ab eccle-
ſia ad deũ. Vñ etiam adiutus ab angelo ex carcere nocte mirabiliter fuit eductus. Nec ſane mi-
rum, quoniam (vt ſcribit Iacobus) multum valet deprecatio iuſti aſſidua. Hinc admonet, vt Jacobi.5
oremus inuicem, ac mutuo, quò ſaluemur. Sic quidẽ Moyſes orando, vnus multis millibus Exodi.32
pugnatorum veniam impetrauit. Sic Helias orando cœlum clauſit, ne plueret ſuper terram 3.Re.xvij 18
annis tribus & menſibus ſex. Et rurſus orando impetrauit, & largiſſimam imbrem effudit. 2.Reg.24
Sic Dauid orando impetrauit, vt peſtilentia à populo ceſſarit. Sic hodie fidelium deuotio at-
q; fides, paralytico ſalutem procurauit à domino. Eapropter monemur, vt ipſi, vbi indigue-
rimus, aliorum quoq; orationibus commendemur: quandoquidem aliquando vnus, qui pro
alio orat, exaudiatur, qui non exaudiretur pro ſeipſo orans, vtpote in peccato fortaſſis mor-
tali conſtitutus, cum is, pro quo orat, forte ſit in charitate. Tum etiam; quod tam ſit grata
deo fraterna & mutua charitas, ad quam toties & paſſim cohortatur, quemadmodũ præce-
denti Homilia ad longum deduximus. Recte itaq; & in hac parte putarim facturos medicos,
tam animæ q̃ corporis, vt curaturi, qui cũ infirmis ſunt, hortẽtur, vt deũ pro infirmis orent.

C ¶Sequitur modo tertiũ, quod ex themate colligitur, Neminem. ſ. niſi ſolum deum peccata
poſſe remittere. Hinc Iudæi, quia Chriſtus dixit. Confide fili, remittuntur tua tibi peccata;
ipſum blaſphemiæ (eſt autem blaſphemia, quoties ſibi aſcribit homo, quod eſt dei) reum cogi
tando cenſuerunt, ipſum purũ hominem arbitrantes, apud Marcũ dicẽtes, intra ſe & in cordi Marci.2
bus ſuis. Quid hic ſic loquitur, blaſphemat? Quis poteſt dimittere peccata, niſi ſolus deus? Et Lucæ.5
recte quidẽ dixerunt ſolum deum remittere peccata, ſed falſo, quod Chriſtus blaſphemaret,
quum fuerit deus & homo. Id quod manifeſte monſtrauit miraculo, quo in momento para-
lyticũ prorſus ſaluauit, & ad ipſoꝝ cogitationes reſpondit, quod ita ſolius eſt dei, ſicut remit-
tere pctã, quæ nõ remiſiſſet niſi deus fuiſſet, qui in ꝓpheta inq̃t: Ego ſum: Ego ſum ipſe q de-
leo iniquitates tuas propter me, & peccatoꝝ tuorum non recordabor. Hinc Moyſes ait. Do Eſaie.43
minator domine deus, miſericors & clemens & multæ miſerationis ac verax, q cuſtodis mi- Exodi.34
ſericordiam in millia, qui aufers iniquitatem & ſcelera atq; peccata, nulluſq; apud te per ſe in-

nocens eſt. Hic certe cõfitet̃ ſolũ eſſe deũ, qui auferat pctã & remittat, vel ideo, qm̃ ſolus de-
Pſal. 50 us ſit, cui peccet̃, propheta dicente. Tibi ſoli peccaui, & malũ corã te feci. Q. d. tu ſolus es, in
quẽ peccaui, ideo ſolus es, q remittere põt, quãuis Vriæ mortẽ intulerat. ¶ Nec obſtat di D
Johã. 20. cere, q̃d & apl̃i & eoꝝ ſucceſſores, ſacerdotes pctã remittãt, Chr̃o adſirmãte, q dixit. Acci-
pite ſpm̃ ſanctũ, q̃ꝝ remiſeritis pctã, remittunt̃ eis, & quoꝝ retinueritis, retenta ſunt. Reſ-
pondendũ eſt. Diſcipulis atq; ſacerdotibus peccatoꝝ remiſſionẽ nõ eſſe propria ptãte, ſed
Chriſti virtute datã, eoſq; eſſe tanq̃ inſtrumentũ dei, q̃ deus illa ſua ptãte remittendi pecca
ta vtitur. Id q̃d claret ex verbo. Accipite ſpm̃ ſanctũ. &c. Sanè ſolus deus principaliter & p
ſe peccata dimittit, miniſtri vero eccleſiæ p virtutẽ clauium à Chriſto præſtitam, qua de re
ſuo loco & tẽpore fortaſſis plura. ¶ Iã vero ſciendũ vltimo, miꝝ videri nõ debere, quod E
Chr̃s illoꝝ fidẽ videns dixerit. Cõfide fili, qm̃ remittunt̃. &c. quũ paralyticus fortaſſis non
peccata ſed corporalẽ morbũ optarit ſibi ablatũ iri: ſiquidẽ Chr̃s innuerit ægritudinis cau-
ſam, quã more boni medici ablatã voluit, vt & inde effectus. i. morbus aufertur, vt & cauſis
debilitatis ablatis ſanitas reſtitueret̃. Quo in loco notãdũ putauerim, varias eẽ cauſas corpo
raliũ infirmitatũ: q̃nquidẽ corpalis ægritudo aliq̃n eueniat, ppter alicuius pbationẽ & pa-
Job. 2 tiẽtiæ declarationẽ, vti liquet in ſctõ Iob, q alioqui in ſcriptura fuiſſe dr̃ ſimplex & rectus ac
Tobiæ. 2 timẽs deũ, & recedens à malo. Sic & Tobias, q excæcatus fuit. Aliq̃n ppter alicuius humilia
tionẽ, ne is alioqui in ſupbiã ſit caſurus, veluti apl̃us, q de ſeipſo inquit. Ne magnitudo reue
2. Cor. 12 latiõis extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, angelus Satanę, q me colaphizet. A-
Johã 9 liq̃n ppter dei gloriã oſtendendã, q̃ miraculo inde futuro oĩbus patuit, vt in cæco nato, &
Johan. 11. in Lazaro defuncto. Aliq̃n propter pctm̃, & ob peccati nõ purgationẽ ſed punitionẽ, pin-
de puiã pœnę gehennę, quẽadmodũ fuit in Herode, qui cũ honorẽ deo nõ dediſſet, cõſum-
Actor. 12 ptus à vermib⁹ expirauit. Sic etiãnũ Antiocho fctm̃ eſt in veteri teſtamẽto. Aliq̃n propter
2. Mac. 9 pctm̃ & eius purgationẽ, vt patet in Nabuchodonoſor amẽtia ſeptẽ annoꝝ. Sic & Maria
Daniel. 4 Magdalęna diuexata fuit à dęmonibus. Sic & Maria ſoror Moyſi lepra fuit pcuſſa, qm̃ cõ-
Lucæ. 7 tra Moyſen murmurauerit. Sic illi apud apoſtolũ, q̃ꝝ aliq mortui fuere, aliqui infirmi facti
Marc. 16 qm̃ indigne Euchariſtiæ ſacr̃m ſumpſerãt, ipm̃ à cibo corpali nõ diiudicarãt. Sic ille apud
Nume. 12 Iohãnẽ, q triginta & octo annis morbo laborarat ppter pctm̃, ad quẽ ſanatũ ait Chr̃s. Ecce
1. Cor. 11. ſanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid cõtingat. Sic hodie paralyticus, cui
Johan. 5. Chr̃s dicit. Cõfide fili remittunt̃ tibi pctã, oſtẽdens paralyſim ipſi ob pctã inflictam.

¶ Ex q̃bus ſanè cauſis, facile monemur, ne quis aliquẽ perinde vt malũ & à deo alienũ vel F
ideo iudicet, qm̃ variæ laboret & corpali morbo ægre diuexet̃: q̃nquidẽ, quũ hoc ipſum nõ
ſemp propter pctm̃ eueniat, vtcũq; vnuſqſq; morbus ſemp à deo, ppter varias tñ cauſas, i-
fligi ſoleat: etſi frequẽtius ppter pctm̃, quẽadmodũ deus multis in locis ſuoꝝ mandatorum
trãsgreſſoribus peſtilentiã cõminat̃, quã pinde pœnã certo credimus venire à deo & nõ ali
unde. ¶ Nec obſtat, q̃d ſimpliciores allegãt: ſe nõ credere peſtilentiã (de qua libet nũc po G
Amos. 3 tius dicere, qm̃ paſſim graſſari cępit) à deo (vel etiã alios morbos) veꝝ ab aeris potius corru-
ptione, vel à re hoc genus alia, & ſic fortaſſis etiãnũ nõ eẽ loco à deo flagelli p peccatis. Reſ-
pondendũ, erroneã hãc eſſe opinationẽ, nec conſonã rationi: Cõſtare quidẽ frequẽter pe-
ſtilentiã emanare ex imẽſo frigore, & immẽſo calore, ex infectione animaliũ, aquaꝝ, ex
corruptione aeris, ſicut & aliæ ęgritudines pueniũt, ſæpenumero aliunde, vtpote ab vtero
matris vti hæreditario, cõditione vel cõplexione corpis, malo regimine vitę, diſpoſitiõe lo-
ci & terræ, cœli, fructuũ & frumentoꝝ, hocq; genus reꝝ aliaꝝ. Dubitari tñ non põt ægritu
dines ipſas, ab iſtis rebus tanq̃ à cauſis ſecũdis procedere, à deo vero, pinde à prima & prin-
cipali cauſa. Deus eñi creator oĩm, iſtis ſecũdis cauſis atq; creaturis ſuis, nõ ſecus atq; inſtru
mentis à ſe factis in ægritudinibus & plagis inſligẽdis vtit̃, ipſe tñ principaliter operat̃. Sic
ſanè inueniemus oẽs plagas à deo p miniſteriũ creaturaꝝ inflictas, haud q̃a ipſe hm̃oi mi-
2. Mac. 8 niſterio indiguerit, q vno nutu delere põt vniuerſum mundũ, ſed q̃a eis vti voluerit. Id q̃d
Gene. vij. intelligere eſt ex diluuio Noetico, in plagis Aegyptiacis, in multiplici punitiõe in deſerto
Exod. vij et 8. rebelliũ. Sicut & Sodomã & alias ciuitates & oĩa in ipſis igni de cœlo cõſumpſit. In perſe-
Geneſ. 19 quutione filioꝝ Iſrael per regẽ Salmanazar Nabuchodonoſor. Sic & hoc anno nobilitarẽ
4. Re. 14 ſacerdotaleq; ordinẽ miniſterio ruſticoꝝ, & ruſticos è regione miniſterio eorundẽ corri-
puit, q̃s tñ ſolo alioqui nutu perdere poterat: quẽadmodũ exercitũ regis Pharaonis vna in
Exod. 14 mari rubro ſubmerſit. Et Dathan atq; Abiron reliq̃ſq; ſchiſmaticos, vna cũ domibus & ta-
Deute. 11 bernaculis, & vniuerſa eoꝝ ſubſtãtia, quã habebãt, abſorbi curauit. Itẽq; per angelũ ſuũ q
4. Re. 19 in vna nocte in caſtris Aſſyriorum ſubito, centum octoginta quinq; hoĩm millia percuſſit.
Sic perſpicuum eſt, deũ Max. pro ineloquibili ſua ſapiẽtia, plarunq; ſemp in puniẽdo, na-
tura per eũ condita, vti, ſicq; res prudenter adminiſtrari, vt ſuas naturas agere ſinat, adeò,
vt ipſe ſit verus autor omnium, ex quo, per quem, & in quo ſunt omnia: adeoq; ipſa mala,
Roma. 10 id eſt, pœnę morborum, quas varijs ex cauſis iuſtè & ſapienter immittit per medias cauſas,
quibus

Digitized by Google

H quibus tanꝙ inſtrumentis vtitur ad puniendū. ¶Non eſt itaqꝫ dicendum vel peſtilentiam
vel aliam infirmitatē aliunde & non à deo in flagellū venire, quū ipſe adeo etiā mali .ſ. pœnæ
verus & primus ſit author, vel ipſo teſte, qui apud Eſaiā dicit. Ego dn̄s & nō eſt alter, formās Eſaię.45
lucem, & creans tenebras, faciens pacē, & creans malū. Ego dn̄s faciens oīa hæc. Hinc Amos Amos.6.
propheta. Si erit malū in ciuitate, quod dominus non fecerit? q.d. nullum. Sic & Iob à Satana Iob.2
vlcere peſſimo pecuſſus, à planta pedis vſqꝫ ad verticem, & hoc ipſum in humilitate deo ad-
ſcripſit, inquiens. Si bona ſuſcepimus à manu domini, mala quare non ſuſtineamus? Quem re
ɔte nos miſeri peccatores hiſce periculoſis temporibus imitabimur, confitentes & haſce om-
nes calamitates tam bellorum ꝙ ægritudinum ꝙ rerum aliarum nobis à deo, omniū, quæ ſub
cœlo contingunt, authore, per medias cauſas, id eſt, per creaturas earum, & vtiliter & iuſte &
ſapienter propter vel peccata noſtra vel probationem conſtantiæ noſtræ euenire, eamq́ꝫ ob
I rem merito nos cum Iobo dicere. ¶Si bona ſuſcepimus à manu domini, mala quare nō ſu
ſtineamus? Imò recte dicemus cū ſancta Iudith. Et nos ergo non vlciſcamur nos pro ijs, quæ Iudith.8
patimur, ſed reputātes peccatis noſtris, hæc ipſa ſupplicia, minora eſſe flagella dn̄i, quaſi ſerui
corripimur ad emendationem, & non ad perditionem noſtram, eueniſſe credamus. Eapro-
pter humiliter ante deum procidentes oremus. Peccauimus domine cū patribus noſtris, iniu
ſte egimus iniquitatē fecimus. Tu qui pius es miſerere noſtri, & in tuo flagello vindica iniqui-
tates noſtras, & noli perdere nos te cōfitentes, ſed tua nos miſericordia propicius reſpice. Id
quod ſi vera confeſſione in pia humilitate dixerimus, Nō dubitemus, & ipſum deū Opti. pro
ſua immēſa miſericordia ad vnumquēqꝫ dictuꝝ. Cōfide fili, remittūtur tibi peccata tua. Qui-
bus tanꝙ cauſis morboꝝ remiſſis, abibūt & morbi tanꝙ effectus ex pc̄tis exorti. Quanꝙ, deo
bene volēte, paucis poſt diebus, oblata per Euangeliū occaſione, multis acturi ſumus, an li-
ceat huiuſmodi morbis occurrere, & ſi fuerit occurrēdū, qbus nā remedijs? Qui interim ac de-
inde ſemper ſpem noſtrā in deū efficaciter ponemus, in cuius poteſtate ſumus, & nr̄a omnia 1.Regū.2
qui viuificat & mortificat, ſaluat & ſolus ſanat.

¶HOMILIA LXXII. DE EO QVOD SCRIPTVM EST Matth.22. Multi enim ſunt vocati, pauci vero electi, &c.

Dn̄ica vigeſima poſt octa. penteroſtes.

ITERVM atqꝫ iterū Chriſtus Ieſus vnigenitus dei Max. agit mo
A re fidelis, boniq́ꝫ patris, q filios ſuos ad vitā ſalutarē, candēq́ꝫ bonā,
nūc paternis & blandis verbis, nūc promiſſis, nūc muneribus, nunc
minis pœnaꝝ & exhæreditationis allicit, ducit, trahitq́ꝫ. Idē ſane,
inquā, agit Chrūs, & quidē ad multo meliorē vitā, vtpote ad ſeipm Iohan.14
qui eſt vita vera & æterna in cœleſti patria nos ſuos filios à ſe crea-
B tos, & redēptos hortaꝛ atqꝫ trahit. ¶Primo blādis verbis. Venite Matt.11.
inquiēs, ad me oēs, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos Matt.19
& inuenietis requiē animabus veſtris. Secundo promiſſis. Et om̄is, Marc.10
inquiēs, qui reliquerit domum vel fratres, aut ſorores, aut patrem, Lucæ.18
aut matrē, aut vxorē, aut filios, aut agros, propter nomē meū, centuplū accipiet, & vitā æter-
nā poſſidebit. Tertio muneribus. Ipſe em̄ nobis vitā & vitæ neceſſaria p cœleſtē patrē quoti Matt.6
die adminiſtrat, tā quidē paterne & vltro, vt recte à nobis perinde atqꝫ olim à diſcipulis in-
terrogare poſſit. Quando miſi vos ſine ſacculo & pera & calciamētis, nunquid aliquid defuit Lucæ.22
vobis? At illi dixerunt. Nihil. Quarto, minis exhæreditationis, per parabolā, in qua dicitur Marc.12
de homine, qui vineam paſtinauit, in eo verbo, quo dicitur. Veniet & perdet colonos & da-
bit vineam ſuam alijs. ¶Poſtremo hodie in hodierno Euangelio, ſicut & alias ſæpenume-
C ro admonet minis ſimul æternæ exhæreditationis atqꝫ æternalium, immēſorumq́ꝫ tormen-
torum: dicit enim eum, qui intrauit conuiuium ſine veſte nuptiali fore eijciendū, & quidem
manibus & pedibus ligatum in tenebras exteriores, vbi erit fletus & ſtridor dentiū. Et quod
magnopere nos terrere debeat, innuit per ꝙ plurimos eſſe & futuros, qui veſte nuptiali non
induti, ſint in eas tenebras proijciēdi, eoq́ꝫ pacto æternaliter damnādi. Et, quod plus eſt, ſub-
innuit non eos ſolum, qui nec verbo nec facto ſunt Chriſtiani, vtpote Iudæi & gētiles quiqꝫ
peſſimi, verumetiam malos Chriſtianos, qui baptizati fidē verbo ſequuntur, non autē facto
eſſe damnandos. Quanꝙ ſint, qui (heu) nimium ſibi in ſuam perniciem blandiētes negent, cē-
ſeantq́ꝫ neminē Chriſtianum, vel quamlibet malum, perdēdum, modo credat in Chriſtum,
vel quacunqꝫ fide, Nec thema noſtrum de Chriſtianis eē, ſed de infidelibus tantummodo in-
telligēdum. Id quod ꝙ à veritate deuiat, videre eſt, ita tamē, vt parabola huius Euangelij pri-
D us per ſingula verba exponatur. ¶In primis igitur, ſciēdum, hic appellatione regni cœlo-
rum, venire eccleſiam militantem, alioqui regnum Chriſti hic in terra, cuius rex eſt Chriſtus,

Matt.28 vſq; ad conſumationē ſeculi in ea manens,& per gratiā potentiamq́;, alioquinq́; multipha
riam regnans. Hinc & chriſtianos appellat Petrus, genus electū & regale ſacerdotiū. Homo
1.Petri.2, vero rex in hodierno Euangelio eſt deus pater, de q̄ Paulus. Quē ſuis temporibus oſtendet
1.Tim.6, beatus & ſolus potens, rex regū & dn̄s dominātiū, qui ſolus habet immortalitatē, & lucem
inhabitat inacceſſibilē, quē nullus hoīm vidit, ſed nec videre p̄t. Cuius etiā ad eū modū me-
Apoca.19 minit Apocalypſis. Filius eſt Chr̄s dn̄s, q eſt vnigenitus æterni regis patris, ad quē alias in-
1.Iohā.4 quit. Hic eſt filius meus dilectus, in q̄ mihi cōplacui. Et rurſus. Hic eſt filius meus dilectus, in
Iohan.1, quo mihi bene cōplacui, ip̄m audite. Huic pater rex nuptias fecit, q̄ñ noſtri cauſa ob origi-
Matt.3 nale peccatū illū ex immaculata virgine Maria, ſpiritu ſancto cooperāte, naſci curauit, vn-
Matt,17 de (vt canit propheta) ipſe tanq̄ ſponſus de thalamo ſuo proceſſit, ſibi deinde fide & charita
Marci.1 te eccleſiā ſuā cōiungens quaſi quibuſdā nuptijs. Quæ quidē nuptiæ quātū ad totum genus
Lucæ.1. humanū iniciatæ ſunt p ſponſalia in principio creationis hoīs, dū hoīem deus ad ſui cogni-
Psal.18 tionē & amorē creauit. Dedit ſanè tūc arrā, iuſtitiā originalē, qua ſe negaret diabolo, cōſer-
Geneſ.1, uaret ſponſo, ſed ſolutæ ſunt fraude diabolica, redintegratæ incarnatōe Chr̄i, cōfirmatę &
ratificatæ morte, in gloria cōſumādæ: Quantū vero ad ſingulos hoīes initiant per fidem &
Oſee.2 baptiſma. Vñ propheta. Sponſabo, inquit, te mihi in ſempiternū, & ſponſabo te mihi in iu
ſtitia & iudicio, & in miſericordia & miſeratōibus, & ſponſabo te mihi in fide. Ratificant
Hiere.2 per charitatē. Vñ alius p̄pheta ait. Recordatus ſum tui, miſerās adoleſcētiam tuā, & chari-
Apoca.19 tatem deſponſatōis tuæ. Cōſumātur p gloriā. Vnde Apocalypſis inquit. Beati q ad cænam
nuptiarꝫ agni vocati ſunt. ¶Ad haſce igit̄ nuptias fidei & eccleſiæ p incarnationē redem E
ptionis inuitandū nos rex pater miſit. ¶Primo p̄phetas veteris legis ad Chr̄m vocātes, F
Mat.23 verꝫ vocati. ſ. Iudæi noluerūt venire, adeò q̄d Chr̄s ad eos ait: O Hieruſalē Hieruſalē, q̄ oc-
Lucæ.13 cidis p̄phetas & lapidas eos, q ad te miſſi ſunt. Idē & alias. Lux venit, inquiēs, in mundū &
Iohan.3. dilexerūt hoīes magis tenebras q̄ lucē. Hinc & Eſaias cōqueſtus eſt de negligētibus, ad q̄s e-
Eſaię.53 rat miſſus p Chr̄o vēturo denūtiādo. Quis credidit auditui nr̄o? Id q̄d ap̄lus ad Ro. repetit
Roma.10 ¶Secūdo miſit alios ſeruos. ſ. ap̄los ad eoſdē. ſ. Iudęos, tanq̄ ad populū tūc electū, vtpote q̄ñ G
Lucæ.10 Chr̄s miſit eos in oēm ciuitatē & locū, q̄ ipſe vēturus erat, q̄s iſti neglexerūt. Et miſſi ab in-
Matt.23 uitatis cōtumelia primū affecti ſunt occiſi, teſtimonio dn̄i dicentis. Ecce ego mitto ad vos
prophetas, & ſapientes & ſcribas, & ex illis occidetis & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in
ſynagogis vr̄is, & perſequimini de ciuitate in ciuitatē. Id vero ip̄m patet de diuo Stepha-
Mar.13 no, quē lapidarūt. Interemerūt & Iohannē Baptiſtam, itēq; idē Hærodes occidit gladio Ia
Actor.7 cobum fratrē Iohannis, occiſurus & diuū Petrū, niſi è carcere fuiſſet per angelū dn̄i libera-
Marci.6 tus. Affecerunt & alios apoſtolos cōtumelia & morte, quēadmodū de ijs teſtat̄ Euāgeliſta.
Actor.12 Et illi, inquiēs, ibāt gaudentes à cōſpectu cōcilij, q̄m digni habiti ſunt pro noīe Ieſu cōtume
Actor.5, liam pati. Quod ipſis antea p̄dixerat Ieſus, dicens. Abſq; ſynagogis faciēt vos. Sed venit ho
Iohan.16 ra, vt oīs, qui interficit vos, arbitret̄ obſequiū ſe p̄ſtare deo. Quod ſanè multipharia eue-
2.Cor.11 nit diuo apoſtolo Paulo, teſte ipſomet. ¶Illi ergo apoſtoli iuſſi ſunt dicere. Ecce prādiū H
meū paraui, tauri mei, & altilia occiſa ſunt, & oīa parata, venite ad nuptias. Sanè tauri & al
tilia ociſa, ſunt corpus & ſanguis Chr̄i, pro nobis imolata, ſp̄ualis cibus & potus, anīas alen
Iohan.6 tia. Sed ea neglexerunt & nō curarūt inuitati, qa terrena ſp̄ualibus alimonijs p̄poſuerūt, q̄d
Iohan.3, deſignat id. Et abierūt, alius in villā ſuā, alius vero ad negociationē ſuā: Dilexerūt eīm (inq̄t
Chr̄s) magis tenebras q̄ lucē. Quia ergo illi ſpreuerūt & regē & eius miniſtros, ideo poſtre-
mum miſit exercitus ſuos ad inuitatos negligentes p̄dendos. Exercitus miſſi fuere Romani
Ioſephus lib.vij. de bello iuda ducibus Veſpaſiano & Tito, qui ob Iudæorꝫ in Chr̄m & eius ap̄los pc̄tā, Hieruſalē ſuccēde
runt (& autore Ioſepho) propemodū decies centena millia occiderunt, demptis pueris &
fœminabus, itēq; captiuis. Cuius p̄ditōis & Chr̄s alibi meminit, q̄ñ ſuper ciuitatē Hieruſa-
Luc.19 lem fleuit. ¶Quia ergo nullus iſtorꝫ, qui vocati ſunt ad prandiū, (cui⁹ cæna erit in nouiſſi I
Lucæ.14. mo tempore, & cōplebit̄ in regno cœleſti, impleto ſaluādorꝫ numero, vt ex Luca nō obſcu
re colligit̄) venit, iuſſit dn̄s rex ire miniſtros ad exitus viarꝫ, & adducere q̄ſcunq; tam bonos
q̄ malos. Exitus viarꝫ, egreſſio eſt ad gentes, q̄d & factū eſſe in actis Apoſtolicis perhibetur.
Vobis (aiunt) oportebat primū loqui verbū dei, ſed q̄m repellitis illud, & indignos vos iudi
Actor.13 catis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. Ex ijs igitur collegerunt ad prandium tam
bonos q̄ malos, ſiq̄dē in eccleſia militāte admixti ſunt boni cū malis. Quod vl̄ Chriſtus ali
bi arguit per parabolā, qua ſubinnuit regnū cœlorꝫ eſſe factum ſimile ſagenæ miſſe in mare
& ex oīni gn̄e piſcium congreganti. Quam, quum impleta eſſet, educētes & ſecus littus ſe-
dentes, elegerunt bonos in vaſa, malos autem foras miſerunt. Hinc ſanè eſt, quod nuptiæ,
id eſt, eccleſia tam ex bonis q̄ ex malis conuiuis, id eſt, chriſtianis ſint impletæ. Quod certe
malis nō bñ ceſſit, q̄m, quū rex videret cōuiuā nō veſtitū nuptiali veſte (qua mali cōuiuæ ſi-
gnant̄) increpauit ip̄m, q̄d male veſtitus ſe cęteris īmiſcuiſſet, p̄indeq; ip̄m iuſſit ligatū p̄ijci
in exteriores tenebras, i. in æternalē inferorꝫ pœnā. Intrat autē rex ad conuiuū ſpecialiter
in mor

in morte vniuſcuiuſq; hoīs, deinde in extremo iudicio, qñ vnicuiq; redditurus eſt iuxta ope- Apoca.22
ra: tūc eñ nō veſte nuptiali amictos iubebit foras mitti. Sic eñ erit (ait Chrs) in cōſummatiōe Marc.13
ſeculi. Exibūt angeli & ſeparabūt malos de medio iuſtoꝝ, & mittēt eos in caminū ignis. Ibi Matt.25
erit fletus & ſtridor dentium. Eſt aūt veſtis nuptialis ipſa charitas, q̄ (vt ſcribit Petrus) operit 1.Petri.4
multitudinē pctōꝝ. Hanc aūt veſtē .ſ. charitatē habēt, q ſeruant ꝓcepta decalogi, q̄ in ſola &
vnica charitate cōtinentur. Prima quidē tria ad dei, reliqua ſeptem ad proximi amorem faci-
unt. In amore autē dei & proximi, pendet lex & prophetæ, id eſt, oīa dei mandata, quæ q ſer- math. 22
uant, ſunt ad nuptias vocati & electi, ideoq; nuptijs in cœleſti patria perfruentur, reliqui ve-
I ro minime, quorū tamen, qui perfruentur, pauci erunt. ¶Quandoquidē Chrūs hodie inqt.
Multi ſunt vocati .ſ. ad fidē, pauci vero ſunt electi, id eſt, qui ſe dignos p charitatē facerent, q
propterea ſunt proijciēdi in tenebras exteriores. Sane multi ſunt vocati ad nuptias, id eſt, ad
fidē, quoniā (vt ait Paulus poſt prophetā) in omnē terrā exiuit ſonus eoꝝ, & in fines orbis ter Roma.10
ræ verba eoꝝ. Nec miꝝ, quū (teſte eodē) deus volūtate antecedente vult oēs hoīes ſaluos fie- Pſalm.18
ri, & ad cœnā vltimā .ſ. æternæ beatitudinis peruēturos. Quod vero nō oēs ſalui fiunt, nec ea 1.Timo.2
cœna perfruuntur, culpa nō eſt in deo, ſed in ijs, q ſe ea vel p infidelitatē vt Iudæi & gētes, vel
per mala opera, fide ſuſcepta, vt mali Chriſtiani, indignos faciūt, rege ipſo clare hodie teſtāte,
cū ait. Nuptiæ quidē paratæ ſunt, ſed q inuitati erant, nō fuerūt digni. Hinc nō eſt multis agē-
dum de electione, qualis ea ſit. Sane hic electos videmus exponi pro ijs, qui vera fide ſunt in
K eccleſia, & ſe ea eccleſia & fide per bona opera dignos reddunt. ¶Non eſt enim deus cauſa Sapie.11
alicuius damnationis, qui nihil eoꝝ odit, quæ creauit, maxime hominē, quē vel ideo condi-
dit, vt regnū à conſtitutione mundi paratū ſuſciperet. Sin eū dixeris tuæ perditionis eſſe cau-
ſam, certe non alia erit, q̄ ſolis, qui ideo non poteſt aliquando domū illuſtrare, quoniam feneſ-
ſtræ ſeruntur & clauduntur. Tunc profecto nemo ſolem iuſte culpauerit, ſed iuſtiſſime eum,
qui clauſit feneſtras. Sic ſane nos culpabimur reiecti à beatitudine, qm̄ gratiæ, quam deus nū- Hebre.12
quam negat vere petentibus ipſimet defuimus, vocationēq;, qua quotidie nos & quidē varie Apocal.3
vocat, nō admiſimus. Deus eñ (inquit Apoca.) ait ad nos. Ecce ego ſto ad oſtiū foris, & pulſo
.ſ. per internam inſpirationem, per prædicationem, per proſpera mundi, per infortunia, &c.
Et ait per Iob. Vocaui ſeruū meū, & nō reſpondit mihi. Quare merito deus demū ait p ꝓphe Iob 19
tā. Perditio tua ex te Iſrael, ex me aūt auxiliū tuū. Hinc & ſancta ſcriptura dicit. Deus ab ini- Oſee.13
tio cōſtituit hominē, & reliquit illū in manu cōſilij ſui, adiecit mādata & ꝓcepta ſua. Si volue- Eccleſ.15
ris mādata cōſeruare, cōſeruabunt te, & in perpetuū fidē placidā ſeruare. Appoſuit tibi aquā
& ignē, ad quod volueris porrige manū tuā. Ante hominē vita & mors, bonū & malū, quod
placuerit ei, dabitur illi, quoniā multa ſapiētia dei, & fortis in potētia, videns omnes ſine in-
termiſſione. Oculi domini ad timentes eū, & ipſe agnoſcit omnia opera hoīs. Nemini man-
dauit impie agere, & nemini dedit ſpaciū peccandi. Nō eñ cōcupiſcit multitudinē filioꝝ infi
deliū & inutiliū. Vñ certius certo (quāuis etiā ex multis alijs) eſt intelligere, deū Opt. oēs vel-
le ſaluos fieri, & ad veræ æternas beatitudinis nuptias peruēturos. Quod vero nō eo oēs ve-
niunt, culpa eſt eoꝝ, qui ſua ſponte ſe indignos faciunt. Illi igitur ad cœnā beatā in gloria nō
ſūnt venturi. ¶Quoꝝ duo genera in hodierno Euangelio notantur.
L ¶Primū eſt eoꝝ, q venire prorſus neglexerūt & nō curarunt, & ſunt Iudæi, & oēs q fidem
Chri ad vocationē nō receperūt, q ſane propter incredulitatē ſuā ſimpliciter dānant, qm̄ (vt Iohan.3
ait dñs) qui nō credit iā iudicatus eſt, & ideo nullus iſtoꝝ, q vocati ſunt & noluerūt venire, gu- Lucæ.14
ſtabit cœnā æternæ felicitatis (vt ait aliàs Chrūs) fuerunt eñ ſua ſponte indigni, qui tenebras Iohan.3
M luci ꝓpoſuerunt. ¶Secundū genus eſt eoꝝ, qui vocati .ſ. ad fidē eccleſiæ intrarunt, ſed fidei
opera, quæ charitatis ſunt & dei ꝓcepta, nō ſunt operati, ideoq; perpetuo dānandi: Nimiꝝ q̄s
illa fides verbalis nequaq̄ iuuabit. Eos vero Chrūs hodie notat per eū, qui veſtē nuptialē non
habuit, ideoq; in exteriores tenebras eiectus. Damnanſ ergo perpetuo mali Chriſtiani, nō qa
nunq̄ crediderunt, verū quia male crediderunt: vtpote qui (iuxta Paulum) confitentur deum Titum.1
noſſe, factis autē negant, ad omne opus bonū reprobi. Iſti quidē nomine Chriſtiani ſunt, ope
aūt longe alieni: qui quū Chriſto iniuriam per malā vitā faciunt, æternæ ſunt obnoxij pœnæ
Nō eñ ex verbali fide ſaluamur, teſte dño, qui ait. Non oīs qui dicit mihi, dñe, domine, intrat Matt.7
in regnū cœloꝝ, Qui aūt clamat, domine, domine, certū eſt ꝙ credit .ſ. informi fide. Adde, ꝙ
vel plus alijs puniuntur, qui fidē receperūt, & fidē opere nō ſeruāt. Siquidē ſi (ingt Petrus) re-
fugientes coinquinationes mundi in cognitione dñi noſtri & ſaluatoris Ieſu Chri, his rurſus 2.Petri.2
implicati ſuperanſ, facta ſunt eis poſteriora deteriora prioribus. Melius eñ erat illis nō cog-
noſcere viā iuſtitiæ, q̄ poſt agnitionē retrorſum cōuerti ab eo, quod illis traditū eſt, ſancto mā
N dato. Sane per recidiuū ingratitudo diuini beneficij ꝓcepti aggrauat peccatū. ¶Proinde
valeant, qui velint neminē eoꝝ, qui vel verbo fidē receperūt, & opibus vel quālibet mali ſint,
poſſe damnari. Quod ſi veꝝ eſſet, qd aliud Chriſti fides, niſi peccandi licentiam & impunita-
tem attuliſſet? Quod autem minime phas eſt credendum, ſed impium, Alioqui qd Chrūs ſuos

 diſcipu-

Digitized by Google

diſcipulos & alios, qui in eũ vere crediderũt, toties & tãtopere à peccatis dehortatus fuiſſet?
Johan. 5. Johan. 8. Quid fruſtra alioqui dixiſſet ad eũ, quẽ ſanarat. Ecce ſanus factus es, iã noli peccare, ne dete
rius tibi aliquid cõtingat? Quid etiã ad adulterã dixiſſet, cui remiſerat pctã. Vade & iã am-
1. Cor. 15 plius noli peccare? Quid etiã apli ſuis ſcriptis & epiſtolis eos, qui iã credebãt, adeò vſq; à pec
catis retraxiſſent? Maxime, cũ Paulus dicat. Euigilate iuſti. ſ. per fidẽ, & nolite peccare? Ig
norantiã eñ dei quidã habẽt. Sed qui ſunt, q gñatim dei ignorantiã habẽt? Sũt, inquã, q di-
cunt. Nõ opus eſt bonũ facere, aut vt timeamus ne dãnemur pro pctis, quæ q̃tidie facimus,
qñ pro ipſis Chrs mortuus eſt. Recte quidẽ. Chrũs eñ pro pctis totius mũdi, etiã infideliũ
mortuus eſt, & cuius etiã paſſio, quãtũ in ſe, pro oĩbus eſt ſufficiẽs, ſed nõ pro oĩbus efficax,
Galatt. 5 quia ꝓ illis tñ, qui ea ſe dignos ꝑ verã fidẽ, quę ſine bonis opibus non eſt, faciunt. Paſſus eſt
Chrs pro pctõ originali, & pro ꝓcedẽtibus pctis, vt eius cã, qui credũt & baptizãtur deinde
1. Johã. 2. nõ dãnent: Deniq; paſſus, vt ſit nobis apud deũ propitiatio ꝓ pctis, q̃ nũc facimus, qñ ꝑ pœ
nitẽtiã, gratiã & miſericordiã petiuerimus. Ea ꝓpter male blandiunt ſibi qui dicũt. Nos ſu
mus à deo ad fidẽ vere vocati, & nihilominus interim peccãt, illi potius conari deberent, vt
nõ ſolũmodo eẽnt de numero vocatoꝝ, ſed etiã electoꝝ. i. de ĳs, q fidẽ recte ꝑ opa charita-
tis faciũt. ¶ Cuiuſmodi ſunt q oĩbus modis ſtudẽt, vt ſint digni ea cęna hodierna. Hinc non O
2. Petri 1 ſine cã monet Petrus, inquiẽs. Quapropter fratres magis ſatagite, vt ꝑ bona opa, certã ve-
ſtrã vocationẽ & electionẽ faciatis. Hęc eñ faciẽtes, nõ peccabitis aliqñ. Et aplus ait. Obſe-
Ephe. 4. cro itaq; vos ego vinctus in dño, vt digne ambuletis vocatõe, q̃ vocati eſtis, cũ om̃i humili-
tate & mãſuetudine, cũ patiẽtia, ſupportãtes inuicẽ in charitate. ¶ Ex ĳs igit omnibus & P
alĳs hoc genus pluribus, q̃ nunc ob tpis anguſtiã ꝑtereo, liquido patet, Chrm ſubſinuaſſe in
themate. Multi ſunt vocati, pauci electi: itã infideles, qui ideoq; cęna beatitudinis nõ pfru-
entur, q vocati neglexerũt ſimpliciter venire: q̃ chrĩanos, qui fidẽ veris opibus nõ exornãt.
Illi pœnã infidelitatis, hi recidiuitatis fictæq; fidei luent. Et ſic certũ eſt, multos, qa omnes,
Matt. 7. vocatos, paucos vero electos. i. dignos. Indigni eñ ſunt oẽs infideles, & deniq; om̃es pctõ-
res, vel q̃libet noĩe chriſtiani, qui latã poſt fidẽ receptã, ambulãt viã, q̃ ducit ad ꝑditionem.
Cõtendamus igit (fratres amãtiſſimi) eſſe de numero paucoꝝ, qui electi ſunt. De eoꝝ autẽ
numero erimus, qñ bonis operibus ieiunio, tribulationibus, anguſtĳs, eleemoſynis, hocq;
Luc. 13 genus alĳs diuinis virtutibus cõtendamus ingredi ꝑ anguſtã portã, quã multi quærent in-
trare, ſed nõ poterunt: Siquidẽ & ĳ hodie vellent, ſi poſſent, qui neglexerũt intrare. Stultæ
Matt. 25 eñ quinq; virgines intrare voluerunt, ſed nõ potuerunt, quia eaꝝ lampades erãt extinctæ,
id eſt, nõ habebãt opera charitatis, Et ſic nõ erãt veſtite veſte nuptiali.

¶ Nos proinde, fratres chariſſimi, hodiernas Chri & eccleſiæ nuptias, tota mente diliga- Q
mus, ne ad eas per fidẽ vocati & ingreſſi, audiamus dñm dicere. Amice, q̃uo huc intraſti, nõ
habens veſtẽ nuptialẽ? Q. d. Vt quid chriſtianus es effectus, cũ opera tua nõ ſint chriſtiana?
Chriſtianũ te vocãs & aliena à Chro faciens, ei iniuriã facis. Ex actu eñ nomẽ eſt, Si Chri-
1. Johã. 2. ſtianũ te eſſe delectat, q̃ chriſtianitatis ſunt debebas feciſſe. Quandoquidẽ ſcriptũ ſit. Qui di
Johan. 9. Galatt. 6 cit ſeſe in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare, id eſt, bonũ operari,
dum tẽpus eſt, quod Chriſtus fecit agendo & docendo. Sic nomen chriſtiani, haberi cœ-
pit nomen iuſtitiæ, bonitatis, integritatis, patiẽtiæ, caſtitatis, pudicitiæ, pietatis, humilita-
tis & innocentiæ, &c. Quæ nomina vel ſingula habebimus, ſi vocati ad nuptias Chriſti, id
eſt, eius fidei, curabimus habere veſtem nuptialẽ, id eſt charitatem dei & proximi. Quam
vbi habuerimus, nõ proĳciemur ĩ tenebras exteriores, nec erit nobis hic in vita terrori ver
bum Chriſti, quo ait. Multi ſunt vocati, pauci vero electi.

HOMILIA LXXIII DE EO QVOD SCRIPTVM EST.
Iohan. 4. Domine deſcende priuſquam moriatur filius meus.

Dominica. xxi. poſt octauas pentecoſtes.

QVANQVAM ex hoc Euangelio tam multa q̃ ſalutaria colligi A
poſſent, ipſi tñ ex om̃ibus tria tantũmodo hodie, ꝑ perſonã Regu-
li, de q̃ Euãgeliũ, pro loco & tempore ſumus diſcuſſuri, interim ve
ri Euangelĳ intellectus, qui ex ĳs tribus dicẽdis facile patebit, haud
ſanè immemores. Primo igit diſcutiemus, deo adiuuante, Vtrum
mors ipſa corporalis vel nr̃a vel noſtroꝝ, ex ęgritudine manans,
pie nobis ſit timenda? Secũdo, An corporalis ægritudo, vtpote pe
ſtilentia ſit amouenda iuſte? Tertio, Vtrũ hæc ipſa ægritudo her-
baria vel hoc genus aliqua medicina, ſit expellenda, aut quid inibi
ſit ſeruandum? ¶ Quo ad primũ proinde ſcias, timorẽ mortis bi- B
phariã, tum q̃ ad ſenſum, tũ q̃ ad rectã rationẽ, cõſiderari poſſe. Quãtũ ad hominis ſenſum
mors

Digitized by Google

mors ipſa nihil aliud eſt, q̃ aĩæ à corpe ſeparatio. Et hoc pacto mors dr̃ naturalis & ſenſu-
alis, Vñ orit̃ naturalis etiã timor mortis, q eſt quidã horror, q̃ natura hoĩs horret ſeparatio-
nẽ aĩæ à corpe: queãdmodum q̃libet res naturaliter appetit ꝑmanere, & reſugit & reſiſtit
q̃tũ põt ſuo cõtrario, ipſam corruptiuo. Cęteꝝ qa nulla eſt reꝝ maior & dilectior coniun-
ctio q̃ aĩæ & corpis, non poterit ideo difficilior & natura amarior anguſtiorq;, q̃ aĩæ &
corpis, eẽ ſeparatio, Et inde nec timor naturalis aliqs eſſe p̃t horribilior. Quo factũ, vt A-
reſtotiles dixerit. Terribiliũ oĩm terribiliſſimũ eſt mors. Hic certè nemo ẽ à natura (ſileo e-
nim grãm, q̃ illã ipm̃ excludere timorẽ p̃t, ſicut à multis ſanctis hoĩbus excluſit) q ad hunc
modũ nõ timeat mortẽ. i. amarã aĩæ à corpe, tanq̃ dilecte à dilectiſſimo, ſepationẽ. A quo
quidẽ timore, nec viri ſancti fuere alieni. Sic Ezechias (quũ ad ipm̃, ad mortẽ vſq; ęgrotãtẽ, Eſaię. 38
Eſaias diceret. Diſpone domui tuæ, qa morieris tu & nõ viues) cõuertit faciem ſuã ad pari-
etẽ, & orauit ad dñm, & dixit. Obſecro dñe, memẽto q̃ſo, qũo ambulauerim corã te in veri
tate, & in corde pfecto, & q̃d bonũ eſt in oculis tuis fecerim. Et fleuit Ezechias fletu magno Iudicũ. 6
Sic Gędeon, qa timebat mori, q̃d angelũ vidiſſet, cõſolatus eſt à dño dicẽte. Pax tecũ, ne ti- Matt, 10
meas, nõ morieris. Sic & apl̃i, ne mortẽ iſtã naturalẽ plus iuſto timerẽt, p Chr̃m fuere cõſo
lati ijs verbis. Nolite timere eos, q occidũt corpus. Et ita nimiꝝ nõ põt nõ eſſe timori mors
ipſa, maxime apud ĩbecilles, qbus plęrũq; alia etiã, morte appropinquãte, occurrũt, q̃ timo Miche. 7
rẽ ſuggerũt, vtpote domeſtici, q̃s nõ libẽter deſerãt, de qbus ꝓpheta. Inimici hoĩs domeſti
ci eius. i. cõſanguinei. Itẽ dęmones, q oĩui mõ conant̃ hoĩem morientẽ inducere ad deſpera
tionẽ, numerãdo eius pc̃tã & aggrauãdo. De qbus Dauid. Inimici mei, animã meã circũde Pſal. 16
derũt. Cõtra q̃s ſolat̃ Apocalypſis. Eſto fidelis vſq; ad mortẽ, & dabo tibi coronã vitę. Item Apoca. 2.
ſunt qnq; ſenſus, q adeò vſq; in organis ſuis laborãt, vt infirm⁹, ſeu moriẽs vix p̃ dolore poſ
ſit de ſua ſalute cogitare. Hinc ſcriptura. Oculus meus depdatus ẽ animã meã. Dauid: Non Thren. 3. Pſal. 6
eſt ĩ morte, q memor ſit tui. Itẽ poſtremo, diuitię & reliq̃ huius mũdi bona, q̃ imbecilli ho- Eccle. 41
mini pœnã & timorẽ aggrauant. Vñ ſcriptura. O mors quã amara ẽ memoria tua, homini
pacẽ habẽti in ſubſtãtijs ſuis, viro quieto. Cũ igit̃ timor ille ꝓpter ſeparationẽ eoꝝ, q̃ in di-
lectione ſunt cõiuncta, vtcũq; ſit naturalis & ſenſui horribilis, ꝓindeq; hoc minus reprehẽ-
dendus, eſt tñ magnopere fugiẽdus & fugãdus p rectã & deliberatã rationẽ, ſcd̃m quã mors
eſt potius appetẽda q̃ timẽda: queãdmodũ amarã medicinã infirmũ ſanantẽ licet guſtus. i.
C ſenſus infirmi nauſeat, tñ ratio ſanari cupiẽtis ſpontè acceptat. Sic Chr̃us dixit. Spũs quidẽ Matt. 26
promptus ẽ, caro aũt infirma. ¶ Ita ſane timor mortis naturalis ſuperãdus ẽ ratione, q̃ ſcit Mar. 14
mortẽ nihil aliud eẽ, q̃ neceſſariã ex hoc mũdo ad cœleſtẽ patriã emigrationẽ, teſte apl̃o, q 2. Cor. 5.
dicit. Scimus eñ qm̃ ſi terreſtris domus nr̃a huius habitatõis diſſoluat̃, q̃d ędificationem ex
deo habem⁹, domũ nõ manufactã, ſed ęternã in cœlis. Nã & in hoc ingemiſcimus habita-
tionẽ noſtrã, quę de cœlo ẽ ſuꝑindui cupiẽtes, ſi tñ veſtiti & nõ nudi inueniamur, Nã & qui
ſumus in hoc tabernaculo, ingemiſcimus grauati, eo q̃d nolumus expoliari, ſed ſuꝑueſtiri,
vt ſorbeat̃ q̃d mortale ẽ à vita. Audiẽtes igit̃ ſemꝑ & ſciẽtes, qm̃ dũ ſum⁹ in hoc corpe, per-
D egrinamur à dño. Ex hac ſanè mortis definitõe, monemur. ¶ Primo, vel ideo non debere
nos timere mortẽ, q̃d p eã ab hoc mũdo liberamur, & deuehimur ad cęleſtem patriam. Sic Philip. 1
Paulus ardẽter cupiebat diſſolui ab hoc corpe & eẽ cũ Chr̃o, à q̃ hic ꝑegrinamur exules à pa
radiſo ꝓpter delictũ originale. Sciebat vtiq; Paulus, ꝓinde reꝝ ſecretaꝝ cõſci⁹, eũ q ab hoc
mũdo p mortẽ liberaret̃, liberari à ſex malis huius mũdi, & puehi ad ſex bona patriæ cœle-
E ſtis. ¶ Primo, A malignitate hui⁹ mũdi, in q̃ totus poſitus ẽ, teſte Iohãne, vtpote maligno
auaritię, ſuꝑbię, luxurię, & reliq̃ hoc genus maligno. Hinc pſalmiſta inqt. Exite de medio e 1. Iohã. 5
ius. ſ. babilonis vl̃ mũdi. Quo? Ad terrã ꝓmiſſiõis. ſ. æternę btitudinis, vbi (Apoca. dicẽte) Pſal. 52
nihil eſt pc̃ti, quũ eo nihil intret coinqnati aut abominatõis, nec is q facit mẽdaciũ, niſi qui Apoca. 21
ſcripti ſunt in libro vitę agni: ſiquidẽ quo qui ꝑueniũt, (teſte Chr̃o, erũt ſicut angeli. ſ. im- Matt. 22 Marc. 12
mortales & caſti ab oĩni labe. Secũdo, A mũdi mutabilitate & vanitate, q̃ in mũdo oĩa ſunt Pſal. 38
plena. Siquidẽ ait Dauid. Vniuerſa vanitas oĩs hõ viuẽs. Et Eccl̃es inqt. Ego Eccleſiaſtes Eccle. 1
fui rex in Hieruſalẽ, & ꝓpoſui in aĩo meo q̃rere & inueſtigare de oĩbus ſapiẽter, q̃ fiũt ſub
ſole. Vidi q̃ cuncta ſunt ſub ſole, & ecce vniuerſa vanitas. Et hõ (inquit Iob) natus de muli- Iob. 13.
ere, breui viuẽs tpe, replet̃ multis miſerijs: Fugit velut vmbra, & nunq̃ in eodẽ ſtatu perma
net: qm̃, ait Iohãnes, mũdus trãſit & cõcupiſcẽtia ei⁹. Hinc apl̃us monet, vt vtamur hoc mũ 1. Iohan. 2
do tanq̃ non vtentes. i. vt in eo vel in rebus mundanis, finem non conſtituamus, quia mobi 1. Cor. 7
les ſunt & momentaneæ. Potius igitur ex eo ad cœlum eſt per mortẽ feſtinandũ. Vbi (vt
ſcribit Iacobus) nõ eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio. Tertio, Ab huius mun Iacob. 1
di irrequietudine & miſeria, qua frequentiſſime plenus eſt mũdus, & nunq̃ verã habet pa-
cem. Vnde Iob. Homo natus de muliere, multis replet̃ miſerijs. Et Eccleſiaſtes: Quid ergo, Iob. 13
inquit, prodeſt ei, q̃d laborauerit in ventum? Cũctis diebus ſuis comedet in tenebris, & in Eccle. 5
curis multis, & erũna atq; triſtitia, Et nihil ſit quàm labor & afflictio ſpiritus. Hinc fugien-

 dum eſt

Digitized by Google

Iob.14. dum eſt p̄ mortē ab hac irrequietudine mũdi ad deũ, vbi vera eſt requies & pax, dicēte Chr̄o:
Apoca. 21 In mundo p̄ſſurā habebitis, in me ãt pacē. In cœlo eñ (ſcribit Iohãnes) nõ erit mors vltra, neq;
luctus, neq; clamor, neq; dolor erit vltra. Quarto: A defectu veritatis ad verã ſciam, qm̃ (vt ſcri
1. Cor.3, bit Paulus) ſtultã fecit Deus ſapiam huius mundi, quæ tñ vix multo labore, ſudore, periculoq;
1. Cor.13 acquirit. Ex parte eñ hic cognoſcimus, & ex parte pphetamus. Cum ãt venerit quod perfe-
Iaco.1 ctum ē, euacuabit qd̄ ex parte ē. Videmus nunc p̄ ſpeculũ in ænigmate, tunc ãt facie ad faciē.
Coloſſ.2 Nunc (ait Ap̄ſus) cognoſco ex parte, tunc ãt cognoſcã ſicut & cognitus ſum. Apud Deũ eñ
eſt omne datũ optimũ, & oĩe donũ pfectũ, in q̄ oĩs ſcia & ſapia, imò q ipſa eſt ſapia, vnde oẽs
btĩ participãt. Quinto, A mũdi ĩfinitis periculis, qbus hoĩes adeò oĩni momẽto ſunt obnoxij,
vt & ſctiſſimi viri ab ijs vix tuti eẽ potuere, vt facile ex Ap̄li ſcriptis ē colligere. Adeò q̄d & in
Matt.8. figurã alibi Ap̄li in piculo nauigatõis ad Chr̄m deuotè clamarint. Dñe ſalua nos, pimus. Sic &
Tobiæ.2 Tobias à luto vl̄ ſtercore hirũdis ĩ viſu cępit piclitari, exẽplo vt nemo à picul' ſit tut' ĩ hoc mũ
Eſaiæ.32 do, vñ p̄ mortē ē feſtinãdũ ad cęlũ. Vbi, inqt Eſaias, ē ſecuritas in ſempiternũ. Et ait apud eũdē
deus. Sedebit pp̄ls meus in pulchritudine pacis, & in tabernacul' fiducię, & in reqe opulẽta. Se-
xto: A ſeruitute corruptibilitatis, q̄ pulcher & ſan' corrũpit ab ęgritudie. Fortis & iuuenis à ſe-
Roma.8 nectute, diues & ſperãs vitã à morte. Ab hmõi (inquã) corruptõe liberat hõ p̄ mortē in cęleſti
p̄ria. Vñ Paulus: Quia (inqt) & ipſa creatura liberabit à ſeruitute corruptõis, in libertatē gl̄iæ fi
Heb.9 liorũ dei. ¶ Adde demũ, vt iõ nõ eẽ timẽdã mortē, q̄d is ſit timor inutil', quũ mors ſit neceſſaria, F
Philip.1 q̄ vitari nequeat. Statutũ eñ ē (ait Ap̄ls) oĩbus hoĩbus ſemel mori. Itẽ ē & nociuus, qm̃ facit vt
illicitè plus nos amamus, q̄ deũ, ad quē morte venire nõ curamus, ſicut Paulus deſiderabat eẽ
cũ Chr̄o. Itẽ ē & à chr̄iano alienus, q̄d p̄ mortē finē ſuum optimũ nõ magnope deſiderat, quē
Eccle.30, certè ex aĩo, & pp̄ter rõnes p̄dictas, mortē maxĩe cõcupiſcere deberet. Sic etenĩ Solomõ dicit:
Eccl.7 Melior ē mors q̄ vita amara. Et alibi: Melior ē dies mortis, q̄ natiuitatis. Et rurſus: O mors bo
Eccl.41 num ē iudiciũ tuum hoĩ indigẽti, & q moriat viribus, defecta ętate. Noli timere iudiciũ mor-
tis. Sic & ipſi vel q̄libet ęgrotãtes mortis naturalē timorē explodere debemus rõnibus iã enu
Mat.10 meratis. Et potius, vt Tobias & ap̄li, q mori gaudebãt, mori q̄ viuere eligere. Imò (inq̄) nõ hu
ius vitę ſed ęternę vitę, q̄ ē aĩæ, mortē timere debemus, Chr̄o admonẽte: Nolite timere eos, q
occidũt corpus, aĩam ãt nõ pñt occidere. Sed potius timete eũ, q p̄t & aĩam & corpus pdere in
Pſal.33. gehẽnã. At inqs, hęc ē mors, q̄ me cogit timere hãc tpalē mortē, q̄ vereor ne pueniã ad mortē
illã ęternã, q̄ quũ ſit pctõrũ, ē peſſima. Cui rñdeo: Ad eam euitandã, timor mortis nõ valet, ſed
deuitatio pctõrũ, & gr̄æ diuinæ p̄ humilē petitionē acquiſitio. Id q̄d ĩpetrabimus, vbi mortis
Eccle.7 aduẽtus deuotè meminerimus. Hinc Sapiẽs: In oĩbus, ait, opibus tuis mẽorare nouiſſima tua,
Eccle.12 & in ęternũ nõ peccabis. Siqdē (vt Idem deinde ait) melius ē ire ad domũ luctus q̄ ad domũ cõ
Iob.1 uiuij. In illa eñ finis cunctorũ admonet hoĩm & viuẽs cogitat qd futurũ ſit. Nõ eſt igit mors ti
mẽda, ſed dãda opa, vt in gr̄a moriamur. Nec debẽt obſtare huius mũdi bona, quũ alibi longè
futura ſint meliora. Itaq; debemus eẽ memores dicti Iob: Nudus egreſſus ſum de vtero matris
meæ, & nudus reuertar illuc. Sic ſolutũ putamus primũ, q̄ quæſitũ ē. An mors ſit timẽda. ¶ Vn G
de ſcd̃m eſt, q̄ quęrit: An corpalis ægritudo, vt ē peſtilẽtia, ſit amouẽda? Quidã arbitrant diſſo
num, q vl' ideò nõ ſit amouẽda, qm̃ mors, quũ ſit tã pſpicua, nõ ſit timẽda, ad quã deuenimus p̄
ægritudinē. Sicut ergo timor mortis ē expellẽdus tanq̄ vitioſus, ſic cõtra mortē nõ quærendũ
eſt remedium. Scd̃o, q ęgritudo vel quęlibet, ſp̄ à Deo vel eius voluntate venit ob aliquã cãm
ex illius ſapĩa illatã, ſed dei volũtati nec debemus nec poſſumus reſiſtere, vt ſcriptura inqt: Nũ
Gene.50 dei poſſum' reſiſtere voluntati? Tertio q̄d cũ à deo ĩfirmitas ſit ordĩata, certè mutari neqt, qm̃
Malac.3 deus ĩmutabil' eſt, q de ſe ait: Ego dñs & nõ mutor. Sic Mardochęus dicit: Dñe deus rex oĩpo-
Heſter.13 tens, in ditione eñ tua cũcta ſunt poſita, & nõ eſt, q tuæ poſſit reſiſtere voluntati, ſi decreueris
ſaluare Iſrael. ¶ Atqui reſpõdendũ cẽſeo ad primũ, nõ idē eſſe, nõ timere mortē, & nõ quæ- H
rere mortis dilationē. Qui eñ ſimpliciter mortē timet, ſimpliciter male facit ex cauſis p̄dictis
Nõ ãt q dilationē cupit pp̄ter aliquas cauſas iuſtas, q vtiq; mortē nõ timet, ſed diutius petit
Eſaiæ.38 viuere, vt patet de Ezechia. Ad ſcd̃m vero dixerĩ, vtiq; nos debere nihil velle, q̄d de' nõ velit,
Roma.12 quõ (vt Paulus ſcribit) eius volũtas ſp̄ ſit bona, iuſta & pfecta, verũ eẽ, quũ cõſtaret de volũtate
diuina circa ĩfirmitatē, q̄ ex varijs cauſis ē, vtpote pp̄ter monitionē à pctĩs. Sin minus de eius
volũtate circa infirmitatē cõſtaret, peti p̄t, ita tñ vt humiliter nr̄a voluntas diuinæ voluntati
Mat.26 ſubijciat. Huius rei exẽplũ Chr̄s nobis reliqt in mõte oliueti orãs ad patrē. Pr̄ mi, ſi poſſibile ē
trãſeat à me calix iſte. Sic & Paulus carnis tribulatõem & ĩfirmitatē à ſe ſubmoueri petijt. Et
2. Cor.12 ne magnitudo reuelationũ extollat me, dat' ē mihi ſtimulus carnis meę ſatanę, q me colaphi-
zet, pp̄ter q̄d ter dñm rogaui, vt diſcederet à me, & dixit mihi. Sufficit tibi gr̄a mea. Quid ſi de
us forte, vti Paulo, ęgritudinē tibi ĩmiſiſſet, vt ad diuinũ auxiliũ p̄ cõfidẽtiã recurreres? Sic pa
tet, medijs nõ prohibitis, & medicinis recte eſſe vtendũ, velut deinde latius oſtendemus. Ad
tertiũ reſpondeo. Sanè deum & eius volũtatē eſſe ĩmutabilē in ſeipſo, & q̄ ad diuinã p̄ſciẽtiã
& prædeſtinationē. Eſt autē in effectibus ſuis mutatio ſcd̃m merita & demerita hominũ, vt
eſt in

Digitized by Google

eſt in Malachia. Ita fit, vt qui male vtit̃ vita ſua, meret̃ ea priuari. Sic dñs dicit cultori infru- Luc. 13
ctuoſæ ficulneæ. Succide eã, vt q̃d etiã terrã occupat? Ita inq̃t Eccleſiaſtes? Ne impiè agas Eccle. 7.
multũ, ne moriaris in tẽpore nõ tuo. Ita in libro Geneſeos hoĩbus ꝓmittebant̃ .c.xx. anni Geneſ. 6.
pro vita, ſed viginti fuere ablati tãdem ꝓpter eoꝝ ſcelera. Sic Ezechiæ fuerũt additi quin- Eſaie. 38
I decim anni. ¶ Preterea (q̃d rei ẽ ſumma) ſi de⁹ ex volũtate ſua & ꝓdeſtinatiõe aliq̃d, vtiq̃
infallibiliter ordinat & ſtatuit, ita certo fieri vel futuꝝ eẽ, etiã ſtatuit & ꝓordinat cauſas ſe-
cũdas tanq̃ media eius, q̃d p eas fieri debet, q̃ diſpoſitio ex vtraq; pte certè apud deũ mutabi
lis haud ẽ, etſi nobis videt̃ mutabilis, nec interim inibi aliq̃ eſt neceſſitas. Et vt terminus vi-
tę à deo ſtatutus & ꝓuiſus, certus ſit & infallibilis (Ait eñ Dauid. Terminũ poſuiſti, quẽ non Pſal. 103.
trãſgredient̃. Et Iob. Poſuiſti terminos eius. ſ. vitę, q̃ preteriri nõ poterũt) ita vniuerſa futu Iob. 14
ra deo tanq̃ pñtia ĩfallibiliter & certiſſime ſunt cognita, Nõ tñ ideo ſunt neceſſaria. Sic quẽ-
admodũ de⁹ ſtatuit & ꝓuidit terminũ vitę & mortẽ, ita etiã media p quę & nõ alia hõ quili
bet ad terminũ ꝑuenit. Siquidẽ q̃ hũc hoĩem mori velit in momento, peſtilẽtię medio, aliũ
vero in peſtilẽtiæ tp̃e ſeruari fuga locoꝝ infectoꝝ, aliũ medicinis, alios itẽq; aliter, ſic indu-
bie, ſi de⁹ aliquẽ fuga à morte ꝓſeruari velit, ſi ille nõ fugeret, nõ ꝓſeruaret̃. Nouit aũt de⁹ illũ
fugituꝝ, q̃uis hęc diuina ꝓnotio, nullã neceſſitatẽ fugiẽdi ĩponat. Inſup (q̃d magnopere no
tandũ eſt) etſi deus ad rationẽ ſecũdaꝝ cauſaꝝ quicq̃ ꝑinde incõmutabiliter fieri ꝓordina-
rit, locus tñ adhuc apud ip̃m remanet diuinę ptãti, q̃ ſine mutatõe ſuipſius, miraculoſe agit
q̃d iuxta naturalẽ curſum cauſaꝝ agere noluit: Idq; ip̃m facit, vel vt gl̃ia ipſi⁹ manifeſtet̃, vl'
vt fidẽ hoĩbus ſuę potẽtię faciat, vel ꝓpter cauſas alias: queadmodũ ꝓculdubio credẽdũ eſt
hodie de filio Reguli, cui à deo fuit iuxta cauſas cões mors ordinata, q̃ppe, q̃ iã inciperet mo
ri, nihilomin⁹ tñ miraculo fuit à morte ꝓfixa p ſecũdas cauſas, p Chr̃m erept⁹. Vñ cõſequẽs
eſt, obiecta ꝓmiſſa nõ eſſe ĩpedimẽto, q̃ min⁹ ęgritudo vl' peſtis q̃quo mõ à corpe ſit ſubmo-
K uenda. ¶ Imò plura ſunt, q̃ monẽt currendum eſſe ad valetudinem recuperandam.
L ¶ Scriptura. Fili, inquiẽs, in ĩfirmitate tua ne deſpicias teip̃m. Vult eñ vt curemus curari. Eccle. 38
Nec ẽ dicẽdũ, Si de⁹ me vult ſanari, ſanabor abſq; oĩ cura: q̃nquidẽ multa ſint ꝓdeſtinata, q̃
niſi ꝑcibus vl' alĳs medĳs obtinent̃. Cũ ipſa q̃q; ꝑennis regni ꝓdeſtinatio ita ſit ab oĩpotẽti
deo diſpoſita, vt ad hoc electi ex labore ꝑueniãt, q̃tenus poſtulãdo mereant̃ accipere, q̃d eis
oĩpotẽs deus añ ſecula diſpoſuit donare. Sic & hoc loco, etſi de⁹ tibi velit reſtituere ſanitatẽ,
nõ tñ vult ſine tua cura & ĩduſtria, iuxta ꝓuerbiũ. Hõ iuua te, & ip̃e te coadiuuabo. Siquidẽ Vergili⁹.
deus cooperet̃, nõ operet̃ nobis oĩa. Hinc Poeta. Hulceris os, alit̃ vitiũ, viuitq; tegẽdo Dũ 3. Georgi.
medicas adhibere man⁹ ad vulnera paſtor Abnegat, aut meliora deos ſedet oĩa poſcẽs. Seq Saluſti⁹.
tur hiſtoricus. Nõ votis, neq; ſupplicĳs mulieribus auxilia deoꝝ parant̃, vigilãdo, agendo, in Cat.
bñ cõſulẽdo ꝓſpera oĩa cędũt. Vbi ſocordię tete atq; ignauię tradideris, nequicq̃ deos ĩplo
M res, irati infeſtiq; ſunt. Añ quẽ & Varro dixit. Dĳ faciẽtes adiuuãt. ¶ Natura q̃q; monet, Varro li. 1. de re ru.
N q̃ (vt ap̃lus ait) nemo carnẽ ſuã vnq̃ odio habuit, ſed fouet ac nutrit. ¶ Lex charitatis, q̃ mo Ephe. 5
nemur, etiã corp⁹ nr̃m diligere, ipſi cõſulẽdo, vt facilius rõni & ſp̃ui ad diuina ſeruiat, q̃d nu
O per latiſſime oſtẽdim⁹. ¶ Ratio, q̃ habet, alioq deũ fruſtra creaſſe ex terra medicinas, vt ẽ in Eccle. 38.
P ſcripturis. Altiſſim⁹ creauit de terra medicinã, & vir prudẽs nõ abhorrebit eã. ¶ Exemplũ Eſaie. 38
eoꝝ, q̃ curari laborarũt, vt patet de Ezechia, de Maria Moyſis ſorore, & hodie de filio Re- Nume. 12.
guli, q̃ illi ſanitatẽ petiuit, nec Chr̃s dñs ęgrè tulit, nec de aliq̃, quẽ ip̃e curauit. Vltra hęc non
eſt, vt quiſq̃ petat & laboret ꝓſeruari ab ĩfirmitate, vel ab ea liberari, vl' à morte futura tueri
quaſi cõtra dei volũtatẽ circa eã infirmitatẽ vel mortẽ agẽs: q̃nquidẽ, quũ ignoramus, q̃d ſit
de ꝓordinatõe dei de termino vitę nr̃æ, nec eius nobis bñplaciti volũtas cõſtat circa mortẽ
vel ĩfirmitatẽ, cõſtat ãt (iuxta apoſtolũ) ip̃m velle ex ſua miſericordi patiẽtia nos cõſeruare, Roma. 2.
velleq; nos ſeruare ad vitã noſtrã, ſcđm bñplacitũ ſuũ, ideoq; ad cõſeruandã vitã noſtrã in
dei honorẽ noſtrãq; ſalutẽ vti debemus & poſſumus cõtra ęgritudinẽ vl' peſtilẽtiã licitis &
nõ ꝓhibitis (vt ſunt incãtationes) remedĳs circa ſecũdas cauſas, & ſi ſciamus vnicuiq; à deo
Q terminũ vitæ ꝓfixũ. Eſt igit̃ & ſecũda q̃ſtio diſſoluta. ¶ Cui ſuccedit tertia, Quibus medĳs
amouẽda ſit peſtis vl' q̃uo ipſi ꝓueniẽdũ? An herbarĳs aut potiõibus, aut hoc genus alĳs? Et
videt̃ dicẽdũ, nõ eſſe hmõi medĳs obuiãdũ morbo. Primo, q̃m ſc̃tã ſcriptura ꝓhibeat Aſam 2. Par. 16
à dño morte correptũ fuiſſe, q̃m medicos (vtiq; pigmẽtarios) q̃ſierit. Secũdo, q̃m ſi oẽ ma
lũ pœnæ à deo authore venit (vt ſupra & alias deduximus) videri ſolet à nõ alio, q̃ à deo id-
ip̃m malũ repellendũ: maxime, q̃d ipſemet dicat. Ego occidã, & ego viuere faciã, percutiã Deute. 32
& ego ſanabo, & nõ eſt qui de manu mea poſſit eruere. Nõ eſt igit̃ curandũ herbis & potio-
R nibus. ¶ Verũ ip̃e reſpõderim, Et nos fateri oẽ malum pœnæ à deo, perinde atq; à pri
ma cã eſſe: à creaturis vero ipſis, vti à ſecũdis cauſis, q̃bus ꝓ ſua ſapiẽtia deus, hãud ſecus atq;
inſtrumẽtis ad puniẽdũ vtitur: Mõ queadmodũ deus vtit̃ illis ĩſtrumẽtaliter in puniẽdo, ſic
& vti eis ſolet in ſanãdo. ¶ Nec obſtat, q̃d de Aſa allegat̃. Siquidẽ ſcriptura referat, ipſum
propter pc̃tã eius correptũ fuiſſe ideoq; mortuũ, q̃d in ĩfirmitate ſua (q̃ erat dolor vehemẽ-
tiſſimus

Digitized by Google

tiſſimus pedū)deū adiutorē nō q̄ſierit,ſed magis in medicoꝝ arte cōfiſus ſit.Id q̄d & rectè q̄dē
iuſteq́ꝫ factū ꝓbamus:q̄nquidē nemo īfirmus vł ægrotās rectè in creaturā,vtpote in medi ci-
nā cōfidat,ſed potius in deū,q̄ ſolus ē,q̄ ſanat p̄ medicinā,cui tm̄ eſt virtutis,q̄ntū deus tribuit.
Proinde q̄m pleroſq; videā errare in mō curādi morbos,hoc breuiter cōſiliū vnicuiq; ęgrotā-
ti vł q̄libet ęgritudine,maxīe hoc tp̄e afflictōis,ſęuiēte paſſim ꝓpter pc̄tā nr̄a,obq́ꝫ fidei vacil-
lationē,flagello peſtilētię cōicauerim. ¶Primo:Vt vitā ſuā ęgrotās(vł etiā anteaq̄ incipiat S
male valere)diligēter à pc̄tis purget p̄ pœniam & miæ poſtulationē,dicēs humilr̄ cū Dauide:
Pſal.50 Miſerere mei deus,ſcd̄m magnā mīam tuā.Et ſcd̄m multitudinē miſerationū tuaꝝ,dele iniq
tatē meā.Amplius laua me ab iniqtate mea,& à pc̄tō meo mūda me.Q̄m iniqtatē meā ego co
Pſal. 40. gnoſco,& pc̄tm̄ meū cōtra me ē ſemp.Tibi ſoli peccaui,& malū corā te feci. Ah dñe miſerere
mei,ſana aīam meā qa peccaui tibi.Itē dicat hodie cū regulo:Dñe deſcēde anteq̄ moriaſ filius
meus. ¶Scd̄o,ęgrotās humili corde & obediēter ſe ſuāq́ꝫ vitā offerat,ſibiq́ꝫ firmiter ꝓponat T
Matt.26 ſi conſtaret,q̄d dñs ipm̄ mori decreuiſſet,nulla ſe velle vti medicina,etiāſi p̄ eā(q̄d fieri neqt)in
Marc.14 vita cōſeruari poſſet,dicat ideoq́ꝫ:O oīpotēs deus,ī cuius ſolius manu poſita ē oīm mors & vi
Lucę.22 ta,q̄ ſolus viuificas & mortificas,obſecro p̄ immēſam mīam tuā,ſi poſſibile ē,trāſeat à me ca-
lix iſte.Verūtñ nō ſicut ego volo,ſed ſicut tu.¶Tertio,ijs(vt diximus)humilr̄ obſeruatis,ęgro
tus cū timore dñi,q̄rat medicamina cōſeruatiua vł q̄liacūq;,ſperās om̄ino deo authore vnico
ſe p̄ virtutē,q̄ à ſolo deo ſit,illoꝝ medicaminū(ſi ſibi in ſalutē deiq́ꝫ ſit gloriam)à ſua īfirmitate
ſanatū iri,virtutēq́ꝫ ſanādi nequaq̄ reali medicinę,ſed deo ſoli attribuēs,q̄ ſuis creaturis inſtru-
Eccl.38 mētalr̄, tam in infirmādo q̄ ſanādo vtiſ:q̄(vt ſcriptura dicit)ꝓpterea ex terra medicinas crea
uit,vt īde hoīm ſalus eēt futura,quā vir prudēs nō abhorrebit.Hāc vero ſeriē curādi ſcriptura
inibi pulchrè recēſet.Fili(inquiēs)in tua īfirmitate nō deſpicias teipm̄,ſed ora dñm,& ipe cu-
rabit te.Auertere à delicto,mūda cor tuū.Da ſuauitatē & memoriā ſimilaginis,& īpingua ob-
lationē & da locū medico.Etenī dñs illū creauit.Vides igiſ q̄ pacto Chrīanus hō rectè vti poſ-
Tobiæ.11 ſit ac ſalutariter medicinis,eiſq; vti adeò nō ſit ꝓhibitū, vt etiā ſcriptura ad eas horteſ,imò q̄-
Tobiæ.6 bus vti licet exēplo ſctōꝝ viroꝝ,adeoq́ꝫ Chrī Ieſu dñi nr̄i.Siqdē filius Tobię p̄rem ipm̄ à cęci
tate medicamine liberauit:q̄m de felle piſcis(Id q̄d Angelus docuerat) p̄ri ſuo oculos linierit.
Suſtinuit is q̄ſi dimidiā ferè horā,& cępit albugo ex oculis eius q̄ſi mēbrana oui egredi,& rece
4.Reg.20 pit viſum p̄r.Sic q̄q; Eſaias maſſa ficoꝝ ſuper hulcus Ezechię regis poſita,Ezechiā ex vulnere
mortis ſanauit.In hmōi curationē approbādā Chrs deus & hō verus medicus,q̄ ſolo nutu cura
Iohā.9 re potuit & curauit,aliq̄ties voluit ad ſanādū infirmos vti p̄inde medicamine.Q̄nquidē ille cę
cum à natura p̄ lutū ex ſputo,q̄ liniuit oculos eius ſanauit,illūq́ꝫ videre fecit.Pręterea & Chrīa
4.Reg.4 nis orōnibus q̄s bñdictōes vocāt,in vera fide curare poſſe īfirmos arguit deus p̄ Heliſæū, q̄ mu
lieris ingreſſus domū,clauſit oſtiū ſup ſe & ſup pueꝝ mortuū, & orauit ad dñm, & aſcendit &
Acto.19 incubuit ſup pueꝝ,poſuitq́ꝫ os ſuū ſup os eius, & oculos ſuos ſup oculos eius.Et manus ſuas ſu
per manus eius,& īcuruauit ſe ſup eū,& calefacta ē caro pueri.Sic aliàs exorciſtę cęperūt orō-
nibus expellere dęmonia in noīe Ieſu,p̄ Paulū p̄dicati,q̄uis ipſis vł ideo male ceſſerit,q̄m in eū
nō credebāt,cuius virtute miracula facere tētarūt.Hinc cōſtat ægrotātes varijs modis & variè
poſſe p̄ medicamīa & q̄dē rectè curari,mō adſit firma humiliſq́ꝫ fides,q̄ credaſ virtute oīpotē
tiaq́ꝫ dei oīno morbū abituꝝ,medio hui⁹ vł iſti⁹ medelę. ¶Nūc in q̄ſtionē venit,ſi q̄ dicta ſunt V
obſeruanſ,quib⁹ tādē medicinis ſeu medijs peſtilētia ſit vł p̄cauēda vł ꝓpellēda poſt q̄ īſederit:
Rñdeo:Primū oppido referre in ęgrotis curādis,q̄ ęgrotus ſit loco,tp̄e,cęlo,itēq́ꝫ q̄li ſit ille cō
ditōe ſeu cōplexiōe,de q̄bus nr̄m nō ē ſed medicoꝝ diſputare.Hoc tñ vnū latere volo neminē
eē veꝝ canonē,morbū aliquē poſſe & p̄cauerí & ꝓpelli plerūq́ꝫ fuga eoꝝ, vñ morbus naſci ſo
let.Sic īgruēte peſte alicūde ꝓfuerit cauere à nimio tū calore tū frigore.Itēq́ꝫ ab aere cęloq́ꝫ īfe
cto.Itēq́ꝫ ab aīalibus īfectis,vtpote volucribus,piſcibus,porcis,ouibus,bobus,hocq́ꝫ gen⁹ alijs
beſtijs,q̄s ſępenūero videmus īfectas peſte mori.Vñ & aq̄ deiñ hoīeſq́ꝫ īficiunſ.Itēq́ꝫ ꝓfuerit,
abſtinere tp̄e peſtis,ab oī potu ciboq́ꝫ cōpoſito & cōdito,vł eo certe moderate vti,q̄ vł libidi-
nē,coitū,calorē,ſomnū,torporē,vł aliqd ſile īducit,veluti ſunt vina plena,carnes ſuillę,anſeri
nę,ouinę,& reliq̄,q̄ ſunt in delitijs ac voluptatib⁹,ideoq́ꝫ nihil tū melius iudicaſ q̄ ſobrie mode
rateq́ꝫ domi viuere,cauere à crapulis & potatōib⁹,itēq́ꝫ à cōuiuijs,ab oīq́ꝫ actu ſudorē calorēq́ꝫ
cōmouēte.Cauēdum etiā eſt à loco paludinoſo vł fœtido,ſicq́ꝫ cōducet locū,in q̄ habitaſ,mū
dum tenere à ſordibus & fętoribus,vñ ſol meridian⁹ & occidētalis coerceaſ.Profuerit etiānū
vti herbis aut rebus alijs odoriferis vł portādis,vł ſuccēdēdis,q̄ tñ fętores ac nebulas ꝓpellant
nō attrahāt.Interimq́ꝫ nō ꝓhibeſ cauere loca p̄iculoſa,pſonaſq́ꝫ ſuſpectas,q̄tenus Chrīana di
lectio nō offendaſ,ſiqdē maioris ſit p̄fectōis,nihilo eoꝝ cōtra peſtem vti,& ſine ijs ſe ſoli deo,
eiuſq; miæ oīpotētiæq́ꝫ cōmittere. ¶Deniq; à peſte fugiendū aliq̄ties eſt in locū ſalubriorē, X
ſed certe fugiendū eſt cito & eminus,tardiuſq́ꝫ redeundū.Si vero peſte q̄ſpiā correptus ē,huic
cenſent q̄ primū,anteq̄ ſomnus irrepat violētia,medendū vł potōibus vł emplaſtris, q̄ frigus
vł calorē,vnde cœpit homo male habere,temperēt,vł minutōe ſanguinis,quæ fieri conuenit

Y à parte oppoſita dolori. Atq; interim maxime ſeruanda erunt, q̄ paulo ante narrata p̄ſunt
p̄cauendæ peſti, & ſi qua ſunt alia, q̄ aliunde ſunt repetēda. ¶Interea nō oberit ſigna cō-
ſueta reſcire, q̄ peſtē arguūt, pinde vel p̄ſentē vel futurā citius eſſe. Sic itaq; peſtilētia iā pri-
mo hoīem adoriēte ſeu occupāte, homo (vt plurimū) incipit male palleſcere, capite inſue-
te dolere, multū ac difficile ſpirare, ilibus & paſſim ī grauēſcere & langueſcere, ſudore vtpo
te frigido ac ſanguine mutari, aliq̄ties è naribus ſanguinē mirè emittere, ſubitoq; lingua du
reſcere ac ſordeſcere, tuſſire difficulter, auribus tinnire, rauceſcere, & planè in nulla nō cor-
poris pte dolere. Et (q̄d certius eſt ſignū) incipit tū hō velit nolit vel ſemp dormire, vel ſem
per inſomnis vigilare. Et (q̄d certiſſimū eſt ſignū) vſq; adeo rationē amittere, vt aliq̄n vix ſi
bi ſuū cōſtet nomē. Hæc aūt ipſa horrēda peſtis nō homini tm̄, ſed & reliq̄s animātibus eſt
obnoxia, q̄ paſſim & diuerſas in corpore ptes occupat, nec vno (vt auditū eſt) curāda me-
Z dicamine. ¶Certiſſimū tn̄ eſt medicamē, à pc̄tis propter deū cauere, illūq; ip̄m humiliter
ac ſedulo, vt ſubueniat, inuocare, illiq; firmiter cōfidere, nos nr̄aq; oīa eius volūtati cōmit-
tere, ac clamare cū regulo hodierno. Dn̄e deſcēde anteq̄ filius meus moriat̄. Quis em̄ ē regu
lus iſte, niſi hō pc̄tor? Cuius filius. i. portio rationis inferior, q̄ ſuperiori tanq̄ patri filius ob-
tēperare debet, infirmat̄ febri. i. carnis & mūdi illecebris, ſenſualitate, delectationeq; inflā-
mat̄, & ſic ad peccandū trahit̄, vt p plenū cōſenſum cōſumat̄. Quod cū ratione ſuperiore ho
mo ſentit humillime debet ad deū clamare. Dn̄e deſcende anteq̄ filius meus moriat̄. Morit̄
aūt, q, quū in pc̄tis exh ūanis abit. Q̄d anteq̄ fiat, Opto prius Chr̄m ad quēlibet pc̄tōrē dice
re, q̄d ad regulū dixit. Vade filius tuus viuit. Certe pc̄tor hanc cōſolatoriā vocē à Chr̄o Ieſu Matt. 9.
audiet, vbi à pc̄tis ſuis auerſus in illius miām adeò confidat, vt nō dubitet eā ſe certo impe- Luc. 19 Matt. 9
traturū: ſiquidē qui vnicus ſit animę ac corporis ſaluator, qui ob id in mundum venit, vt q̄d Marci. 2
perierat, quæreret ac ſanaret: vtpote male valentibus præſentiſſimus medicus. Luc. 5

HOMILIA LXXIIII. DE EO QVOD SCRIPTVM EST. Math. 18. Patientiā habe in me, & omnia reddā tibi. &c.

Dominica. xxii. poſt octauas penteroſtes.

A NE crambis iterū cocta mors ſit, repetitioq; repetita faſtidiat potius
q̄ delectet, ex hoc ſacroſancto Euāgelio aliqua chriſtiano homini
ſcitu tā digna q̄ neceſſaria colligemus, Vn̄ & parabola Euangelica,
vna cū themate nr̄o, prorſus ſit euaſura intelligibilis. Hinc notan-
B dū velim. ¶Primo deū oīpotentē ſuo tpe rationē exacturum de
oībus rebus ab hominibus, pinde atq; regē à ſuis ſeruis de cōmiſſis:
Siquidē p regē intelligat̄ deus oīpotens autore Chr̄o, qui circa finē
ait. Sic & pr̄ meus cœleſtis. &c. Ille em̄ (Paulo & Iohanne teſtibus) 1. Tim. 6.
rex regū eſt, & dn̄s dominātiū. Serui āt ſunt hoīes à deo creati. A- Apoca. 19
poſtolus quidē ait. Formā ſerui accipiēs, in ſimilitudinē hoīm fact⁹ Philip. 2
& habitu inuētus vt homo. Hinc ſcriptura inq̄t. Oēs ſumus ſerui dn̄i nr̄i. Ad ſeruiendum Gene. 44
em̄ deo conditi ſumus, atq; huius domus eius diſpēſatores, ad diſpenſandū talenta, & de ijs,
q̄uo ea expoſuimus rationē reddere. Intelligunt̄ aūt hic abſq; dubio p decē millia talēta, de-
cem p̄cepta Cathalogi, nobis à deo in ſcripturis ad diſpenſandū. i. recte ſeruandū ſcrio mā Mat. 25
data, per q̄ non rite ſeruata vtriq; oīa pc̄tā cōmittunt̄. Quæ, inquā, cōmittūtur tā malis co Deute. 6.
gitatōibus & verbis q̄ operibus. De ijs aūt homo rationē facit, q̄n ſua pc̄tā apud ſe p pœni- Leuiti. 19
tentiā receſet ac examinat, petēs deinde eo2 à deo p eius miſericordiā remiſſionē deſiſtēdo Matt. 22
à pc̄tis. Id q̄d fieri pōt ac debet hoc in ſeculo, vbi locus eſt & fo2 gratiæ & tēpus bn̄ merēdi.
Q̄d dn̄s oſtēdit. Me oportet, inquiens, operari opa eius, qui miſit me, donec dies eſt. Venit Iohan. 9.
nox q̄n nemo p̄t operari. Hinc paulopoſt hortat̄. Ambulate, inquiēs, dū lucē habetis, vt nō Iohan. 12.
vos tn̄bræ cōprehēdant. Et Paulus ait. Ergo dū tēpus habemus operemur bonū ad oēs. Eſt Galath. 6
aliud fo2 iuſtitiæ in alio ſeculo, vbi oēs optet facere rationē de oībus actibus nō ad gratiam
ſed ad pęnā, qa nō erit amplius gr̄æ locus. Tūc āt (ſcribit Paulus) vnuſq́ſq; nr̄m p ſe rationē
reddet deo. Et rurſus. Oēs em̄ nos manifeſtari optet aū tribunal Chr̄i, vt referat vnuſq́ſq; Roma. 14
C p̄pria corpis p vt geſſit, ſiue bonū ſiue malū. ¶Secūdo collige, hoīem obligari ſatisfacere 2. Co2. 5.
p pc̄tis. Id q̄d notat, q̄n dn̄s ait, Oīa reddi, q̄ debebat. Tunc em̄ debitū pc̄i reddit̄, cū pro eo
pęnæ p̄cium ſoluit̄, ſi hic p miām nō eſt remiſſum. Siq̄dē ait Chr̄s. Venit hora, in q̄ oēs, q in Matt. 25
monumētis ſunt, audiēt vocē filij dei, & p̄cedēt q bona fecerūt ī reſurrectionē vitę, q vero Iohan 5.
D mala egerūt, in reſurrectionē iudicij. ¶Tertio collige, quū dr̄. Cū aūt nō haberet vn̄ red-
deret &c. pc̄tōrē ſuis virib⁹ ſatisfacere nō poſſe p pc̄tis: nēpe q p ſe ruere q̄at, nō aūt reſurge
re, p ſe offendere & peccare, pq; hoc debitū cōtrahere, ſed nō p ſe ſatisfacere, niſi gr̄a dei ac- Philip. 2.
cedēte. Sanè ait ap̄lus, De⁹ em̄ opat̄ in nobis & velle & pficere p bona voluntate. Idē alias. 2. Co2. 3

Non

Digitized by Google

Iohan.14 Nō q̄d ſufficiētes ſim⁹ cogitare aliq̄d à nobis, q̄ſi ex nobis, ſed oīs nr̄a ſufficiētia ex deo ē. Sic &
Iohan.6 Chriſtus: Nemo venit ad patrem niſi per me. Et rurſus: Nemo poteſt venire ad me, niſi pater E
Iohan.15 meus traxerit eum. Et ſine me nihil poteſtis facere ¶ Atq; tñ inibi liberꝫ arbitriū non tollit.
Sed innuit, vt nihil nobis arrogemus, ſed oīa referamus accepta grę dei, q nos auerſos voca-
uit, q per fidē purificauit, q hoc ipm donauit, vt noſtra voluntas poſſit eē ſimul operās ſuę grę.
Siquidem humana opa nihil efficiat, niſi acceſſerit fauor diuinus, hinc ſumma tribuit diuino be-
neficio. Deus em̄ ſuam nobis grām quaſi brauiū q̄ddam exponit, exhibet vt ad eam curramus
1.Cor.15 allicit: Quam vt adipiſcamur, opus eſt & noſtra volūtate & opa, ſimulq; eius miſericordia, vt
Roma.8 1.Timo.2 hæc duo ſimul cooperent. Hinc Paulus: Non aūt (inqt) ego, ſed gr̄a dei, quæ mecū eſt. Ea autē
Mat.11 gr̄a ſemp vult, nobis volentibus cooperari. Quod Paulus notat. Silr̄ aūt, dicens, & ſpūs adiu-
Heb.12 uat infirmitatē noſtram. Nec pōt ille nobis nō præſto velle ſuam grām, q omnes hoīes, quā-
tum in ſe eſt, ſaluos vult fieri, q ſemp clamat. Venite ad me omnes &c. Quare idem Paulus ait:
Heb.4 Contēplantes, ne qs deſit gratiæ dei. Vult igiť Dei grām nulli deeſſe, quam deus paratus ē da-
re. Deeſt aūt gr̄æ homo, qñ ſe ab ea ſubtrahit peccando, & nolendo ipſam. Hinc admoniti to-
ties tamq; variè (iuxta diui Pauli doctrinā) adeamus cū fiducia ad thronū gr̄æ eius, vt miſeri-
cordiam conſequamur, & grām inueniamus in auxilio oportuno. Quod niſi fecerimus, vēde-
mur & ipſi vxor noſtra, & filij noſtri, & omnis ſubſtantia in ſeruitutem pœnæ. Venditi em̄
huius pretiū, ē dānati ſuppliciū. Significať aūt per vxorē concupiſcentia, ex qua concipiunť fi-
lij mali, id eſt, mala opa. Venundari ergo vxorē & filios & oīa, eſt ſoluere pęnā pro cōcupiſcē-
tijs interioribus, & malis opibus, & oīa cędere in pœnam pro peccatis. Reddiť em̄ debitū pec-
cati, cū pro eo pœnæ pretium exoluiť. Cæterꝫ: Anteq̄ idipm̄ fiat, procidentes & ipſi vnà cum
ſeruo Euangelico, dicemus: Patiētiā habe &c. id ē, dona mihi vitæ & pœniæ ſpaciū, condona
delictū, relaxa ſuppliciū. Et oīa reddam tibi, id eſt, tua patiētia expectatus, tua gr̄a præuentus,
tua miſericordia adiutus, bona opa faciam me vitamq; meam emēdaturus. ¶ Quarto colli- F
ge. Diuini amoris abundantiā erga pctōres cōuerſos. Et Dei (inquam) immēſam miſericordiā
in eos, q à peccando deſiſtūt: quū em̄ ſeruus pctōr ſolius tpis dilationē petit, ipſe autē maius q̄
petijt dedit, & remiſſionē & cōceſſionē totius debiti. Volebat āt & à principio dare, ſed nole-
Mat.6 bat ſolū ſuū eſſe donū, ſed & ſupplicatōis illius, vt nō incoronatus diſcederet. Id q̄d ſuper de re-
medijs cōtra ægritudines animæ & corporis abunde docuimus. Etſi em̄ regnū cœleſte nobis
ꝓmiſſum eſt, ipm̄ tamē à nobis eſt petendo laborandoq; ꝓinde acquirendū. Quod facile fiet
Eccl.2 ex miſericordia Dei, q tam eſt miſericors, vt de eo Sapiēs, inqt: Reſpicite filij hoīm & ſcitote,
quia nullus ſperauit in dn̄o, & confuſus eſt. Quis em̄ ꝑmanſit in mandatis eius, & derelictus eſt.
Eſa.58 Aut qs iuocauit eum, & deſpexit illum? Qm̄ pius & miſericors eſt Deus, & remittit in die tri-
bulatōis pctā, & ꝓtector eſt oībus, exquirētibus ſe in veritate. Hinc Propheta ait: Tunc inuo-
Iohel.2 cabis, & dn̄s exaudiet, clamabis, & dicet: Ecce adſum. Quia miſericors ſum dn̄s Deus tuus. Et
Lucæ.7 alius Propheta inqt: Conuertimini ad dn̄m Deū vr̄m, q a benignus & miſericors eſt, patiēs, &
Matt.26 multæ miſericordiæ, & pręſtabilis ſup malitia. Id q̄d in veteri teſtamēto in multis. In nouo te-
Lucæ.23 Acto.9 ſtamēto in Maria Mag. in diuo Petro, in latrone, in diuo Paulo, & alijs abundè patet. Qui &
Romañ.2 q̄tidie ineffabilem eius experimur miſericordiam, qua (vt Paulus ſcribit) nos ad pœniam addu-
cit, mō videamus ne bonitatis eius patiētiæ & longanimitatis diuitiās cōtemnamus, ſuper q̄s
alioqui eſſet vētura ipſius ira & indignatio, tribulatio, & anguſtia. ¶ Quinto collige: Nos ni- G
hil poſſe Deū cęlare, quin oīa vł intima cordis ad eum deferanť per Angelos, q hic intelliguntť
Lucæ.15 ꝑ conſeruos, q vtiq; ad culpam nr̄am dolēt, & ad pœniam lætanť, qbus gaudium eſt ſup vno
pctōre pœniam agente &c. Sic ſanè Ap̄ſus ait: Non eſt vlla creatura iuiſibilis in cōſpectu eius.
Heb.4 Omnia āt nuda & aperta ſunt oculis eius. Sic aliàs ſcriptura: Oculi dn̄i ad timētes eum, & ipſe
Eccl.15 agnoſcit omnē opam hoīs. Quod & Dauid alibi diffuſe proſeqtur. Quāmuis diciť Deus audi-
Pſalm.33 re, quæ facta ſunt ab angelis, q̄d eſt propter eius maieſtatē denotandā. Quod vero angeli ſerui
Apoca.22 ſunt, teſtis eſt in Apocaly. dicēs: Conſeruus tuus ſum, & fratrū tuoꝝ. ¶ Sexto collige: Ne- H
ceſſariū eſſe, vt & ipſi noſtris debitoribus iniurias & cōtumelias, & hoc genus alia donemus, ſi
volumus vt nobis Deus, quæ in ipm̄ peccauimus, donet: Dicit em̄ hodie Chr̄us: Sic & pater
meus &c. Id q̄d Chr̄us alibi clariſſimè oſtēdit, inquiēs: Si em̄ dimiſeritis hoībus pctā eoꝝ, di-
Mat.6 mittet & vobis pater veſter cœleſtis delicta veſtra. Si āt non dimiſeritis hoībus pctā eoꝝ, nec
pr̄ veſter dimittet vobis pctā vr̄a. Hinc docuit orare: Et dimitte nobis debita nr̄a, ſicut & nos
Mar.11 dimittimus debitoribus noſtris. Quod & apud Marcū præcipit, inquiēs: Et cū ſtabitis ad oran-
Ephe.4 dum, dimittite ſi qd habetis aduerſus aliquē, vt & pr̄ veſter, q in cœlis eſt, dimittet vobis pctā
Coloſſ.3 vr̄a, Sic Ap̄ſus ait: Supportātes inuicē, & donantes vobiſmetipſis, ſi qs aduerſus aliquē habet q̄-
Matt.7 Lucæ.6 relā, ſicut & dn̄s donauit vobis, ita & vos. Ad hoc certe monemur lege naturali, quæ habet.
Tobiæ.4 Quæcūq; vultis, vt faciant vobis hoīes, & vos facite illis. Et q̄d ab altero oderis tibi fieri, vide
ne tu aliqñ alteri facias. Quia vero nolumus noſtra pctā reſeruari ad pœnā, ſed cupimus ea no-
bis miſericorditer remitti, eadem lege iuſtū eſt, & nos proximis remittere: qm̄ eadē menſura
ſit men

Digitized by Google

fit menſuratio. Quoniã (vt ait Iacobus) iudiciũ ſine miſericordia illi, qui nõ facit miſericordiã Iacob. 2
I ¶ Septimo collige. Ad verã Chriſtianã𝛙, quoad proximũ, remiſſionẽ requiri, vt remiſſio
illa fiat ex corde. Id quod in verbo. De cordibus veſtris. Remittere aũt ex corde, eſt cõtra ini-
micũ, qui in nos peccauit, omne odiũ, omnẽ cancorẽ, omnẽ irã, omnẽ deniq𝛙 malã volũtatẽ, Roma. 12
prorſus deponere, nec vindictã repoſcere, ſed eius recordari. Mihi vindictã, & ego retribuã. Deute. 32
Siquidẽ inimicũ noſtrũ diligere debemus, id eſt, ei bene velle. Debemus aũt (vt Iohannes ſcri- Matt. 5
bit) diligere non tantũ verbo, neq𝛙 lingua, ſed opere & veritate. Sic ap'lus ait. Quodcũq𝛙 faci- Lucæ. 6
tis ex animo operamini. Debent em̃ natura quidẽ inibi peccata remitti, vbi generanſ & oriun 1. Iohan. 3
tur. ſ. in cordibus. Vnde Chrũs inquit. Non quod intrat in os coinquinat hominẽ, ſed q̃d pro Coloſſ. 3
cedit ex ore. Membra em̃ exteriora ſunt perinde atq𝛙 inſtrumẽta, q̄bus peccata actuala perfi- Matt. 15
ciuntur, quæ aliàs à voluntate ſunt. Peccatũ em̃ eſt voluntas contra dei mandatũ. Ideoq𝛙 in re-
K miſſione peccato℞, voluntas mala debet mutari in bonã. ¶ Octauo collige. Peccata à deo
remiſſa redire propter peccata ſequentia, quæ hoĩes ingrati priſtinæ remiſſionis cõmittunt.
Patet, q̄a rex iuſſit ſolui vniuerſum debitũ prius dimiſſum. Et hoc ſane propter ingratitudinẽ Matt. 12
qua recidiuat, quæ deo eſt odioſiſſima & homini quoq𝛙. Id quod & Chrũs alibi demonſtrans Lucæ. 11.
inquit. Et fiunt nouiſſima hoĩs illius peiora prioribus. Et Petrus. Si em̃, inquit, refugientes co 2. Petri. 2
inquinationes mundi in cognitione dñi noſtri, & ſaluatoris Ieſu Chriſti, his rurſus implicati
ſuperantur, facta ſunt eis poſteriora prioribus deteriora. Hinc verificaſ illud Iacobi. Qui in Iacob. 2
vno offendit, factus eſt omniũ reus. De reditu vero peccato℞, etſi multi multa ſcriptitarũt, q̃
tamen ipſi nos hoc loco trãſeuntes arbitramur breuiter peccata redire, q̃n recidiuãti eadẽ pœ
na debetur genere, q̃ prius, licet maior ob ingratitudinẽ: qua hodie ſeruus obnoxius incidit in
ſummã crudelitatẽ contra conſeruũ ſuũ, quũ rex tã miſericors fuerit. Hic em̃ pro decẽ millib⁹
talentis, ille pro centũ denarijs, hic conſeruũ, ille aũt dominũ rogabat. Hic quidẽ totalẽ abſolu
tionẽ conceſſit, ille aũt ne dilationẽ quidẽ dedit. Hinc q̄a vero beneficio nõ factus eſt melior,
relinquitur vt pœna corrigaſ: nẽpe, quẽ iratus dñs tradidit tortoribus, id eſt, dæmonibus, q
ſemp̃ ad hoc parati ſunt, vt perditas animas ſuſcipiãt, & in pœna æternæ dãnationis torque-
ant. Et ſane iſte ſeruus nequã, non legitur reſpondiſſe, quẽadmodũ nec ille in cœna nõ veſti- Matt. 22
tus veſte nuptiali, argumẽto, quod in die iudicij, & ſtatim poſt hanc vitã, nullus ſit locus excu
ſationi. Nos itaq𝛙 fratres dilectiſſimi, procidẽtes in cõſpectu Ieſu Chriſti dei miſericordiſſimi,
humili corde clamemus. Patientiam habe in me, & omnia reddã tibi. Et hauddubie dñs, quia
infinitæ eſt miſericordiæ, miſerebitur noſtri, & dimittet omnia peccata. Quod cũ fiet, cauea-
mus diligenter, ne ingrati recidiuemus, fruſtraturi diuina beneficia, à quo nos præſeruet deus
ille Maximus & miſericors.

HOMILIA LXXV. DE EO QVOD SCRIPTVM EST, Matth. 22. Marci. 12. Lucæ. 20. Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt dei, deo, &c.

Dñica. xxiii. poſt octa. penteroſtes.

A QVVM Iudæa iam cœpiſſet eſſe tributaria Romanis, p̃fectus eſt ab
Auguſto cenſui colligẽdo rex Herodes Antipatris filius, atq𝛙 hac de
re nõ erat oĩm eadẽ ſentẽtia. Quibuſdã em̃ indignũ videbaſ, populũ
deo ſacrũ, pendere tributũ principibus prophanis. Atq𝛙 in hac ſnĩa
erant, q pharisæis adhærebãt: Rurſus erãt, qui Cæſari fauẽtes, dice-
rent oportere ſolui tributũ, & huius opinionis defenſores, Herodia
ni dicti ſunt, q̄ Herodes tributi colligẽdi p̃fectus eſſet. Extiterãt aũt
paulo ante duo quidã, Theudas & Iudas, qui dũ palã defenderẽt Iu-
dæos, populũ deo dicatũ, nõ debere tributũ cuiq̃ prophano princi-
pi, veluti ſeditioſi, ſupplicio ſunt affecti. Sperabãt aũt phariſæi Chri
ſtum religioni fauentẽ, magis q̃ Cæſari prophano & impio, ſolita libertate pronuntiaturũ
contra Herodianos, Nõ eſſe pendendũ Cæſari tributũ, mox'q𝛙 deferendũ per illos Herodi, da
tu℞ pœnas, quas ante Theudas & Iudas dederant. Siquidem eſſet pronuntiaturus reddendũ
tributũ, iam calũniarentur illum adulari principibus impijs, minus fauentẽ religioni diuinæ.
Subornarũt proinde aliquot è ſuis diſcipulis, qui præſentibus Herodianis, ac frequẽti homi-
nũ multitudine, ne res careret teſtibus, fucatè blanda oratione in naſſam illicerent. Qui impu
dentiſſimi & inconſtantiſſimi, vt illũ facilius mollirent, imò deciperent, blanda admodum &
fraudulẽta voce q̃ſierũt ab eo inter alia. Dic nobis, q̄d tibi videtur, Eſt nefas vt Iudæo℞ popu
lus diuinæ religioni deditus, pendat Cæſari cenſum, an non? Et dabimus poſthac, an nõ da-
bimus? Ieſus Chr̃s vero, vt oſtenderet, ſe nõ fallere illo℞ inſidioſam blandiloquentiã, & admi
rabili ſua ſapientia reſponſum tẽperauit, vt neutri ſe factioni redderet obnoxiũ, ſed vtramq𝛙

monerent, quod magis ad illorum ſalutē attineret: quippe, qui viſo numo oblato, illiuſq́ conſpecta imagine, reſpondit. Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & deo quæ ſunt dei. Quo quidem reſponſo, neutri etiā partiū quicq̄ obfuit, ſed ius ſuū vnicuiq; dedit, interim ſciſcitātes ſilere cogens. ¶ Quod vtinā hodie pſtare poſſim illis, q hac rebelli tēpeſtate, eademq́ infelici, B
nimis pertinaci quæſtione in dubiū reuocarunt, an clericis, adeoq́ principibus ipſis & cēſum & decimas perſolui iuſtitia velit? Quandoquidē par nunc ſit apud oēs ſchiſmaticos de decimis perſoluendis controuerſia, quæ Iudæis olim de preſtando tributo Cæſari: quæ controuerſia vtinā omnibus tam feliciter ceſſiſſet, aut deinceps eſſet ceſſura, q̄ cœpta fuit & infeliciter & friuole: Atq; vtinā hodie iſti tā æquo aīo meū ſint laturi reſpōſum, q̄ æque in oīm ſalutē reſpondere ſatago: memor eius, quē pdico, qui verus & vnicus magiſter, idemq́ verax, imò veritas ipſa viam dei in veritate docens, nullius perſonā reſpexit, vtpote qui oībus æquo animo in mundū venerat. Equidē ſpero hac in re me Chriſti auxilio pſtaturū, quod Chrs pſtitit, in ſolius Chri Ieſu, nō alterius addictus iurare verba magiſtri. Quo me cūq; rapit veritas, deferar. Nimirū ex me toties tantopere rogantibus, V trū iuſte decimæ pendant, nō aliud q̄ qd Chrs Iudæis, ſum reſponſurus, Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & q̄ ſunt dei, deo. Quo nimirū dicto ſumma ſapientia, & ſi ſciret oīa eſſe dei, vti creatoris, datoris, cōſeruatoris, iuxta prophetā. Dñi eſt terra & plenitudo eius, quædā tamen ex dei bonitate, ad cōſeruandum in orbe ſuo ordinē, aliqua perinde voluit, peculiaria & debita eſſe Cæſari, aliqua deo, & proinde vtriq; ſua pſtanda: Nimirū, vt qui iuſtiſſimus eſt, iuſtitiā doceret, qua vnicuiq; quod ſuum eſt, tribuitur. Hinc reddite (inquit apoſtolus) omnibus debita. Intelligimus igitur duobus nos eſſe debitores, deo vtpote & Cæſari, quorū vtriq; dandū eſt, qd ſuū eſt. Quod ſi vtriq; datū fuerit, & deo ſuū intelligimus datū, quū dei intuitu totū datur. Id qd vt apertius fiat, aliqua perinde altius ſunt repetenda, & quidē ad hunc modū. ¶ Quū Chriſtus deus & homo, in cuius ditione omnia ſunt, in vna eadēq; pſona rex atq; ſacerdos: nēpe ſecundū ordinē Melchiſedech (qui rex fuit & ſacerdos) per genealogiā tā ex patriarchis q̄ regibus enatus fuerit, cuius vt regis ſunt tēporalia, eadēq; corporalia, vt ſacerdotis ſunt & ipſa ſpiritualia. In quibus ſane duobus, tam animarū q̄ corporū conditiones intelligunt, ne poſt ſuā in cœlo aſcenſionē in regno ſuo, quod eſt eccleſia (ſumus eñ nos Chriſto facti ſacerdotes & regnū, Apoca. teſte, ſumusq́, Petro teſte, genus electum, & regale ſacerdotium) ordo ipſe diſturbaretur, ſine quo nihil boni eſſe poteſt, ſed totum in confuſione citra pacē, vtrumq; ſuū in ſeipſo officium, duobus perinde atq; vicarijs & quaſi miniſtris cōmiſit & iniunxit: Nimirū, tēporale regnum & totum qd eſt rerū temporalium & ſecularium cōmiſit imperatori, qui eius eſſet eccleſiæ in tēporalibus & dñs & miniſter, Sacerdotium vero ipſum, & totum qd eſt animarū & rerū ſpiritualium, Sacerdoti primo. ſ. Petro & eius ſucceſſori cōmendauit. Paſce, inquiens, oues meas. Quia vero ipſe vtrunq;, tam Cæſarē, q̄ pontificem nobis nomine ſuo eſſe voluit iuxta ſuperiorem atque miniſtrū, idq́ ipſum ſignificans alibi ait. Sed quicunq; voluerit inter vos maior fieri, ſit veſter miniſter. Et q voluerit inter vos primus eſſe, erit veſter ſeruus: ita ſane voluit & cenſuit vtriq; à nobis tanq̄ ſubiectis perſoluendū, quod vtriuſq; eſſet, ſecundū vtrāq; in vtroq; conditionē, & ſuo quidē nomine vtriq;, quod deberetur, exhibendū. Id qd hodie euidenter ſubinnuit inquiens. Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt dei, deo: Nimirū noīe Cæſaris intelligens omnē ſecularem poteſtatē, quæ Cæſaris eſt tanq̄ ſubminiſtra, ſiquidē quum Cæſar etſi A
loco dñi vicarius & dominus ſit in temporalibus totius eccleſiæ, adeoq́ totius orbis, vel ſcriptura teſte. Exijt edictū à Ceſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis. Cuius argumēto Chrs pro ſe & Petro tributū dedit: Alludētibus ad hoc imperialibus & pōtificijs legibus, vnica tñ ſit & hūana pſona, nec poſſit ſimul & ſemel oībus in locis adeſſe, neceſſum eſt, vt & ſuos paſſim habeat miniſtros, iuxta impij & regiminis opportunitatē, vtpote reges, principes, duces, barones, comites & reliqs hoc genus miniſtros & vicarios, quēadmodū ille Cēturio ſubindicat in Euāgelio dicēs. Nā & ego hō ſum ſub ptāte cōſtitutus, habēs ſub me milites, & dico huic, vade, & vadit: & alij, veni, & venit: & ſeruo meo, fac hoc, &c. Sic etenim quicqd Cæſari exhibēdū eſt, illis q̄q; pſtandū eſt, q Cæſaris tanq̄ ſupremi loco Chri in tēporalibus vicē ſupplent, q illi ſubinde rationē debēt. ¶ Modo videdū, q a Cæſari reddēda ſunt, q̄ Cæſaris ſunt D
q̄ ſint Cæſari reddēda à nobis: Et inſpiciētes numū ab ipſo excuſum & ſignū, videmus in illo Cæſaris, ſeu principis ſub illo, imaginē ſiue inſcriptionē, qua plane cōfitemur, nos illi eſſe ſubiectos, ipſumq́ eē pinde dñm, eundēq́ (quia pro ſalute nrā rerū ſolicitus eſt) miniſtrū eē noſtrū adfirmamus. Illi ergo tanq̄ ſupiori nro debemus obediētiā, q̄ debito timore cōſtat & reuerētia, quā illi pſtabimus, docēte aptius Paulo, dicēte. Oīs aīa poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Nō eñ eſt poteſtas niſi à deo. Quæ aūt ſunt à deo, ordinata à deo ſunt. Itaq; qui reſiſtit poteſtati, dei ordinationi reſiſtit. Qui aūt reſiſtunt, ipſi ſibi dānationē acquirunt. Et Petr9 ait, Subiecti igit eſtote omni hūanæ creaturæ propter deū. Siue regi quaſi pcellēti, ſiue ducibus tanq̄ ab eo miſſis. Illi vero Cæſari prout miniſtro noſtro, mercedem debemus, quoniam (domino

Johan. 3
Johan. 14
Psal. 23
Roma. 13
Psal. 109
Geneſ. 14
Hebræ. 7
Matt. 1
Apoca. 5
1. Petri. 2
Johā. vlt.
Matt. 20
Marc. 10
Lucæ. 22
Lucæ. 2
Matt. 17
L. deprecatio. ff. de ad legem Rho. de iactu. diſ. 63 c. Hadrianus. 7. q. 1. c. In apibus.
Matt. 8
Lucæ. vij
Roma. 13
1. Petri. 2

mino teſte) dignus eſt operarius mercede ſua. Illud aũt eſſe ad ſuperiores nr̃os referẽdũ teſtaſ mat. 10. 20 Lucæ. 10
Paulus, inquiens. Ideo em̃ & tributa p̃ſtatis. ſ. principibus, quoniã dei ſunt miniſtri. ſ. nobis, Roma. 13
in hoc ipſum ſeruientes. Reddite ergo oĩbus debita, Cui tributũ, tributũ, Cui vectigal, vecti-
gal, Cui timorẽ, timorẽ, Cui honorẽ, honorẽ. Id quod & Cæſareis conſtitutiõibus, ſub. T T.
E de cenſibus eſt cautũ. ¶ Sed inquis. Quid dandũ eſt Cæſari, vel ei q eius eſt loco? Reſpondet
Paulus, Tributũ, quod eſt pecunia q̃ ſoluitur pro tota patria in ſignũ ſubiectionis & ſuperio-
ritatis. Sed q̃uo eſt ſoluendũ? Pro rata vniuſcuiuſq; p̃ſonæ, Vnde & tributũ dici cœpit cẽſus,
id eſt, pecunia exacta ſecundũ hominũ facultates ærario ſoluẽda. Cẽſus quidẽ dicebaſ, æſti-
matio rerũ ac bonorũ facta, ſecũdũ quã tributa pendebanſ. Vnde cẽſum agere, eſt recẽſere ho
minũ facultates. Eſt igitur principi loco Cæſaris, ſoluẽdũ tributũ iuxta ſingularũ p̃ſonarũ ex
vniuerſo cœtu facultatẽ, q̃d vtiq; tributũ (qm̃ teſte Paulo, ſoluiſ in principis neceſſitatẽ) prin Roma. 13
cipis neceſſitati, reſpõdere debet, ita vt tantũ ſit tributũ, q̃to opus habet princeps. Quæ quidẽ
neceſſitas facile ex ſtatu, familia, principatus amplitudine, ex hocq; genus alĳs rebus eſt adno
tãda. Hinc cauẽdũ eſt principibus, ne ſtudeãt luxui, pompæ, bello, vel hoc genus rei alteri tur
pi & ſumptuoſæ, vnde coacti tãdẽ ſubiectis in ſuũ & illorũ detrimentũ tributũ adaugeant, q̃d
nõ, niſi iuſta ratione occurrẽte, fieri debet, qm̃ apl̃us ſimpliciter dicat, neceſſitate poteſtati eẽ
ſubueniendum. Vnde ipſæ poteſtates noĩe Cæſaris, & propter eiuſmodi tributa, tenenſ nul-
lo nõ tẽpore nos in ĳs, q̃ tẽporalia ſunt, cõſeruare: ſiquidẽ bonos tueri vt meliores fiant, ma-
los à bonis coercere, vt boni fiant, & bonis mala nõ inferant. Id q̃d apl̃us innuit, dicens. Nam
principes nõ ſunt timori boni operis, ſed mali. Vis autẽ non timere poteſtatẽ? Bonum fac, & Roma. 13
habebis laudẽ ex illa, Dei em̃ miniſter eſt, & tibi in bonũ. Si autẽ male feceris, time. Nõ em̃ ſi-
ne cauſa gladiũ portat. Dei em̃ miniſter eſt, vindex in irã ei, q male agit. Et Petrus ĩquit. Sub- 1. Petri. 2
iecti eſtote omni humanæ creaturæ propter deũ. Siue regi quaſi p̃cellenti, ſiue ducibus tanq̃
ab eo miſſis, ad vindictã malefactorũ, laudem vero bonorũ. Ad quod obligantur illi ex conſti- L. 3. L.
tutione Cæſarea, qua cautũ eſt, vt illi ſolicite agãt, vt malis hominibus prouincia careat, eoſq; Cõgruit.
conquirant, & prout quiſq; deliquerit, in eum animaduertant, Et prorſus ſatagant, vt paca- ff. de offi
ta & quieta ſit prouincia, quam regunt. In hoc quidem omnibus ſine diſcrimine tam diuitibꝰ cio præſi.
q̃ pauperibus ſine reſpectu obligantur, quoniam ab omnibus iuxta ratam tributum accipitur Deute. 1.
& colligitur. Vnde ſcriptura ad illos pro pauperibus ait. Audite illos. ſ. pauperes, & quod iu-
ſtum eſt, iudicate. Siue ciuis ſit ille, ſiue peregrinus, nulla erit diſtantia perſonarum, ita paruũ L. ſolẽt. 6
audietis vt magnum, nec accipietis cuiuſq̃ perſonam, quia dei iudicium eſt. Et lex imperialis nõ ſolẽt. ff
idipſum aliàs mandat. Hæc hactenus de officio ſecularis poteſtatis in inferiores, Et inferiorũ de officio
in ſuperiorem ſecularem, quam Chriſtus hodie intelligit vocabulo Cæſaris. procon. Exodi. 22
F ¶ Conſequens eſt, vt dicamus de ſpirituali poteſtate, quã Chriſtus ſpeciali modo hodie vo
cabulo dei notat, aliàs à ſcripturis deũ dici cœptũ, qm̃ ſpeciatim dei vicẽ ſuppleat in oĩbus, q̃
vel deum vel fidem vel religionem vel ſpiritum vel animas vel ſcripturas, vel hoc genus alia,
vtpote cultũ diuinum, tangunt, Cui vtpote Max. Pont. quæ dei ſunt dicit dãda. Quæ autem
ea ſunt, quæris? Sane illi anima pura eſt exhibenda, vt eam deo ſummo, ſuo dño offerat, &c.
Quod vt rite fiat, illi quoq; vt ſuperiori in rebus ſpiritualibus danda eſt obebientia, quæ &
timore & honore conſtat, & ſic eadẽ illi præſtanda eſt obedientia, quæ ſeculari poteſtati, de Roma. 13
qua apoſtolus, qui dicit omnẽ poteſtatẽ eſſe à deo, &c. Hinc Chriſtus ad diſcipulos, q̃rũ nunc Lucæ. 10
loco ſucceſſerũt p̃lati ſpũales, ait. Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit. Et ite Matt. 23
rum. Omnia quæcunq; dixerint vobis, ſeruate & facite. Et Paulus ſubſequutus tanq̃ Chriſti Hebræ. 13
verborũ interpres, inquit. Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis, ipſi em̃ peruigilant, ra-
tionẽ pro aĩabus veſtris reddituri, vt cũ gaudio hoc faciant, & nõ gemẽtes: loquitur autem de
præpoſitis clericis, quũ paulo ante dicit. Memẽtote p̃poſitorũ veſtrorũ q vobis loquuti ſunt
verbũ dei, quorũ intuentes exitum cõuerſationis, imitamini fidẽ. Qui ideoq; illis inobediens
eſt, nõ minus pœnæ luet, q̃ qui rebellis eſt poteſtati ſeculari, imò magis, qa ſimpliciter videſ
repugnare deo, cuius ille loco eſt. Qui aũt ſuperbierit, nolẽs obedire ſacerdotis imperio, q eo
tẽpore miniſtrat dño deo tuo, ex decreto iudicis morieſ homo ille, & auferes malũ de Iſrael, Deute. 17
G cunctuſq; populus audiẽs timebit, vt nullus deinde intumeſcat ſuperbia. ¶ Illi proinde dan
da debita eſt obediẽtia, qa in rebus diuinis & ſpũalibus ſuo loco & noĩe deus illũ voluit nobis
eſſe ſuperiorẽ. Cui deinde vti dei noĩe nr̃o miniſtro & famulo, vtpote in rebus fidei & religio
nis, hocq; genꝰ rebus alĳs, merces q̃q; minime eſt negãda, ipſo Chr̃o teſte, proprie de ſacerdo Matt. 10
te ſeu diuini verbi p̃dicatore ſermonẽ faciente. Dignus eſt em̃ operarius mercede ſua. Et Pau Lucæ. 10
lus, proprie loquens de ſacerdotibus, ait. Quis militat ſuis ſtipendĳs vnquam? Si nos ſpiritua 1. Cor. 9
lia vobis ſeminauimus, magnum eſt, ſi nos carnalia veſtra metamus? Neſcitis quoniam qui in
ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt, edunt? Et qui altari deſeruiũt, cum altario partici-
H pant? ¶ At quæ aut quanta ſunt reddenda presbytero vice mercedis? Quæ, inquam, & quã-
ta neceſſitati eius (vt ex Paulo accipimus) ſufficiunt, ſicuti tributa ſeculari principi, Et certe ea,

Digitized by Google

2.Tim,2 quibus contentus tantum diuino ſeruitio,cui addictus eſt,inſeruire commode poſſit,nec cogi ad negotia ſecularia,à quibus omnino eſſe debet alienus,dicente apoſtolo. Nemo militãs deo,implicat ſe negotijs ſecularibus,vt ei placeat,cui ſe probauit.Sed quæ erunt illa,aut quomodo ſoluenda? Certe ea,quæ dei ſunt,quoniam ille ſacerdos loco dei ſit.Sane dei ſunt,quæcunq; eius gratia inſtituta ſunt.Quæ ſunt illa? Quum vtiq; de corporalibus perinde debitis Iudæi hodie quæſierunt,de'q; ijs procul dubio dominus reſponderit.Quæ igitur ſunt dei? Reſpondeo(vel diuo Hieronymo doctore)decimæ vel oblationes vel res aliæ,ſi decimæ non adfuerint vel non ſuffecerint,de quibus anteq̃ vltra ſumus loquuturi.

¶Primo videamus,quid ſit decima,quis,& quare,& cui,& ſub qua pœna inſtituerit & præſtari inſtituta ſit.Decima(vt à vi vocabuli incipiamus)eſt vna portio ex decẽ partibus.Plautus,Vt decimam ſolueret Herculi.Hinc decimare,eſt decimã partẽ detrahere,Hinc decima,(vt hic de ea loquimur)eſt decima pars prouentuũ,ex terra vel arboribus naſcentium,vel ex animalibus venientium,in quo tamẽ plerunq; probata loci conſuetudo attẽditur.Hanc deus I

Leuit.27 omnipotẽs p Moyſen inſtituit dandã & ſoluendã,veluti in Leuitico ait.Oẽs decimæ terræ,ſiue de frugis,ſiue de pomis arboꝶ,dñi ſunt.Inſtituit aũt deus pro ſe,& ſuis miniſtris.i.ſacerdotibus,q diuino cultui inſeruiũt,& populo in fide & religione cõſeruãdo.Pro ſe,inquã,qa decima pars ex nũero eſt pfectiſſima,qa eſt primus limes numeroꝶ,cũ vltra nõ procedat,niſi replicãdo nũeros pteritos)deus inſtituit decimas,vt oſtenderet ſibi omnium reꝶ perfectionẽ,nõ aũt homini vel alicui creaturæ,debere,& ſicut tributũ ſibi princeps ſecularis,ita deus in ſignum vniuerſalis dominij,perinde atq; ſpeciali titulo ſibi decimas reſeruauit,quas qui illi dare rennuat,deum eſſe dominum vniuerſalẽ plane negat.Pro ſuis autem.i.diuini cultus miniſtris inſtituit,vt,quoniã is noſtris bonis nõ niſi in ſignũ honoris egeat,illi ex eis decimis ſuſtẽtari cõmode poſſent,quæ à ſupremo Epiſcopo iuxta loci & perſonaꝶ rationẽ eſſent diſpenſandæ.Hinc ipſe ait.Filijs Leui dedi omnes decimas.Et alias.Inferte omnẽ decimam in horreum meũ,vt ſit cibus meus in domo mea.Et hoc vt ipſi ſine onere populi(qui qualiſcũq; ſit,tenetur decimas pendere)cõmodius quantũ ad fortuniũ & infortunium,iuxta aleã terræ & tẽporis,in diuini cultus frequentia,ſuſtentarentur:vtpote,hiſce decimis contenti nihil aliud,niſi quòd decimaꝶ loco cederet,poſſeſſionis haberẽt,deo dicente.Nihil aliud poſſidebũt,decimaꝶ oblatione cõtenti. ¶Vbi caueant ſacerdotes,ne vel luxui,vel pompæ,vel auaritiæ,vel negotio ſeculari ſtudeant,& inde à populo quicq̃ maioris mercedis exigãt:qñquidẽ populus p decimas,vel rebus alijs loco decimaꝶ,ipſoꝶ dũtaxat debẽt ſubuenire neceſſitati,quæ æſtimanda venit,iuxta ſacerdotis,qui decimas percipit,amplitudinẽ,conditionẽ,ſtatũ,familiam,hocq; genus alia.Quo in loco,neſcio q̃ vel male vel bñ eccleſiaſtici prælati rebus ſecularibus præſunt,in quibus profecto,ſi ſtandum eſt,diuo Paulo(vt certe ſtandum eſt)implicari non deberent,quamuis & illi,quia loco Chriſti ſunt,reges ſint & duces,eorum tamẽ regnũ ſicuti Chriſti,de hoc mundo non eſt,ſed de cœlo,& in rebus ſpiritualibus:nempe,quibus ſua regia,& ea quidem ſpiritualia,ſunt inſignia,ſicuti temporalia regibus ſunt ſecularibus.Habẽt enĩ & ſuum gladium ſacerdotes & regnum.Regnum eſt ipſoꝶ eccleſia Chriſtiana,cui pſunt ſicuti reges gladio,quod eſt Euangelicus gladius,qui eſt ſermo cœleſtis,qui(vt docet apoſtolus)viuidus eſt & efficax,ac penetrantior quouis gladio vtrinq; incidente,ac pertingẽs vſq; ad diuiſionem animæ ac ſpiritus,quo illi debent iugulare vitia,reſecare humanas cupiditates ac coercere à ſe ſuiſq; populis hoſtes peſſimos.ſ.carnẽ,mundum,diabolum,qui & pro diadematibus & galeis habent mitras,pro ſceptro pedum,habent & loricam,baltheum,deniq; totam panopliam illam,quam illis non vno in loco ſtrenuus ille bellator Paulus deſcribit.Non etenim ſacerdotes eſſe debẽt,auari,domini,tyranni,exactores,caupones,& hoc genus alio modo vitioſi,ſed iuxta regulam,quam illis Paulus,& cũ eo Petrus,pſcribit,inquiens.Seniores ergo,qui in vobis ſunt obſecro,Paſcite,qui in vobis eſt,gregem dei,prouidentes non coactè,ſed ſpontaneè,ſecundum deum,neq; turpis lucri gratia,ſed voluntariè,neq; vt dominantes in cleris,ſed forma facti gregis ex animo,& cum apparuerit princeps paſtorum,percipietis immarceſſibilem gloriæ coronam.Hæc ille.Quæ ſi noſtri ſacerdotes,quantum in ipſis eſt ſeruare ſtuduerint,iuſte admodum perfruentur decimis,quæ tamẽ vel malis vnà cum obediẽtia debẽtur:quandoquidẽ Petrus ait.Serui ſubditi eſtote in omni timore dominis,nõ tantum bonis & modeſtis,ſed etiam diſcholis.Memores ſane eẽ debemus,huiuſmodi illis debere nõ modo ipſorũ laborum,ſed intuitu etiã de Max.q ea ſibi ſelegit.Ideoq; illoꝶ neceſſitati ſubditi ſimus(vt docet Paulus)non ſolũ propter iram,ſed etiã propter cõſcientiã,qua obligamur ex iuſtitia reddere vnicuiq;,q̃d ſuũ eſt.Quod ſi ad hunc modũ feceritis,nõ aberit,quin liberi ſitis,& quidem magis q̃ illi:quũ cõſcientia veſtra redditur immunis,quũ ex pcepto q̃d debebatis reddidiſtis,illis loco mercedis pro illoꝶ,quã vobis debent,ſeruitute,vſuri deinde citra detrimẽtũ,veſtris poſſeſſionibus atq; fortunis ad corporis,animæq; ſalutẽ ex voto,nulli interim quicq̃ debẽtes q̃ dilectionẽ,qua obligamini alijs facere,qd' vobis fieri velitis.Quod,inquã,ſi feceritis,

Margin notes: c.cũ nõ ſit extra de deci. · Nume.18 · Malac.3 · Nume.18 · 2.Tim,2 · Johan.18 · Hebr.4 · Ephes,6 · 1.Petri.5 · 1.Petri.5 · Roma.13 · Matt.7 · K

feceritis,nõ aberit,quin ſitis liberi,& quidẽ magis q̃ illi,qui veſtri(prout audiſtis) potius ſunt
ſerui q̃ domini,obligati,ſi ſeculares ſunt,in rebus veſtris temporalibus vos tueri,ſi ſpirituales
ſunt,vobis ea communicare,quæ veſtrarum animarum ſunt, cultuiq́ꝫ diuino vice veſtra,vbi rebus
alijs occupati fueritis,in vera cõſcientia inſeruire. Væ illis,ſi perperam q̃d inibi egerint,ſuam
L hauddubie pœnã à deo ſuſcepturi. ¶ Vos itaqꝫ etiã atqꝫ etiã orauerim frẽs dilectiſſimi,Red-
dite quæ Cæſaris ſunt,Cæſari,& quæ dei ſunt,deo,vnuſquiſqꝫ ex eo quod habet,in bona vo- Exod. 20
luntate,q̃ à deo grãm meret̃.Secularibus poteſtatibus ſua tributa,Spiritualibus decimas red- Leui. vlt.
dite,q̃s illi iure tã diuino q̃ hũano,& naturali penè debetis,quũ & æthnici quondã de rebus q- Nume. 18
buſdã decimauerint,vt eſt apud Pliniũ & Solinũ videre.Eapropter deus oĩpotens ſe eos, qui Deut. 14
decimas dare neglexerũt,q̃ſi maxime peccãtes fame & penuria,terræq́ꝫ ſterilitate puniturum Pli. lib. 12 cap. 15
adiurat,dãtibus vero pollicet̃ ſe daturum pluuias & bñdictionẽ in abundãtia,fructuſq́ꝫ à pericu-
lo & vineã à ſterilitate cuſtoditurum,& facturum q̃ ſunt reliqua apud prophetã.Sic impator Lo- Malac. 3
douicus eũ,q poſt trinam monitionẽ decimas dare negligit,excõmunicari iuſſit,vti patet in
Lõbardia de decimis.L.vlt.Quis igit̃ tã male Chriſtianus,tãq́ꝫ durus & ptinax,q decimas re-
tentãs deo ſatagit eẽ ingratus,idẽq́ꝫ pœnæ æternæ obnoxius? Qui deniqꝫ nolit magis bñdi-
ctionẽ q̃ maledictionẽ,quũ dãdo cœleſtia & terrena promereri poſſit,& pro auaritia ſua du-
plici bñdictione minime fraudari? quũ pſertim ſciat iuſtiſſimi dñi eſſe conſuetudinẽ,vt ſi tu il- 16. q. 1. c. decimas
li decimã non dederis,tu ad decimã reuoceris,dabis impio militi,quod nõ vis dare ſacerdoti.
Sane deus noſter nõ poſtulat præmiũ,ſed honorẽ,& qui dignatus eſt nobis totũ dare,decimã
dignat̃ à nobis recipere,nõ ſibi,ſed nobis procul dubio profuturã.Quod quũ antiqui cõſide-
rãtes darẽt decimã,oĩbus bonis abũdabãt:Nũc vero(vt videmus)q̃d Chrs nõ accipit,Fiſcus
recipit,vel aliàs,deo permittente,in nihilũ ſine vtilitate abit. Argumento nimirum,reddenda
eſſe,quæ Cæſaris ſunt,Cæſari,& quæ dei ſunt,deo. Tributa principibus,decimas ſacerdotibus
M loco famulicij. ¶ Nec interim obſtat,quod ſedicioſi ſchiſmatici obganniunt,dicẽtes.In no
ua lege decimas eſſe abrogatas.Quibus reſponderim,Nihil in noua lege ex veteri teſt.eſſe ab Matt. 5
rogatũ,præter q̃d Chriſti Ieſu authoritati derogat.Præterea decimas vel ideo non eſſe abro
gatas,q̃m cauſæ ob quas illæ ſunt inſtitutæ,adhuc remaneant,ergo & effectus.Siquidẽ deus ſi
bi dari voluit decimas in ſignũ vniuerſalis dñij & ſuæ perfectionis,& ſacerdotibus in laborem
in cultu diuino exhibẽdũ.Atqui deus adhuc oĩm rerum vniuerſalis eſt dñs,cuiuſmodi Chriſtia- Pſalm. 23
nũ fateri oportet,& ſacerdotes q̃qꝫ ĩ hãc diẽ cultui diuino ſunt mãcipati.Nec obſtat,ꝙ obij-
ciũt,nõ eſſe alios ſacerdotes in nouo teſt.præter pdicatores diuini verbi.Reſpõdeo.Sibi inibi
mẽtiri iniquitatẽ,quũ & alij pter pdicatores ſint ſacerdotes,ex verbo apoſtoli,dicẽtis.Qui bñ 1. Timo. 5
pſunt pſbyteri,duplici honore digni habeant̃,maxĩe q laborãt in verbo & doctrĩa.Vbi aplo
docet,hoc ipm,q̃d in veteri teſt.ſacerdotibus debebat̃,idẽ & ſacerdotibus in nouo teſt.debe
ri,& maxime decimas,q̃ illis loco ſuſtẽtationis debent̃,ait quidẽ Paulus.Dicit eñ ſcriptura. Deut. 25
Nõ alligabis os boui triturãti,& dignus eſt oparius mercede ſua.Id q̃d alio etiã loco facit,idẽ- 1. Cor. 9
q́ꝫ aliàs pbat noui teſt.ſacerdotes tãto veteris teſt.eẽ meliores,q̃to veritas ſit vmbra melior. 2. Cor. 3
Nec obſtat dicere,q̃m nihil de decimis in nouo teſt.pceptũ reperiat̃:Quia rñderim,ſatis de
ijs Chriſtũ pcipere,quũ ſcribas & phariſæos nõ corripiat,ꝙ mentã & anethũ & ciminũ,hocq́ꝫ Matt. 23
genus res vel quãlibet exiguas decimarint,verum eos corripit,dicẽdo.Væ vobis,q̃m interim q̃- Lucæ. 11
ſtus auidi,iudiciũ & miſericordiã,& fidẽ,q̃ grauiora ſunt legis,reliquiſtis.Quod vero iſte Ra
bula opponit,qa Chrs vtat̃ verbo pteriti tpis,oportuit,q̃ oſtẽdat pterijſſe tẽpus decimãdi,tũ
nõ intelligit ſermonis,neqꝫ opportunitatẽ,neqꝫ elegãtiã,nec q̃d ſi ita intelligat,ſequi etiã,q̃d
nũc liceat relinquere,iudiciũ,miſericordiã,& fidẽ,& q̃ ſunt legis nouæ reliq̃.Nec obſtat dice-
re,ſacerdotes ex labore atqꝫ ſudore oportere viuere,q̃m & ij laborãt & ſudãt,q vel pdicant, Geneſ. 3
vel orãt,vel canũt,vel cætera,q̃ ſui ſunt ſtatus faciũt,alioqui & mercatores & multos alios,q̃rum 2. Theſſ. 3
labor nõ ſemp manualis eſt,aliò retorquebit.Quod vero Barrabas iſte ptextu pietatis ſuadeat
vt hoĩes ex oĩbus,quæ à deo recipiunt decimã cõgregent,& in ſui ſimiles ſacerdotes & æge-
nos diſtribuãt,Iudæ inuidi proditoris ſimilẽ ſe reddit,inquiẽs,quũ videt ſuũ deo tribui ius &
honorẽ.Ad quid pditio hæc? Poterat hoc vngẽtũ venũdari,& dari pauperibus:Cui equidẽ Mat. 26
modeſtius reſpõderim.Oportere quidẽ ali,tã diuini verbi cõcionatores q̃ & pauperes,ſed ĩte Mar. 14
rim q̃d ſingulariter in dei honorẽ,eiuſq́ꝫ diuinũ cultũ eſt inſtitutũ,nequaq̃ obmitti.Cuius ex-
emplo Chrs in iſtũ Barrabã ſedicioſum ait.Hæc.ſ.decimare mentã & anethũ,oportuit facere
.ſ.qa licet iure,& illa.ſ.iudiciũ,fidẽ,& charitatẽ nõ obmittere.Sic certe debemus pauperibus
oĩno ſubuenire,ita tñ,ne interim dei honoris in alijs ſimus ĩmemores,& quũ vnũ putamus nos
implere,ipm q̃dẽ cũ alijs negligamus.Id q̃d pfecto iſte Farragonarius admodũ ſedicioſe, im
pudẽterq́ꝫ,ſed rhetor male feriatus ſuadet.Cui vtiqꝫ ad reliqua reſpõderemus,niſi eſſent nul-
li non,vel quãlibet imperito,notiſſima,& tanta falſitate,inſcitia,impudẽtiaq́ꝫ paſſim ſcaterẽt
vt longe magis pium ſit ac conſultum, vt horas noſtras in operam meliorẽ collocemus, de-
mum magnopere obſecrantes,vt quiqꝫ dilectiſſimi iuxta Chriſti præceptum ſatagant red-

 dere

dere, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ dei ſunt, deo, vnde vera ſit futura libertas ſine velami-
1. Petri. 2 ne(vt Petrus ſcribit) malitiæ. De decimis alibi, & maxime in Tobia non parum multa recto
quoq; iudicio diſputauimus, ijs cõſtromia.

HOMILIA LXXVI. DE EO QVOD SCRIPTVM EST,
Matth. 24. Marci. 14. Lucæ. 21. Erit eñ tunc tribulatio magna, qualis
non fuit ab initio mundi vſq; modo, neq; fiet, &c.

Dñica. xxiiij. poſt octa. penteceſtes.

AD verũ horum Chriſti verborum, adeoq; totius hodierni Euan- A
gelij intellectũ vndecunq; accipiendũ, ſcire velim, Tempore, quo
Chriſtus mei thematis verba ad diſcipulos habuit, paulo ante ipm
Matt. 13 Chriſtũ dominũ eiſdẽ ſuis diſcipulis duo pdixiſſe(vt nõ modo ipſi,
ſed & oẽs hoĩes recte ſancteq; & quidẽ caute ac in timore dñi am-
bularent, ſeq; in omni vitæ ſanctimonia ppararent) deſtructionem
.ſ. illã Hieroſolimitanæ ciuitatis, qua nõ erat lapis ſup lapidẽ relin-
quẽdus, q nõ deſtrueret. Et .ſ. filiũ hoĩs eſſe venturũ in gloria patris
Matt. 16 ſui cũ angelis ſuis, & redditurũ vnicuiq; ſecundũ opera eius: de quo
Lucæ. 19 & antea in parabola ſagenæ dixerat, ſic futurũ in cõſummatiõe ſecu
Matt. 13 li. ſ. exituros angelos, ſeparaturoſq; malos de medio iuſtorũ. Proinde diſcipulos, futurorũ cu
pidos & quaſi timore ſtupefactos, de vtroq; interrogaſſe, tã .ſ. de Hieroſolymorũ deuaſtatiõe
q̃ de ipſius aduẽtu, Chriſtũ vero pro immenſa ſua ſapientia ad primũ certo reſpondiſſe, q̃ erat
petitũ, qñ deberet fieri tã calamitoſa ciuitatis Hieruſalẽ deuaſtatio? Et qdẽ reſpõdiſſe, hoc ip-
Daniel. 9 ſum deuaſtatiõis intelligendũ eſſe ex eo, q̃d Daniel propheta pdixit: ſiquidẽ q nono cap. my-
ſteria de Chr̃o, & q̃ poſt eius mortẽ ventura erãt, enuntiauerit. Sane q̃ deuaſtatio (vt nuper
alio in loco oſtẽdimus) facta eſt anno poſt Chr̃i paſſionẽ quadrageſimoſecũdo die mẽſis Se-
ptẽbris octauo, p Titũ Veſpaſianũ, q hic & à Daniele intelligitur p abominationẽ, qm̃ idola
coluerit, & proinde abominatio fuerit. Id q̃d ex cõtextu apud Danielẽ eſt intelligere, quo le-
gitur. Et q ſup alam abominationũ, deſolabit, idq; donec cõſummatio & deciſio effundat ſu-
per ſtupentẽ. Certe hic nõ poteſt nõ intelligi, q̃ Titus impe. Roma. q in ſublimitate eleuatus
erat ſup cultores idolorũ: q, in quã(vt ex Ioſepho cõſtat) ciuitatẽ ſanctã & tẽplũ ſanctũ, gẽteq;
Iudæorũ deſtruxit, pdidit, diſſipauit, Donec venit cõſummatio & finis tpm ſup pplm Iſraeliti
cũ, tãto tpe ſtupefactũ & attonitũ, de tã longa ſua captiuitate, & irrita ſibi facta Meſſiæ ſui(q B
iã venerat) expectatiõe. ¶ Abominatio ergo deſolationis, q̃ ſtetit in loco ſancto, fuit Titus,
quẽ quũ viderent iã loco imminere cito debebant & longe inde aufugere propter repentinã
& crudelẽ eiuſdẽ Titi hoſtis tribulationẽ. Id quod dñs hodie pdicẽs monet, vt qui tunc in Iu-
dæa ſint, ad montes fugiant, nec q in tecto ſint, deſcẽdant aliqd tollere de domo, nec q in agro
ſint, reuertant tollere tunicã ſuã: ſiquidẽ ne hoſtium velocitate intercepti, vnà cũ rebus aufe-
rendis pereant. Malũ itaq; futurũ pregnantibus & nutrientibus, q̃ grauidæ & puerorũ ſarcina
atq; amore ppeditæ, nõ poſſint, neq; cito, neq; longe fugere: maxime ſi ſit in hyeme, vbi cito
nullus, neq; ambulare, neq; aufugere poſſit, tum etiã in ſabbato, quo non liceat Iudæis ex lege
¶ longius q̃ præceptũ ſit ambulare. Fugiendũ itaq; ante hyemẽ & ante ſabbatũ. i. cito & longe
Lucæ. 19 propter repentinã, latam, immẽſamq; ab hoſtibus in Iudæos(quoniã dñi viſitationem non
ſuſceperint) tribulationẽ & calamitatẽ, quæ oĩm maxima eſſet futura. Et vere quidẽ à domĩo
prædictũ. Quæ eñ à Veſpaſiano & Tito inducta eſt Iudæis tribulatio, tanta, tamq; horribilis
fuit, quãta & qualis nõ eſt ab orbe condito intellecta, q̃d licet deprehẽdere ex hiſtorijs ad eam
q̃ de hoc excidio facta eſt, collatis. Quis eñ vnq̃ in obſidione vrbis cuiuſcunq; legit vndecies
cẽtena millia fame & gladio perijſſe? Et vrbe capta ſexcẽta millia virorũ interfici iuſſa, capti-
Ioſephus libro ſexto uorũ aũt publice venũdata centũ millia, & hoc quidẽ in ſolẽnitate paſchæ, qua dñm glorię ſup
plicio Iudęi adfecerãt, q̃d in Hieruſalẽ factũ Ioſephus tradit. Vides igitur q̃ vere Chriſtus prę-
dixerit, tunc etenim tã vehementẽ fore afflictionẽ, qualis à condito mundo nũquam fuerit,
neq; futura ſit: quemadmodum noſtræ Homiliæ thema præ ſe fert, quo nimirũ cõſtat, & prio
V ¶Octauo & poſtremo ſcriptura, imò & Chriſtus & Euangeliſta: Mariam Deiparam, paſſim mulierem appellent. Ergo ſi mulier (dicunt) non virgo, ſed corrupta per virum. Reſpondeas. Et ſi Chriſtus dixerit: Quid mihi & tibi eſt mulier? Et rurſus, dicit matri ſuæ: Mulier, ecce filius tuus & cætera. Non ideo ſequitur, Mariam habuiſſe filios alios præter Chriſtũ, perindeq; virili ſemine corruptam, quod falſiſſimũ eſt: Verum eò cœptam dici mulierem, qa non ſit vir ſiue maſculus. Quandoqdem mulier, vocula, ſexum propriè, non corruptionẽ ſignificet dicente Scriptura: Et creauit deus hominem ad imaginẽ & ſimilitudinẽ ſuam, ad imaginẽ dei creauit illũ, maſculũ & fœminam creauit eos. Et rectè qdem, quũ & propterea apud Iuriſconſultos (penes quos eſt latinitas) appellatione mulieris virgo viripotẽs contineaṫ. Sic muliebri veſte legata, & infantilem continere & puellarũ, & virginum. Pomponius libro viceſimoſecũdo ad Sabinum rectè ſcribit Mulieres enim omnes dici, quæcũq; ſexus fœmini ſunt. Ita nimirum ſcripturis ſanctis hic eſt mos, vt non eæ tantũ, quę virum paſſę ſunt, ſed omnino etiam fœminæ intactæ atq; integrę, mulieres appellanṫ, ſicut de ipſa Eua ſcriptum eſt: Formauit eam in mulierẽ. Et qdem Eua priuſquàm ab Adamo fuerat cognita, imò dũ eſſet integerrima virgo dici cœpit mulier, ſcriptura dicẽte: Et ędificauit dñs deus coſtam, quã tulerat de Adam, in mulierẽ, & eduxit eã ad Adam. Erat aũt vterq; nudus .ſ. Adam & vxor eius, & non erubeſcebant. Et poſtea: Dixit aũt ſerpens ad mulierẽ, &c. Et dixit dñs deus ad mulierem.

Iohan. 2 Iohan. 19 Gene. 1 L. mulierũ ff de verb. ſigni. inſti. de imp in pri. ꝫ Qui me. tut. ſi nitur ꝫc. L. argumento. §. muliebri. ff de auro ꝫc. Gene. 2. 3

X ¶Quid multis? Piaculũ eſt grãde, & igne prorſus piandũ, ſi ex ijs, vł hoc genus alijs technis velimus credere, Mariã non fuiſſe virginẽ ꝑpetuam, ſed vł ex Ioſeph, vel ex alio viro, alios genuiſſe filios. Nimirũ, qđ inde non modo conſequereṫ diuã virginẽ fuiſſe aliqñ fœminã, ſed Ieſum Chriſtum dominum noſtrum dei æterni filium, ex nuptiali conſortio ipſius Ioſeph eſſe progenitum, maximè qđ Apoſtolus dixerit: At vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuũ

Gala. 4

um ſuũ factũ ex muliere, factũ ſub lege, & cętera. Id q̃d impij iſti hæretici clanculũ hauddubiè conanť, adeoq́; impijſſimę Iudæorũ veſaniæ condemnatæ adſentientes, qua contendiť, Chriſtum ex Ioſeph ſemine eſſe natũ. Id q̃d palàm eſt contra veritatem ſacroſancti Euangelij, di-
Luc. 1. Eſa. 7. centes: Spũs ſanctus ſuperueniet in te, & virtuus altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoq́; & q̃d naſceť ex te ſanctũ vocabiť & filius dei. Et Eſaias dixit: Ecce virgo concipiet & pariet filium.

¶Eapropter dilectiſſimi fratres, q̃m multis irrefragabilibus teſtimonijs ſcripturarum & ra- Y
tionum audiſtis perfidam hæreſim refutatam iſtorum, qui nulla prorſus ratione ſed ſolum improbitate ducti, hactenus impugnarunt virginitatem perpetuam diuæ virginis, derogantes & virginali puritati, & diuinitus factæ Chriſti conceptioni, interimq́; nequiter & impiè demoliri conantes, totam fidem & religionem Chriſtianam. Non eſt q̃d iſtos vel tantillum audiatis: Quippe qui contra quos non modo ſcripturæ, ſed & leges & arma vindictã, vti in perfidiſſimos Chriſtianæ fidei hoſtes & proditores, expoſtulant. In quos & magiſtratus ſæuerè debuerint animaduertere, nec vllam contra tam apertam veritatem, in re præſertim tam magni momenti, vnde noſtra pendet vita atq; ſalus, aliquod cauilli admittere, ſed iuxta Eccleſiæ decretum, prorſus ſtare inter reliqua paulò ſupra teſtimonia, verbis glorioſæ Deiparæ virgi-
Luc. 1. nis, dicentis: Quomodo fiet iſtud? Quia virum non cognoſco. Quibus ipſa virgo Maria teſtis omni exceptione maior, clare ex voto (vt auditum eſt) ſuam perpetuam virginitatem teſtať. Cui qui adſtipulati (vt debent) fuerint, proq́; virili tueri conabunť, haud obſcurè ſciant ſe Ieſu Chriſti domini noſtri, adeoq́; Dei Opt. Max. eiusq́; filiæ ac matris perpetuæq́; virginis, tutari gloriam, interimq́; fidem ipſam Chriſtianam (pro qua nemo pius non mori, ſicubi opus fuerit, debet in totius Chriſtianæ Reipublicæ decus & ſalutem) tam propugnare quàm augere. Nec dubitent ſibi Deũ Max. forè contra huiuſmodi impios hoſtes propitiũ, quũ certè illius cauſa pro noſtri oĩm ſalute agať. Cui ſoli laus ſit & gloria, q ex oĩbus ſibi ſoli Mariam perpetuam ſelegit virginẽ, quę ſine exemplo mater eſſet & filia, virgo & genitrix, ſpõſa & innupta, ea ipſa hodie teſtante & dicente: Q̃uo fiet iſtud? Quoniam virum non cognoſco.

HOMILIA LXXXV. DE EO, QVOD SCRIPTVM EST, 4. Regum. 16. Et. 2. Para. 32. Protegam vrbem hanc, & ſaluabo eam, propter me, & propter Dauid ſeruum meum &c.

In ferijs diui Bonifacij martyris.

VERBA SVNT EX VERIDICA DE MIRABILI A
eaq́; terribili Ezechię regis Iſraelitici liberatiõe hiſtoria, huc vel ideò deſumpta, quod ea à domino deo in hiſce periculoſis ac plane miſeris temporum hominumq́; conditionibus (quibus huic vrbi ęquè vt Hieroſolymitanę olim ciuitati, propter cultum veri æterniq́; ibidem dei, diu noctuq́; ab inimicis tam viſibilibus quàm inuiſibilibus inſidię ponuntur) ad nos dictum iri, non ſecus ac olim ad Ezechiam ipſosq́; Hieroſolymitanos omnino ſperauimus, tum ſanè, quum hoſtium minis, contumelijs, ſubſannationibus, omnisq́; generis iniurijs irretiti, & ab iſtis obſidione hoſtili paſſim vel eminus obſeſſi, ad deum Maximum, cum inclyto rege, ſacco propter humilitatem operti exclamauerimus.

¶Domine deus Iſrael, qui ſedes ſuper Cherubin, tu es deus ſolus, regum omnium terræ, tu B
feciſti cœlum & terram, inclina aurem tuam & audi, aperi oculos tuos & vide, & audi omnia verba Sennacherib, id eſt, tyranni ſchiſmatici, quæ miſit, vt exprobraret nobis deum viuentem, id eſt, veram eandemq́; veterem religionem, per famulum Apoſtolumq́; tuum Bonifacium nobis pie traditam, & eius ſanguine in tuam gloriam ac morte dura teſtatam. Vere domine diſſipauerunt reges Aſſyriorum, id eſt, tyranni ſchiſmaticorum, gentes & circumfinitimas terras omnium, id eſt, pene totius Germaniæ, & in omnem diſcordiam erroremq́; deuaſtatis templis, domibus, ipſisq́; adeò campis & agris ſeduxerunt, & miſerunt deos, id eſt, ſigna & ſimulachra tuorum ſanctorum fideliumq́; in ignẽ, imò ſacramenta tua, quæ proprio ſanguine teſtator confirmaſti, & primum omni contumelia ſubſannarunt: deinde in tuum religionisq́; tuæ Chriſtianæ dedecus, nulla planè cauſa, niſi temeritate & odio permoti, pedibus conculcarunt. Nunc igitur: Domine deus noſter ſaluos nos fac de manu eorum, vt ſciant omnia regna terræ: quia tu es domine deus ſolus, & fidem ac religionem, quam nobis p Apoſtolũ tuum Bonifacium (qui primus noſter fuit archiepũs, idemq́; noſter contra inimicos Philiſtæos Dauid), tradidiſti, eſſe tibi gratam. Hæc (inquam) vbi cum Ezechia (paucis tamen verbis cum tatione mutatis) vera humilitate exclamauerimus, non dubitamus dñm nobis zelo erga nos, ſuas creaturas, indignas vtiq; ob peccata noſtra, quę & ipſi fecimus, dictuꝝ de rege Aſſyrioꝝ, id eſt, de tyranno ſchiſmaticoꝝ. Non ingredieť vrbẽ hanc, nec mittet in eam ſagittam, nec occupabit
eam

Digitized by Google

eam clypeus, nec circũdabit eam munitio. Per viam qua venit, reuertet, & ciuitatem hanc nõ ingredietur, dicit dñs: Protegamq́ vrbem hanc, & ſaluabo eam propter me, & propter Dauid ſeruum meum, id eſt, propter Bonifacium Epiſcopum meum.

C ¶Sanè non dubitarim rectè vereq́ hæc verba hodierno tẽpore huc transferri, nec etiam dubitarim Deũ Max. propter gloriam noîs ſui demonſtrandam, propterq́ Bonifaciũ ſeruum ſuũ, nobis fore propitiũ, quũ & nũc & in æternũ miſericors ſit, nec ſua ope ſuos vnq̃ deſtituit, ſed & auxilio ſuo potẽti omnes ad ſe confugientes adiuuit, quũ eius (vt Scriptura ait) manus nondum ſit abbreuiata, vt ſaluare, vt antea, haud poſſit, & hoc quidem propter gloriam nominis ſui, & propter ſeruum ſuum Bonifacium. Pſal. 9 Eſaie. 59 Num. 11

D ¶Quippe q nec noîe, nec re, nec meritis à Dauide diſcrepet. Hinc vtrũq; à Deo æque diligi, & tantũ propter illũ, quantũ propter hũc facere eundẽ prorſus credimus. De Dauide neminẽ puto dubitare, quũ ſanctę Bibliæ eius penè ſint plenę. De Bonifacio dubitant ſcio, qbus nunc omnia pinde ſuſpecta, vſq; adeò in dubiũ reuocant, vt impię quærẽt. Vtrũ Ieſus Chriſtus, Dei Opt. vnigenitus fuerit filius idemq́ verus Meſſias? Illis igit, vtcũq; puicacibus, à me (veritate patrona) vł ex parte arbitror ſatisfactũ iri, vbi probaro diuũ præſulẽ eundemq́ fortẽ Chri Athletam Bonifaciũ, Dauidi fuiſſe iuxta ſupra dicta non diſſimilẽ, quo ad veritatẽ reor illos & mihi conceſſuros, deũ propter diuũ Bonifaciũ planè factuꝝ, q̃d propter Dauidem fecit Quod niſi admiſerint, non mihi, ſed veritati, cui à nemine (iuxta Scripturas) eſt reſiſtendum, imò Chriſto Ieſu, q veritas eſt, q (Paulo teſte) mentiri non poteſt, repugnabunt, qui tamen & ſi repugnabunt, ipſa tamen veritas (Propheta affirmante) à generatione in generationem adeoq́ domini verbum in æternum manebit. Eccl. 4 Iohan. 14 Tit. 1 Pſal. 118

E ¶Proinde (vt ſemel exordiar) interpretat nomen Dauid, id eſt, fortis & vultu deſiderabilis. Fortis nimiꝝ manu & animo, q non renuit contra Philiſtæos hoſtes atrociſſimos, imò cõtra ſupbum ipſoꝝ tyrannũ armatũ Goliam, vł inermis baculo tandẽ & qnq; lapidibus bello, non tantũ congredi, verũ quẽ & vicit. Vultu tam deſiderabilis, vt regis Saulis filij Ionathæ, id eſt, colũbæ (ita interptat Ionathas) id eſt, bonaꝝ & ſimpliciũ pſonaꝝ amicitiam & grãm adeò nactus eſt, vt ille ipſum perinde atq; animam dilexerit, fueritq́ aliquoties apud patrem pro Dauidẽ, quem ille ad mortem perſequebatur, incomparabilis interceſſor. 1. Reg. 17. 1. Reg. 18.

F ¶Num modo fortis etiamnũ fuit diuus Bonifacius? Fortis vtiq;, q̃d vel nomẽ arguit. Non eñ poteſt non eſſe fortis, q bona facit. Non qdem bene agit, q non fortiter agit. Fortiter autẽ vti Dauid egit ille, qñ fortitudine adiutus diuina, accepto baculo crucis, acceptisq́ qnq; limpidiſſimis lapidibus, id eſt, qnq; ĩtelligibilibus verbis, de qbus Aplus: Ego venio ad te in nomie dñi (qbus etiam Dauid aduerſus Goliam proceſſit) ex Roma legatus à laudatiſſimo viro Gregorio tum Romano pontifice Max. ad tuendam & inſtruendam Germaniam noſtram, quæ tũ impia hæreſi Arriana laborauit, vł ad internitionẽ, miſſus contra incircũciſum Goliam gigantẽ Philiſtæũ, hęreſiarcham Arriũ, vno illoꝝ lapidũ, id eſt, noîe dñi, ita potẽter inualuerit vt gloriam dei, populumq́ Germaniæ, Francones, Thuringos, Saxones, à Philiſtinoꝝ armis, id eſt, ab impietatibus Arrianoꝝ, q tũc Iſrael, id eſt, gloriam adeoq́ virtutẽ noîs ſanctiſſimæ Trinitatis expugnare ſupbius cœperant, intrepidus & morte qdem ſua defenderit. Qui & ob vultus ipſius & virtutũ maieſtatẽ vitæq́ ſanctimoniam, adeoq́ deſiderabilis & dilectus eſt factus Ionathæ, id eſt, colũbæ Eccleſiæ (quæ vnica, eademq́ immaculata, ſimplex colũba à ſcripturis vocat) vt huius inclytæ Eccleſiæ Moguntinæ, vł inuitus ſit conſenſu oîm Epiſcopus creatus, & vere fidelis ac ſanctus præſul, angelis vita non diſpar, pro eadẽ ſua Eccleſia ſanguinẽ effundere non recuſauit, q ideoq́ pro noîe Ieſu, eiusq́ teſtamenti, ſtolam ſuam proprio ſanguine lauans, in eoꝝ numero martyriũ referri meruit, de qbus Apocalypſis. Hi ſunt, q venerũt de tribulatiõe magna, & lauerũt ſtolas ſuas, & dealbauerũt eas in ſanguine agni, q propter verbum dei ſunt interfecti. Ideo ſunt ante thronũ dei, & ſeruient ei die ac nocte in templo eius, & qui ſedet in throno, habitat ſup illos. Non eſuriẽt neq; ſitient amplius, neq; cadet ſup illos ſol, neq; vllus æſtus, quoniam agnus, q in medio throni eſt, reget illos, & deducet eos ad vitę fontes aquarum, & abſterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum. 1. Cor. 14 Cant. 6 Apoca. 7.

G ¶Vides igit quàm verè accommodetur diuo Bonifacio nomen Dauid qui tam cum illo ad omnia conuenit, quod & is morte ſua penè certius quàm Dauid ipſe teſtatus ſit? Hinc arbitror tantũ & re ipſa illum Dauide inclyto conuenire, quantũ nomine fuerit ab eo alienus.

H ¶Quis igit (obſecro) & qualis fuit Dauid? Rex erat ſapiens, q in cathedra ſedit ſapientiſſimus princeps: ſeruus erat Dei Max. à quo & vinctus fuit, cũ quo Dei fuit veritas & gratia, templum eidem altiſſimo deo in ſeruitutẽ iuſſus conſtruere, quod deinceps filius ipſius Solomon cũ oî magnificentia & amplitudine, opulentiſſimiſq́ opibus conſummauit. Dauid quoq; paſtor erat, q pauit oues patris ſui Iſai, quem propterea dñs tulerat, cũ in paſcuis ſequeret gregem vt eſſet dux populi Iſrael, & fuit cũ eo quocũq; perrexerit, & interfecit omnes inimicos eius coram eo, fecitq́ illi ſui nomen, quaſi vnius magnoꝝ, qui celebrantur in terra. 2. Reg. 23 Pſalm. 88 1. Para. 17 3. Regũ. 5 1. Regum 16. et. 17

¶Fuit

Digitized by Google

¶Fuit & rex diuus Bonifacius, ex nobiliſſima Anglorum familia prognatus, duorum vtiq; re- I
Eſa.32 gnorum: Eccleſiæ (inquam) Moguntinæ, quam (vt regẽ decet) tam in omni rexit iuſtitia, ſapia,
innocẽtia, benignitate, concordia, atq; pſeuerantia, vt id à Deo ſibi dici planè meruerit. Gran
3.Re.12 dis authoritatis es, & bene regis regnũ Iſrael. Nempè cui qdem regno non tam præfici vo-
Luce.17 luerit vt præeſſet, ꝗ vt prodeſſet, quo modo qſq; prælatus, q in ſua Eccleſia rex eſt, cõcupiſcat
Luce.13 Fuit quoq; rex, regni .ſ. potẽtiarum animæ, de quo Chrũs: Regnũ Dei intra vos eſt. In quo Ia-
cob aliquando videndũ, idem dñs ꝓhibuit. Quem Iacob? Luctatorẽ (inquam) & ſupplantato-
rem. Is em̃ Iacob interpretat, id eſt, q per rõnem & ſpm̃ appetitibus imperet, & deſiderijs car
Roma.14 nalibus reluctet. Siqdem (vt Paulus ait) non eſt regnũ Dei eſca & potus. In hoc vtiq; regno,
regaliter rexit diuus Bonifacius, q non eſcis & potibus, neq; carnis delectationbus indulſit, ſed
vitia freno ſobrietatis preſſit, & ita animũ ritè gubernauit, vt corpus nunꝗ non obtemperarit
Apoc.1 Merito ergo rex, qui in vtroq; regno tam egregiè rexit, qui propterea, vti quilibet vir iuſtus,
2.Cor.6 Deo factus eſt rex, & regnum. ¶Qui & ipſe Dei Max. fuit ſeruus, in quo & veritas fuit tam k
1.Cor.15 vitæ ꝗ doctrinæ & iuſtitiæ. Cui & adeò Dei gratia in omnibus eius operibus non defuit, vt
haud iniuria cum Apoſtolo gloriari queat. Gratia autẽ Dei ſum id quod ſum, & gratia eius in
me vacua non fuit, ſed abundantius illis oĩbus laboraui. Non ego aũt, ſed gr̃a Dei mecũ. Quip
pe q vel ſolus Dei gratia ſaluberrimis doctrinis, ſanctiſſimiſq; virtutibus, tot magnæ Germa-
niæ populos, natura alioqui ferociſſimos, minimeq; flexibiles & placabiles, partim in vera fi-
de continuit, partim inde lapſos feliciter ad eandẽ reduxit, vt locupletiſſima illi teſtis eſt hiſto
ria. Qua demũ gratia adiutus, non vnũ, vti Dauid, Deo altiſſimo, ſed plura conſtruxit in Dei
Max. gloriam & decus templa, lapidibus & lignis precioſioribus affabrè ornata. De qbus oĩ
bus vt dicam, nec tẽpus, nec locus patit, nec qdem res expoſtulat, vobis penè ꝗ mihi notior.
¶Interim tamen nolim à quopiam contemplatõe prætéritũ iri, templũ hoc Moguntinẽ- L
ſe, vel ad naturam vſq; admirandũ, ſi vel opum copias, ſi vel ſtructurę magnificẽtiam, ſimulq;
pulchritudinẽ & amplitudinẽ, ſi vel in eo cultũ diuinũ multiplicem conſiderauerimus: & ſa-
nè neſcierim, an facile huic ad oĩa par inuenturus ſit qſpiam aliud, quod nec templo Mediola
nenſi, qđ diuo Ambroſio, nec Veneto, qđ diuo Marco, nec Romano, qđ Apoſtolis Petro &
Paulo dicatũ eſt, ceſſurum ſit. Quod vel ideò nobis præ cæteris eſſe debuerit venerabilius, quo-
niam rex Bonifacius in eo pro tribunali & cathedra, non minor rege Dauide, pinde atq; ſapiẽ
tiſſimus princeps, tam regiè ſederit, vt & interim aliud templũ longè maius illi ædificarit.
1.Cor.3 ¶Quod (inquam) templũ aliud? Corporis. De quo Apoſtolus: Neſcitis, qa templum Dei M
2.Cor.6 eſtis, & ſpũs Dei habitat in vobis? Idemq; aliãs: Vos em̃ eſtis templũ Dei viui. Illud (inquam)
corporis ſui templum, quod ipſum eſt cor, quod vel ille à puero Deo Opt. Max. prorſus dica
rat, conſecrarat, vouerat, & adeò excellenter auro puriſſimo, pretioſiſq; margaritis exornauit,
Pſal.131 expoliuitq;, vt & ipſum Deus ille Opt. indubiè dixiſſe præſumit. Hæc requies mea in ſeculũ
ſeculi, hic habitabo, quoniam elegi eam. Quo (inquam) auro, & qbus margaritis, rex noſter
Bonifacius, hoc ipm̃ ſpũale templũ ſuũ ornauit? Virtutibus (inquam) & ſanctis operibus adeò
Eccl.45 conſpicuũ, adeò illuſtre, adeoq; indies magis atq; magis amabile deſiderabileq; reddidit, vt to
to terrarum orbe hoc ſanctæ ſcripturæ dici cœpit. Bonifacius dilectus Deo & hominibus, cuius
memoria in benedictiõe eſt. Silem illum fecit in gloria ſanctorum, & magnificauit eum in timo-
re inimicorum .ſ. Arrianorum, & in verbis ſuis monſtra placauit, id eſt, Barbaros, Hæreticos, popu
loſq; feroces, in fide & lenitate mitigauit. ¶Certè Deo fuit dilectus noſter Bonifacius, quẽ N
ille haud ſecus atq; Dauidẽ ſuũ, eſſe paſtorẽ ouiũ ſuarum conſtituit, quem ex paſcuis, id eſt, litera
rijs ſcholis acceptũ, deinde populi ſui Iſrael, id eſt, Germanici, in primuſq; Moguntini ducem
eſſe voluit, ac ſtatuit ei teſtamentũ æternũ, & dedit illi ſacerdotiũ gentis .ſ. Moguntinæ, ac bea
Johan.10 tificauit illum in gloria. Verus (inquam) paſtor fuit diuus Bonifacius, q iuxta Euangelicam re
gulam, in ouile, id eſt, Eccleſiam ſuam Moguntinam, non aliũde, id eſt, non p Symoniam, vel
per ambitionẽ, ſed per oſtium, id eſt, per Chriſtum, q oſtiũ eſt, hoc eſt, per humilitatem inui-
Hiere.1 tus, vti ad prædicandũ Hieremias, & ſanè à Deo tanꝗ Aaron vocatus, ordinatus, electus, legiti
Heb.5 mè ingreſſus eſt. Porrò Bonifacius tam verus paſtor ꝗ idẽ bonus, q irruentibus ſęuientibuſq;,
lupis, id eſt, hæreticis Arrianis, vt oues raperẽt, furarent, diſpergerẽt, mactarentq;, tantũ ab-
ſuit, vt vel latũ vnguem loco cæderet, vt etiam aĩam ſuam pro ouibus ponere non dubitauit.
Nimirum q Chrm̃ regem ſuũ, Archipaſtorẽ ſecutus, pro ipſius gloria, ouiumq; ſalute, mortem
duriſſimam oppetijt, ideoq; ritè in numerum Chri martyrum relatus, & miraculorum deniq; teſti-
monio probatus eſt. Cuius proinde gloria & apud deũ & apud hoĩes immortalis eſt.
¶Viſum itaq; eſt, quam fuerit omni ex parte Dauidi ſilis Bonifacius, nomĩe (inquam) & re O
ipſa nequaꝗ impar. Quàm vero meritis eidem ad oĩa conferri poſſit, ex pauloante memora-
tis neminem eſſe arbitror, q non videat, quũ in vtroq; adeò oĩa ex æquo conueniãt. Etſi non
3.Regũ.2 putem nephas, videri vel in hoc Bonifaciũ Dauide maiorem, quod hic cũ patribus ſuis, placi-
da, eaq; naturali morte, requieuerit, ille vero Deũ Opt. Max. ſanguine ſuo proprio, violenter
ad fidei

à fidei inimicis effuſo, adeoq́ truculentiſſima morte, & ſic quidẽ (authore Paulo) corde ad iu- Roma. 10
ſtitiã, oreq́ ad ſalutẽ confeſſus ſit ac viriliter teſtatus. Quid igitur deinde ſupererit, niſi vt ſup
pliciter rogitantes plane credamus, deũ Opt. Max. ad nos, pro ſalute noſtræ vrbis Mogun-
tinæ, ab inimicis paſſim viſibilibus & inuiſibilibus diuexatæ, hoc ſcripturæ gratioſe ſerioq́ di
ctuꝝ. Protegam vrbẽ hanc, & ſaluabo eam propter me, & propter Dauid ſeruum meum?
P ¶Protegã (inquã) propter me, id eſt, gloriam meã, cuius cauſa potiſſimũ agitur, & propter
famulũ meũ Dauid, id eſt, Bonifaciũ, hoc eſt, propter Bonifacij famuli mei merita, q̃bus hoc à
me bonũ ſaluationis & protectionis meruit. Cæteꝝ, inſurgunt, q oĩa nunc, reiecto omni ordi
ne, cõfundunt, dicẽtes. Quid merita? Falſo inquis, deũ quicq̃ vel minimũ facere propter me-
rita diui Bonifacij, qui nihil vnq̃ à deo meruit, nec potuit quidẽ, quũ & ipſe homo fuerit no-
ſtri ſimilis: homines vero, vel quamlibet boni, nihil plane merentur: nẽpe, qui etſi (vel Chriſto Lucæ. 17
teſte) quæcunq; q̃ ſibi ꝑcepta ſunt, fecerint, dicere tñ cogunt. Serui inutiles ſumus, quod face- Eſaiæ. 64 Roma. 8
re debuimus, fecimus: nimiꝝ, quorum vniuerſæ iuſtitiæ ſunt, quaſi pannus menſtruatæ quo-
rum etiã huius temporis paſſiones, non ſunt cõdignæ ad futuram gloriã, quæ reuelabitur in
nobis. Quid ergo (inquiũt) dicis deũ propter merita Bonifacij, aliquid nobis facere, cuius nul
la ſunt? Equidẽ non ignorauerim hactenus ſimplici plebeculæ multipharia̋ eſſe impoſitũ, &
hoc vno articulo magis q̃ alijs omnibus nocitum: quo vel vno mendacio, ſeu (vt iſti garriũt)
paradoxo, factum ſcio, vt hactenus penè pleriq; omnes facti ſint, adeo infirmi & imbecilles,
vt omnino facti ſint inutiles: nimirum perinde deſperati, nec ſuæ ſalutis, nec in ſe à deo bene-
ficij memores, qui vel ideo facere bonum deſtiterunt, quod vel facere bonũ in ſua eſſe poteſta
te non putarunt, vel ſibi nihil prodeſſe rati ſunt, quoniã omnia vel quãlibet moraliter bona,
ſint pctã vel plane nihil mereant. Ego, vt paucis agã, inquã, qui talia blaterant, oſores eſſe dei 2. Cor. 4
Max. & hoſtes tã eius miſericordiæ q̃ iuſtitiæ, & quidẽ (teſte Paulo) dei verbi adulteros. Si enĩ
(primũ quæro) oĩa vel moraliter bona, ſunt peccata, quid cum illis, qui longe ante Chriſti na-
tiuitatem apud æthnicos vixerunt, & quidẽ ſine lege Euangelica, ſola ratione ducti? Nonne Roma. 2
(teſte apl'o) quicunq; ſine lege peccarunt, ſine lege peribunt? Et quicunq; in lege peccarunt,
per legem iudicabuntur? Nonne cũ gentes, quæ legẽ non habent, naturaliter, quæ legis ſunt,
faciunt, eiuſmodi legem nõ habentes, ipſi ſibi ſunt lex, qui oſtendunt opus legis ſcriptum in
cordibus ſuis, teſtimonium illis reddente cõſcientia ipſorum, ſecundum quã vel peribunt vel
ſaluabuntur? Qua de re aliàs. Qui vero perperã nugant, eos etiã, q in fide ſunt Chriſtiana, ni-
Q hil plane pro ſua vel alioꝝ ſalute mereri, quin oĩa dudũ debuerint, reſpõderim. ¶Si meritũ
attendat ex ſola humanoꝝ operũ dignitate ac natura, nulla habita ratione diuinæ gratiæ ad-
iutricis, aut bonitatis eius immenſæ, promittentis pro bonis operibus præmia, nullũ ſane po-
nendũ erit meritũ, quod. ſ. ex ſola opeꝝ noſtroꝝ qualitate ac cõditione ſit ad reddendã no-
bis mercedẽ obligatoriũ. Nã cũ fecerimus oĩa, quæ ꝑcepta ſunt nobis, adhuc dicere debemus, Lucæ. 17
ſecundũ veritatis ſententiã, Serui inutiles ſumus, q̃d debuimus facere, fecimus. Et cũ Eſaia inge Eſaiæ. 64
nue fateri, oẽs iuſtitias noſtras eſſe, quaſi pannus menſtruatæ. Quicq̃d enĩ ad eũ modum bo- Roma. 6
ni fecerimus, dei (iuxta Paulum) donũ eſt, non ex operibus noſtris, ne quis glorief: Nimirum, Roma. 11.
quicquid hoc pacto fecerimus, non eſt eo dignũ, quod deus nobis gratioſe cõtulit. Quo ſane Ephe. 2
R modo nihil potuit deus, neq; propter Dauidẽ, neq; propter Bonifaciũ facere. ¶Sin vero at Roma. 8
tendatur meritũ ex diuina promiſſione, gratuito & liberalr nobis facta, quod cuſtodiẽtes mã
data dei, ingrediemur æternã requiẽ, & ex ipſius itidẽ promittẽtis veritate, quenq̃ fallere ne- Mat. 19
ſcia, ex adiutricis etiã gratiæ dei ad bene operandũ ꝓſidio, & demũ ex opeꝝ noſtroꝝ cõditi-
one ac qualitate, poſtremo cõſtituenda loco: certe tunc nemo pius inficiabit, eſſe meritum in
humanis operibus erga deũ, cui ſuũ reſpondeat ſecundũ diuinã ordinatiõnẽ ꝓmium in cœlo à Lucæ. 10
deo repromiſſum, & perinde debitũ, ſicut merces pro labore, vel Chriſto teſte, oĩs mercenari⁹ 1. Tim. 5
ſua mercede dignus eſt. Sane iuſtũ eſt, vt ſeruet promiſſum, quæ quidẽ iuſtitia nõ eſt ex natura
actus, ſed ex liberaliſſima dei promiſſione, qui volens ſe debitorẽ conſtituit, & ſua voluntate
ſe obligauit tali operi tantũ reddere præmiũ, & ita ſurgit ibi meritũ ex veritate pollicentis, q Pſal. 109
iurauit, & nõ pœnitebit. Qua ſane pollicitatione dñi ſtante, iuſtũ eſt reddere, & iniuſtũ non
reddere, quamuis hæc ipſa iuſtitia, ex ſola voluntate dei liberaliſſima pendeat, tanta præmia
pollicentis, qui ex ſua incomparabili miſericordia, proq́ noſtra erga ipſum humilitate, non
ſolũ promittit ſe reddituꝝ nobis, quod noſtrũ eſſe videt, verũetiã quod ipſius eſt, ſe quaſi no-
ſtrũ nobis datuꝝ, dicens. Tolle quod tuũ eſt, & vade: Nempe, quod aliàs pollicitus eſt, dicens. Mat. 20
Erit merces operibus veſtris. Reddã mercedẽ laboribus ſanctoꝝ meorum. Et merces veſtra 2. para. 15
in cœlis eſt copioſa: Siquidem (Paulo authore) vnuſquiſq; propriam mercedem accipiet ſe- Sapiẽ. 10 Matt. 5
cundum ſuũ laborẽ. Mercedem autẽ ſicuti & præmium, referri ad meritũ, opuſq; bonum cõ- 1. Cor. 3
ſtat. Vnde patet, admittendum eſſe tale meritum, pendẽs ex gratuita liberalitate dei promit
tentis, & adiutorio diuinæ gratiæ, ac demũ ex opis ipſius q̃litate, ſcd̃m quã diſtribuit & ꝓmiũ
deus, iuxta prophetæ ſententiam. Reddet vnicuiq; iuxta opera ſua. Id vero quod redditurus Pſalm. 61

Digitized by Google

eſt,tam ex ſua liberalitate putat eſſe noſtrum, vt etiam velit nobis ſe pro eo reddendo ob-
Matt.11, ligatum. Vnde alias dixit. A diebus autem Iohannis Baptiſtę, vſq; nunc regnũ cœloꝝ vim
patitur,& violenti rapiunt illud. Quomodo rapiunt? Certè quod deus illud ex inenarrabi-
li miſericordia ſua illis,qui eius ſeruant mandata,& quæ eius ſunt voluntatis faciũt , ſe dare
adeo obligare videatur,vt vel perinde ipſo volente ex eo promiſſo ſibi rapere poſſint. Vn-
2.Tim.4 de apoſtolus nõ veritus eſt dicere. Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ,quam reddet mihi dñs
in illa die iuſtus iudex. Sanè ꝙ reddi debet ſecundum iuſtũ iudicium, videtur eſſe merces&
Jacobi.1, pro labore & merito præmium. Reddet autem(inqt Iacobus) non ſolum Paulo deus , ſed
& omnibus eum diligentibus.i.qui præcepta eius ſeruant: Quorum ex numero fuiſſe Daui
dem,huiuſq; æqualem diuum Bonifacium ex dictis nemo piæ mentis inficias eſt iturus.

¶ Igitur nobis pro liberatione ab obſidione & inſidijs inimicorum exclamantibus , non S
dubitabimus deum & dicturum & facturum.

¶ Protegam vrbem hanc,& ſaluabo eam,propter me,& Bonifaciũ ſeruũ meum: quippe, T
cui ob eius in me charitatem liberaliter debeo,& ſubueniam vobis propter ipſum,& parcã
vobis,vtcunq; aliquando in me peccantibus ,qui aliquando peperci populo Iudaico pro-
Hiere.15 pter Moyſen & Samuelem,Ezechiæ propter Dauidem,qui & hoc genus alijs alioꝝ inter-
ceſſione plurimis auxiliatus ſum . Eapropter (fratres in domino chariſſimi)nos qui vnde-
cunq; ab inimicis,tam mundi q̃ carnis & inferorum,diuexamur , oremus Ieſum Opt.per-
inde peccatis noſtris indigni eius miſericordia, clamantes. Memento domine Bonifacij fa
muli tui,& omnis manſuetudinis eius: Nos qdem in te peccauimus,iniquitatem fecimus,
indigni quicq̃ abs te petere,tua tamen miſericordia confiſi,obſecramus, vt vel propter fa-
mulum tuum Bonifacium nos exaudias,cuius hodie in tuam gloriã feſta tempora celebra-
mus,haud ſanè dubitantes,eum nos recte vel tuo nomine honorare venerariq;, quem ipſe
vſq; adeo,& dilexiſti & veneratus es,vt illũ tibi ſeruum elegeris,& in eoꝝ numeꝝ ex omni
Acto.5 carne ſelegeris,qui habiti fuerint digni pro nomine tuo cõtumeliam vnà cum morte pati,
quem vel hodie veneramur,ꝙ nõ dubitamus in te dñm plane conferri,quod in famulũ tuũ
Mat.25 & à te traditum noſtræ ciuitatis patronũ & tutelarem,eundemq; apoſtolum, conferimus:
nempe,qui dixeris,hoc totũ tibi à nobis fieri,q̃d vel minimo tuoꝝ fecerimus.

HOMILIA LXXXVI. DE EO QVOD SCRIPTVM EST.

Pſal.4. Et ſcitote quoniam mirificauit dominus ſanctum ſuum,dñs exau-
diet me cum clamauero ad eum.&c.

In vigilia diui Albani martyris.

DOLEO equidẽ ex animo vel propter infirmos & imbecilles hoc A
mihi toties hac tempeſtate pro contionibus meis occurri, quod di-
cturus apud plæroſq;,male Euangelicos(ſiquidẽ contra charitatem
1.Cor.13, omnia in malam partem vertentes) in me nil aliud q̃ odium incito
inuidiamq; conflo: nimiꝝ,qui omnia in ſe dictum putant,q̃d me di
cere vel neceſſitas cogit,vel veritas compellit. Abſit procul tam ſim
à meo officio alienus, vt adfectui malim q̃ iudicio inſeruire, cui hoc
eſt à deo iniunctum, vt clamem non ceſſans,prædicẽ verbum,inſtẽ
Eſaie.58 oportunè,ĩportunè arguã, obſecrẽ , in omni patiẽtia & doctrina,
2.Tim.4 opus Euangeliſtæ impleam,cuius pro loco & tempore loqui eſt ve
ritatem & tueri,pro ea,neceſſitate inſtante,etiamnum oppetere mortem. Cuius(inquam)
eſt,ad nullius hominis perſonæ acceptionẽ,neq; in amorẽ neq; in odium prædicare, quod
alioqui eſſet abuti Euangelio,quod pacẽ prædicat & veritatem dñi,æternaliter manẽtem.
Pſal.118 Deberent iſti ideoq; meam,qua fungor,perſonam conſiderare,cuius eſt(ex ſententia Pau-
1,Cor.10 li)non quærere quod ſibi vtile eſt,ſed q̃d multis,vt ſalui fiant. Quod niſi & ipſe verbo & fa-
cto facerem,qũo verus eſſem verbi dei diſpenſator? Quum vtiq; ſtuderem vni quærere,al-
teri auferre,hunc amare,illum vero odire & offendere. Quod profecto tantum velim à me
abeſſe,quantum à vero falſum: nempe,qui eſſem Chriſti ſeruus,qui eſſe & haberi toto pe-
Gal,1 ctore deſiderio,quũ adhuc(vt apoſtolus ait)hominibus placerem. Quanq̃ placere cupiam
2,Cor,12 omnibus,ac non vni aut alteri tantum,non in meam vel in alterius tantum vtilitatem, ſed
(iuxta Paulum) in veſtri omnium ædificationẽ,& inprimis in gloriam Ieſu Chriſti: nimi
1,Tim,2, rum ,quos,vt deus,quem nihil latet,æquè omnes ſyncero chriſtianoq; amore proſequor,
Philip,1, quos & omnes ſaluos fieri opto(teſtis eſt mihi deus)& eſſe,in viſceribus Ieſu Chriſti,& hoc
oro,vt charitas veſtra magis ac magis abundet in omni ſcientia,& in omi ſenſu, vt probe-
tis potiora,vt ſitis ſynceri & ſine offenſa in diem Chriſti: Et maxime illi,qui adeo in me de
ſiniſtro affectu ſunt ſuſpitioſi,opinantes quicquid corripiendo dixero,in ſe dictum eſſe,q̃d
quam

Digitized by Google

quàm falſum ſit,ſentient ſperauerim aliquando,ad ſe ſuamq́; mentem olim reuerſuri.
B ¶Doleāt & ipſi potius tam nihil vſpiam nunc in fide noſtra & religione,adeoq́; vniuerſali
Eccleſiæ ritu inueniri,quod aliquot nunc annis nõ ſit & contra dei voluntatem, & publicam
& priuatam hominum pacem,concordiam,tranquillitatemq́; per ſchiſmaticos homines cõ-
taminari,corrumpiq́; cœptũ,quod tamen iã olim tot ſeculis,à tot doctiſſimis, ſanctiſſimiſq́;
viris,vnà cũ tota catholica eccleſia,fuit receptũ & approbatũ.Iſtis ergo aduerſarij noſtri po-
tius bono zelo indignẽtur,qui eò me pepulerunt,vt propter veritatẽ mihi concitem odium
qui alioqui obſequio mihi amicos poteram cõparare.Sed ſciant illi Socratem cum Ariſtotele
meum eſſe amicũ,amicũ vero eſſe maiorem veritatẽ,quam paratus ſum & hodie in dei Opt.
C gloriam,eiuſq́; diui Albani martyris honorem tueri. ¶Quũ igitur ſancta eccleſia nobis hãc
diem vel ideo præ cæteris habere feſtam voluerit,vt in ea deuotam memoriam ageremus di-
ui Albani martyris,qui pro tuenda & propaganda fide catholica ſanguinem effudit ſuum, vt
& ipſum in virtutibus quaſi eius exemplo ducti ſequeremur,& eius apud deum patrocinium
nobis ſuffragaretur, per dominũ noſtrum Ieſum Chriſtũ, quem ille ad mortẽ vſq; ſequutus
eſt,quemadmodũ(deo fauẽte)cras latius proſequemur:Et quia nõ minimus eſt inter eos ſan
ctos,quos ſancta mater Eccleſia hactenus facere miracula adfirmauit,eoſq́; pro loco & tẽpo-
re perinde atq; patronos inuocandos nobis credendũ pie cenſuit,idq́; ipſum multis nunc ſe-
culis paſſim ab omnibus orthodoxis pie ſit creditũ & adſertum.Porrò econtrario in nouiſſi-
mis iſtis diebus,neſcio q̃ ſpũ aliq̃t illecti,negãt & ſanctos miraculis pollere,q̃ vtiq; ſubſannãt.
Itẽq; negãt ipſos ,quos dicere ſanctos ex approbatione Eccleſiæ nõ dubitamus,aliquo modo
D implorandos. ¶Sane contra eos potenter inſurgit propheta Max.in themate noſtro. Sci-
tote(inquiens)quoniã mirificauit dominus ſanctũ ſuum,dominus exaudiet me,cũ clamaue-
ro ad eum.In prima nimirũ parte palam innuit,eum,qui ſanctus eſt,dominũ.ſ.deum Maxi.
mirificaſſe.Quid vero mirificare aliud,q̃ illum miraculis ſanctũ oſtendere? In ſecunda vero
parte,non modo vult ad aliquẽ ſanctum clamandum,ſed & clamantem à deo exauditum iri.
Quid hoc teſtimonio euidentius,verius,ac maius? At(inquiunt)ſcripturam detorques aliò,
quoniã hunc verſum Eccleſia de Chriſto cenſuit intelligendũ,qui ſolus eſt ſanctus,& ſanctus
ſanctorũ,vt eſt in Daniele.Quibus ego . Et eadẽ Eccleſia eundẽ verſum,de vnoquoq; ſancto Daniel.9
vtpote in deo viuente,poſt Chriſtũ cenſuit accipiendũ.Cur ergo in vno q̃ in altero eidẽ ma-
luit fidem adhibere? An non ſtandum eſt Eccleſiæ? Vtiq; ſtandũ,quando(teſte apoſtolo)ipſa 1.Tim.3
ſit firmamentũ & columna veritatis:nempe,quæ ſpiritum ſanctum perpetuũ nacta ſit inſtru- Mat.18
ctorem.Hinc Ieſus dominus noſter eũ iuſſit habendũ vti æthnicũ,qui Eccleſiam non audiret
id eſt,ei non pareret.Verũ enimuero,vt apud infirmos ac ſimplices clarius probem,ſanctos Micheæ.2
& poteſtate à deo vel hoc tẽpore(quoniã manus domini nondũ eſt abbreuiata)poſſe facere Eſaię.59
miracula,& ijs deũ illos mirificaſſe,ſcripturas & ipſa facta ſum adducturus.
E ¶Conſtat aũt quæ Chriſtus ſuis olim dixit diſcipulis eadẽ omnibus, qui ipſum vt deum &
magiſtrũ ſequuntur,dixiſſe,vel Chriſto dicente.Quod autẽ vobis dico,oĩbus dico. Chriſtus Marc.13
vero palã ad illos dixit.Euntes autẽ prædicate dicentes,Quia appropinquabit regnum cœ- Mat.10
lorũ,infirmos curate,mortuos ſuſcitate,leproſos mundate,dæmones eijcite.Et rurſus.Signa Marc.16
autẽ eos,qui crediderint hæc ſequent.In nomine meo dæmonia eijcient,linguis loquent no Lucæ.10
uis,ſerpẽtes tollent,& ſi mortiferũ quid biberint,non eis nocebit.Super ægros manus impo-
nent,& bene habebũt.Et alio in loco.Amen amen dico vobis,q credit in me,opera q̃ ego fa- Iohan.14
cio & ipſe faciet,& maiora horũ faciet.His igitur verbis,quis nõ videt Chriſtũ verũ deum &
hominẽ,in ſe credẽtibus faciendi poteſtatẽ miracula tradidiſſe? An vero re ipſa iſthæc illi fe-
cerint,teſtimonio ſunt apoſtolorũ acta,vbi ſcribitur.Multa quoq; prodigia & ſigna p apl'os Actorũ.2
in Hieruſalem fiebant,& metus erat magnus in vniuerſis.Sic deinde Petrus,ſolo dicto,In no
mine Ieſu Chriſti Nazareni,ſurge & ambula,fecit firmiter ambulare eũ,q claudus erat ex vte- Actorũ.3
ro matris,q quotidie portabat ad portã templi,quæ ſpecioſa dicebat,vt eleemoſynas peteret Actorũ.5
Et paulo poſt.Per manus autẽ apoſtolorũ fiebant ſigna & prodigia multa in plebe.Sic & Ste Actorũ.6
phanus prothomartyr plenus gratia & fortitudĩe,faciebat prodigia & ſigna magna in popu
lo.Sic ad Petri vmbrã omnes infirmi,quacunq; ægritudine laborãtes, qui ea tangebant,ſa- Actorũ.5
nitati reſtituebantur.Id quod vtiq; maioris eſt,q̃ q multi à tactu fimbriæ veſtimentorũ Chri
ſti ſunt ſanati , vt eſt apud Marcũ:nempe vt verificetur dictũ Chriſti apud Iohannẽ,Et ma- Marc.6
iora horũ faciet.Quid nunc impij rident,quũ dicitur à ſanctis miracula fieri,quando vidẽt & Iohan.14
audiunt teſtes tot ſanctiſſimas ſcripturas,& tot ſanctiſſima exempla? At proficientes in peius
dicunt,apoſtoli fuere illi,non itidem de alijs ſanctis,qui illos ætate ſunt ſequuti.Quibus ego,
imò Chriſtus oĩbus,qui in eum credunt,hanc poteſtatem faciẽdi miracula tradidit,vti pau
lo ante oſtenſum eſt.Et certe infiniti poſt apl'os, martyres & cõfeſſores,viri , itemq́; ſanctæ
mulieres innumerabilia miracula operati ſunt,vt nemo pius negat ex hiſtorijs,quas æque Ec
cleſia recepit,vti & Euangelia ſuo iudicio approbauit.

¶Et reuera,q negat & nūc per ſctōs fieri miracula,negat Chrm eē deū,& dei adeò om̄i- F
Esaie.59 potētiam,q̄ proinde nūc ceſſarit,ſitq́ manus eius abbreuiata,cōtra q̄d reclamāt prophetę.
Michæ.2 Præterea negare nūc fieri miracula p ſanctos,qd aliud eſt,q̄ totā fidē in Chrm abrogare,
& deū ipſum ſua gloria,adeoq́ ipſos diuos Chri promiſſione quaſi indignos priuare,& ho
mines ipſos deniq́ chriſtianos beſtijs ſimillimos reddere, vnde tandē nemo ſit aliq̄d bonū
opaturus propter deū,quē eſſe homo negabit? Fiūt em̄ miracula,vt deus p illa glorificetur,
ad teſtificandā eius maieſtatē,& potētiam ſuā ſemp eē,ipſomet deo teſtificāte,q in Exodo
Exod.14. ait.Perſequet̄ vos,& glorificabor in Pharaone.ſ.miraculis in ipm p te acturus.Hinc Moy-
ſes inqt.Cantemus dn̄o,glorioſe em̄ magnificatus ē,equum & aſſeſſorē deiecit in mare.Et
Exodi.15 ſcriptura(ſcdm Paulū)dicit Pharaoni.Quia in hoc ipm excitaui te,vt oſtēdam in te virtu-
Roma.9 tem meā,& vt annuntiet̄ nomē meū in vniuerſa terra.Ita ſanè diuinus pſaltes verè cōcinit
Exod.9 deū in ſanctis ſuis mirabilē,& in illis eē glorioſum catholica cōcinit eccleſia. Sic Chrus mi-
Pſal.64. Johan.11. raculoſe Lazaꝝ in ſepulchro quatriduanū ſuſcitauit,vt filius dei.ſ.ipſe,inde glorificaretur.
Galat.1 Hinc & Paulus inqt.In me deum glorificabant. Ex ijs & alijs hoc genus multis pſpicuū e-
uadit,eū negare deū vel eius om̄ipotentiā,(ſine qua deus eſſe nequit)qui miracula negat in
ſanctis,qui ſunt pinde dei organa ad operandū miracula.Negat & fidē in Chrm & eius er
ga ſanctos promiſſionē,ſiquidē miracula potiſſimū fiunt ad aſtruendā fidē in Chriſtū, vel
ad teſtificandū illū vel alium Chriſti eſſe.Id q̄d patet ex ijs Iudæoꝝ verbis . Quod ergo tu fa
Johan.2. cis ſignū , vt videamus & credamus tibi? Sic & Chrūs ait. Niſi ſigna & prodigia videritis,
Johan.4 non creditis.Hinc & Euangeliſta. Multa quidē(inquit)& alia ſigna fecit Ieſus, in cōſpectu
Johan.20 diſcipuloꝝ ſuoꝝ,quæ nō ſunt ſcripta in libro hoc.Hæc aūt ſcripta ſunt,vt credatis , quia Ie
ſus eſt filius dei,& vt credētes vitā habeatis in nomine eius.Sic q̄q́ Paulus etiamnū volens
2.Cor.12 ſe adfirmare Chri eſſe apoſtolum veꝝ. Tametſi(inquit)nihil ſum,ſigna tn̄ apoſtolatus mei
Hebræ.2 fcā ſunt ſup vos in oī patiētia, in ſignis & pdigijs & virtutibus.Cōſtat igit̄ miracula fieri à
deo per ſanctos,vt primū deus,miraculoꝝ author,inde glorificetur,& æternaliter potens
oſtendatur,imò vt & in Chriſtū,ꝙ fuerit verus dei filius,credatur.Deinde vt eos nobis ,vti
verè ſuos,approbet ac cōmendet. ¶Eapropter opus eſſet illis,qui nūc aliam nobis fidem G
adfingere ſatagunt,ſeq́ ex ſpū ſancto loqui gloriātur, poteſtate miraculoꝝ, q̄ certe hacte-
nus nulla p ipſos omnino nec vidimus nec ſenſimus.Nobis vero priſtinæ fidei,& adeò reli-
gionis chriſtianę profeſſoribus,nullo opus eſt miraculo:quippe,q̄d fides noſtra ſat ſuperq́
per miracula Chriſti & apoſtoloꝝ,hocq́ genus martyꝝ,ſit probata & corroborata : nimi
rum,ꝙ arbuſta,quū primū plantantur,irrigatiōibus indigent,radicem vero vbi egerint &
vixerint,ijs nō indigent: quanq̄ ad cōſolationē fideliū,& eorum qui ſunt paulo infirmio-
res,& pij tn̄,poſteris q̄q́ & ijs noſtris temporibus , facta ſint & fiant miracula. Curioſis aūt
& incredulis,qui noſtro æuo nihil nō miraculoꝝ ludibrio habēt,vbi à deo vel à nobis mira
Luc.16 cula poſtularint,recte reſpondebitur p Chrm adeoq́ per nos.Habetis Moyſen & prophe
Matt.13. tas,audiant illos.Si Moyſen & prophetas non audiūt,neq́ ſi quis ex mortuis reſurrexerit,
Matt.12 credent.Siquidē Chriſtus alias nō multas virtutes fecerit propter incredulos . Qui & alibi
inquit.Gn̄atio mala & adultera ſignū q̄rit,& nō dabitur ei, niſi ſignū Ionæ prophetæ.

¶Quid multis? Occurrerent penè ſexcenta ex ſanctis literis loca,quibus abundē probat̄, H
vere p deū fieri in ſanctis ſuis miracula, ijsq́ fidē adhibere oportere, Et nedū in vita,ſed &
poſt mortē.Et nō modo per corpora,ſed & per ea,quæ ſanctis adhæſere dū vixerunt. Cō-
4.Reg.13 ſtat ſanè cadauer mortuū à tactu corporis defuncti Helizęi reuixiſſe.Et diuus ille Auguſti-
Auguſt. nus teſtis ſine cōtrouerſia locupletiſſimus,permulta refert miracula ſuo tēpore ad memori-
de ciui.dei lib.22.ca.8. am reliquiaſq́ beati prothomartyris Stephani in Affrica eſſe facta.Et diuus Ambroſius in
vita S.Agnetis,ad illius tumulum (ſcribit) fuiſſe ſanatam Conſtantini Roma. Imp. filiam
Conſtantiam,adhuc tunc infidelem,& multos deniq́ alios lætaliter ægrotos ſanitati reſti
tutos.Sileo interim,quæ certa fide à maioribus audiuimus, & q̄ ipſi ijs noſtris oculis vidi-
mus,penes ſepulchra alioꝝ pie in Chriſto defunctorum. Ex quibus haud ſanè minimus eſt
diuus martyr Albanus ,huius inclytæ eccleſiæ pręcipuus tutelaris & patronus. Cuius à deo
miracula vti valde multa ſunt,ita & veriſſima & omnibus penè notiſſima.

¶Quibus apertò oſtenditur,quā fuerit tam in vita deo charus, q̄ & poſt mortē dilectus, I
quē & ſuo nomine nobis honorabilē eſſe voluit,& ſe p nos in illo,nō ſecus atq́ p Galathas
in Paulo,glorificatum iri. ¶Et illum deniq́ pro loco & tēpore merito implorādum,p- K
inde ac confratrem noſtrum,qui nobiſcum(teſte Paulo)in vnico corpore noſtro Chriſto,
1.Cor.12 membrum eſt,& mēbra obligentur ex diuino præcepto,mutuo pro ſe orare, ad obfirmā-
1.Cor.13. dam augēdamq́ charitatē,quæ(vt Paulus teſtatur)nec hic nec alias excidit. Ita Paulus cu-
Roma.15 pit orationibus Romanoꝝ apud deum adiuuari. Sic & pro Petro incarcerato ſine inter-
Acto.12 miſſione fiebant ad deū orationes.Etem̄ fides catholica habet, orationibus tam in Chriſto
defunctoꝝ,quā adhuc viuentiū nos poſſe adiuuari.Id qa nuper multis diſputaui,non puto
hic ne-

Digitized by Google

hic neceſſariũ,maxime ob temporis breuitatẽ,pluribus agundum,quãdo præſertim nulli nõ 2.para. 32
vel parum in ſacris literis exercitato conſtet,Ezechiam regem,cũ omnibus ſuis Hieroſolymi 4.Reg 19
tanis interceſſione Dauidis dudũ defuncti,exauditũ à deo.Conſtet item & Hieremiã prophe 2.mach.15
tã,tunc longo ante tẽpore in domino defunctũ,pro Iuda Machabæo deũ ſalutariter oraſſe.
L ¶Sic & propheta hodie in themate noſtro adfirmat,ſe exauditũ iri à dño,ſe(inquam) clamaturũ ad ſanctũ.Idcirco hoc ipſum proloquiũ fortaſſis videri poteſt,non imprudẽter huc allatũ,quo in primis monemur,ad debito modo honorandũ diuũ martyrẽ Albanũ,quem & Chrũs tot dotibus honorauit,quẽ & dignũ duxit,vt ſuo noĩe,non tantum cõtumelias, ſed & mortẽ ipſam patereẽ,in quẽ & vltra ſuã gratiã oſtendit,illũq́ꝫ ſibi eſſe gratũ,quod vel eius reliquias & exuuias(ꝙ vobis notũ eſſe non dubitauerim)miris prodigĳs aliquando illuſtrarit, quas & nulli nõ pio homini velim eſſe venerabiles,ꝙ in ĳs ille aliquãdo habitarit,quem deus
tantopere dilexit,vt & in illo per ſuam gratiam in hoc ſeculo inhabitauerit:ſiquidẽ(Paulo te 1.Cor.6
ſte)corpora ipſa,ſpũs ſancti in ipſis habitantis,ſunt & fuere tẽplum.Hinc non vanũ quis pu-
tet,ab illis aliquando emanare hoĩbus oleo ſancto,vel quouis alio modo auxilia, quũ ex rupe Exodi.17
olim,& firmo ſaxo,aqua in deſerto (deo volẽte)populo Iudaico proſilierit.Et ſitienti quoqꝫ Nume.20
Samſoni,ex maxilla aſini aquæ fluxerint. Iudic.15

¶HOMILIA LXXXVII. DE EO QVOD SCRIPTVM EST Iohan.12. Qui amat animam ſuam, perdet eam.

In feriis diui Albani martyris.

A DICI plane nequit,q̃ modis omnibus,quamq́ꝫ in nullo non loco,paternè Chriſtus dominus noſter,ad eam vitam nos ducere trahereq́ꝫ
ſatagit,ad quã nos conditos vere ſcit,ac vult habere eam beatitudi- Matt.5
nem,quæ copioſa ſit omnium bonoꝝ laborum, dolorum paſſionũ,
& in hoc ſeculo tribulationũ, anguſtiarumq́ꝫ merces:nimirũ in qua 1.Cor.2
deus ipſe(apoſtolo teſte)ĳs,qui diligunt ſe præparauit, quod oculus
non vidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis aſcẽdit,certe vbi hoc Roma.8
ipſum & tantum eſt felicitatis ac gloriæ,vt huius ſeculi paſſiones, vel quamlibet amaræ & acerbæ,non vllo modo condignæ ad illud ha-
beri ſoleant. Sane vbi hæc illa eſt patria,in qua æterna eſt vita,ſine Iacobi.1.
tranſmutatiõe,ſine viciſſitudinis obumbratione.Vita (inquã) ſine dolore & luctu,veꝝ oĩm Apoca.21
bonorum plenitudo.Ad quam vtiqꝫ vitã,vt inde peccatis noſtris expulſi aliquando poſtlimi Iohan.3
nio reſtitueremur,Chrũs Ieſus è cœlo ſola in nos miſericordia ineffabili ꝓmotus deſcẽdit,ho Philip.2
mo incarnatus,& ad omnia vt hõ ſine peccato cõuerſatus eſt,viã nobis ad eam ad patriamq́ꝫ nobiliſſimã,tam verbo q̃ exemplo demonſtrans,ſimulq́ꝫ anxie præmonens, quæ ab ea illuc
B nos via ſeducere poſſint. ¶Quia vero ille certo ſciebat nihil eſſe,quod ad eã vitã beatã perueniendi iter nobis magis præcluderet & interciperet,q̃ nimia bonoꝝ temporaliũ cupido,
& illicitus voluptatũ amor,vt patet aliàs de diuite,qui difficile ingreditur in regnũ cœloꝝ,& Mat.19
patet alibi de cœna magna,proinde ſi vnq̃ aliàs ab eo illicito amore nos dehortaẽ,profecto Marc.10
hoc ipſum in primis agit in hodierno Euangelio,& quidẽ adeo,vt putet propter eam beatitu Lucæ.18
dinem,ipſam deniqꝫ animã perdendã.Qui(inquiẽs)amat animã ſuã,perdet eam.Id q̊d apud Lucæ.14
alium Euangeliſtam euidentius affirmãs & iuxta exponens.Qui,inquit,voluerit animã ſuam Matt.16
ſaluam facere,perdet eã.Cæterum,quia hic locus penè cõmunis pleriſqꝫ videtur intellectui Marci.8
non percõmodus,verũ à ſenſu cõmuni alienus:Siquidẽ quomodo perdet quis animã ſuam,ſi Lucæ.9
eam amare debet,& ea ꝑcipue ſit perfruitura beatitudine æterna,& quã deus(vt ait ſcriptura) 2 Reg.14
non vult perire,& in primis ꝙ apoſtolus dixerit.Nemo vnq̃ odit carnẽ ſuã? Si non odit, er- Ephes.5
go nec perdet.Si carnem nõ perdet,igitur nec animã,quæ corpore longe eſt ꝑtioſior, quam Matt.16
ideoq́ꝫ dñs alibi toti mundo ꝑtulit.Quid eñ,ingens,prodeſt homini,ſi mundũ vniuerſum lu Marc.8
cretur,animæ vero ſuæ detrimentũ patiaẽ? Certe ſi proximũ noſtrũ æque atqꝫ nos diligere Matt.22
debemus,non eſt qn & animã noſtrã,q̃ vita eſt,diligamus,Et quã propheta q̊qꝫ monet vt ſal Marc.12
uemus.Quia ergo,inquã,hic Euãgelĳ locus ꝑinde à ſenſu cõi videẽ abhorrere,meaꝝ arbitror Hier.48
eſſe partiũ,paucis oſtẽdere,q̊d in rei veritate ille ſibi locus velit,q̃ tandẽ oſtẽſo,Chriſti Ieſu do
C ctrinæ fructus ſuccedat locupletiſſimus. ¶Et ſane vis cõſiſtit,partim ĩ verbo amare,partim in verbo ꝑdere,q̊d & in malã & in bonã partẽ accipi ſolet.In malam amat qs animã ſuam iudicio carnaliũ hominũ,quando qs illi indulget delicĳs,voluptatibus,& oĩbus hoc genus carnis deſiderĳs,faciẽs illi,q̃ ſenſualitati placẽt,& q̃ hæc tꝑalia ſapiũt.Certe q eo pacto animã ſuã in hoc mundo amat,perinde atqꝫ ſi puerum mater nimis indulgens,eam in alio mundo per-
det,id eſt,damnabit:argumento diuitis Euangelici,q cum ſibi vberes fructus ager attuliſſet, Lucæ.12
& cogitaret intra ſe,dicẽs.Quid faciã,quũ nõ habeo,quo cõgregẽ fructus meos? Dixit.Hoc

faciam, deſtruã horrea mea, & maiora faciã, & illuc cõgregabo om̃ia, quæ nata ſunt mihi,
& bona mea, vt dicã aniæ meæ. Anima habes multa bona poſita in annos plurimos, requi
eſce, comede, bibe, epulare. Quid aũt illi deus? Nimirũ dixit. O ſtulte hac nocte animã tuã
repetũt à te. Quæ aũt paraſti, cuius erũt? Sic eſt qui ſibi theſaurizat, & nõ eſt in deum diues.
Lucæ.16. Vides ergo quõo is diues animã ſuã perdidit, qm̃ hic illicite eã in tẽporalibus amauit? Sic ani
Sapiẽ.2. mam ſuã amauit diues ille Epulo, qui indies ſplendidè epulabat, de quo nuper. Sic quoq; a-
mant animas ſuas, qui dicũt. Quia ex nihilo nati ſumus, & poſt hoc erimus tanq̃ non fueri-
mus. Venite ergo fruamur bonis q̃ ſunt, & vtamur creatura tanq̃ in iuuẽtute celeriter vbi-
q; relinquamus ſigna lætitiæ noſtræ, qm̃ hæc eſt pars nr̃a, & hæc eſt ſors noſtra. Sed qd ad
illos ait deus? Hæc cogitauerũt & errauerunt. Excæcauit eñ eos malicia eorũ, & neſcierũt
ſacramenta dei, neq; mercedem ſperauerunt iuſtitiæ, nec iudicarunt honorẽ animarũ ſan-
ctarum. Quoniam deus creauit hoĩem interminabilẽ, & ad imaginẽ ſimilitudinis ſuæ fecit
illum. Inuidia autem diaboli mors intrauit in orbem terrarũ. Imitãtur aũt illum qui ſunt ex
parte illius. Sic eteñ illi animas ſuas, quas hic terrenis bonis amarũt perdiderunt. Ita quoq;
1.Cor.15 amãt animas ſuas, qui apud apoſtolũ dicunt, & apud prophetã. Manducemus & bibamus,
Eſaiæ.22 cras enim moriemur. Sed quid ad illos inquit apoſtolus? Nolite ſeduci. Corrumpũt mores
et.56. bonos, colloquia mala. Euigilate iuſti, & nolite peccare. Ignorantiã eñ dei quidã habent.
Q.d. Quia in deũ illi nõ credunt, & animas ſuas ijs mundanis voluptatibus amant, ideo eas
perdent in alio ſeculo. Certè ad hunc modũ nec Chriſtus animas noſtras, nec apoſtoli ſan
ctiq; dei animas ſuas amarũt. ¶Hæc proinde expoſitio, vti eſt bona & notabilis in ſuo q-
dem loco & tẽpore, ita ad propoſitũ minus apta. Siquidẽ Chr̃s hoc pacto nõ videt eſſe lo- D
quutus. Eſt itaq; alio modo amare animã, quũ quis iuxta communẽ ſenſum carnaliũ eã p-
dit. i. omnia hac propter Chriſtũ & eius amorẽ facit, quæ ſenſualitati carnis ac vitæ carnali
repugnãt, detrahendo illi omnes tã mundi q̃ carnis voluptates, delitias, illecebraſq;, ipſam
1.Cor.9. corripiens, in ſeruitutemq; ieiunio, vigilijs, oratõibus, pijs ſtudijs ac opibus, redigens, cru-
cem ſuã illi apponens, vt ſenſui carniq; dominetur. Sanè hoc pacto, qui animã ſuã vere ſpi
ritualiter propter Chriſtũ & æternã beatitudinẽ cõſequendã amat, videt eam vulgi carna-
lis opinione perdere, nihilq; habere, quãuis eam maxime amet, q̃ per hmõi correptiones,
eam breuibus hic voluptatibus priuet, vt alias perpetuis delitijs cum deo perfrui poſſit. Sic
hodie hortat Chrũs, vt qui animã ſuã vere amet, eam perdet. i. hic nihili faciat quo ad tem-
Matt.16 porales voluptates, illã ab ijs coercens. Id q̃d idem aperto ſubindicat. Qui (inquiens) odit a
Marci.8 nimã ſuã in hoc mundo, cuſtodit eam in vitã æternã. Et clarius alibi. Qui eñ voluerit ani-
Luc.9. mam ſuã ſaluare. i. qui vere eam amat, perdet eã. ſ. detrahendo illi huius mundi bona tẽpo-
Heb.12. ralia & voluptuoſa. Qui enim perdiderit animam ſuã propter me, inueniet eam. ſ. in vita
Prouer.3 æterna, quæ alioqui æternaliter damnaret. Ita alibi apoſtolus dicit. Eum diligi à dño, qui
ab eo caſtigatur flagellaturq;, & eum patrẽ diligere filiũ, qui ipſum corrigit.
¶Ita hic erit Euangelij ſenſus. Qui amat animã ſuam. i. vere, q̃d ad ſpiritualia, pdet eam E
ſcilicet in p̃ſenti, nõ formidans ſuſtinere mala vitæ præſentis propter Chr̃m. i. propter vi-
tam æternã. Siquidẽ morte videtur anima perdi, qm̃ à corpore ſeparatur. Sic eteñ pro no-
mine Chriſti apoſtolus animã ſuã amauit & perdidit, qñ dixit. Sed quæ mihi fuerunt lucra
Philip.3. hæc arbitratus ſum ꝓpter Chr̃m detrimẽta. Veruntñ exiſtimo om̃ia detrimentũ eſſe, pro-
pter eminentẽ ſcientiã Ieſu Chriſti dñi mei, propter quẽ om̃ia detrimentũ feci, & arbitror
vt ſtercora, vt Chriſtũ lucrifaciã, vt & inueniar in illo. Sic apl̃i oẽs animas ſuas amarunt &
1.Cor.4. propter Chr̃m perdiderũt, qñ (vt Paulus ſcribit) à deo nouiſſimi miſſi tanq̃ morti deſtina-
ti fuere, ſpectaculũ facti mũdo, & angelis & hoĩbus. Stulti, infirmi, ignobiles propter Chri-
ſtũ, qui in horã eſuriẽtes & ſitiẽtes colaphis ſunt cæſi, inſtabiles, manibuſq; operati ſunt, q-
bus maledictũ fuit, ipſi aũt bñdixerunt, perſequutionẽ paſſi ſuſtinuere, blaſphemati obſecra
runt, qui deniq; tanq̃ purgamentũ huius mũdi facti ſunt, oĩm peripſima. Illi (inquã) domi-
Actor.5. num Ieſum imitati, animas ſuas amarunt & pdiderunt. ſ. in hoc mundo corporaliter, q (vt
Eſaiæ.51 patet in actis) gaudẽtes iuerũt à coſpectu concilij, qm̃ digni habiti eſſent pro noĩe Ieſu con-
Matt.19 tumeliã pati. Illi (inquã) animas ſuas amarunt & pdiderunt, qui dicere potuerũt. Ecce nos
Lucæ.22. reliquimus om̃ia, & ſequuti ſumus te. Quid ergo erit nobis? Certe illi amarunt animas ſuas
Mat.24 & pdiderunt, qui propter nomen Ieſu in tribulationẽ traditi occiſi ſunt, & om̃ibus genti-
Marc.13 bus odio habiti. Etiãnum illi vere animas ſuas amarũt, & iuxta admonitionem Ieſu Chriſti
Lucæ.21. perdiderunt, q propter iuſtitiã p̃ſequutionẽ paſſi ſunt, q propter Chriſtũ ludibria verbera-
Heb.11 q; experti, inſup & vincula, & (vt Paulus ait) carceres paſſi, lapidati ſunt, tentati ſunt, in oc-
ciſione gladij mortui ſunt, in vita amore fidei egẽtes, anguſtiati, afflicti, quibus mũdus nõ
erat dignus: nimirũ oẽs teſtimonio fidei ꝓbati. ¶Ex q̃rũ nũero fuiſſe, nemo vnq̃ dubitat, di F
uum martyrẽ Albanũ, cui hodierna dies ẽ feſta, p̃celſi apud deũ meriti, qui profecto dignus
fuit habitus, vt pro nomine Ieſu Chriſti, proq; fide chriſtiana contumelias vnà cum ſæua
morte

Digitized by Google

morte pertulerit, proindeq́ꝫ in eoꝝ diuoꝝ martyꝝ cathalogũ verè recteq́ꝫ relatus, qui pro
teſtamẽto dei ſua corpa tradiderũt, & in ſanguine agni lauerunt ſtolas ſuas. Qui(inquam) Apoca.22
tradiderunt corpa ſua propter deũ ad ſupplicia, & meruerunt habere coronas perpetuas. Sapiæ.5
Ille(inquã) diuus martyr in eoꝝ eſt numero apud deum repertus, qui (vt ſanctæ literæ te-
ſtantur) ſteterunt in magna conſtantia aduerſus eos, qui ſe anguſtiauerunt, & qui abſtule-
runt labores eoꝝ. Qui ad illos olim in ſupremo iudicio, præ timore horribili perturbati, di
cent. Hi ſunt, q̃s habuimus aliquando in deriſum, & in ſimilitudinẽ improperij, nos inſen-
ſati vitam illoꝝ æſtimabamus inſaniã, & finem illoꝝ ſine honore. Ecce quomodo com-
putati ſunt inter filios dei, & inter ſctõs ſors illoꝝ eſt? Ergo errauimus à via veritatis, laſſati
ſumus in via iniquitatis & perditionis. Quid nobis profuit ſuperbia? aut diuitiarum iactã-
tia quid contulit nobis? Inter illos(inquam) vere eſt ſanctus martyr Albanus: nempe qui
(vt veridica narrat hiſtoria) tempore Honorij regis impijſſimi Perſarum, orta Carthagi
ne inter Chriſtianos & Arrianos altercatione, diuina prouidẽtia in hanc inclytã vrbem
Moguntiam mirifice aduectus, aliq̃t diebus confidenter dei verbũ prædicauit. Qui ob hoc
ab aduerſarijs deprehenſus, gladio eſt decollatus. Quod(deo miraculoſe operãte) ſtatim ꝓ-
prijs manibus cõplectens, illuc deportauit, vbi nũc(propitio dño) corpus eius vnà cũ capi-
te requieſcit, iam inde tot & tãtis miraculis & prodigijs choruſcãs, vt nõ dubitamus eũ veꝝ Geneſ.15
Chriſti diſcipulũ, martyrẽ, ac apoſtolũ extitiſſe: nẽpe, q aliunde huc peregrinus & aduena
nõ ſecus atq; Abraham de Vr Chaldæoꝝ de vltimis finibus terræ, diuina prouidentia ordi Marc.16
nante, miſſus & profectus, fidẽ Chr̃i vbiq; cõſtanter ꝑdicauit, dño cooperante, & ſermonẽ
mirabiliter cõfirmante, ſignis ſequẽtibus, id q̃d veroꝝ fuit apoſtoloꝝ. Martyr nimiꝝ fuit
verus, qui cõſtantiſſimus veridicusq́ꝫ teſtis, Chr̃o adeoq́ꝫ ſanctiſſimæ trinitati, fideiq́ꝫ nr̃æ
teſtimoniũ dedit, verbo cũ viueret, & facto quũ duriſſimã mortẽ pro nomine Ieſu, adeoq́ꝫ
pro veritate & iuſtitia mortẽ ſubiret. Vnde ſubſequit̃ & illũ veꝝ Chriſti diſcipulũ fuiſſe, q
adeò in om̃ibus optimi magiſtri, qualis eſt Chr̃s, imitatus eſt doctrinam: nempe, qui vt ani
mam ſuã Chr̃o in vitã æternã cuſtodiret & ſaluaret, eam ꝑdidit, vtpote vita pro noĩe Ieſu
exutus, & ꝑinde granum frumenti mortificatũ, fructũ attulit, animas hominũ deo ab erro Matt.16
ribus Arrianoꝝ lucratus. Verus(inquã) Chriſti fuit diſcipulus, qui iuxta magiſtri ſui prçce- Marci.8
ptum, relictis om̃ibus, q̃ poſſedit, exulq́ꝫ factus, crucem ſuã baiulauit, ipſumq́ꝫ eſt ſequutus. Lucæ.14
Quõ crucẽ baiulauit ſuã? Qm̃ carnes macerauerit, eiusq́; cõcupiſcẽtias repræſſerit, & deni-
G q; animã ſuã odiuerit. i. vitã ſuã temporalẽ propter deũ contẽnens, ſe pro fide eiuſdẽ morti
lubens expoſuerit. ¶ Salutariter ergo dies hæc in tanti viri memoriã nobis eſt feſtus, in q̃
deum ip̃m glorificamus, qui nobis in ſui nominis gloriã eundẽ dedit paſtorẽ & patronum. Pſal.150.
Et ſanè nõ minus religioſe q̃ vtiliter ſacroſancta eccleſia huius martyris diẽ nobis ſolẽnem
eſſe voluit: nimiꝝ, in qua deũ Max. in hoc eius ſancto(admonẽte propheta) laudaremus, &
proinde glorificaremus, qui talẽ poteſtatẽ & dignitatẽ diuo Albano dedit, q eius noĩe mi-
racula fecit, & dignus cõtumeliã pati habitus eſt. Præterea, vt & ipſi memoriã illius agẽtes,
eius exẽplo ad oẽs virtutes ſalutaresq́; operationes incitaremur, incitati & ipſi pariter cum
illo Chr̃m ꝑinde atq; veri diſcipuli ſequeremur, animas nr̃as verè q̃ ad ſpũalia amaremus,
& ꝑderemus, cruces nr̃as baiulantes poſt Chr̃m iremus, illi q̃q́ꝫ tandẽ martyres, reipſa po-
ſtulãte, eſſemus. Quos nos fore nõ dubitamus, vbi mãdata Chr̃i faciẽtes, & huius mũdi bo-
na habẽtes tanq̃ nõ habẽtes, Chr̃o bonis actibus teſtimonium ꝓhibuerimus, om̃esq́ꝫ actus
noſtros ſcd̃m Euangeliũ direxerimus. Hoc etenĩ eſt, crucẽ ſuã baiulare, & animã amare &
perdere: qñquidẽ crux dñi nõ illa tm̃ dicat̃, quæ paſſionis tp̃e ligni affixione cõſtruit̃, ſed &
illa, quæ totius vitæ curriculo cunctaꝝ diſciplinaꝝ virtutibus adaptat̃, de qua omnino cru Matt.16
ce loquutus fuiſſe credit̃ Chr̃us. Qui vult(inqens) venire poſt me, tollat crucẽ ſuã, & ſequat̃ Marci.8
me. De qua & dixiſſe credit̃ Paulus: Mihi aũt (inqens) abſit gloriari, niſi in cruce dñi nr̃i Ie- Galatt.6
ſu Chr̃i, ꝑ quẽ mihi mũdus crucifixus eſt, & ego mũdo. Quo indubie dicto nõ intelligit cru
cem, ligni. ſ. patibulũ, ſed vitę virtutisq́ꝫ ꝓpoſitũ. Sanè Paulus quũ hęc ſcriberet, nõ fuit cru
cifixus in patibulo ligni, ſed maceratõe carnis, & ſenſualitatis ſuppreſſiõe. Quo modo plæ Apoc.14.
riq; ſanctiſſimi martyres ſequuti ſunt Chr̃m, & tamen in patibulo non crucifixi: Cuiuſmo
di ſunt virgines in Apocalypſi, quæ agnũ ſequunt̃. Sic & ipſi vere futuri ſumus Chriſti mar Matt.15
tyres, eiusq́; & noſtrã crucẽ baiulabimus, qñ iuxta Euangeliũ vixerimus, ſcd̃m quod viue- Lucę 8
mus, vbi in corde bono & optimo(iuxta Ieſu Chriſti præceptũ) verbũ dei audierimus & re
tinuerimus, fructum. i. bona opera, in patientia adferentes. Quod fiet, quando animas no-
ſtras amauerimus vere, easq́ꝫ pro Chriſto perdiderimus in vitã æternam cuſtodientes.

HOMILIA LXXXVIII. DE EO QVOD SCRIPTVM EST. Lucæ 1. Quisputas pueriſte erit?

In ferijs diui Johannis Baptiſte.

Digitized by Google

EORVM QVI IOHANNIS BAPTISTAE MEMO- A
rabili natiuitati interfuere, quæſtio eſt hæc: Quis putas puer iſte erit?
Nimirum quod eius futuram magnitudinem ex his, quę circa natiuitatem euene-
runt, indubiè præſagiebant. Sed quę præſagio anſam dedere? Vnde per-
moti ad exclamandum illi ſunt impulſi? Quis putas puer iſte erit? Certè
ex admiranda ipſius ſolennique annuntiatione natiuitatis. Siquidem Iohannes
ab eodem angelo, quo Chriſtus Ieſus mundi ſaluator dei Max. filius, à Gabrie
le. ſ. naſciturus eſt annuntiatus. Ille enim miſſus ad Zachariam patrem in tem-
Lucæ.1. plo, inquit: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita eſt deprecatio tua, & vxor
tua Eliſabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Iohannem, & erit
gaudium tibi & exultatio, & multi in eius natiuitate gaudebunt. Cui Zacharias: Vnde hoc ſciam?
Ego enim ſum ſenex, & vxor mea processit in diebus ſuis (erat enim ſterilis) Reſpondit angelus, di-
cens: Ego ſum Gabriel, qui aſto ante deum, & miſſus ſum loqui ad te, & hæc tibi euangelizare. Et ecce
eris tacens, & non poteris loqui, vſque in diem, quo hæc fiant, quoniam non credidiſti verbis meis, quæ imple-
buntur in tempore ſuo. Hæc ſanè vna eſt cauſa, quare vicini cœpere augurari, de magnitudine pueri fu-
tura: ſiquidem cuius eſſet annuntiata natiuitas æquè vt Chriſti natiuitas, & fortè ſolennior, quia in die
propitiationis feſta, & loco etiamnum facta excellentiore, quoniam in templo Solomonis, quum iam Zacha
rias (erat enim ſacerdos) ſacerdotio fungeretur, quę & notiore quoque miraculo fuerit: nempè omni
populi multitudine foris aſtante, hora incenſi quę mutum ipſum agnorunt. Adeò enim vſque Chriſtus
dominus ſuum præcurſorem Iohannem honorare dignatus eſt, argumento vt & is nobis ſummè eſſet ve-
nerandus. ¶ Fuere & noti ex huius ſanctificatione: quippe quem Chriſtus præſentia ſua in vtero vſque B
adeò ſanctificarit, vt in eius aduentu infans adhuc, clauſus in vtero pindeque futurus propheta exul
tarit, quaſi præcurſionis ſuæ officium inchoarit, quaſi etiam inter matris viſcera iam clamarit: Ecce agnus
Iohan.1 dei, Ecce qui tollit peccata mundi. Vnde & mater ipſa Eliſabeth ſpiritu ſancto repleta fuit. O verè magnus
futurus, qui nondum natus prophetat, domini aduentum agnoſcit, quem quia voce ſalutare non potuit, ex-
ultando egit, quod potuit. Rectè ergo de ipſo deus, quod de Hieremia, dicere videri queat. Antequam
Hier.1 exires de vulua ſanctificaui te. Qua etenim ſanctificatione ita illum gratia & ſpiritu ſancto re-
pletum credimus, vt peccare mortaliter haud potuerit, qui tamen ſibi non confidens, ne ſal-
tem leui famine vitam macularet, ciuium turmas fugit. ¶ Permoti fuere & mirabili nomencla C
tura, Iohannes, à deo & angelo impoſita, prius Zachariæ familiæ cognationique incognita. No
men autem perſonæ ad omnia congruum. Quid enim Iohannes ſonat? Nimirum in quo eſt gratia. In Iohanne autem non
Lucæ.1. modo gratia fuit, ſed gratiæ plenitudo: quippe, qui (Euangelio teſte) ex vtero adhuc matris ſuę, ſpiritu ſan-
cto repletus fuerit. Adeò certè gratia plenum eius nomen fuit, vt eius nuncupatio patri pietatem, muto
loquelam, populo reddidit ſacerdotem. Merito (inquam) Baptiſta domini vocatus eſt hoc nomine gra
tioſo, qui primus omnium gratiam, id eſt, remiſſionem peccatorum, & gratiæ collationem prædicauit, tempuſque gra
Eſaiæ.40 tiæ primus inchoauit, exclamans in deſerto. Parate viam domini, rectas facite ſemitas eius. Ita qui-
Matt.3 dem optimè huic tantoque viro hoc nomen conuenit, de quo & ipſe merito per prophetam gloriatur. At-
Marci.1 tendite (inquiens) populi de longè, dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ recordatus eſt no-
Eſa.49 minis mei. Cauſa igitur & tam rari admirabiliſque nominis, vicinos exclamare coegit. Quis putas puer
iſte erit? Denique & cauſa fuit miraculoſa Zachariæ oris (quod dudum fuerat mutum) reſeratio, &
vtriuſque parentum de puero vaticinium. Rectè igitur admirabundi quærebant. Quis putas puer iſte
erit? Et merito (inquam) demirati de pueri magnitudine præſagierunt, quum vel Euangeliſta di-
cat manum, id eſt, poteſtatem miraculoſam, domini cum eo fuiſſe. Id quod indubiè pueri excellentiam
præſignificabat. ¶ Hinc ſi illi quærebant: Quis putas puer iſte erit? quæremus & nos an tan D
ta miracula in huius natiuitate futurę magnitudinis præſagia, ſubſecuta ſit tanta pueri virtus &
Matth.11 eminentia? Quantus igitur & qualis obſecro factus eſt puer ille? Reſpondet angelus: Coram domino
Mar.1 magnus erit. Quantus (inquam) fuit puer ille? Propheta? Reſpondet Chriſtus: Vtique propheta, &
Lucæ.1 quidem plus quam propheta. Quantus fuit puer iſte? Angelus fuit (reſpondet dominus) de quo Malachi-
Malac.3 as: Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Quantus fuit
puer iſte? Tantus (ait Chriſtus) vt maior inter natos mulierum non ſurrexerit. ¶ Quas ob res tantus? E
Propter victus parcimoniam, quia nec vinum, nec ſiceram, nec quod aliquo modo hominem opplere poſ-
Lucæ.1. ſit, bibit. Herbis victitauit & locuſtis melleque ſylueſtri. Item propter vitæ auſteritatem & inopiam
Matth.3 & pœniæ rigorem, qui non byſſo & purpura & ſerico aut oloſerico, ſed veſtimento de pilis came
lorum, circaque lumbos ſuos zona pellicea accinctus fuit, propter efficaces prædicationes, quibus multos
Matth.3 filiorum Iſrael ad dominum deum ipſorum conuertit, in deſerto clamans: Pœnitentiam agite, appropinquabit
Lucæ.3 enim regnum cœlorum. Propter ſermonis veritatem & candorem: ſiquidem qui ad Phariſæos dicere au-
ſus fuit. Progenies viperarum, quis monſtrauit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructus
Matth.3 dignos pœniæ. Et ne velitis dicere intra vos: Patrem habemus Abraham, dico enim vobis, quo-
niam potens eſt deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Propter prophetiæ certitudi-
nem, Nempe qui, qui Chriſtum (vt cæteri prophetæ) non ſolum præuidit futurum, ſed & digito demon-
ſtrauit,

Digitized by Google

ſtrauit, dicens. Ecce agnus dei, Ecce q tollit peccata mundi. Et alias ait. Venit(.ſ. Chriſtus) Johan. 1.
fortior me poſt me, cuius nō ſum dignus, pcūbens ſoluere corrigiā calciamētoꝝ eius. Ego Mat. 3
baptizaui aqua, ille vero baptizabit vos ſpū ſctō. Nimiꝝ, etſi eſſet vir ſanctiſſimus, iuxtaq; Lucæ. 3
deo gratiſſimus, plurimiſq; diuinis dotibus pditus, tñ intelligēs quātū ſcelus eēt, hoīem vē-
dicare ſibi gloriā dei, aut hoīem in hominē ſalutis pſidiū collocare, palā apud oēs pdicabat,
dicēs. Nō is ſum.ſ. Meſſias, quē vos me eē ſuſpicamini. Fuit & ille magnus ppter vitæ mo-
rūq; clariſſimū exēplar, q ōmibus erat Idæa & ſpeculū. Hinc de eo Chrs. Ille(inqt) Iohānes Johan. 5.
erat lucerna ardēs & lucēs, q teſtimoniū phibuit veritati. Hic em̄(ait Euangeliſta) venit in Johā. 1
teſtimoniū, vt teſtimoniū phiberet de lumine, vt oēs crederēt p illū. Magnus erat propter
officiū, quo dignabat Ieſum Chrm, cui pcurrebat, in Iordane, deū & dñm ſuū, atq; redem-
ptorē nrm baptizare, cū tāto nimiꝝ tremore & reuerētia, vt primus oīm ſanctiſſimā trini- Mat. 3
tatē palam adnotauerit: Nempe cœlis apertis ſpm̄ ſctm̄ in ſpecie colūbæ deſcendentē vi- Matt. 3
dens, vocēq; patris ęterni dicētis audiēs. Hic eſt filius meus dilectus, in q mihi cōplacui. Ma
gnus q̄q; erat propter ſoliditatē fidei & cōſtantiæ, cuius à Chro teſtimonium accepit. Qui
(cū ad Iohannē perinde atq; vnicū pphetā & penè Meſſiam, oīnis Iudæa occurreret) dixit. Matt. 11
Quid exiſtis in deſertū videre? arundinē vēto agitatā? q.d. Ad aliquem, q poſſit vel timore Luc. 7
vel fauore vel ambitione, à veritate, cui teſtimonium is phibet, declinare? Minimè. Et ſanè
magn⁹ fuit in oīni virtutū gñe, q in ipſo ſingulæ & omneis fuiſſe, vt in hoīe ſanctificato, cre-
dūtur. Tā profecto magnus fuit Iohannes, vt ſuę magnitudinis oēm intellectualē naturam
meritus eſt habere teſtē, quæ illū cōmēdauit. Siquidē deus ipſe Chrs dñs ait. Inter natos mu
lierū, nō ſurrexit maior Iohā. Bapt. Et angelus inqt. Erit em̄ magnus corā dño. Et homo & Matt. 11.
is quidē inimicus.ſ. Herodes. Sciebat eū virū ſanctū, & metuebat eum. Cōmendat deniq; à Luc. 1
veteribus ijſdemq; orthodoxis doctoribus. Ex qbus Chryſoſtomus illū ſcholā virtutū ap- Marci. 6
pellat. Et recte quidē, quū Chrs eundē ob ſanctā cōuerſationē appellauerit lucernā arden- Johan. 5.
tem & lucentē. Et reuera veriſſime hodie interrogarūt vicini in eius natiuitate, Quisputas
puer erit iſte? q.d. Haud dubie magnus, vel vtiq; maximus. Et nos q̄q; hodie q̄remus. Quis
nā Iohānes nūc in cœlo? Patriarcha(inquā) quia apl'oꝝ in pdicando pr, pœnitētiæ baptiſ-
mū & fructū primus pdicans. Itē apl'us, de q dicit. Fuit homo miſſus à deo. Itē martyr, quia Johan. 1.
F ab Herode decollatus, p veritate & iuſtitia. ¶ Porrò quū diuus Iohā. Bapt. tāta fuerit vi- Marci. 6
tæ ſanctimonia, tantiſq; inclaruerit virtutibus: Nimiꝝ, q prophetię ſpū intra matris vteꝝ
impletus, inter natos mulieꝝ ſe maiorē nō habuerit, Quur tā non mō arctā degit vitā more
pęnitētis, ſed & ab iniqs in carcerē miſſus, p puellæ ſaltu capite trūcatus, p vſu turpiū mor
tuus fuit? Nunqd qui in vtero ſctificatus fuit, quicq̄ tāta pœnitētia indigū, in vita cōmiſit?
Nū in cibo peccauit, q locuſtas ſolūmodo & mel ſilueſtre edit? Nū cōuerſatōe quenq̄ offen-
dit, q de hæremo nō receſſit? Quid obſecro cauſæ? Sanè nō ignorauit vir ſctiſſimus, eos vel Lucæ. 17.
ſeruos inutiles eē, qui, qd deberēt facerēt, ideoq; ſe, gratia dei adiutāte, additurū, qd in dei p-
cipue gloriā, vel in ſuā, vel alioꝝ ſalutē aliqñ eēt ceſſuꝝ: Siquidē credi æquū ſit, & ſctōꝝ me
rita, q illi ex dei gratia meriti ſunt, alijs q̄q; cōicari, & ex ijs alios iuuari. Hinc Dauid. Parti- Pſal. 118
ceps(inqt) ego ſum oīm timētiū te. Quū em̄ fideles oēs vnū corpus ſimus, & ſinguli alter al- Roma. 12
terius mēbra, nō incōueniēs eſt, bonū vnius alteri cōicari: queadmodū Chri paſſiōis virtus
tanq̄ capitis, oībus mēbris cōicari ſolet. Sic em̄ pie credimus & ſctōꝝ merita, deo ita grata
habēte, nobis ſuffragari, vt cōpleāt ī nobis, q alioqui nobis deficiūt. Quare apl'us ad Coloſſ.
ait. Nūc em̄ gaudeo in paſſiōibus meis p vobis, & adipleo ea, q deſunt paſſionū Chri in car Coloſſ. 1.
ne mea p corpe eius, qd ē eccl'ia. Etſi nō ambigēdū ſit, neminē eē, cui non cumulatius pmiū
in cœlo deus largiat, q hic in terris meruerit: nēpe, qd(apl'o teſte) nō ſint huius mundi ad eā Roma. 8.
gloriā, q alias in nobis reuelabit, cōdigne paſſiones: eē tñ haud paucos, q lōge grauiores ęrū
nas ptulerūt, q ad ſuoꝝ delictoꝝ expiationē ſuffeciſſent. Quoꝝ ex nūero, nemo eſt pius, q
nō adfirmet, fuiſſet Iohā. Bapt. Chriſti pcurſorē, quē vt ſcimus in vtero ſanctificatū, ita ſine
læthali culpa fuiſſe fatebimur. Cuius vtiq; ærūnas & cruciatus puto fuiſſe p ſatisfactione & p
meritis, nec euaneſcere in aera: Siquidē deus ipe benigniſſimus, q mala nra ſemp vertit in
bonū, nō patiet hāc ſatisfactionē oīno pire, ſed ī aliquā haud dubie cōuertit vtilitatē, maxi-
me qa ſcriptura dicit. Reddet de⁹ mercedē laboꝝ ſctōꝝ ſuoꝝ. Et Paulus. Vnuſquiſq;(ait) Sapie. 10
propriā mercedē accipiet, ſcdm ſuū laborē. Qd certe pibit, ſi nec eis, pinde bonis, neq; cæ- 1. Cor. 3
teris, vtpote indigētibus, pfuerit quicq̄. Et qa illi ſuæ ſatisfactiōis fructū, nullis deſtinarūt
pſonis certū, ideo ſit, vt in cōmune ceſſerit eccleſiæ totius emolumētū, quaſi in cōis eccleſię
theſaurū, vt inde repēdat, qcqd cæteris ex iuſta ſatisfactiōe defuerit. Id qd clare pſpicuū ſit
ex Chro, qui p pctōribus ſanguinē ſuū fudit, & amariſſimā ppeſſus ē mortē, vt nobis pctā
remitterent, nec tñ ob id ſuæ paſſiōis pmio fruſtratus eſt ipſe: qm̄ is ppter hoc(teſte apl'o, à
deo exaltatus ſit, illiq; nomen donatū, qd eſt ſup oīne nomen. Sic forte nō perperā quis di-
cet, ad eum q̄q; finem Chriſti pcurſorē hic tot ærumnas, & mortē deniq; fuiſſe perpeſſum. Philip. 2

¶ Nouit

1. Pet. 4 ¶Nouit etiamnũ vir ille verè magnus & coram deo iuſtus atq; rectus, vix iuſtũ quidẽ ſalua G
Acto. 14 ri, q̃d & Petrus ſenſit: q̃niquidẽ Deo Max. ita viſum ſit, vt oĩbus vł quælibet iuſtis eſſet eundũ in
æternã gloriam ꝑ multas tribulatões, ꝑſecutões, & mala tꝑalia, ſine q̃bus cœleſtia & æternalia
1. Pet. 2 bona haberi nequeũt, bonis tꝑalibus incõparabilr meliora. Sic ſanè neminẽ tradit Scriptura
Lucæ. 24 cœlum intrare, citra tẽporales tribulatões & paſſiones. Cuius Chr̃us ipſe deus & hõ innocẽtiſſi
mus, q nunq̃ pc̃m fecit, nec in eius ore dolus fuit, teſtimoniũ eſt atq; inſtructo. Qui ad diſcipu
los in Emauntem euntes ait: Nónne ſic oportuit pati Chriſtum, & ita ĩtrare in gloriam ſuam? H
Eam igiẗ ob cauſam fortaſſis & Iohannem Baptiſtam tam oportuit pati. ¶Cui & tertia ac
cedit, quũ em̃ ipſe typus eẽt pœnĩæ alijs, idemq; ad pœnĩam & ad fructus. i. opa, dignos pœnĩa
admoneret, iuſtũ erat, vt ipſe in victu & amictu, & in hoc genus alijs pręſtaret, quod cęteris vti
Matt. 23 pręceptor pręſcribebat, ne eẽt ꝑ Chr̃m dñm, veꝝ & vnicũ magiſtrũ reprehendendus cũ ſcri
Marc. 12. bis & Phariſæis, q dicebant & non faciebant, oneraq; grauia alligabant & importabilia, & im
Lucę. 11 ponebant in humeros hoĩm, quæ digito ſuo mouere noluerunt. Id quod q̃ dedeceat doctores
& prędicatores, Apoſtolus haud obſcurè oſtẽdit. Sed caſtigo (inquiẽs) corpus meũ, & in ſerui
1. Cor. 9 tutẽ redigo, ne fortè cũ alijs ꝑdicauerim, ipſe reprobus efficiar. Et rectè nimiꝝ, imitatus Ieſum
Acto 1 magiſtrũ ſuum, q (vt Lucas ſcribit) cœpit facere & docere. Quẽ & verè ſecutus diuus eius prę-
curſor Iohannes pœnĩæ opa prędicans, ea etiamnũ in ſeipſo diligẽter obſeruauit, vſus tali ve-
ſtitu, cibo, potuq;, q decebat eum, q prędicabat pœnĩam, & q futurus erat alijs pœnĩæ typus I
atq; forma. ¶Etem̃ veſtitus vilis & contemptus, monſtrabat mũdi ſuiq; ipſius contemptũ
& tranſactæ vitæ diſplicẽtiam, aſperitas, fugam deliciaꝝ. Pelliceã zona circa renes, arctã cõti
nẽtię cuſtodiam. Cibus facilis & neglectus, gulę frenũ, Aquę potus oĩmodam ſobrietatẽ. Quę
ꝑfectò oĩa valde ſunt neceſſaria vere reſipiſcẽtibus, & regnũ cœloꝝ introire geſtiẽtibus. ſ. vt
ſtudeant contempto calcatoq; mũdo, nõ corpus ꝑcioſis & curioſis ornatũ habere veſtibus, ſed
animũ non ſolũ humanis virtutibus, ſed multiformibus gratijs & chariſmatibus. Voluptates
mũdi non quęrant, ſed veras cœli delicias, nõ cibos q ſaginant corpus, ſed q paſcũt aĩam. Nõ
vinũ corruptibile, ſed amorẽ incorruptibilẽ, cœleſtemq; ambroſiam, quę nihil aliud ſpiret, q̃
q̃d diuinũ eſt, & nullo alterius deſiderio, q̃ vnius ſolius boni, q̃d omne ſupeminet bonum, in-
ebriẽt. Hæc & ſingula & vniuerſa prętẽdebat vita & doctrina Baptiſtę pręconis. Hęc mone-
bat pęnitẽtes Chr̃i Ieſu vita & doctrina. Hęc (inquam) & Apłoꝝ vita ac doctrinę, adeoq; oĩm
martyrum, & eoꝝ, q cum Chr̃o requieſcunt, ſerio pœnitẽtibus neceſſaria docuere. Hinc vi-
des, q̃ iniquè nunc doceant Apoſtatæ, ppło oĩm illecebraꝝ voluptatumq; habenas laxantes,
crapulam & gulam omnẽ ſuadẽtes, contra Apłm, quẽ falſo ſe docere & ſequi iactitant, q ſerio
Roma. 14 admodũ docet, regnũ dei nõ eẽ eſcam & potũ, q vbiq; fidelr dehortaẗ à comeſſatõibus & ebri
Roma. 13. etatibus, à cubilibus & impudicitijs, ad frugalitatẽ, & ſobrietatẽ, & caſtitatem, & pudicitiam. k
¶At (inquiũt) non eſt opus tali ac tanta pœnĩa ꝓ pc̃is noſtris, ꝓ q̃bus Chr̃us eſt paſſus, q
& ideo ſanguinẽ ſuũ effudit. Quibus ego: Paſſus vtiq; ẽ Chr̃us ꝓ pc̃is cõmiſſis & quę facimus.
Matt. 12. Non ſanè vt pro illis non velit pœnitẽdum. i. ſatisfaciẽdum, q de minimo quoq; verbo ocio-
ſo iubet aliquando reddẽdam rõnem. Paſſus vtiq; eſt, ſuaq; nobis paſſione pœnam, quæ aliq̃ñ
erat æternalis, vł qualibet etiam tunc pœna accedente ante paſſionẽ, nobis fecit temporalem,
culpa plęrumq; tamẽ & pœna prorſus remiſſa, vbiq; tanta ſit pœnĩa acceſſura. Quod niſi veꝝ
eſſet, Chr̃us (quod nephas ſit vł cogitare q̃dem) ad peccandum nos prouocaſſet, paſſus, vt ma
Romanõ. 3 la faceremus. Id quod (iuxta Paulum) dicere ſit falſum & impium. Sanè ſuffecerit peccatori, vt
deum propter Chr̃i paſſionem iam ita habeat pium & propitium, vt mox conuerſus, pecca-
toꝝ remiſſionẽ poſſit impetrare, & ꝑ Dei grãm paucis luere, quod alioqui fuerat perpetuo
luendum. Sic etem̃ Chr̃us vbiq; docet, & cum eo oẽs Apoſtoli & doctores quiq; Chr̃ianiſſimi.
Quoꝝ oĩm ſñiam Petrus ijs verbis declarat, Chr̃o igiẗ paſſo in carne, & vos eadem cogitatõe
1. Petr. 4 armamini, quia qui paſſus eſt in carne, deſijt à peccatis, vt non iam deſiderijs hominum, ſed
voluntate dei quod reliquũ eſt, viuat temporis. Sufficit em̃ præteritũ tempus ad voluntatem
Roma. 8. gentiũ conſummandam ijs, qui ambulauerunt in luxurijs, deſiderijs, vinolentijs, comeſſatõi-
1. Cor. 6. bus, potatõibus, ebrietatibus, & illicitis Idoloꝝ cultibus, & ſequiẗ aliàs Paulus. Quid multa?
Mich. 7. Certè conſtat baptiſmo propter virtutẽ Chr̃i paſſionis omne deleri pc̃m, in quo ſi denuo
Ezech. 36 poſt baptiſmũ ceciderimus pœnĩa opus eſt, quæ in digno exeat fructus, cuiuſmodi ꝑ vitã ſu-
Acto. 20 am diuus Iohannes Baptiſta demonſtrauit & prædicauit. Sic & Paulus adfirmat in Actis, ſe gẽ
tibus annuntiaſſe, quatenus pœnĩam agerent, & conuerterenẗ ad deũ, dignã pœnĩa opera fa
Roma. 6. cientes. En non ſatis fuit eis reſipiſcere, perq; fidem ad deũ conuerti, niſi digna pœnĩæ opa ſi-
mul accumularẽt. Id q̃d idem euidẽtius declarans. Sicut (inq̃t) exhibuiſtis mẽbra veſtra ſerui-
re immunditiæ, & iniq̃tati ad iniq̃tatẽ, ita exhibete mẽbra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctifica-
tionẽ. i. quo ſordes peccatoꝝ contraxiſtis ardentiori ſtudio, iam non minori debetis eaſdem
euellere. Vides ergo q̃ñ ijs pro q̃bus etiã Chr̃us paſſus erat, & q baptizati erant, opus fuit pœ
nitentiæ fructibus, quoniam in pc̃ã relapſi fuere? Et verè q̃dem, alioq paſſio Chr̃i ad peccan-

dum

Digitized by Google

dum dediſſet facilitatis anſam, q́ ſolū pœnitentibus gratiā genuit. Eſt vtiq; Chrūs pro omnibus paſſus, qui & (quantum in ſe eſt) oēs homines vult ſaluos fieri. Oēs, inquā, qui ſe ſalute dignos reddūt, quiq; dignos ſe faciunt virtute paſſionis Chriſti: Siquidē multi ſunt vocati, pauci vero electi. Electi. i. digni nō ſunt peccatores, q à cœna magna ſe excuſarūt per peccata. Vides igiť eatenus prodeſſe Chri paſſionē, quatenus ipſi volumus, & quatenus à pctīs cauemus, & de illis pœnīam agimus? Nō itaq; dicere ſufficit, Chrs pro me paſſus eſt, pctm̄ me nō condēnat, ad beatitudinē ſum vocatus, nihil timeo. Veꝝ nō audis dicere Petrū. Satagite vt p bona opa, certā vocationē veſtrā & electionē faciatis? Vnde facile ē colligere, nec ipſos moraliter bonos, ſi ſunt à bonis opibus ocioſi, ſaluos fieri: ſiquidē nō expediat malum duntaxat vitare, ſed quidē vitare & bonū operari. Hinc Paulus vel q̄libet de ſua electione certus, nihil eoꝝ, quæ ad ſalutē cōſequendā attinēt, opeꝝ obmiſit. Quēadmodū enī ſub dei præ deſtinatōe cadit, quenpiā eſſe ſaluandū, ita etiā cadūt media, qbus is ſalutē eſt cōſequuturus, vtpote bonis operibus. Id q̄d vt in multis aliꝭ eſt agnoſcere, ita inprimis in diuo Iohanne Baptiſta, qui etſi (q̄d auditū eſt) omnibus eſſet natis mulieꝝ ſanctitate maior: nimiꝝ in vtero matris ſanctificatus, fructus tñ pœnīa dignos & verbo & re ipſa præſtitit.

1. Timo. 2 / Matt. 22 / Luce. 14 / 2. Petri. 1 / Pſal. 36 / 1. Cor. 9

L ¶ Sic proinde (frēs chariſſimi) deus ille Max. adeo hic cruciat q̄s amat, quid alias paſſuri ſunt q̄s dānat? Equidē video nos in illo tā excellēter ſancto viro plurimū admoneri, q́ nobis nō blandiamur, dicētes: Nō opus ē bonis opibus, Chrs p nobis paſſus eſt, qui nos nō eſt dānaturus. Nos (inquā) q dei Opt. p Chrm adoptione filiꝭ ſumus facti & cū Chro hæredes. Sanè rñdeo, ſi mali erimus, exorient, q in locū noſtroꝝ veniēt, & locū, q in cœna adhuc vacat, implebūt: qñquidē deus potens ſit (diuo Iohanne Bapt. teſte) de lapidibus ſibi ſuſcitare filios. Iam enī ſecuris ad radicē arboris eſt poſita, qm̄ om̄is arbor, quæ non facit fructū bonū excidet, & in ignē mittet. Operemur igiť bona opera, ne excidamur, qui p arborē ſignificamur, diui Iohannis Bapt. exēplo admoniti. Quē ſi quis imitatus fuerit, recte etiā de ipſo q̄retur, Quis putas puer iſte erit? ſ. in æterna beatitudine.

Roma. 8. / 1. Cor. 12 / Hebre. 4 / Luce. 14 / Matt. 3.

HOMILIA LXXXIX. DE EO QVOD SCRIPTVM EST. Matth. 16. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam.

In feriis diuorum apoſtoloꝝ Petri et Pauli.

A IESVS CHRISTVS, qui in mundū venerat, vt in ſe credentes vitam ęternā haberēt, haud neſcius, quā apud vulgus varia de ſe eſſet opinio, quæ ne errori, vt ſolet, anſam vel apud ſuos præberet, ipſos interrogauit, nō quia vel dubitaſſet, vel ignoraſſet (ignorare nō poteſt, quē nihil latet) vel addiſceret (qm̄ dei ſapiētia, & theſaurus erat, in q̄ oēs ſcientiæ fuere) ſed vt eos veritatē inſtrueret, errorē ab ipſis & ab hoībus cæteris eliminaret p reſponſionē eoꝝ, deniq; vt eis merēdi occaſionē daret, & nos fideli eoꝝ cōfeſſione ſolidaret in fide, itē vt fidē illoꝝ per ſequentē approbationē, & in ipſis promiſſionē fortius cōfirmaret, diſſidiumq; ipſoꝝ & populoꝝ cōfirmando oſtenderet. Exploraturus aūt diſcipuloꝝ fidē, prius vulgi ſentētiam interrogauit. Quoniā eos in fide cōfirmaturus, prius opiniones & errores alioꝝ à mētibus eoꝝ remouere voluit, vt veritatē eos melius informaret, quēadmodū & Euangelicū addecet doctorem cuius eſt, vt primū errores deſtruat, quo melius poſſit aſtruere veritatē. Interrogauit, inquā diſcipulos ſuos, q & erāt reſponſuri, argumēto. Eccleſiæ præpoſitos, q̄s cōmuni vocabulo, prælatos dicimus, reddituros de fide ſubditoꝝ rationē vti alias Petrus innuit.

Iohan. 3. / Iohan. 14 / Iohā vlt. / Coloſſ. 2.

B ¶ Interrogauit aūt ſcite & humiliter diſcipulos. Nimiꝝ, q iam pauloante accepta poteſtate eiiciendoꝝ dæmonioꝝ, & gratia ſanationum, & Euangelicæ p̄dicatōis, ad varia loca profecti fuerant, vbi varios de dño rumores, & varias opiniones, & oēs quidē falſas audierant. Interrogauit igitur illos, dicēs: Quē dicunt hoīes eſſe filiū hoīs? Aiunt, aliꝭ Iohannem Bapt. ſic enim ſuſpicati ſunt Herodiani, q Iohannē à morte putabant reſurrexiſſe, aliꝭ Heliam, quod is raptus eſſet, & ideo nūc ſuſpicabantur illū apparere iuxta prophetiā Malach. aliꝭ Hieremiā, quod is typum gereret Chriſti, quodq; de illo dictū eſſet, Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes & reges, vt euellas & diſſipes, & plantes, quæ vere erāt in Chro complenda. His auditis Ieſus, vt certiorē aliquā & ſublimiorē eliceret profeſſionem. Vos, inqt, quos oportet me ex tot ſermonibus meis auditis, ex tot miraculis cōſpectis rectius noſſe, quē me eſſe dicitis? Hic Simon Petrus, vt erat amātiſſimus Ieſu, tanquā futurus apl̄ici ordinis princeps, vti os oīm & caput, omniū nomine reſpōdet. Tu es ille Chrs filius dei viui. Nō ſuſpitionē proferens, ſed certa & indubitata ſententia profitens, illum eſſe Meſſiam à prophetis pro-

1. Petri. 3. / Matt. 14 / Malac. 4 / Hiere. 1

Digitized by Google

tis promiſſum,ſingulari quodam amore filiũ dei.Qua tam alacri,tam ſolida,tamq́ſublimi ꝓ
feſſione Ieſus delectatus(profeſſus eñ eſt veritatẽ diuinæ & in eodem ſuppoſito humanæ na-
turæ,id eſt,veꝝ deũ,quin dei viui filiũ,& hoĩem,qa Chr̃m,id ẽ,vnctũ)beatus es(inqt)Symon
fili Iohannis,iſtam vocẽ non tibi ſuppeditauit caro & ſanguis,id eſt,humanus adfectus,ſed pa
Lucæ.10 Matt.11, ter cœleſtis afflatu ſecreto ſuggeſſit animo.Nullus eñ dignus ſentit de filio,niſi patris inſtin-
ctu,q ſolus nouit filiũ.Atq; ego viciſſim ne me gratis tam magnifico teſtimonio ornaris,dico
tibi,qa tu mihi dixiſti:Tu es Chriſtus filius dei viui,& ego dico tibi,non ſermone caſſo,& nul
Pſalm.32 lum opus habente,ſed dico tibi, quia meum dixiſſe,feciſſe eſt.
Pſal.148 ¶Quia tu es Petrus,& ſuꝑ hanc petram ædificabo Eccleſiã meã.Hæc ſanè ſunt verba Chri C
ſti multò mellitiſſima,& longè clariſſima,qbus tamen à nouis iſtis ſchiſmaticis tantũ eſt addi
tum veneni & fellis, tantumq́ caliginis, vt planè dices,vix aliunde in ſacroſanctam Eccleſiã
plus eſſe vel veneni vel erroris enatũ.Atq verbis Chriſti alia non eſt tanti veneni culpa & oc-
caſio,q̃ quę ſpecioſiſſimis eſt floribus,vnde apes mel dulciſſimũ colligũt,aranei vero virus pe
ſtilentiſſimũ exugũt,nec alia tantæ caliginis cauſa,q̃ quæ eſt ſplendidiſſimo ſoli,vnde ſanè viden-
tibus accedit ſplendor,lippiẽtibus vero caligo & lippitudo.Eteñ inter tot tamq́ varios,q ha
ctenus fuerunt hæreticos,nemo fuit q non ex Euangelio baſim doctrinę ſuæ ſtatuiſſet,nõ ver
bis dei prętextũ,& illicẽ veneni ſui feciſſet,nec fuit q ſe non colore Euangelicæ veritatis,& fu
co pietatis vulgo imperito venditaſſet,nimiꝝ alius ventris commodo,alius ambitõe,alius ſpe
quęſtus,alius rei nouitate,alius ſuꝑbia, alius indignatõe, alius odio & inuidia, alius deniq́ alio
humano carnaliq́ affectu impulſus,ſchiſma attẽtauit,ac interim à capite mẽbra nequiter diſ-
cindere ſatagens,paſſim vociferans & exclamans,ſcriptura,ſcriptura: verbũ dei,verbũ dei,id
Pſal.118, qđ ait victuꝝ,& iuxta Prophetam manſuꝝ in æternũ.Perinde qs Chr̃ianus contra nitat, ad-
uerſus q̊d is maximè nitit,q ſenſu ſuo & ſpũ ſuꝑbiæ tranſuerſum actus Eccleſiam dei deuia, &
pertinaci doctrina ſcindere ac turbare molit.Hoc eteñ genus hoĩes ita imperitæ multitudini
optimos quoſq́ hactenus traducũt,quaſi pro ſua ſnĩa ſcripturas vł ſoli habeant,non etiam al-
tera pars quæ ſtat pro Eccleſia.Eqdem eſſe par oĩno conceſſerim,vt ſola diuinæ ſcripturæ au-
thoritas ſuperet oĩm mortaliũ ſuffragia, veꝝ vbi iſti clamant, ſcriptura, ſcriptura, veluti hoc
loco factitarũt,de ſcripturis non eſt controuerſia,quandoqdem vtraq; pars eandem ſcriptu-
ram amplectetur ac veneretur,cæterum de ſenſu ſcripturæ altercatio ſit.
1.Timo.3 ¶Ad quem qdem ſcripturæ ſenſum eruendũ,ꝓinde germanũ & veꝝ, primus ſempꝑ fuit lo- D
cus(vt conſtat)Eccleſię,vti veritatis columnæ,cui adſideat nunq̃ non ſpũs ſanctus,proximus
huic locus merito fuit probatis in Eccleſia authoribus,& ſcripturaꝝ interꝑt bus,vtpote, q &
ingenio,& eruditõe valuerunt,quos etiam plerũq́ vitæ ſanctimonia commẽdauit.Qui ſi in re
aliqua inter ſe variarẽt,ſaniori,& quæ veriſimilioribus niteret rõnibus, parti ſtandũ putabat,
vł certe ꝑfectis argumẽtis oſtẽdendũ,cur vnus aut alter vera doceret,ac tot Eccleſiæ doctores
tot Academiæ,tot concilia,& tot pontifices cæcutiſſent: maximè, quũ ſcriptura vtriq; eſſet
parti cõmunis,Sin hic aut alter ſe à ſpũ doceri diceret, ꝑfectò deſiderari, ſpm̃ illum ſuũ pro-
1.Iohã.4 bari.Siqdem Apl̃us id voluiſſet,qm̃ omni ſpiritui non ſit credendũ,quũ & cacodęmon aliquo
2.Cor.11, ties in Angelũ vł bonũ ſe transfigurare ſoleat.Hinc etiam nõ ſunt audiẽdi,q à nobis ſtipulant
ne qd requiramus aut recipiamus præter ſacras ſcripturas-ita tamen,vt ipſis concedamus, vt
eas ſoli interpretent,ſubmotis oĩbus alijs,vł quàmlibet eruditõe, integritate, ingenio, ſancti-
monia probatis,vtpote,q non habeant ſpm̃, ſed ſunt imperiti, impij, cæci,ſacrilegi,blaſphe-
mi,inſani,& planè ab omni mente alienati,q tamẽ alieniſſimi re ipſa ab omni imperitia,cæci-
tate,ſacrilegio,impietate,blaſphemia,inſaniaq́ arguuntur.Non eſt igit,vt hoc loco ad hmõi
verſipelle genus hoĩm ſim acceſſurus,nempè à veritate alienum,proculq́ à ſcopo deerrans.
Cuius eñ quæſo,conſcia ſalua,cum ijs,vł mihi,vł vobis putem ſtandũ, qui tam affectuoſi,vel
inter ſe mutuo in ſua dogmata iurarunt? Inde nullo modo diſceſſuri, vł quod nec inter ipſos,
L.3.§.idem oque.ff.de teſtib. nec eoꝝ ſinguli inter ſe conſtanter idem ſapiũt,quũ iure ſciam rejciendũ teſtẽ domeſticum q
& variat teſtimonioq́ eſt inconſtans. Cuiuſmodi ſunt iſti, q̊d res ipſa nunc nuſquã non aper-
tius q̃ dici poſſit,loquit.Haud ſanè(inquam)eſt,vt cum iſtis in ſnĩam ſim iturus,q hoc ſibi ſu-
munt in ſacris lr̃is explicandis,quod alijs non ꝑmittũt,& alioꝝ dicta ſolent exibilare, quũ ſua
loco oraculi velint habenda,nobis occludẽtes omnẽ exitũ,ſibi vero tot patere cuniculos: ni-
mirum,q glorioſe clamitant, deponite quicquid armaturæ ſuppeditant orthodoxi veteres,
Theologoꝝ ſcholæ,authoritas concilioꝝ & pontificũ,conſenſus tot ſeculoꝝ, ac totius popu
li Chr̃iani.Nihil recipimus,niſi ſcripturas,ſed ſic,vt penes nos ſolos ſit certa authoritas inter-
pretandi,nempe dicẽtes:Hoc ſenſit ſpũs ſanctus,q̊d adferunt alij,vł quàmlibet magni,quàmli
bet multi à ſpũ Sathanæ,& ab alienata mente profectũ eſt, ſiqdem q̊d orthodoxi docuerũt,
quod authoritas Eccleſię præſcripſit,q̊d populus Chr̃ianus ſuſcepit,q̊d ſcholæ defendunt,ex-
itiale venenũ eſt ſathanæ,q̊d nos docemus,ſpũs eſt vitæ.Credite,in ſcripturis nihil prorſus eſt
obſcuritatis,vel quod egeat iudice,vt aut omnes cæcutiant,nos non excutimus. Nam conſcij
nobis

Digitized by Google

nobis ſumus, nos habere ſpiritũ Chr̃i, quo poſſimus de oĩbus iudicare, nemo de nobis. Nolu-
mus iudiciũ, ſed requirimus obſequiũ, neq; quenq̃, vel tantillũ moueat multitudo, magnitu-
do, latitudo, profunditas, miracula, ſanctitas, eccleſiæ ſanctoꝝ, oẽs perierunt, ſi ſenſerũt vt ſcri
pſerunt, niſi qui forte reſipuerũt ante vltimũ vitę diem. Qui noſtris probationibus diffidunt,
aut carent ſenſu cõmuni, aut blaſphemiã cõmittunt in ſpiritũ ſanctũ, & Chriſtianiſmum ſub-
uertunt. Atqui ſi eiuſmodi leges receperimus, apud iſtos plane erit victoria. E diuerſo etiam-
num poſtulãt, ne quid fidamus veteribus orthodoxis, qđ ſæpenumero inter ſe varient, quum
inter eos paucos pene ad oĩa non conueniat, & volũt vt nihilo ſecius credamus ſuis dogma-
tibus, & maxime quũ indies noua expectemus. Quid ergo agendũ? iſtis nõ paucis in hodier-
næ diei diſputatione adiungemus vtiq;, ſi vel minutiſſimis argumẽtis cõſtaret penes eos eſſe
veritatẽ. Veꝝ quia videmus rẽ longe aliter habere, cogimur, & quidem ſponte prouocamur
adhærere veritati, quæ hactenus hac in re, quã paulo poſt tractabimus, manſit, & in æternum
manebit penes illa præclara domus dei lumina, in quibus tot excellentes ingenio viri, ſic ex-
ercitati in diuina philoſophia, tũ Græci, quibus ꝓcipue ſemꝑ fuit authoritas in tractandis ſa-
cris literis, tũ Latini Græcoꝝ æmuli, & in ĳs tot vitæ ſanctimonia cõmendati, nonnulli etiam
martyrio ſanguinis præclari, quoꝝ memoria toti populo Chriſtiano ſemper fuit in hunc vſ-
q; diem ſacroſancta, tot Epiſcopi, tot ſummi pontifices, quoꝝ ſententia tam longa ſeculorũ
ſerie recepta, comprobataq́; fuit, tandẽ & publico eccleſiæ decreto confirmata. Addiderim⁹
ĳs conſentiens omnium Academiarũ iudicium, addiderimus renouatam theologoꝝ & eccle
ſiæ cenſuam, deniq; tam longã temporis præſcriptionẽ. His omnibus accedent clariſſimæ in
partem noſtram ſcripturæ, quibus, deo authore, obfirmati, rem ipſam ordiemur. Et ſane ex
themate noſtro tria potiſſimum nobis dicenda occurrunt.

E ¶Primum, Quid ſit Chriſti eccleſia, deinde ſuper quod ſit ædificata fundamentũ, poſtre-
mo, an neceſſum ſit vt in ea habeatur, qui primas perinde loco Chriſti teneat.

F ¶Principio ſciendũ, eccleſiam eſſe idẽ, quod cõgregatio. Hæc aũt eſt vel maloꝝ, qui in vno Pſalm. 25
perinde cõuenticulo cõſpirantes cõgregantur, de qua propheta. Odiui eccleſiam malignã-
tium, & cũ impĳs non ſedebo. De hac fortaſſis ad finẽ aliqua ſumus dicturi, ſiquidẽ Chrũs hãc
excludens, inquit: Aedificabo eccleſiam meã, quæ eſt tota fidelium & in Chriſto regenitorũ Johan. 5
congregatio, & corpus Chriſti myſticum, Nempe, cuius (apoſtolo teſte) Chriſtus caput eſt, Ephes. 4
quandoquidẽ deus pater dedit Chriſtum caput ſuper omnẽ eccleſiam, de qua in apoſtolorũ Actoꝝ. 12
actis: Miſit Herodes rex manus, vt affligeret quoſdam de eccleſia. Et aliàs: Et facta eſt magna Actorũ. 8
perſequutio in eccleſia. Hæc eſt illa munda ac ſancta eccleſia, pretioſo Chriſti dilecti ſponſi
ſanguine mundata, & ab omni peccati inquinamento ſanctificata iuxta Paulũ, qui ait: Viri di Ephes. 5
ligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea, vt illã ſan-
ctifcaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiã,
non habentẽ maculã aut rugam, vt ſit ſancta & immaculata.

G ¶Hanc igitur non confuſam quandã & indigeſtam congeriem, ſed ordinatiſſimã Chriſti-
anorũ congregationem, quæ recto vocabulo Eccleſia nuncupatur, Chriſtus ſuper petrã, quę
in ipſo Petro fuit, profeſſio, vtpote illa magnifica, & ſic conſequenti ordine, vel ideo ſe ſuper
Petrum dicit ædificatuꝝ, quoniã eam à Petro exordium ſumere voluit, & ab ipſo per ſucceſ-
ſiones continuas ad finem vſq; ſeculi perdurare. De qua idẽ videtur loquutus, Amen, inquiẽs,
dico vobis, quia non pręteribit generatio hæc, id eſt, eccleſia, donec omnia fiant. Conſtat ſa- Mat. 24
ne pontifices ſummos, qui Petrum eccleſiæ principem ſequuti ſunt vti vicarĳ, ſemper alterũ Marc. 13
poſt alterũ hactenus in eccleſia ſucceſſiſſe, nec interruptam fuiſſe cõtinuam huius ſucceſſionis Lucæ. 21
progreſſionem ad hunc vſq; diem. Magna nimirũ dei prouidentia factũ eſt, vt Petrus in ea
mundi parte ſedẽ firmaret ſuã, vnde continua nobis & interrupta pontificum & ſacerdotum
ſucceſſio eſſet propagãda, quum interim cęterorum apoſtoloꝝ ſedes iam videmus vacuas,
aut certe non habere legitimos ſucceſſores. Nec eñ Paulo, nec Iohanni, nec Iacobo, ſed ſoli
Petro ſua ſucceſſio permanſit incolumis. Ideo recte Chriſtus in pręmiũ & retributionẽ tan-
tę in Petro profeſſiõis fidei, hãc ſuam eccleſiam ſuper Petrũ ſe dicit ædificatuꝝ, vtpote ita fir-
mam, ita conſtantẽ & immobilẽ ſe illam ſtabilituꝝ, vt eius ſucceſſionem in fide Chriſti (quam
Petrus cõfeſſus, propterea petra dici meruit) nullę portę inferi, id eſt, nulli neq; tyranni, neq;
hęretici, neq; machinę demũ vllę diabolicę hactenus infringere & pręualere potuerint, nimi-
rũ, quod in firma fide Petri cõſtantiſſime ſtetit, & ita quidẽ incõcuſſa ſtetit hęc petra, propter Eſaiæ. 8
fidei in Chriſtũ conſtantiã, vt plane dici queat petra offenſionis & ſcandali, vt eſt apud Eſaiã 1. Petri. 2
& Petrũ ipſum, quũ ad eã tot ſint colliſi hactenus hęretici, totq́; inferoꝝ portę perfractę. & cũ
H ſcandalo lęſę collidẽtur & tandẽ huius tẽporis ſchiſmatici. ¶Recte igitur atq; veriſſime di-
citur, Chriſtus eccleſiam ſuã ędificaſſe ſuper Petrũ, id eſt, ſuper petram, Petrus eñ eſt petra,
id eſt, ſaxũ, quod cognomen illi à domino Ieſu inditũ eſt, quia pręalĳs cõſtanter verã petrã,
quę eſt Chriſtus Ieſus, erat cõfeſſurus & ſit confeſſus, id quod ſole clarius Chriſti verba innuũt

Ille em̄,inquit,Et ego dico tibi,tu es Petrus,id eſt,ſaxum ſolidū,& ſuper hanc petram ædificabo eccleſiā meā,quod & ante præuiderat,quando primū illi id nominis imponeret.Cū em̄ Petrus diuina reuelatione inſtructus,dixiſſet:Ego dico,q̄a tu es Chriſtus filius dei viui.Chriſtus perinde delectatus tā mirifica reſponſione & profeſſiōe(vtiq; erat profeſſio mirifica,quā
Iohan.1. ſolus pater reuelarat,eratq; procul dubio rara,quę vel ſola profitebatur,Chriſtū vnicum eſſe filium ex patre natum,non ſic profitebatur Nathanael,qui dicit,Rabbi,tu es filius dei)ſubiunxit,Et ego dico tibi,quia meum dixiſſe & feciſſe eſt,Quia tu es Petrus,& ſuper hanc petram id eſt,ſuper te,in quo eſt tanta de me fides,ædificabo eccleſiam meam.Sic itaq; iuxta metaphoram petræ recte dicitur ei,Tu es ille Petrus,id eſt petra,ſuper quā ædificabo eccleſiā meam.Q.d.Quia ergo Petre me tam mirifico & magnifico,veroq; titulo,vtpote,quod ſim ve-
Lucæ.22 re filius dei viui,ornaueris,& ipſe verā,eamq; hanc conſtantē in me habes fidem,quæ etiam,quia pro te orabo,nunquā deficiet,illud è regione & quidem efficaciter affirmo,te verè Petrum eſſe,hoc eſt,ſolidum lapidē,non huc aut illuc vacillantem varijs opinionibus vulgi,& ſuper hoc ſaxū tuæ profeſſionis ſuperſtruā eccleſiam meā,quæ & ipſa,cuius caput,id eſt,initiū es,in tua de me profeſſione māſura,tam erit communita.ſ.propter veram in me fidei profeſſionem,vt nullæ vires tartarei hæreticorū regni illam expugnare valeant.Quod certe vſq; adeo videmus diuina prouidētia eſſe verū,vt ab naſcēte catholica eccleſia,fidē Petri atq; eius adeo ſedem nemo hactenus expugnare potuerit,manſeritq; illa vel ſola incolumis,& in fide conſtans.Vnde factū ſcimus,vt quoties Romanam eccleſiam dicimus(quæ Petri eſt)Chriſtianā plane eccleſiam intelligamus:quippe,quod ea aliarum mater,vel ſola adhuc retineat fidē,quā Petrus habuit,vtpote quæ credat Chriſtum eſſe filium dei viui,à qua nimirum fide pene omnes aliæ aliorū apoſtolorum eccleſiæ defecerunt & apoſtatarunt.Quis enim ignorat,q̄ fuerit olim eccleſia per totū diſperſa orbē,vniuerſumq; genus hominū perinde complexa,eamq;
Marc.16 Pſalm.18 ob cauſam catholica,id eſt,vniuerſalis dici cepta,quum omni creaturæ apoſtoli prædicarint,
Roma.10 eorumq; ſonus in omnē terram exierit,& verba eorum in fines orbis terræ.Quis,inquam,etiam ignorat quàm nūc eccleſia alijs in tam extremum orbis angulū,adeoq; ſit in anguſtum redacta:nimirū,quod(proh dolor)immanis illa beſtia Mahumetus totam Aſiam & Aphricā atq; per magnam Europæ partem abſtulerit,& ſacrilego illo ritu ſuo ab eccleſia auulſerit,cui(nephandum)noui nunc ſchiſmatici accedūt,quos vtinam deus ſua benignitate inde aliquando ſit retracturus,id quod ex animo velim.

¶Quod ijs proinde tanquā re ipſa,& facto(quod dici adſolet)patere puto q̄ recte Chrūs ſuam eccleſiā ſuper Petrū,id eſt,ſolidam petrā ſe pollicitus ſit ædificaturū,quū ea,cui ille præfuit,vel ſola adhuc ſtet quaſi petra in fide immobilis,aduerſus quam portæ inferi hactenus non præualuerunt,nec vnquā præualebunt,Chriſti Ieſu verbo in æternum manēte.Dicam⁹ ergo etiam ſentētia & cenſura omnium eorū,qui hæc in hodierno Euangelio verba ſunt ad hæc tēpora vſq; interpretati,quorū pleriq; etiam martyrio propter fidem Chriſti ſunt coronati:illorum,inquam,ſentētia,& in primis authoritate Chriſti verborum,Et ego dico tibi,q̄a tu es Petrus,& ſuper hāc petram ædificabo eccleſiam meā,dicamus & cōfiteamur Chriſtū eccleſiam ſuā ſuper Petrū vel propterea ædificaſſe,quod in eo vera fuit profeſſio,ipſumq; Petrū eſſe,dicique Chriſti eccleſiæ vel ideo fundamentum,quod hic exordium eccleſiæ Chriſti fue-
Mat.24 rit,& ab eodem illa profluxerit,veluti à ſummo & ſupremo poſt Chriſtum capite,à quo cer-
Mar.13 te promanarit Chriſtianorū(qui iam ſunt,quiq; poſt hac futuri ſunt)generatio,cuius & ſuc-
Lucæ.21 ceſſio perpetuabitur,finem nullum habitura,quamdiu ſeculum hoc durauerit.Quum cernimus Chriſtianos è ſacerdotibus naſci,ſacerdotes autē ex Epiſcopis,Epiſcopos quoq; ab ipſo ſummo pontifice(quoties neceſſe fuerit)propagari,ſed & ipſum deniq;,qui iā ſummus eſt ab ipſo Petro per ſucceſſionē,quæ nullis dæmonū inſidijs hactenus interrumpi potuerit,rectiſſi-
1.Cor.10 ma quadā linea deſcēdiſſe. ¶Nec interim obſtabit quod apoſtolus Chriſtū eſſe petrā inter- K
Exod.17 pretatus ſit,Bibebāt autē,inquiens,de ſpiritali cōſequente eos petra.Petra autē erat Chriſtus quaſi quis dicat modo Chriſtus ſuper ſe,id eſt,idem ſuper idē ædificaſſe.

¶Nec itē obſtabit,quod idē apoſtolus alibi Chriſtū vocet fundamentū.Fundamentū,in- L
1.Cor.3 quiens,aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitū eſt,quod eſt Chrūs Ieſus.Sane reſpōderim,non eſſe abſurdū,vt res inter ſe nonnunquā diuerſæ,idē cognomen recipiant,diuerſis quidē rationibus.Nonne em̄ Chrūs mundi lux dicitur,vel ipſo apud Euangeliſtā teſte,quum
Iohan.8 ait,Ego ſum lux mundi,qui ſequitur me,non ambulat in tenebris.Et aliàs idē ſuos diſcipu-
Matt.5 los dicit eſſe lucē mundi,Vos,inquiēs,eſtis lux mundi,ſic luceat lux veſtra coram hominibus vt videant opera veſtra bona. ¶Chriſtus lux erat,vtiq; vera & naturalis,Apoſtoli vero cō- M
Iohan.1. municatione & imitatione.Hinc Euangeliſta Iohannē Baptiſtā nō dicit fuiſſe lucē,ſed Chriſtum,de quo ille teſtimonium eſſet perhibiturus,quum tamen Chriſtus ipſum Iohannem Ba-
Iohan.5 ptiſtam paulo poſt lucernam appellet ardentem & lucentem.Erat etenim Chriſtus lux mundi,illuminans natura,ipſaq; lucis ſubſtantia.Iohannes vero Baptiſta vnà cum apoſtolis lux

erat

Digitized by Google

erat mundi, temporaliter à deo illuminata, & aliunde quidem ſuſcepta. lux, inquam, nõ eſſen
tiali bono, ſed accidentali dono. Sic licet vnus ſolus ſit & creditur deus, homines tamen Chri-
ſtus deos vnà cum propheta vocauit, eſſeq́ affirmauit. Nonne, inquiẽs, ſcriptũ eſt in lege ve- Deute. 6
ſtra, quia ego dixi dij eſtis. Si illos dixit deos, ad quos ſermo dei factus eſt, & non poteſt ſolui Pſalm. 81 Johan. 10
ſcriptura, vos dicitis, quia blaſphemas, quia dixi filius dei ſum? Natura vtiq; deus eſt deus, ho-
mines vero participatione. Sicut Chriſtus natura dei filius eſt, homo vero dei eſt filius ado- Johan. 1.
ptione, adeoq́ ex aqua & ſpiritu regeneratus. Sic vtiq; Simon petra vocatus eſt, quia in petrã Galat. 4
Chriſtum diuinitus credidit, qui ob id eccleſiæ petra eſt, quod primus in nationibus fidei fun Ephes. 1.
damenta poſuerit, & tanquam ſaxum immobile totius operis Chriſtiani compagem, moleq́
contineat. Sic ergo petra dicitur Petrus pro deuotione, petra autẽ pro virtute dominus nun
cupatur. hinc rectè conſortium meretur nominis, qui conſortium meretur & operis. In eadẽ
enim domo Petrus fundamentum poſuit, Petrus plantat, dominus incrementum dat, domi- 1 Cor. 3.
nus irriguum ſubminiſtrat. Ita nimirum & Chriſtus ſit eccleſiæ fundamentum ſimul & Pe-
trus, diuerſo ſane reſpectu. Et ſic dixit Chriſtus, Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, id eſt, cum Ephes. 2.
ego ſim inuiolabilis petra, ego lapis angularis, qui facio vtraq; vnum, ego fundamentũ præ-
ter quod nemo poteſt aliud ponere, tamen tu quoq; petra es, quia mea virtute ſolidaris, vt
quæ mihi poteſtate ſunt propria, ſint tibi mecum participatione communia. Sic certe Petrus
dicitur eccleſiæ fundamẽtum, quoniã prima initia fidei poſuerit, Chriſtoq́ primo fundamen
to quaſi primarius lapis adhæſerit, Chriſtus autẽ fundamentum ex ſe & propria virtute & ſta
bilitate nuncupatur & eſt. Id quod ex hoc Pauli facile intelligemus, Ergo iam non eſtis hoſ-
pites & aduenæ, ſed eſtis ciues ſanctoꝝ & domeſtici dei ſuperædificati ſuper fundamentum Ephes. 2
apoſtoloꝝ & prophetaꝝ ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu, in quo omnis ædificatio
conſtructa creſcit in templum ſanctum in domino. Sit ergo Petrus authoritate lucidiſſimæ
ſcripturæ illa quidẽ Petra & quidẽ ſecundaria, ſuper quã dominus ſuam eccleſiam ædificauit,
aduerſus quam portæ inferi non præualebunt.

N ¶Nec obſtabit tandẽ Petrum vel ideo non talem eſſe petram, vtpote firmam, contra quã
portæ inferi non præualeant, ſiquidẽ diabolus contra Petrum præualuerit, quãdo dominus
dixit ei, Vade retro Satana, ſcandalum es mihi, quia non ſapis ea, quæ dei ſunt, ſed quæ homi- Mat. 16
num. Reſpondeo, hãc eccleſiam, cõtra quam portæ inferi, &c. potius quidẽ referri ad eccleſiã
meam q̃ ad petram, quum relatiuum proximius reſpiciat, aduerſus vtiq; eccleſiam, vti proba
uimus, portæ hactenus non præualuere, nec vnquã præualebunt. Eſto præterea eam clauſu-
lam referas ad petram, quæ Petrus erat futurus, nihil tamen impedit, quin petra ſit futuræ ec-
cleſiæ, quæ tũc non erat, quando Petro dominus hoc ipſum dixit, quum hauddubie prudens
lector conſideret, illam beatitudinem ac poteſtatem in futuro promiſſam, non in præſenti
datam, quam ſi ſtatim dediſſet ei, nunquã in eo prauę confeſſionis error inueniſſet locum. Sed
certe licet diabolus Petrum in tam ardenti erga Chriſtum adfectu tentarit, à fide tamen non
receſſit, nec vnquã vel tum receſſurus, quãdo eſſet eccleſiæ naſcentis petra & fundamentum,
quando aliàs ad illum dominus ait: Simon ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triti- Lucæ. 22
cum. Ego autem rogaui pro te, vt nõ deficiat fides tua, & tu aliquãdo conuerſus, confirma fra
tres tuos. Q. d. Etſi paululum agitandus ſis, habes tamen reconditum fidei ſemẽ, quamuis de-
iecerit folia ſpiritus tentatoris, viget tamen radix. Petit ergo Satanas te lædere, tanquam in-
uidens tibi de mea dilectione, & licet ipſe pro te patrẽ orauerim, tu tamen delinques. Poſtq̃
vero, me negato, ploraueris ac pœnitueris, corrobora cæteros, quũ te principẽ apoſtolorum
deputarim, hoc ſane te decet, qui mecũ robur es & petra eccleſiæ, & ſimul fundamentum atq; Pſal. 75
mihi coadiutor, quemadmodum Moyſi olim Aaron. Solutum igitur eſt & hoc obiectum, ſi- Exod. 24
quidem Satanas nõ ita contra Petrum præualuerit, vt tempore, quãdo inciperet eſſe petra &
fundamẽtum eccleſiæ, vt vel tantillum à fide in Chriſtum defeciſſet, quum pro ipſo Chriſtus
orarit. Inſuper finge portas inferorum aduerſus vel Petrum vel eius ſucceſſores aliquãdo prę-
ualuiſſe, quomodo cernimus quotidie in tãtam Chriſtianorum multitudinem, qui tamen ſe
fidem habere confitẽtur, præualere dæmones, certe præualerent non in Petri aut eius ſucceſ-
ſorum poteſtatem à deo traditam, ſed plane in homines, quatenus homines ſunt. Si dixeris,
omnino portas inferorum aduerſus eccleſiæ fidem nõ præualere, propterea clauſulam & por
tæ inferi, &c. in fidem proinde eccleſiæ petram rectius quadrare. Reſpõderim, ideoq́ portas
inferorum non præualere cõtra fidem eccleſiæ, quoniam aduerſus eccleſiæ ſucceſſionem non
præualeat, quippe quod eccleſia ſemper perdurat in fide, quoniam generatio & ſucceſſio ma-
nans à Petro perpetuabitur. Scire vtiq; peruelim, vbi maneat eccleſiæ fides, quam iſti petram
ſuper quam eccleſia ſit fundata, eſſe dicunt, niſi in hominum mẽtibus. Profecto non poteſt
ſeorſum manere fides, ex qua pẽdeat eccleſia. Quam tamẽ ſi ſeorſum manere putant, quid ali-
ud tandem erit eccleſia, niſi quædam Platonis idæa, & fortaſſis idæa animali longe monſtru-
oſior? quum ibi videantur eccleſiam eſſe dicere, vbi non eſt, & eſſe vbi non videatur, nempe,

Digitized by Google

quæ occulta ſit nec oſtendi poſſit. Et erit deniq; eccleſia iſtorum paradoxis vera Chimæra, de qua quid cornicentur, quo tendant, quid ſibi velint, ipſimet neſciunt.

O ¶Stet ergo hæc immobilis concluſio, tam ſanctiſſimorum, doctiſſimorumq́; interpretū, q̄ ſacrarum ſcripturarum euidentiſſima authoritate, itemq́; veritate corroborata. ſ. per petram intelligi Petrum, & ſuper hunc rite Chriſtum eccleſiam ſuam ædificaſſe. Et eccleſiā eſſe ordinatiſſimam Chriſtianorum congregationem, varijs ordinibus & gradibus adornatam, adeoq́; per eccleſiam intelligi à Petro Chriſtianoꝝ promanationem, aduerſus quam inferoꝝ portæ nullis neq; violentiſſimis tyrannoꝝ infeſtationibus, neq; acerrimis hæreticorum argutijs, neq; vlla Satanæ malignitate ſunt præualituræ.

P ¶Cuius ſane eccleſiæ (quod tertio loco nos dicturos recepimus) Chriſtus paulo poſt hinc ad cœlum abiturus ſua in terris vice primatem atq; vicarium, vnáq; fundatorem & fundamentum conſtituit Petrum, apoſtolorum principem: nempe, quum ipſe Chriſtus ſe paſtorē (Iohan. 10) vocans, eam poſtea functionem paſtoralem vni Petro poſt ſuam reſurrectionem, & (Ioh. 1. vlt.) præſentibus reliquis commiſerit ter, dicens: Paſce oues meas. Nimirū intelligens pientiſſimus ſeruator, (Sapiē. 11) idéq; deus ſapientiſſimus, qui (vt ſcriptura dicit) omnia in ſapientia fecit, & pondere vniuerſa diſpoſuit, malam eſſe in omnium congregatione pluralitatem principum, vnóq; opus eſſe paſtore, ſi & vnum ouile eſſe debeat. Si hoc ipſum in paruis initijs cenſuit, quid non aucto grege cenſendum eſſet illi? Certe non poteſt ſine primate vicarióq; ſummo vel nunc eccleſia eſſe & regi, ratione ipſa adeóq; natura teſtante. Quid videmus comparari, vt nulla inueniatur vel quantulacunq; multitudo, quæ ſuo careat duce atq; primario, ad quē perinde atq; ad caput & principium, quæ in multitudine ſunt, referuntur. Sic rex eſt vnus in apibus, & dux vnus in gregibus, & rector in armentis vnus. Sic & in arboribus multi ramoꝝ ordines omnes ab vnitate radicis proficiſcuntur, & in animātibus multa quoq; mēbra vno reguntur capite. Sic & in repub. quamuis non perperā inſtituta, vnus eſt plerunq; ad quē totius reipub. adminiſtratio refertur. Quid multa? nimirum ad vnitatem omnia tendūt. Quamobrē à ratione ſunt & à ſenſu cōmuni alieni, qui hactenus ſchiſmatici Chriſtianā eccleſiam poſſe primatu carere cauillati ſunt, corpus ſine capite confingentes. Sane Chriſto dei vnigenito filio ſapiētiſſimo viſum eſt & opportunū & neceſſariū, vt & eccleſia ſua, quæ in eum multitudo eſt credentium, (Ephe. 4) caput ſua vice aliquod haberet, inibiq́; ordo teneretur, ſine quo nihil ſibi conſtare poſſit. Chriſto, inquā, viſum eſt (quod ex Paulo quoq; colligimus) in eccleſia varios eſſe gradus & ordines oportere, nō modo ſacerdotes, verūetiā Epiſcopos, & ſummū etiā ipſum pontificē, & q̄ vnus vice capitis toti præſideret eccleſiæ, tribus quidē potiſſimū rationibus.

Q ¶Prima, quoties lites emergerent de rebus fidei, & quoties incideret de ſcripturarū ſenſu cōtrouerſia, vt aliquē ſupremum iudicē haberemus, cuius iudicio ſtaretur. Sic & in ſynagoga, (Deute. 17) eccleſiæ vmbra, præfuit vnus, q̄ & princeps ſacerdotum dicebatur, ſub quo multi gradus & ordines fuerunt, qui, ſi quid erat difficile & ambiguū, diſſoluebat, cui neceſſario erat parēdum Si ergo deus ſynagogę vmbræ prouidit, eccleſiæ ſuæ (pro qua & ſanguinem proprium fudit) nullū ad controuerſias dirimendas (quas tamē innumeras fore præſciuit) dereliquit iudicē? Abſit, imò aperto conſtabit, diuina prouidētia eſſe conſtitutū, vt vnus ad tēpus in eccleſia ſacerdos ſit & vice Chriſti ad tēpus iudex, cui ſi ſecundū diuina magiſteria obtēperaretur nullæ hæreſes, nulla ſchiſmata, nulláq; intra eccleſiā nata diſſidia diu durarent. Eapropter & inter apoſtolos, in ſimilitudine honoris, quædā fuit poteſtatis diſcretio, & quū par eſſet oīm electio, vni tamē datū eſt, vt cæteris præemineret. Sic & diuinitus ordinatū arbitramur, vt & Epiſcopoꝝ eſſet diſtinctio, ne oēs ſibi omnia vendicarent, ſed eſſent in ſingulis prouincijs ſinguli, quorū inter fratres haberetur prima ſententia. Et rurſus, quidā in maioribus vrbibus cōſtituti, ſolicitudinē ſuſciperent ampliorē, per quos ad vnā Petri ſedem, catholicæ eccleſiæ cura conflueret. Et ſic primatus neceſſitas oritur ex ratione.

R ¶Secunda, quū neceſſitas aliquādo vrgeat, vt generalia cōcilia celebrarentur, per quēdam ceu principē (cuius mādato cæteri ſunt pariturí) cōuocari facilius poſſit Epiſcopoꝝ ſynodus (Actoꝝ. 15) nā alioqui fortaſſis acceſſiti nō accederet, & ſic rebelles fierēt catholicæ eccleſiæ, quā referunt generalia cōcilia primū ab apoſtolis vel ideo, volēte deo Max. inſtituta & coacta, quoniā quū eſſet non modo difficile, ſed & impoſſibile ferme, vt in vnū locū tota eccleſia cōueniret, verū ſufficeret, vt ſi quid ardui in eccleſia ſuboriret ſuperiores, & (vt ita dixerim) principaliores viri ex omnibus & ſingulis Chriſtianis prouincijs cōgregarētur, rem, qua de eſſet cōtrouerſia, inuocato in primis diuino p̄ſidio, definituri, & quod ita definiret, ſinguli vſq; adeo obſeruare obligarētur, perinde atq; corā palamq́; adfuiſſent. Sic quū in Antiochia propter circūciſionē diſſidia eſſent oborta, nō tota ciuitas Hieroſolymā proficiſcebatur, cęterū tranſmittebat illuc Paulū & Barnabā noīe totius vniuerſitatis. Nihilominus tamē quicqd illic decretū erat, non ſolū à Chriſtianis Antiochenicis, ſed & ab ijs, q̄ erāt in Syria, in Cicilia, quiq; aliàs agebāt ſuſcipiebatur, nec ſecus atq; alij oēs adfuiſſent magna veneratione obſeruabat, nimiꝝ, quod ca-

tholicę

Digitized by Google

tholicæ eccleſiæ, quæ per cõciliũ repreſentatur, decretũ habebatur, Si em̃ generali concilio ſecure credi nõ poſſet, cuius obſecro authoritati credendũ putaremus? Nũ vni aut alteri hære tico? Nequaquã. Quũ alioqui vacillaret oĩm Chriſtianoꝝ fides, ſi propter quaslibet phantaſticas hæreticoꝝ opiniones (quæ nunquã non inſurgere cõſueuerunt in eccleſia) nouis quoti die dogmatibus imbueremur, & vniuſcuiuſq; ſomnijs credendũ magis eſſet q̃ pontifici cum vniuerſo cõcilio. Hinc certe in eccleſia ad cogendũ, neceſſitate vrgẽte, cõciliũ, neceſſarius eſt quiſpiã primas, Chriſti vicẽ gerens, q & neceſſarius eſt ex hac ratione. Tertia, propter contumaces reprimẽdos, & maxime, quũ inter ſe diſſentiant Epiſcopi, neceſſaria eſt capitis vnitas, q̃ ſtudeat eos ad cõcordiã reducere, ne fautoribus hincinde multiplicatis, puſilla principio lis in pnitioſum tandẽ ſchiſma prorũpat, id quod accidiſſe aliquoties cõpertũ eſt. Vide igitur q̃ maligne, q̃q; pernicioſe hactenus nõnulli ſint nugati, q Chriſtianũ orbẽ primatu poſſe carere cõtra dei Opt. Max. ſapientiſſ. inſtitutũ, contra totius eccleſiæ, & omniũ prouinciaꝝ atq; ciuitatũ rempub. imò cõtra omniũ creaturaꝝ animataꝝ naturã confuſius, q̃ exprimi poſſit, diſputarunt. Sane viſum eſt Chriſto Opt. Max. valde opportunũ & neceſſariũ, vt inde cœlum aſcẽſurus cõſtitueret, q vices ſuas in eccleſia ſua, & deniq; omniũ curã perinde, vt caput & primas gereret, cæteriſq; authoritate & poteſtate multo præemineret, quo duce & vicario ſucceſſione quadã ꝑpetuo eadẽ eccleſia in fide, pace, tranquillitateq; gubernaret ac imbueretur. At quẽ rectius & verius eiuſdẽ vicariũ & præſidẽ fuiſſe remur, q̃ diuũ Petrum, cui tot prærogatiuæ præ alijs oĩbus apoſtolis in Euãgelio à Chriſto traditæ, & tot deniq; in actis apoſtolicis priuilegia primatũ deferre certo videtur?

S ¶ Diuum Petrũ (& non minus Romanũ pontificẽ, Petri ſucceſſorem) Chriſti eſſe vicarium, & ſuper oẽs vniuerſi orbis eccleſias, primatem inſtitutũ, totiuſq; eccleſiæ eſſe caput, atq; patrũ patrem (id quod vetuſtũ notat adhuc vocabulum, pa, pa, id eſt, papa, quaſi pa, pater, & pa, patrum) teſtatur vnanimis tam Græcorum q̃ Latinorum ſacræ ſcripturæ interpretũ, & patrum deniq; omniũ orthodoxoꝝ, qui ſpectatiſſimi ſunt, conſenſus. Et nec quidẽ citra rationẽ, quum videam eidẽ Petro tanquã optimo apoſtolorũ principi, & capiti totius eccleſiæ curam & adminiſtrationẽ à Chriſto deferri tot ſanctiſſimas prærogatiuas literis ſacris obfirmatas. Siquidẽ, Chriſtũ voluiſſe Petrum maiori q̃ cæteros authoritate (quamuis illi cum reliquis apoſtolis quantum ad remiſſionem peccatorum, parem eſſe poteſtatẽ non negarim) pollere, ſuumq; vicarium in terris eum conſtituiſſe, vnàq; ei totius eccleſiæ curã commiſiſſe pariter & adminiſtrationẽ, argumento eſt euidentiſſimo.

T ¶ In primis, Primo, quod ei præ cæteris cognomentũ ex ſeipſo petitum adhibuerit. Secundo, quia illum in ordine primum conſtituerit, vtcunq; vocatione primus non eſſet, ſed frater Andreas. Tertio, quod cum illum Chriſtus eſſet vocaturus, ad eum vel ſolum dixit (erat enim Petrus piſcator) duc in altum. Qui contra, In verbo tuo laxabo rhete. Et paulo poſt idẽ, Noli timere ex hoc, iam eris homines capiens. An non primarium hunc apoſtolum tam ſpeciali verbo ſignificauit? vtiq;. Quod propediem, deo fortunante, latius pertractabimus ſuo loco. Quarto, quod ſuper ipſum eccleſiã ſuam ædificandã pollicitus ſit. Quinto, quoniam illi regni cœloꝝ claues ſingulariter tradiderit. Sexto, quia illum ſibi ſolum in didragmate ſoluendo adiunxerit. Septimo, quod pro ſolo Petro, ne is in fide deficeret, orauerit, quatenus ipſe cõuerſus, cõfirmaret cæteros. Octauo, ꝙ illi ſoli ſingulariter, & prius q̃ cæteris ſuam iuſſerit per mulieres denuntiare reſurrectionẽ. Nono, quia illum ſimili ſecum mortis genere, quia vterq; crucifixus eſt, obire voluerit. Decimo, quoniã Petrus, qui cum Iohanne ad monumentũ cucurrit primus, vtcunq; Iohãnes præueniendo primus in monumentũ proſpexit, Chriſti monumentũ eſt ingreſſus. Sic em̃ primus Chriſti locũ intrauit, qui poſt Chriſtũ primus erat in eccleſia futurus. Vndecimo, quia Chriſtus præ cęteris Petro nominatim ſuaꝝ ouium curam, & quidẽ non negligẽter, ſed ingenti ſtudio & apparatu cõmiſerit. Duodecimo, ꝙ poſt hæc omnia ſingulariter ei dixerit Chriſtus, Sequere me. Quo quidẽ verbo ſignificat Petri quædã præ cęteris in ſequela Chriſti prępminẽtia, vel Chryſoſtomo teſte, quũ idem repetiuerit, dicens: Tu me ſequere. Videat modo & penſitet lector ſtudioſus haſce Petri prærogatiuas, ſane inueniet Chriſtum vni Petro prę cęteris tot inſignia incaſſum non contuliſſe, veꝝ prædotaſſe illũ ante alios, quoniã ipſe vicarius eius eſſet futurus, & toti eccleſię ceu princeps & caput ꝑficiedꝰ

Mat. 16 / Marci. 3 / Luc. 6. 5 / Matt. 10 / mat. 16. 17 / Lucæ. 22 / Marc. 16 / Iohan. 20 / Iohã. vlt.

V ¶ Hactenus Petrũ ex Euangelio, & ex ijs, quę ante Chriſti aſcenſionẽ vſu euenere, eccleſiæ primatẽ oſtendimus, modo & paulo poſt ex actis apoſtoloꝝ, adeoq; ex ijs, quę poſt Chriſti aſcenſionẽ acciderũt, idipſum agemus. Et ſane inuenimus & illic eundẽ cęteris maiori authoritate pollere. Primo, ꝙ in electione diui Matthię pro cõtione loquutus ſit ad multitudinem cui placuit ratũ habere, quod Petrus hortaret. Secundo, ꝙ & idem vti alioꝝ princeps cõpletis diebus pentecoſtes contentionẽ habuerit ad multitudinẽ miraculi tũ nouitate confluentẽ ac ſtupeſcentẽ, cui fidẽ Chriſti adeo pſuaſit, vt ipſa hora conuerſa ſint circiter tria millia. Tertio, quoniã & idẽ occaſione claudi, quem ipſe in noĩe Ieſu ſanarat, tertiam ad Iudęos habuerit orationẽ, qua & ex eis cõuerterit quinq; millia. Sanarat, inquã, claudũ, quũ tamen & Iohãnes

Acto. 2 / Acto. 2 / Acto. 3

 adeſſet,

Actoꝝ. 5 adeſſet. Erat aũt primũ ab apoſtolis miraculũ poſt Chriſti reſurrectionem. Quarto, ꝙ is tãq̃
alioꝝ caput in fraudulentiã Ananiæ & Saphiræ, & ſolus & vnus ita ſeueriter animaduerterit,
vt ad eius verbũ vterq;, alter poſt alteꝝ (facto tamẽ horaꝝ triũ interuallo) celeriter interierit
Actorũ. 5 Vides ne q̃ eximia præ cæteris in Petro fuerit poteſtas? Quinto, ꝙ & ſi alij q̃q; apoſtoli, mul-
ta ſigna, prodigiaq́; palã æderent in populo, de ſolo tamẽ Petro ſcriptura noïatim hactenus
expreſſit, inquiẽs: Per manus apoſtoloꝝ fiebãt ſigna & prodigia in plebe multa, & ad Pe-
trũ oẽs ſpecialiter deferebantur infirmi tanq̃ ad alijs priorẽ. Cæteri apoſtoli p manus impo-
ſitionẽ, Petrus vero per ſuã ipſius vmbrã: illi confuſim & indiſtinctim, hic vero ſolus & no-
minatim. Illi deniq; (quũ plures eſſent) plurimos, at Petrus ſeorſum oẽs, quotquot ex vicinis
Actoꝝ 11. vrbibus, ad eũ ſanandi cauſa cõfluxerant, curauit. Sexto, ꝙ ille in mentis exceſſu viderit cœlũ
apertũ, atq; inde vas quoddã velut lintheũ magnũ, quatuor initijs alligatũ, ſubmitti ẽ cœlo in
terrã, in quo erant oïa quadrupedia terræ, beſtiæq́; & reptilia, & volatilia cœli. Et facta ẽ vox
ad eũ, Surge Petre, occide & manduca. Qua nimiꝝ viſione Petrus admonebat etiã gentes in-
Actoꝝ. 25 corporare Chriſto. Argumento nimiꝝ, eſſe Petrũ totius eccleſiæ caput, cui ſic iubebatur, vt
etiã gentes in eccleſiã reciperet, corporiq́; Chriſti adunaret. Septimo, ꝙ cum diu poſt hac ob
ſubortã quæſtionẽ ſup obſeruatione legaliũ habita fuiſſent comitia, in qbus Petrus, vt prin-
ceps & caput cæteroꝝ ſuã ſententiã primus dixiſſe refertur, quippe ꝙ gentibus ad Chriſti fi-
dem cõuerſis nõ eſſet hoc iugũ imponendũ, & maxime, quũ per ipſius verba (deo ſic eũ prę cæ
teris ad hoc muneris eligente) gentes aliquæ credidiſſent, ſanctũq́; (ſimiliter vt Iudæi) recepiſ-
ſent. Octauo, cũ poſt annos tres Hieroſolymam veniſſet Paulus, Petri viſendi gratia, & apud
Galat. 1. eundẽ mãſiſſet dies quindecim, quod Paulus in ea epl'a, qua cæteris apoſtolis ſuã authoritatẽ
æquare nititur, ſcripſerit ſe, vtiq; honoris gr'a Hieroſolymã veniſſe, vt videret Petrũ, vtpote
apl'oꝝ principẽ, & iã titulo paſſim proclamatũ, qui cũ & quindecim dies mãſit. Ita ex ijs tot
locis, partim ex Euãgelio, partim ex actis apl'oꝝ deprõptis certo certius edocti credamus di-
uũ Petrũ fuiſſe principẽ, & totius eccleſiæ caput, accedẽte demũ vnanimi cõſenſu eccleſiæ p-
cerũ, & eoꝝ quidẽ orthodoxoꝝ interpretũ, qbus iure malimus, quã vni aut alteri hæretico fi
dẽ noſtrã obſtringere, qm̃ & illi ſentẽtiã ſuã ſcripturis aſtruũt, de qbus ſuo loco, ſicubi neceſſi
tas poſtularit. ¶ Interim contra nos, aduerſumq́; ſcripturas à nobis nõ huc detortas, ſed in-
Matt. 20 genue accerſitas non faciet, quod Chriſtus dixerit, qui maior eſt inter vos, fiat ſicut minor, X
Marc. 10
Lucæ. 22 & qui prior eſſe vult, ſit ſeruus veſter. Nimirum, quaſi hoc verbo Chriſtus nollet aliquẽ inter
diſcipulos in ſua eccleſia alijs authoritate pollere. Quandoquidẽ is aliquẽ fore authoritate ma
iorem non negat, ſed approbat potius, quippe quod inibi docuerit, quẽ in modum is ſe gere-
ret, qui maior inter eos eſſet futurus, vtpote animo humilis, & oïbus ad miſericordiã obuius,
cuiuſmodi ſpeciatim fore ſignificauit Petrũ, quum ille mox cõuerſus dixerit, Simõ Simon, ec
ce Satanas expetiuit vos, vt cribraret, ſicut triticũ, ego autẽ pro te rogaui, vt non deficiat fides
tua. Et tu aliquãdo conuerſus, confirma fratres tuos. ſ. ipſis authoritate maior, quẽ vel prętere-
ea labi permittam, vt tua culpa & infirmitate diſcas, qualiter alijs miſereri debeas, paſtor oïm
Matt. 18 futurus, qui fratri peccanti in die, non modo ſepties, ſed ſepties ſeptuagies indulgebis.
Lucæ. 17 ¶ Nec obſtabit, quod ille Matthiam nõ elegerit, qui fuit ſorte electus. Etenim conſtat Pe- Y
trũ totius tum rei geſtæ præcipuũ fuiſſe authorẽ (ſed omniũ prælatoꝝ exemplo) ne ſuo ſen-
Actorũ. 1. ſui nimis videretur inniti, ſuũq́; affectũ ſequi, voluit ſorte negotiũ agi, quatenus in eo nullus
eſſet humano affectui locus, ſed diuinitus dũtaxat fieri crederet, eſſetq́; hoc ipſum futuris ſuc-
ceſſoribus vera inſtructio in eligẽdo eccleſiæ primate. ¶ Nec obſtat, quod ab oïbus ſimul
apoſtolis, nõ à Petro ſolo ſeptẽ fuerint inſtituti miniſtri, quos diaconos vocamus, q̃nquidem
res nõ tam ardua erat, quin à quolibet Epiſcopo geri potuerit. Deinde apoſtoli nõ elegerunt,
ſed id negotij vniuerſæ diſcipuloꝝ multitudini permiſerũt, & recte quidẽ multitudini, inter
quã murmur enatũ fuerat, permiſerunt, ne ſi forte quiſq̃ paꝝ diligens huic officio præficeret,
amplioris in ipſos apl'os murmuris inde ſurgeret occaſio. Nec id alia ratione recenſet Lucas,
q̃ vt nobis conſtaret, Stephanũ & Philippũ ex numero ſeptẽ diaconoꝝ fuiſſe. Nec ſane Petri Z
authoritati hoc obfuit, cui claruit maiora fuiſſe reſeruata. ¶ Nec obſtat, ꝙ nõ ſolus manum
Petrus impoſuit, ſed cum eo cæteri vnà. Nimiꝝ quod factũ ſit, vt quò plures eſſent compreca
tores qui manus imponerẽt, hoc copioſior in electos deſcenſura gratia ſeparetur.
¶ Nec deniq; obſtabit, ꝙ Petrus in Samariam per apl'os fuerat miſſus, quaſi ob id authori- &
Actorũ. 8 tate cæteris par aut minor, imò propterea maior apparet authoritas, ꝙ miſſus fuit perinde alijs
clarior & grauior in re vehemẽter ardua cõtra Simonẽ quendã, qui gẽtẽ illã miris præſtigijs
illuſerat, in qua alius paꝝ vel nihil proficere putabatur, præter Petrum, fuit proinde præſentia
Petri neceſſaria, cui comes adiungebatur Iohannes, quũ p hoſce duos ſpũs ſctũs p̃cipue hacte
nus fuerat operatus. Nũ ſi vel Max. pontifex, vel imp. ad comitia futura venturus eſſet, pro-
pterea minor haberet? Imò authoritas & huius & iſtius augeret, quũ negotij moles p̃ſentiam
tantæ poteſtatis expoſceret. Sic nimiꝝ & magnitudo Petri magis inde innotuit, maxĩe ꝙ à
Philippo

Digitized by Google

Philippo prius inibi baptizati, ꝓtinus vt in eos manus impoſuit Petrus, ſpiritum ſanctum ac ceperunt, id qđ Philippus alioqui ſctiſſimus, & ſpũ plenus pręſtare haud valuit, quũ & Petrus inſignẽ illũ Magũ Symonẽ pecunia cupientẽ emere donũ ſpũs ſancti, ita repreſſerit, vt etiam adegerit ad veniã implorãdã. Nihil igiť eſt, qđ impediat, ꝙ minus Petrus ſit illa petra, ſup quã Chřus ſuã Eccleſiã ędificauit, & ꝙ minus eius ille ſit Eccleſię primas & vicarius, & ꝑ ſequelã ea particularis eccleſia, in q̃ ſuã Petrus habuit cathedrã, quã fuiſſe & eẽ ſemperq́ꝫ futurã credimus Romanã eccleſiã, mř ſit & caput oĩm eccleſiaꝝ: vñ q deficiũt, ſchiſmatici ſunt, ordinẽ à Petro cęptũ, & vſq; ad hoc tp̄s ꝑ traducẽ ſuccedentiũ pontificũ perturbãtes, ordinẽ ſibi citra originẽ vendicãtes, & corpus ſine capite ꝓfitentes. Qui tñ aſſerunt ſe ſedẽ Petri vſurpare, cuius traditionẽ ſupbius corrumpũt: nimiꝝ peſtilẽtiæ cathedrã erigẽtes, vbi in cõſilio impioꝝ abeunt, & in via peccatoꝝ ſtare malunt, quã cũ fratribus habitare in vnũ, vtpote oĩs diſſidiĵ fauiſſores. Pſal. 132.
Quos velim magnopẽ cauere, ne in manus dñi horrẽdas cadant, quũ cõſtat illũ in eos, q inſeparabile vnitatis ſacrm ſcindere moliunť ſchiſmaq́ꝫ faciũt, aĩaduertiſſe, q indignatus eſt omni ſemini Iſrael, eoſq́ꝫ demolitus, & in direptionẽ dedit, donec eos abĩjceret à facie ſua, qm̃ diſſipatus ſit Iſrael à domo Dauid, & conſtituerunt ſibi regem Hieroboam filium Nabath adeoq́ꝫ 3. Reg. 12.
in eos ẽ indignatus, q ſchiſma fecerãt, vt hõ, q ad Hieroboã, vt ei pc̄tã ſua exprobraret, futuramq́ꝫ vltionẽ ꝑdiceret, panẽ apud illos edere & aquam bibere vetareť, q nõ obſecutus ſtatim 1. Cor. 14
inde regrediẽs, ĩpetu leonis ac morſu in itinere necatꝰ moriť, quã vero horrẽda fuerit in Chorẽ, Dathan, atq; Abiron, q aduerſus Aaronẽ & Moyſen ſchiſmatici erãt, diuina vltio, aliàs copioſe diximus. Id qđ vľ ideò hic memorandũ puelim, vt q tam temerè tamq́ꝫ leuiter, ſupbeq́ꝫ Num. 16
ab vnitate eccleſię deſciuerũt, habeãt vñ poſſint ſui pnicioſi conatus admoneri, admonitiq́ꝫ ad Gene. 6
vnicã Arcã ſalubriter redire. Quod faxit Deus Max. pacis ac vnitatis author, Amen.

HOMILIA XC. DE EO QVOD SCRIPTVM EST, LVCAE .1. Et beata quæ credidiſti, qm̃ pficienť in te, quæ dicta ſunt tibi à dño.

In vigilia viſitationis diuę deiparę virginis Mariæ.

A NON EXIGVVM Hoc eſt aduerſum diuæ Deiparæ virginis Mariæ inimicos ſummæ eiuſdẽ beatitudinis vnaq́ꝫ verę ſctitatis & alteꝝ qdẽ teſtimoniũ, vtpote ꝑfectũ ex veridico ore beatę Eliſabethę: q̃ ſanè nõ poterat non eẽ teſtis integerrima, & omni (qđ dici adſolet) exceptione maior, tum qa cũ cõiuge ſuo Zacharia iuſta fuerit ante deũ incedẽs in oĩbus mandatis & iuſtificatõibus dñi irrephenſibilř. Tum qa Lucæ. 1
& ſpũ ſui filĵ, q ex vtero matris ſpũ ſancto repletus fuiſſe tradiť, ſimul Hiere. 1
repleta fuerit. Quo nimiꝝ ſpũ plena vates eſt in genere ſuo facta oĩm maxima. Quandoqdem acta ſpũ, qui prophetarum eſt, ſimul & de præterito & de præſenti & de futuro prophetizauit.

B ¶ Præteritum qdem vaticinata eſt, quũ Mariã angeli promiſſionibus credidiſſe cognorit. Et beata (inquiẽs) quæ credidiſti. Reſponderat qdem Maria angelo ſalutanti: Ecce ancilla dñi fiat mihi ſcđm verbũ tuũ. Vaticinata deinde eſt de pſenti: Vnde mihi hoc (inquiens) vt veniat mater dñi mei ad me? Matrẽ eam Meſſiæ confitẽs, matrẽ Dei & regis ſui, & ſe oĩno ex ſe eſſe indignã, vt à tanta viſiteť ſublimitate. Quo etiã loco & hoc diuinitatis eſt intelligere, ꝙ quũ dixit Eliſabetha: Et bñdictus fructus vẽtris tui, accipi beatiſſimã virginẽ Mariam, non more aliaꝝ Dei filiũ in vtero habuiſſe, quũ in cæteris fœtus etiã maſculus, citra quadrageſimũ diem animatus nõ crediť. Atqui illa primo menſe, q erat ſextus Iohannis, audiĵt id: Benedictus fructus vẽtris tui. Tunc ergo erat pfectus, neq; eñ ſpũs ſanctus, q erat artifex, vlla ad hoc diuinũ opus mora ĩdigebat. Quin etiã Iohãnes adhuc ĩ vtero clauſus, dñm ſuũ agnouit, etiã virgineis latebris occultatũ. Prophetizauit deniq; Eliſabetha de futuro. Et beata (inquiẽs) quæ credidiſti, qm̃ pficienť in te, quæ dicta ſunt tibi à dño. Quibus vtiq; verbis cõfirmat, quę à ſpũ ſancto per angelũ fuerant promiſſa, dicẽs pficienda, quæ dicta ꝑ angelũ ſint, ideoq́ꝫ beata, quæ verbis fuerit angelicis minimè incredula. Quæ vero erant adhuc futura? Nimiꝝ ꝙ eſſet paritura filium, quem vocaret Ieſum, q magnus futurus eſſet, & filius altiſſimi vocandus, cui daturus eſſet Deus regnum Dauid patris ſui, & regnaturus ſup domum Iacob in æternũ, & regni eius non eſſet futurus finis. Quia igiť iam aliqua facta erant, ſiqdem conceperat ex ſpũ ſancto & obumbratõe virtutis altiſſimi, ideo dicit: Perficienť in te, quæ dicta ſunt & cætera.

C ¶ Meritò igitur tam ſancta mulier, iuſta & recta, ſpiritu infantis ſui repleta, vates adeoq́ꝫ maxima, hoc tribuit beatitudinis glorioſæ virgini Mariæ, quam vel antea eodem afflata ſpiritu dixerit benedictam inter mulieres, dictum à ſpiritu ſancto angelicum confirmans. Nam & ille eandem ſalutans dixerat: Aue gratia plena, dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Lucæ. 1

Digitized by Google

Daniel.9 O verè virgo gratia plena, quę rectè verbum benedictiõis audiuit, quę eum tulit, q ſanctus ſan
Eſaie.53 ctorũ eſt, q Dei Max. filius, idemq́ꝫ eius ventris fructus, atqꝫ adeò verus homo pctm̃ non fecit,
1. Pet.2 nec dolus in eius ore fuit: quum aliàs mulier, q̃ pctm̃ intulit mundo, qd aliud audiuit, q̃ maledi
Gene.3 ctionis verbũ. Multiplicabo ærumnas tuas? Quid ergo, q̃ erat paritura mundo grãm, gaudiũ,
ſalutem audire debuit, niſi benedictiõis verbum. Benedicta tu inter mulieres. Porrò vt illa fuit
vniuerſalis mali initiũ, ex ſeipſa facta ſe inferior, & afflatu maligni, in hoc maledicta plus q̃ cæ
teræ mulieres. Sic iſta non fuit ex ſe, ſed ſupra ſe, & Dei dono inter mulieres totius boni, toti-
usq́ꝫ grã initium, in hoc benedicta plus q̃ cæteræ mulieres. O verè benedicta, & qdem inter
om̃es mulieres Maria, qm̃ Chr̃m corpore & aĩo geſſerit, q abſolute & ſimplr̃ benedictus ẽ, qm̃
abſolutè & ſimplr̃ oĩs boni initiũ eſt, vl̃ & Adam potius nobis initiũ mali, q̃ Eua fuiſſe credit.
Et ſic ſanè intelligendũ eſt id. Benedicta tu in mulieribus, & bñdicta tu inter mulieres, & plus
q̃ cæteræ mulieres. Et q̃ aliarũ mulierũ ſemp fuit repleta grã, adeò vt ſemper dñm ſecum ha-
buerit, vt & ipſa ſingularis virgo, quæ quũ ab angelo ſalutabat, oĩm mulierũ quæ ſunt, quæ fue
runt, quæq́ꝫ futuræ ſunt, prę uentõe benedictiõis & grã erat ſanctiſſima, & deniqꝫ beatior om̃i-
Apoca.19 bus, ꝙ illi credidit, eundemq́ꝫ in vtero ſuo ſelectiſſimo portarit, q ſolus ſanctus, idemq́ꝫ ſolus
1. Timo.6 eſt beatus, idemq́ꝫ ſolus bonus, vnde qcqd eſt vſpiã ſctitatis, beatitudĩs, bonitatiſq́ꝫ, tanq̃ à pa
Lucę.18 tre luminum deſcendit? Nunqd ergo non beata eſt Maria, quæ (iuxta dictum Eliſabethæ) an
Iaco.1. gelo credidit, & quæ ille dixit, in ea affatim ſint pfecta, id eſt, quę mater Ieſu, mundi totius dñi
atqꝫ redemptoris mater facta fuerit. ¶Sed audio hic argutos obijcere, non verè Eliſabethã D
dicere diuam Mariam, vl̃ ideò btãm eſſe, qm̃ crediderit angelo cõceptionẽ & partũ ſaluatoris
denuntiãti, quũ & ipſa dubio reſponſo, dubiaq́ꝫ qſtione ad angelum vſa ſit, qua & Zacharias.
Lucę.1. Hic enim ad angelum dixit. Vnde hoc ſciam? Ego em̃ ſenex ſum, & vxor mea pceſſit in die
bus ſuis. Hæc vero in ſermone angeli turbata, cogitãs q̃lis eẽt ſalutatio, ad eundẽ angelũ, ait:
Qũo fiet iſtud, qm̃ virum nõ cognoſco? Certè (inquiũt arguti) vtraqꝫ pſona videt verbo ange
li pinde atqꝫ impoſſibili eſſe incredula, quum vtraqꝫ impoſſibilitatis rõnem adijcit. Cur ergo
Zacharias, q̃niam non credidit, ſilentio condemnatus eſt: ſiqdem obmutuerit vſqꝫ ad diem
circũciſionis pueri Iohannis? Maria vero adeò ſancti ſpũs infuſione exultarit, vt hymnum lon
gè reſonantiſſimũ cecinerit. Magnificat aĩa mea dñm? Falſo proinde (aiunt) Eliſabeth Mari-
am dixit crediſſe, & iniuſte Zachariam incredulitatis punitum. ¶Equidem vero reſpon E
derim è regione, Eliſabetham verè dixiſſe, Zachariam quoqꝫ iuſte fuiſſe ſilentio condemna-
tum, idq́ꝫ ipſum vtrumq́ꝫ veritatis eſſe teſtimoniũ, ꝙ angelo Maria crediderit, non etiam Za
Heb.6 charias. Non em̃ potuit inibi quicquàm falſo fieri, quum totum à Deo authore (qui verax eſt
Romañ.3 idemq́ꝫ iuſtus) factũ ſit. Nec Euangeliſta potuit ſcribẽdo errare, q ſpũ ſancto dictante ſcripſit.
Pſal.7 Quid igit? Tam (inquam) Zachariæ reſponſum abeſt verborũ contextu à reſponſo Mariæ, q̃
& ipſo ſenſu, q plane diuerſus eſt ex diuerſis verbis. Zacharias inqt ad angelum: Vnde hoc ſci
am? Maria vero: Quomodo fiet iſtud, q̃niam virum non cognoſco? Zacharias qdem incre-
dulus ſignum petit ab angelo, interrogans: vnde hoc ſciam, quum mea & meæ vxoris ætas ſuſ
cipiendæ proli non ſit accommoda? Hinc angelus reſpondet: Signum habes: qa ecce eris ta-
cens, & non poteris loqui, vſqꝫ in diem quo hæc fiant, pro eo, ꝙ non credidiſti verbis meis, q̃
implebunt in tpe ſuo. Vtiqꝫ Zacharias, q̃modo id ſciam quærens, de effectu dubitat. Maria
autem: Quomodo (inquiens) id fiet, de effectu non dubitauit, ſed qualitatem ipſius quæſiuit &
modum effectus. Hæc iam de negotio tractat, ille adhuc denũtio dubitat. Negat qdem ille ſe
credere, qui negat ſcire, & quaſi fidei adhuc quærit authorem. Illa ſe facere profitet, nec dubi-
tat eſſe faciendũ qđ quomodo fieri poſſit, inquirit. Proinde non eadem reſponſio Mariæ, quæ
Zachariæ, ideò non eadẽ pœna. ¶Inſuper neqꝫ nõ credere Maria, neqꝫ tam temere debuit F
vſurpare diuĩa. Neqꝫ em̃ facile erat ſcire myſterium, abſconditũ à ſeculis in dño, q̃d nec ſupe
riores poteſtates ſcire potuerunt. Et tamen non fidem rennit, non officium refutauit, ſed ac-
commodauit affectum, ſpopondit obſequium. Sane interrogans: Quomodo fiet iſtud, quoni
Eſa.53 am virũ non cognoſco? Incredibilis qdẽ & inaudita generatio ante audiri debuit, vt crederet.
Eſai.7 Virginẽ parere, diuini eſt ſignũ myſterij nõ humani. Legerat haud dubie Maria pphetã, di-
centẽ. Ecce virgo in vtero concipiet, & pariet filiũ. Legerat (inquã) ideò credidit futurũ, ſed q̃-
modo fieret, ante non legerat. Non em̃ quemadmodũ fieret, vel prophetæ tanto fuerat reue-
latum. Tantũ em̃ myſteriũ non hoĩs fuit, ſed angeli ore promendum. Hodie em̃ primũ audit,
Spũs ſanctus ſupueniet in te, & audit, & credit. ¶Quum inqt Maria: Ecce ancilla dñi, fiat G
mihi ſecundũ verbũ tuũ. Quod profectò reſponſum non fide modo, ſed & ſanctiſſima humili-
tate pleniſſimũ eſt. Quàmuis em̃ acceperat ſe futurã matrẽ Meſſiæ, regis, filij altiſſimi, non ta-
men reſpondit: Ecce futura mater Meſſiæ, mater filij altiſſimi, mater regis æterni, ſed ait:
Ecce ancilla domini, Ecce ſerua domini. O quàm vere magna fides cum tanta humili-
tate, quæ indiuidua eſt fidei ſoror, quæ adeò nihil ſibi (vt decet vere fidentem) vel meri-
ti, vel gratiæ vendicat, ſed totum diuinæ bonitati, totumq́ue diuinæ virtuti adſcribit.

Credo

Digitized by Google

Credo(inquiens)quod promittis,quum & ipſum per os Eſaiæ dictum eſſe meminerim,vt vir 1.Corin.4
go concipiat,ac pariat filium, nec dubito quin poſſit deus omnia quæ velit, nec fallet in pro-
miſſis ſuis.Quod ſi ita illi viſum eſt,me puellam olim infimam,ad huius myſterij miniſteriũ de
ligere,nihil eſt,q̃d hinc mihi tribuam, quod ſcio ex immenſa mihi grã largiri. En me tantum
offero ancillam dño,cui ſemel dicata ſum,paratam ad omne obſequiũ,non eſt quod diffitear,
quum Dei Max.dicere ſit facere.O mira fides,O inaudita fides de re tam grandi:nimirũ de ea Pſal.118.
generatiõe,quã Propheta exclamat inenarrabilem,quam nullus vnq̃ enarrare poſſit. Veriſſi- Eſa.53
mè igitur ſancta Eliſabetha hodie dixit ad diuam Deiparam virginẽ Mariam. Et beata quæ
credidiſti,quoniam perficientur ea quæ dicta ſunt tibi à domino.Ex quibus demum verbis
H collige fidei virtutem & incomparabilem præſtantiam.

¶Primo q̃dem,ꝙ propter(etiã illam,qua deo credimus)fidem beati nuncupamur.Id q̃d
aliàs dñs adſeuerãs.Quia(inq̃t)vidiſti me Thoma,credidiſti:beati q̃ non viderunt & credide- Iohan.20
rũt.Qua ſnĩa nos ſpecialiter ſignificati ſumus,q̃ eum quẽ carne non vidimus,mẽte retinemus,
ſi tamen fidem noſtrã operibus ſeq̃mur. Vere enĩ credit, q̃ exercet operãdo,q̃d credit:id q̃d
verè eſt credere,iuxta dictũ dñi.Quod aũt in bonã terram cecidit,hi ſunt,q̃ in corde bono & Matt.13.
optimo audiẽtes verbum retinẽt, & fructum adferunt in patientia. Qui aliàs ab ipſo domino Mar.4
verè dicuntur audire dei verbum,& cuſtodire illud.Cuiuſmodi fuit diua Maria,quemadmo- Lucæ.8
I dum cras(deo fauente)latius agemus. Qui & hic colligendum putamus. Lucæ.11

¶Secũdo,Infelices eſſe vel q̃ ad vltionẽ diuinã,eandemꝙ temporalẽ,incredulos,q̃ nõ cre- Lucæ.1
dũt dei verbo.Hic ad Zachariã cõſtat dictũ.Et ecce eris tacẽs,pro eo q̃d nõ credidiſti verbis Num.20
meis.Sic quoq; dñs dixit ad Moyſen & Aaraonẽ: Quia nõ credidiſtis mihi, vt ſanctificaretis
me corã filijs Iſrael,nõ introducetis hos pplõs in terrã, quã dabo vobis. Et Paulus quoq;,eos Hebræ.3
(inq̃t)non intraſſe in requiẽ ſuã,q̃ increduli fuerũt.Si ergo in illos,q̃ vel ob cauſam,quæ tandẽ
in gloriam Dei Max.erat ceſſura,non crediderũt vel angeloꝝ(loco tamẽ Dei loquentiũ)ver-
bo,vſq; adeò ſeueriter animaduerſum eſt, q̃ putemus ſerio in eos aliq̃d animaduertendũ, qui
nunc Euãgelio,id eſt,dei verbo non credũt,hoc ipm vel negligentes,vel vt fictũ apud ſe falſò
& impiè opinantes? Certè in eos diuus Petrus acriter exclamat.Quis(inquiẽs)finis eoꝝ,q̃ nõ 1.Pet.4
credũt Dei Euãgelio? Non aũt illi credũt,q̃ labijs ipſum deferunt, corde aũt & opere procul
abſunt,arbitrantes nihil fortaſſis,quod illud monet,aliq̃n futuꝝ. Ideoꝙ ſecuri nihil non mali
licẽtioſius q̃dem perpetrant ad morem Sodomitaꝝ,q̃ & ipſi dñi verbo,quo illis pœnia denũ- Mat.24
tiabat & interitus,increduli,pindeꝙ ſecuri edebant & bibebant,emebant & vendebant,plan Lucæ.17
tabant & ædificabãt,vſq; in diem,qua exijt Loth à Sodomis,& pluit ignẽ & ſulphur de cœlo
& oẽs pdidit. Et ad morẽ(inquam)eoꝝ, q̃ in diebus Noe edebant & bibebant, vxores duce-
bant,& ad nuptias dabant,vſq; in diem,qua introiuit Noe in archã, & venit diluuiũ & pdidit
oẽs? Caueãt(obſecro)increduli verbo Dei,q̃ ad pœniam hortant,ne & ipſi ſuæ incredulitatis
pœnã vel horribiliorẽ luant. Nam & malum q̃d Deus nobis futuꝝ minat, æquè certò futuꝝ ẽ
atq; ſi q̃d boni,pmittit,vel q̃libet apud nos ĩpoſſibile. Vñ & ex dicto Eliſabethę colligẽdũ eſt.

k ¶Tertio,nihil tam difficile,nihilꝙ tam eſſe impoſſibile,q̃d verè credenti non poſſet eue- Mar.9
nire.Id q̃d Chrũs alibi teſtat:Omnia(inquiẽs)poſſibilia ſunt credenti.ſ.Dei verbo,q̃ & per fi- Marci.11
dem ſecula eſſe apta intelligimus iuxta Apſm: Fide pplus Iſraeliticus mare rubrũ,tanq̃ per ari- Heb.11
dam terrã tranſijt.Fide & ipſa Sara ſterilis virtutẽ in conceptiõe ſeminis accepit, etiã præter tẽ- Exo.15
pus ætatis,q̃niam fidelẽ credidit eẽ eum,q̃ repromiſerat. Sic & fide mirabiliter longeꝙ ſupra Gene.21
& præter naturã glorioſiſſima virgo Maria Dei æterni filiũ,incorrupta virginitate concepit
& peperit. Propterea hodie ad eam veriſſime exclamat diua Eliſabetha. Et beata quæ credidi
ſti.ſ.angeli verbo,quoniam in te perficient, quæ dicta ſunt tibi à domino.

HOMILIA NONAGESIMAPRIMA DE EO QVOD SCRI ptum eſt:Luc.1. Exurgens aũt Maria,abijt in mõtana cũ feſtinatiõe in ciuitatem Iuda.& intrauit domũ Zachariæ,& ſalutauit Eliſabeth,&c.

In ferijs viſitatiõis diuę Deiparę virginis Marię

A SI(vt credi par eſt & æquum)pia mater Eccleſia vel hac quoq; ratio-
ne, aliquot nobis dies quorundam ſanctoꝝ feſtos eſſe voluit ac de-
mandauit,vt in his in vnum conuenientes locum,qui dei eſt domus
orationiſq; templum,eos decenti laude proſequamur,in quibus de-
us ipſe ſe laudandum cenſuit, illoſq; laudantes ſimul ſimus ipſorum
in omni virtute imitatores(quum vtiq; illorum virtutes in die ſolen
nitatis eorum,noſtræ mentis oculis obijciuntur)nimirum,quod vir
tuoſa ſanctaꝙ diuoꝝ opera perinde faces ſint quædam ſacræ,nos ad Eccl.44
æmulationem,ſequendoſq; eorum mores, ſuo ardore ſuccendentes
pulchri-

Digitized by Google

pulchritudine allicienteſq́;, & ſic nobis inde ſpeculum ſint virtutum & operationum, vnde demum intelligamus pariter qua via & ratione & actione deo grati, cœlum & ipſi ſimus conſenſuri. Si (inquam) vel ideo Eccleſia nobis quorundam ſanctorum dies cenſuit eſſe ſolennes, vt recordatiõe & memoria virtutum illorum & ipſi reddamur virtuoſi, ſimulq́; deum in ſanctis ſuis
Pſal. 150 (iuxta Dauidem) laudemus & glorificemus, haud ſanè ſcio cuius ſancti dies & commemoratio nobis eẽ debuerit ſolennior celebriorq́; aut haberi poſſit ad oẽm rationem virtuoſæ beatæq́; actionis indipiſcendam efficacior, quàm quæ eſt diuæ Deiparæ virgini Mariæ ab eadem Eccleſia ſtatuta & dedicata. Nempè, quod ea ſupbenedicta virgo & mater omnibus ſit hymnis, & canticis diligẽtius extollenda, dignisq́; ſanè muneribus honoranda, quæ vel ob hoc vnum omnibus eſt honore omni dignior, quod ſola mater Dei ſit facta, vnde ſui nullam aliquando ſimilem habuit nec habet, nec vllo tempore habitura.

¶Cuius de laudibus vel ex parte nemo pro meritis vel quàmlibet ingenioſus, vel quàmlibet eruditus, vel quàmlibet deniq; facundus eloquensq́; dicere poteſt. Tam profectò illa digna ẽ B
Ecci. 43 laudari, vel qualibet laudatiõe, vt laudare illam nullus ſufficiat. De qua vel ſapiens ille meritò dixiſſe (paucis tamẽ verbis mutatis) videri queat. Multa dicimus & deficimus verbis, conſummatio autem ſermonum ipſa eſt. Glorificantes dominam quantumcunq; poterimus, ſuperualebit adhuc & admirabilis magnificentia illius. Benedicentes dominam illam quantũ poteſtis, maior eſt enim omni laude. Nec hoc putarim plus æquo dictũ, aut vel pietati vel religioni ve-
Matt. 25 rè eſſe diſſonum, quando dubium non ſit, quin totũ ad gloriam Christi laudis attineat, quicquid dignè genitrici ſuæ impẽſum fuerit & ritè exhibitũ, quũ ille ipſe dñs dixerit, ſibi ipſi fieri, quod vel minimis factũ fuerit. Quàm vero nobis illius memoria ad oẽm virtutẽ amplectendã cõducere valeat, nemo pius eſt, qui nõ videat. Quandoquidẽ quod hęc ipſa ſanctiſſima virgo, quæ gratia plena fuerit, & quacum dñs habitarit, apudq́; eundẽ gratiam inuenerit, nõ potuit nõ eẽ oĩm virtutũ pleniſſima, vt etiã me-
Zach. 4 rito virtutũ oĩm exẽplar lucidiſſimũ dici debuerit, quæ vtiq; (vt ẽ apud Zachariã) gratiam gratiæ exæquauit, gratiam vtiq; donorum gratia virtutũ, in qua fuit ſapientia, intellectus, cõſiliũ, fortitudo, timor, ſcientia, pietas, quarum quilibet perinde per modũ primæ .i. citra pugnã & ad alios vſus cũ merito habuit. Id quod ſcripturas diligẽter percurrẽti facile patebit. Nõ quis dubitat in ea fuiſſe oĩm virtutũ genera, in qua ſeptẽ ſpũs ſancti dona fuere? Quũ in iis indubiè eẽ intelligitur, quicquid vel virtus ẽ vel ad virtutẽ attinet. Et ſanè huius facit periculũ meę homilię proœmiũ, quod vnà cũ euãgelio, quatenus tempus ſuffert, deo auſpice videamus. ¶Pauca nimirum ſunt verba & multa, ſi & voces & ſenſus cõſideraueris. Nec dubitabis de iis proferre, quod de Apocalypſi Hieronymus adſeruit, quæ tot habet ſacra, quot verba. Sic & proloquiũ noſtrum cõplectitur totidẽ Christianas eaſdẽq́; morales doctrinas, quot verba: Exurgẽs (inquit C
Euãgeliſta) Maria in diebus illis. Quid eſt exurgẽs Maria, niſi itineri ſe accingẽs? Abiit in mõtana cũ feſtinatiõe. Neq; de ſocietate eſt ambigẽdũ, abiit proculdubio comitata, quibus oportuit, cuius etiã ſemper cuſtodes erãt angeli, quibus cognata ẽ virginitas, & qui nunquam ſimiliorẽ habuerãt quam eam, quam habebãt dñam & ſe gratia ſuperiorem. Societatẽ ergo (& ſi Lucas non ſcripſerit) intelligendã tamen reliquit ex profectiõe, per longa etiã terrę promiſſiõis ſpacia, ad montana. ſ. Iudææ, quò abiuit paululũ deflectẽdo ad meridiẽ, vt in domũ veniret Zacharię, quã paulò citra Bethleẽ ſitã fuiſſe perhibẽt. Quã vbi intrauit virgo deo fęta, ſalutauit Eliſabeth cognatã ſuã. Quàm fuerit fęlix hęc ſalutatio, & dei benedictiõe plena, Lucas abũde indicat. Poſtquam angelus abſcõdita narraſſet, & vt fides aſtrueretur, exẽplo fœminæ ſterilis cõceptũ virginis nũtiauit. Ipſa vero Maria (inquit Lucas) exurgẽs. ſ. ab oratione & loco contẽplatiõis, quæ præuia fuit opibus, haud perinde incredula de oraculo, nec vti de nuntio incerta, nec velut de exemplo dubitãs, ſed pro voto perinde læta, pro officio religioſa, præ gaudio feſtina. Exurgẽs perexit in montana cũ feſtinatiõe, nõ à publico virginitatis pudore, nõ ab ſtudio aſperitate montiũ, nõ ab officio prolixitate itineris retardata abiit: ad eruditionẽ mulieribus, vt & ipſæ ſedulitatẽ exhibeãt prægnãtibus cognatis. Abiit cũ feſtinatiõe, nimirum neſcit tarda molimina ſpũs ſancti gratia. Et rurſus ad eruditionẽ virginũ, ne ipſæ in plateis demorentur, nec aliquos in publico miſceãt ſermones, ne alioqui modũ loquẽdi progrediantur, ne quid indecori ſermo reſonet: Siquidem ſpeculũ mentis plerũq́; in verbis refulgeat. Eſt & in hoc magno ornamento iuniori ætati verecũdia, quæ certè generoſa fuit in diua virgine Maria. Quæ abiit in ciuitatẽ Iudæ, & intrauit in domũ Zachariæ, & ſalutauit Eliſabeth. Et rurſus aliud ẽ mulieribus documentũ, in primisq́; virginibus, vt quę ex Maria didicerũt pudorẽ, diſcãt & hũilitatẽ. Maria quidẽ propinqua venit ad proximã, iunior ad ſeniorẽ, quã & prior ſalutauit. Decet enim virginẽ, vt quo ſit caſtior, hoc ſit humilior, ſciat deferre ſenioribus honorẽ, vt ſit magiſtra humilitatis, in qua eſt profeſſio caſtitatis, quæ & comitem habeat pietatẽ. Sic Maria vtcunq; ſuperior venit ad inferiorẽ Eliſabeth, Christus ad Iohãnẽ. Salutauit (inquit) Maria Eliſabeth. O mira & rara ſalutatio, vbi vtriuſq; ex mutua gratulatiõe creuit felicitas, exuberauit ſpũs diuinus. Maria fontem oĩm ſpiritualium dotiũ ſecũ ferebat in vtero, ſuiq́; fętus adflatu, iam tota ſpirabat deum. Exultauit infans in vtero, ſaluatoris aduentum, perinde cognoſcens. Vides igitur quàm magna & multa in paruis paucisq́; verbis ſit ad morales politicasq́; virtutes (quas vtiq;

Euãge-

Euangelium non extinguit, neq; nihili pendit) eruditio. Nunc & deinde experiamur quãtum 1. Timo. 3 et. 4
in eo ſit verboꝝ contextu, quo ad myſticas doctrinas exemplar.

D ¶Primo qdẽ quũ ait Euãgeliſta: Exurgẽs, monemur vt ipſi ſurgamus à torpore deſidię à Roma. 12
deſiderijs terrenis nos elongemus, in qbus demorando dormiuimus. Vnde Apoſtolus: Hora 2. Cor. 8
(inqt) eſt iam nos de ſomno ſurgere, abijciamus opera tenebraꝝ, & induamur arma lucis, ſic Roma. 13
vt in die honeſte ambulemus. Non in comeſſatõibus & cętera. Et carnis curam non feceritis Gala. 5.
in deſiderijs. Idem: Surge q dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Ephe. 5.

E ¶Scundo: Abijt Maria in montana, vt & nos in altiorem vitam, appetendo cœleſtia, ten- Coloſſ. 3.
damus & tranſeamus. Vnde Apoſtolus: Igitur (ait) ſi conſurrexiſtis cum Chriſto, quę ſurſum
ſunt, quærite: vbi Chriſtus eſt in dextera dei ſedens, quæ ſurſum ſunt, ſapite: non quæ ſup ter-
ram. Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cũ Chriſto in deo. Mortificate ergo mẽ-
bra vr̃a, quæ ſunt ſup terrã, fornicationẽ, immũditiã, libidinẽ, concupiſcẽtiã malã & auaritiã.

F ¶Tertio: Feſtinauit Maria, vt & nos ad bona opera acceleremus, omnem moram (quæ pa- Gala. 6
ratis etianũ ſemp nocet) pręſcindamus, cogitantes breue eẽ tempus, in quo operari poſſimus, Iohan. 9
maximè qa ignoramus, qua ſit dominus hora venturus. Sane nota eſt euangelica parabola de
quinq; fatuis virginibus, quæ moram faciẽtes, cœlum ingredi nequiuerũt, qbus clamantibus: Matt. 25
Domine, domine, aperi nobis, reſpõſum eſt: Amen dico vobis, neſcio vos. Hinc dominus ait:
Vigilate itaq;, quia neſcitis diem neq; horam. Quod & Sapiens ſenſit, quum dicit: Non tardes
conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem. Subito enim veniet ira illius, & in tempo Eccl. 5
re vindictę diſperdet te. Et Chr̃us denuo: Me oportet (inqt) opari opa eius, qui miſit me, do- Iohan. 9.
nec dies eſt: Venit nox, quando nemo poteſt operari. Et Paulus ſequit. Dum tempus (inqui- Gala. 6
ens) habemus, operemur bonum ad omnes.

G ¶Quarto, venit Maria in ciuitatem Iuda, Quid Iuda? Eſt confitens. Monemur, vt & ipſi Matth. 6
ingrediamur ad templum, ad clauſum cordis cubiculũ, laudantes & confitentes dominum hy Ephe. 5
mnis confeſſionis & laudis. Hinc Paulus: Impleamini (inquit) ſpiritu ſancto, loquentes vobis
ipſis in pſalmis, & hymnis, & canticis ſpiritalibus. Et Sapiens ait: Date nomini eius magnifi- Eccl. 39
centiam, & confitemini illi voce labiorum veſtrorum, & in canticis labioꝝ & citharis. Et Pro Pſal. 34.
pheta: Confitebor tibi in Eccleſia magna.

H ¶Quinto: intrauit Maria in domũ Zachariæ: Quid eſt Zacharias? Id eſt, memorans dñi.
Hinc & nos ſine vanis cogitatõibus memores eẽ dñi debemus, & eius mandatoꝝ ad faciendũ
ea. Sic monenſ filij Iſrael, vt recordenſ omnium mandatoꝝ dñi, nec cogitationes ſuas ſequan Nũ. 15
tur, ſed magis memores pceptoꝝ domini faciant ea, ſintq; ſancti deo ſuo. Hinc dicit Scriptu-
ra: quoniam Tobias memor fuit domini in toto corde ſuo, dedit illi deus gratiam. Qui mori- Tobiæ. 1.
turus, inquit ad filium ſuum. Omnibus autem diebus vitæ tuæ, in memoria habeto deum, & Tobię. 4
caue ne peccato aliquando conſentias, & prætermittas præcepta dei noſtri.

I ¶Sexto: Maria ſalutauit Eliſabetham. Quid eſt Eliſabeth? Eſt dei mei ſaturitas. Et nos q̃-
q; ſalutemus Eliſabeth, mundi vanitates ſpernentes, vnicam noſtram ſaturitatem in ſolo deo
ſtatuamus, qui ſolus deſiderium noſtrum in bonis replet, vt canit Propheta. Hinc Apoſtolus Pſal. 102.
monet, ne perficiamus deſideria carnis. Qui aliàs ait: Deus autem meus impleat deſiderium ve Gala. 5
ſtrum ſcd̃m diuitias ſuas. Sic ſanè Maria totum ſuum deſiderium in deo Max. habuit. Exulta- Phil. 4.
uit (inquiens) ſpiritus meus in deo ſalutari meo. Vtinam & ipſi omnes eandem, vti oĩm virtu-
tum normam, & ſtellam ardentem imitaremur, vt & cor noſtrum in deo ipſo totum ſuum re-
ponat deſiderium, id quod ad cœleſtia vnicum eſt iter.

HOMILIA NONAGESIMASECVNDA DE EO QVOD ſcriptum eſt: Ruth. 4. Vt hæc ſit exemplum virtutis in Ephrata, & habet celebre nomen in Bethleem.

In vigilia aſſumptionis diuę Deipare virginis Mariæ.

A QVVM (qđ aliàs & qdẽ multoties copioſe tractauimus) Eccl'ia ſctã
vl ideò potiſſimũ memoriã diuoꝝ ſuis diebus in anno agẽdũ iſtituit,
vt audiẽtes ſacroſctãs ipoꝝ theologicasq; virtutes, eoꝝ adeoq; chri
facilius reddamur imitatores. Nimiꝝ ſacris lr̃is admoniti, qbus ſcri
ptũ ẽ: Hãc aũt tẽtationẽ. ſ. cęcitatis, ideo pmiſit dñs euenire illi, vt po Tobiæ. 2
ſteris daref exemplũ patiẽtiæ eius, ſicut & ſancti Iob. Sic Chr̃us alibi
ſuos diſcipl'os cõſolaturus, allegat pphetas demortuos, q & ipſi eẽnt Matth. 5
pſecutionẽ paſſi. Et Iacobus ait: Exemplũ accipite frẽs, terrens exi-
tus mali longanimitatis & laboris & patiẽtiæ prophetas, qui loqu- Iaco. 5
ti ſunt in nomine domini. Ecce beatificamus eos, qui ſuſtinuerunt.

Suffe-

Digitized by Google

Sufferentiam Iob audiſtis:& finem domini vidiſtis, quoniam miſericors eſt dñs & miſerator.
Hebræ.6 Et Paulus ait: Veꝝ efficiamini imitatores eoꝝ, q fide & patientia hæreditabũt promiſſiones.
Roma,15 Qui & alio in loco ſcribit: Rogo vos imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chr̃i. Quũ(inquam)
1.Cor.4.11 Eccleſia hmõi ſanctoꝝ memoriam inſtituit, cur non vl̃ frequẽtiſſimam debuiſſet inſtituere di
uæ Mariæ virginis memoriam? Quæ tanto oĩbus ſanctis pręſtat virtutũ eminẽtia, quanto ipſa
vnica ſit, quã ſibi deus ex vniuerſis matrẽ ſelegit, quæ primã ſimilẽ viſa nõ eſt, nec habere ſeq̃n
tem, quæ ſola ſine exemplo placuit Chr̃o Dei Opt. filio vnico. Quæ(inquam) adeò vſq; excel
luit virtutibus, vt merito toti muliebri ſexui facta ſit virtutũ omnium ſpeculum, proindeq́; ex
ſacris literis merito ac iuſtè videntur in eam deſumpta mei thematis verba.

¶ Vt hæc ſit exemplũ virtutis in Effrata, & habeat celebre nomen in Bethleem. Quæ ſanè B
verba q̃ ſint rectè in diuam virginẽ Mariam citata, videbimus, vbi hiſtoria, ex qua ea ſunt ver
ba recepta, à nobis fuerit breuiter enarrata, qua habet, in diebus vnius iudicis (qñ iudices p̃-
erãt) factam eẽ famẽ in terra Iuda, abiiſſeq́; hoiem de Bethleem Iuda, vt peregrinaret in regio
ne Moabitide(quæ Gentiliũ fuit) cũ vxore ſua, ac duobus liberis. Hoiem fuiſſe appellatũ Eli-
melech, & vxorẽ eius Noemim, alteꝝq́; filiũ Maalonẽ, & alteꝝ Chelionẽ: Effrateos de Beth-
leem Iuda, hoſce ingreſſos regionẽ Moabitidẽ, moratos ibi fuiſſe. Et mortuũ eſſe demũ Eli-
melech Noemi maritum, remanſiſſeq́; ipſam cum duobus filiis, illos duxiſſe vxores Moabi-
tidas, quaꝝ vni nomẽ Orpha, alteri Ruth filiæ (vt aliqui volunt) Eglon regis Moab, mãſiſſeq́;
ibidẽ decẽ annis, mortuos deinde ambos filios, Maalonẽ videlicet & Chelionẽ, remanſiſſeq́;
mulierẽ orbatam duobus liberis ac marito, poſtea ſurrexiſſe, & in patriam Iuda prexiſſe cum
vtraq; nuru ſua. Quo cũ veniſſet, reuerſam eẽ Orpham manẽte Ruth, ſuæq́; ſocrui fideliter ad-
hærẽte. Quæ cũ pulchra eẽt eademq́; puella & virtuoſa, cœptam eẽ ardẽter amari à Booz, vi-
ri Elimelech cõiugis demortui Noemi cõſanguineo, hoie potẽte & magnaꝝ opum, quẽ cũ vi
ciſſim illa(deoſita ordinãte) amaret, facile ſubſecutã fuiſſe deſponſationẽ, præcipuè ꝙ propin-
quitas accederet inter vtramq́; pſonã. Porrò cũ ageret deſponſatõis ſolẽnitas, palam coramq́;
Booz maioribus natu & vniuerſo populo dixiſſe: Teſtes vos eſtis hodie, ꝙ poſſederim oĩa, q̃
fuere Elimelech & Chelion & Maalon, tradẽte Noemi, & Ruth Moabitidẽ vxorem ſumpſe
rim, vt ſuſcitẽ nomẽ defuncti in hæreditate ſua ne vocabulũ eius de familia ſua ac fratribus &
pp̃lo deleat. Vos(inqt) huius rei teſtes eſtis. Reſpondiſſe omnẽ pp̃lm, q erat in porta, & maio-
res natu. Nos teſtes ſumus: Faciat dñs hanc mulierẽ ſicut Rachel & Lyam, quæ ædificauerunt
Gene.29 domũ Iſrael, vt ſit exẽplũ virtutis in Effrata, & habeat celebre nomẽ i Bethleẽ &c. Tuliſſe igit
Booz Ruth & accepiſſe vxorẽ, ingreſſumq́; ad eam, & dediſſe illi dñm vt conciperet & pare-
ret filiũ, in cuius natiuitate congratulata ſit tota vicinia. Hæc ex libro Ruth: Hæc eſt illa Ruth
pulcherrima, in qua mirabile contigit illud, ꝙ cõpugnantibus inter ſe duabus legis diuinæ ſen
Deu.7.23 tentiis, ipſa in ſalutẽ euaſit. Qñquidẽ lex dicit: Ammonites & Moabites etiã poſt decimã gñá-
tionẽ nõ intrabũt Eccleſiã dñi in æternũ, qa noluerũt vobis occurrere cũ pane & aqua in via,
Deute.25 qñ egreſſi eſtis de Aegypto. Et lex dicit: Si fuerit mortuus vir abſq; liberis, vxorẽ defuncti fra
ter eius vl̃ propinquus accipiet, & ſuſcitabit ſemẽ fratris ſui. Itaq; lex ipſa, quæ damnabat eam,
qm̃ Moabitidis erat, ſuffragabat illi, vt acciperet eam Booz, qm̃ vxor ꝓpinqui fuerat, & tali-
ter nõ ſolũ intrauit Eccleſiã dñi, veꝝ etiã principalẽ obtinet memoriam in Eccleſia dñi, ita vt
ſemẽ quod ex ea ſuſcitatũ eſt, ſtatim ſcd̃a gñatione generaret Dauid, pricipẽ & regẽ Eccleſiæ
dñi. Siqdem Obed ex ea generatus genuit Ieſſe, Ieſſe aũt genuit Dauid regẽ. Sic ſanè, qm̃ Ruth
ꝓ merito fidei ſuę nupſit Booz, qa deos pr̃m ſuoꝝ repulit, & deũ viuentẽ elegit. Sic Booz pro
merito fidei ſuę illã accepit vxorẽ, vt ex cõiugio tali ſanctificato genus regale naſceret.

¶ Ex quo ſanè mirabili negotio, nemo ẽ reꝝ diuinaꝝ adeò expers, q ignoret q̃ merito con C
ueniat diuæ virgini Mariæ cũ Ruth. Hæc enĩ & ſi lege ꝓhiberet ingredi Eccl̃iam, tñ fide mo-
rũq́; nobilitate eandẽ intrare meruit. Sic q̃ diffinitõem legis exceſſit, īter maiores dñici gñis cõ
Eſaiæ.16 putari meruit, nõ ꝓpter corpis ſed ob cognationẽ mẽtis electa, in q̃ & Eſaiæ vaticinium ẽ im
pletũ: Emitte agnũ dñi, dñatorẽ terrę de petra deſerti ad montẽ filię Syon. Fuit ergo Ruth cer
tiſſima figura deiparę virginis Marię, tũ ꝙ & ipſa Maria ſola fide meruit, natura repugnante,
Ephe.1.5 mr̃ fieri eius, q caput ẽ Eccleſię, Ieſu Chr̃i(inquã) nr̃i ſeruatoris, cępitq́; nobis eẽ ſuo partu in ſa
Coloſſ.1 lutẽ, adfirmante Eliſabetha ſctã. Et btã, q̃ credidiſti, qm̃ pficient ea, q̃ dicta ſunt tibi à dño. Tũ
Lucæ.1. ſcd̃o, ꝙ adeò pares in vtraq; fuere virtutes, q̃ tantę in vtraq; fuerũt, vt vtraq; habita ſit virtutis
exemplar in pp̃lo, & qdem in Effrata. i. in abundãtia. Effrata enĩ abũdans ẽ, & etiã in Bethleẽ
celebre habet nomẽ. i. in domo refectõis. Siqdẽ vtraq; ſuaꝝ ſplẽdore virtutũ alios affecerit, re-
fecerit, pmoueritq́;, q̃uis hoc magis Maria q̃ Ruth, quo veritas figura eſt maior.

¶ Fuit aũt Ruth præcipuè (vt ex libro de ea tradit) puella timẽs deũ, q̃d relicta Idololatria & D
patria, deũ veꝝ ęternumq́; coluerit. Fuit fidelis, quæ fide contra legẽ nupſerit Booz. Fuit hu-
milis, quæ etiam parem ſe fecerit meſſoribus, ſpicas in agro colligens. Fuit negotioſa, ꝙ etiam
cum cæteris longè minoribus ipſa ruſticos labores in agro exercuerit, ne eſſet ocioſa. Fuit ho-
neſta &

Digitized by Google

neſta & pudica, quũ oẽs ſui corporis partes diligẽter tectas cuſtodierit, ſeq; viro nõ voluptatis grã, ſed vt genus in noĩe ſeruaret, marito copulauit. Fuit gratioſa, quũ tãtã viri Booz tãtã grãtiã meruerit, vt illi vxor facta ſit, q̃ ab eo audijt. Benedicta es à dño filia. Noli metuere, qa quicquid dixeris mihi, faciã tibi. Scit eñ omnis populus, q habitat intra portas vrbis meæ mulierẽ te eſſe virtutis. Fuit & grata mihi in humilitate, qñ reſpondit ad Booz, & cadẽs in faciẽ, dixit: Vnde mihi hoc dñe, vt inuenirẽ grãm ante oculos tuos, & noſſe me dignareris peregrinã mulierẽ, dignatusq; es me cõſolari, & loqui ac cor ancillæ tuæ, q̃ nõ ſum ſimilis vnius puellarũ tuarũ? Mirabilis fuit partu & felix: ſiquidẽ q̃ ex viro ſene, natura ætatis repugnãte, peperit filium noĩe Obed patrẽ Ieſſe, vnde genitus eſt rex Dauid. Hæ eñ ſunt generationes Phares. Phares genuit Eſrom, Eſrom genuit Aram, Arã genuit Aminadab, Aminadab genuit Naaſom, Naaſon genuit Salmon, Salmon genuit Booz, Booz genuit Obed ex Ruth, Obed genuit Ieſſe, Ieſſe genuit Dauid regẽ. Matth.1

E ¶ Modo videamus q̃ diuæ virgini cũ Ruth cõueniat. Et ſane fuit Maria timens deũ, q relictis parentibus adeoq; toto mundo, trina adhuc in tẽplũ oblata deo ſe totã vouerit, inibiq; tam caſte, ſancte vixerit, vt eius vitã, nullus vnq̃ plene laudare potuit, quæ à nona diei hora ad primã facem quotidie bibliacos lectitauit libros, profuitq; plus vni virgunculæ lectio ad beatitudinem & decus, q̃ oĩbus ſapientibus oẽs bibliothecæ: nimirũ, qa vere deum timuerit, veluti heri diffuſius diximus. Fuit Maria fidelis, quæ (vt diximus) ſola fide, intacto pudore, non modo lege, ſed & natura, rationeq; ſtupente, filiũ dei cõcepit, vtpote homo deũ, creatura creatorẽ, ancilla dñm, filia patrẽ, quẽadmodum ſuo loco (ſi deus dederit) latius dicemus. At q̃ humilior Maria? Quæ iam ex oĩbus ab æterno electa, dei æterni, regis regũ, dñi dominantiũ, mater, ad angelũ reſpondens, ſe non dominã, nõ reginã, non deã, ſed humili vocabulo, humilem ancillã vocauit. Id quod ipſa humillime proſequitur apud cognatã Eliſabethã, inter alia inquiens. Quia reſpexit humilitatẽ ancillæ ſuæ, &c. Depoſuit potẽtes de ſede, & exaltauit humiles. Fuit Maria negotioſa, quippe (vt heri ſatis deduximus) q̃ ab hora tertia placato iã antea diuino numine, ad meridiẽ lanificio vacarit, & mox à cibo, q illi parciſſimus fuit, reliquũ diei diuinarũ rerũ lectiõibus applicarit. Fuit & Maria & pudica & honeſta, q̃ etſi ſuę caſtitatis optimè cõſcia, turbata tñ ex ſalutatiõe angeli, dixit ad angelũ: Q̃ło fiet iſtud, qñ virũ nõ cognoſco? q.d. Etſi ſis angel⁹, tñ q virũ cognoſcã ex ĩpoſſibilib⁹ cernit. Quę ãt Maria gratioſior? Ad quã angel⁹ ex dei mãdato dixit. Aue grã plena. Et rurſus. Ne timeas Maria inueniſti eñ grãm apud deũ. Quę etſi bñdicta iter oẽs mulieres, regũ regis, dñorũ dñi, adeoq; dei Max. mr, ad angelũ dixit. Ecce ancilla dñi, &c. Q̃d aũt mirabilis fuerit Maria & ptu felix, ex verbis angeli claret, q inqt. Ecce cõcipies ĩ vtero & paries filiũ, & vocabis nomẽ eius Ieſum. Hic erit magn⁹, & filius altiſſimi vocabit, Et dabit illi dñs deus ſedẽ Dauid pr̃is eius, & regnabit in domo Iacob in æternũ, & regni eius nõ erit finis. Huius partus tã fuit mirabilis, vt de eo ꝑpheta dixerit. Gñationẽ eius qs enarrabit? Quẽ & oẽs, q de eo audierũt mirati ſunt, vti ſuo tpe latius docebim⁹. Quæ aũt partu felicior & lætior q̃ Maria? Quũ de eo partu angelus ad paſtores dixerit. Ecce euãgelizo vobis gaudiũ magnũ, q̃d erit omni pplo, qa natus eſt hodie vobis ſaluator, q eſt Chrs dñs in ciuitate Dauid, de q̃ pariter ſuo deinde loco. Lucæ.1 Lucæ.1 Eſaiæ.7 Lucæ.1 Mich.4 Eſaiæ.53 Lucæ.2

F ¶ Nũc vero ijs, q̃ hactenus diximus, pio corde repetitis, qs nõ profiteaẽ recte dictũ in diuã virginem Mariã, vt hæc ſit exẽplũ virtutis in Ephrata, & habeat celebre nomẽ in Bethlehẽ, q̃ prima fœĩarũ ſeruãdæ virginitatis votũ vouit, ſe glorioſum munus deo obtulit, virtutibus ornata, deo prę oĩbus placuit, viuẽdiq; oĩbus, & maxime ſexui fœmineo, exẽplũ reliquit? Si nũc ipſa virtutis eſt exẽplũ, certe eã oportet imitemur in ipſius virtutibus, cuius gratia aliquod exemplum dicitur ac proponitur, vt in eo agenda perinde atq; in ſpeculo videantur.

¶ HOMILIA XCIIII. DE EO QVOD SCRIPTVM EST, 2. Corin.12 Scio hominẽ in Chriſto, ſiue in corpore, ſiue extra corpus, neſcio, deus ſcit, raptum huiuſmodi in tertium cœlum.

In feriis adſumptiõis deipare virginis Marie.

A HERI diximus, q̃ ex cauſa ab apoſtolis & in canonicis ſcriptis, adeo nihil vel parũ oĩno de diuæ virginis Mariæ vita & laudibus ſcriptũ ſit: nimirũ de qua, poſtq̃ eã dñs in cruce diſcipulo, quem amauit, reuerenter cõmendauit, inquiens, Ecce mater tua, &c. nihil reperitur præterq̃ q Lucas in apoſtolorũ actis cõmemorat, dicẽs: Hi oẽs erãt perſeuerãtes vnanimiter in oratione cũ Maria mr̃e Ieſu. Adeo (inquã) parũ de ea ſcriptũ eſt in canonicis libris, vt de eius obitu, deq; in cœlũ adſumptiõe (cui hæc dies ſacra eſt) ne verbũ qdẽ ſcriptũ inueniat. Vnde factũ, vt nõ inter paucos & eos etiã ſctiſſimos pie aliqñ dubitatũ ſit, Vtrũ hæc illa digniſſ. virgo mortẽ obierit vt alij hoĩes Johan.19 Actor.1

 & eius

& eius ſola anima cœlũ aſcẽderit, an mortua & reſuſcitata, aĩa & corpe incorrupto in cœ-
lum adſumpta ſit, tã certe hac de re lõga annoꝝ ſerie q̃ſitũ eſt, vt ſacroſancta eccleſia de eius
corporali aſſumptõe potius elegerit aliquãdiu pie dubitare, quam aliqd temere definire, q̃
illã vtiq; credit in cœlũ adſumptã, veꝝ an aĩa & corpe vel ideo pie dubitat, q̃d in Canoni-
cis ſcripturis planè nihil, vñ veritas poſſet elici, ꝓditũ reperiat. Quę ꝓinde merito cũ vno-
1. Cor. 12 q̃q; ſuo mẽbro fideli, cũ diuo Paulo thema meũ dicere põt. ¶ Scio hoĩem in Chr̃o, ſiue in B
corpe ſiue extra corpꝰ, neſcio, deus ſcit, raptũ hmõi ad tertiũ cœlũ. Paulus em̃ vt in dei glo-
riã & ad veritatẽ cõtra pſeudoapl̃os cõſirmãdã vere gloriaret Corinthĳs, vtcũq; inuitꝰ, nar
rat qũo ipe diuĩa diſpoſitõe raptꝰ ſit vſq; ĩ tertiũ cęlũ, & hinc rurſum in paradiſum, ac vtro-
biq; audierit verba q̃dã ineffabilia, q̃ nõ ſit fas loq, ac ſe neſcire an eo raptꝰ ſit in corpe an ex
tra corpus, ſcire tñ ſe raptũ in cęlũ. Si tãtę fidei apl̃us de eo, q̃d ipe exptus ẽ nihil ꝓrſus adſir
mare voluerit, q̃to minus & nos adfirmemus de eo, q̃d nec audiuimus neq; vidimus neq; li
teris ꝓditũ eſt, Cuiuſmodi ẽ, an diua virgo Maria aĩa & corpe ſimul, & qũo alioqui in cęlũ
ſit adſumpta? An nõ ſatius fuerit pie cum Paulo dicere. Scio hoĩem in Chr̃o ſiue in corpore
ſiue extra corpus, neſcio, deus ſit, raptũ hmõi in tertiũ cœlũ? Qñquidẽ plane credẽdũ ſit, eã
in cęlũ adſumptã, ſed in quẽ modũ ſanè dubitãdũ ꝓpter ſilẽtiũ de ea re ſctãꝝ lr̃aꝝ, q̃ in Ca-
none ſunt, ſine qbus vt ꝓrſus erubuerim alqd adſeuerare, ita ab ĳs, qui apl̃os ſecuti ſunt, q
in eã rẽ plurima ſcriptitarũt, nõ vbiq; diſſentire velim. ¶ Eapropter q̃d ſcripturis nequi- C
mus, rõnibus à ſcripturis nõ diſſonis conabimur, vt qd potiſſimũ in hoc de virginis Mariæ
adſumptõe negocio ſit credẽdũ, vñ q̃d aliqñ pie dubitatũ eſt ꝓpter ſcripturę defectũ, ratõe
non ĩpia tãdẽ poſſit ac debuerit credi. Q̃d vt claꝝ fiat. Primo dicemꝰ an ipa diua virgo mor
tua viua ve in cęlũ ſumpta ſit. Scd̃o, an mortua & reſuſcitata corpe & aĩa ſimul adſumpta.
Tertio, quẽadmodũ mortẽ obierit, & q̃ apparatu credi poſſit adſumpta, vñ tãdẽ ad hodier
nũ Euãgeliũ deueniemus piã adhortationẽ habituri. ¶ Et ſanè credi opter diuã virginẽ fu- D
Heb. 9 iſſe defunctã corpe, qñquidẽ (Paulo teſte) oĩbus hoĩbus ſtatutũ ſit ſemel mori, & in Adã qui-
1. Cor. 15 dẽ oẽs moriant, nec poſſit q̃d ſeminat viuificari, niſi priꝰ moriat. Vñ & ſapiẽs ait. A muliere
Eccle. 25. fctm̃ eſt initiũ pc̃tĩ, & ꝑ illã oẽs morimur: q̃ꝝ mors adeò approbat neceſſaria, vt ꝯẽs quidẽ
ab Adamo ꝓthoplaſto vel q̃libet ſc̃ĩ mortui ſint ac corpibus exuti, & in nouiſſimo die cor
4. Reg. 2. poraliter reſurrecturi. Nec obſtat, q̃d de Helia tradit, quẽ viuũ in igneo curru ſcriptura di-
cit in cęlũ euectũ, qñquidẽ recepta fides teneat, illũ iã adhuc viuẽtẽ q interim ſolũmõ in Ie-
ſu Chr̃i cõgreſſu viſus ẽ, hũanis gẽtibus teſtis olim & vindex futurꝰ. Præterea & cõſona eſt
Matt. 17 / Luc. 10 doctoꝝ opinio, Heliã nõ in cęlũ Empyreũ, ſed in paradyſum terreſtrẽ fuiſſe trãſlatũ, quò &
Geneſ. 5. Enoch, antea ẽ trãſlatus, vñ circa ſinẽ mũdi vterq; ſit futurus & ꝑdicaturꝰ cõtra ꝑfidiã An-
tichr̃i. Hinc credi neceſſum ẽ diuã virginẽ vere recteq; fuiſſe corpe exutã. ¶ Cęteꝝ, an fue- E
rit actutũ virtute diuina ad vitã reſuſcitata, corpi aĩa readiũcta, nec difficilis ẽ reſpõſio, qua
poſſit pie credi eãdẽ reſuſcitatã, corpeq; incorrupto vnà cũ aĩa in cęlũ adſumptã fuiſſe. Pri-
mo, q̃ multi catholici doctores ĳdeq; ſc̃tiſſimi adeoq; antiqui, vt apl̃oꝝ tpibus oĩno ꝓxi-
mi fuerint, idẽ adſeuerãt, q̃ꝝ ex numero eſt Dionyſius ille Areopagita Pauli diſcipulus: Itẽ
Iohã. Damaſcenus, itẽq; S. Germanus Cõſtãtinopolitanꝰ archiep̃s, itẽ Hieronymus & Au
guſtinus, & plęriq; alĳ, q̃s hic recẽſere nõ vacat. Scd̃o, qñ Chr̃i carnẽ oportuit à corruptõe
Pſalm. 15. alienã eſſe iuxta ſcripturã. Nec dabis ſanctũ tuũ videre corruptionẽ, q̃ de Chr̃o exponens
Actor. 2. Petrus ait. Neq; caro eius vidit corruptionẽ, ita & Mariæ carnẽ iuſte oportuit manere in-
Johan. 1. corruptã, vñ ſuã carnẽ Ieſus adſumpſit, quũ verbũ caro factũ ẽ, q̃ mõ caro Ieſu, caro ẽ Ma-
riæ, & vtriuſq; natura, quãtũ ad vnitatẽ corpalis naturæ, eſt vna. Sic nimiꝝ credi pium eſt.
Mariã corpe & aĩa in cęlũ adſumptã. Tertio, quũ Maria Chr̃i tabernaculum & thalamus
Luc. 1 / Mat. 1 portãdo pariendoq; fuerit, certe tãtus theſaurꝰ nullibi dignius q̃ in cęlo adſeruat, quũ Chr̃s
Johan. 12. alibi ſuis miniſtris dixerit. Vbi ego ſum, illic & miniſter meus erit. Et alias. Pr̃ volo, vt vbi
Johan. 17 ſum ego, & illi ſint mecũ. At, oro, q̃s maior Chr̃i atq; verior miniſter virgine Maria, q̃ hũc
Matt. 2. in vtero geſſit, partũq; ꝑfuſum & aluit & fouit, in ꝑſepio reclinauit, fugiens in Aegyptũ ab-
Johan. 19 ſcõdit, & oẽm infantiã eius ꝓſequuta ẽ vſq; ad crucẽ, à cuius nõ receſſit ſectatu? Quarto, Si
Daniel. 3. elegit diuina volũtas inter igniũ flãmas pueroꝝ veſtimẽta ſeruare illeſa, cur abnuat in ma-
Jonę. 2 tre ꝓpria, q̃d elegit in veſte aliena? Quũ inſup diuina mĩa Ionã in vẽtre ceti incorruptũ ſer-
Danie. 14 uare voluerit, cur nõ gratia ſeruaſſet Mariã incorruptã? Et ſi Daniel eſt in deſperatiſſima fa
Mat. 27 me leonũ ſeruatus, nõ ſeruãda erat Maria, tãtis meritis dignitatum donata? Abſit. Quinto,
Luc. 9. Si non deſunt, qui adfirmant in ĳs, qui cum Chriſto reſurrexerunt, perpetuam reſurre-
Johã. vlt. ctionem iam eſſe cõpletã: Et ſunt qui credũt cuſtodẽ diuæ virginis Iohannẽ etiã glorifica-
ta carne gaudere cũ Chr̃o, eo dicẽte. Sic volo eũ manere, cur id nõ magis credendum eſt de
Exod. 20 matre ſaluatoris? Alioqui q dixiſſet. Honora patrẽ & matrẽ, Et nõ veni ſoluere legẽ ſed ad-
Matt. 20 / Marci. 7 implere, ſi nõ ſup oẽs in reſurrectione matrẽ honoraſſet? Præterea, Si deus multoꝝ ſan-
ctoꝝ corpora, veluti diuoꝝ Petri & Iacobi, ac Catharinæ, tã glorioſe venerabilia reddidit

tamq;

Digitized by Google

tamq; ſublimi honore decorauit,ad q̃ & vniuerſus mūdus cū deuotione properat,quur nō
eundem vel etiā maiorē honorē deferret matris ſuæ corpori,ſi ipſum in terra eſſe dicatur? Cer
te Chrūs matrē cōtempſiſſet. Atqui hoc ipſum in terra nō reperitur,in cœlū ergo glorificatū
eſſe adſumptū pie credi debet. Quod olim Iuuenalis archiepiſcopus Hieroſolymitanus in ſy-
nodo,quæ fuit Calcedoniæ,ad S. Germanū Cōſtantinopolitanū archiepm loquēs adſirma-
uit,q ait ſe ex antiquis hiſtorijs reperiſſe corpus diuæ Mariæ in gloriā eſſe trāſlatū,ſolaſq; ve-
ſtes in monumēto māſiſſe,quas pſul tandē Iuuenalis Cōſtantinopolim trāſmiſſas in tēplū,tūc
diuæ virgini dicatū,collocauit,Damaſceno teſte, q adiurat ſe hoc nō proprio capite finxiſſe,
ſed ea poſuiſſe,q̃ vehemēti ſtudio lectionis eoꝝ didicerit,q veriſſima traditiōe à prioribus ac
ceperūt. Quos eccleſia ſequuta,Chriſtianaq; pietas pro certo tenet,corpus huius virginis fu-
iſſe poſt obitū cœlo illatū,q̃d oportuit ſane oīs eſſe corruptiōis immune,nullaq; humana la-
be cōtactū. Nec vero vlla(q̃d ſatis cōſtat)eius ſepulchri veſtigia extāt in terris,ſepultiūe cor-
poris memoria, q̃ pioꝝ opinioni repugnet. Et ita ſane ſi de ſcripturis canonicis de adſump-
tione diuæ Mariæ in cœlū requiſitus fueris,nō impie themate nr̄o reſpōdebis. Scio hominē
in Chr̄o,ſiue in corpore,ſiue extra corpus,neſcio,deus ſcit,raptū hm̄ōi in tertiū cœlū. Sin pias
inſpexeris à nobis memoratas rationes,rurſus nō impie reſpōdebis. Crediderim nō illibēter,
diuā Mariā fuiſſe in hominē defunctā,ſed paulo poſt reſuſcitatā cū aīa & carne glorificata in
cœlū ſup oēs angeloꝝ choros adſumptā,& nunc & ſemp cū filio ſuo vnigenito gaudere. Dionyſi.
F ¶Refert autem Dionyſius,Pauli diſcipulus,circa obitum virginis ſe & apoſtolos conueniſ- li. de diui.
ſe,vnumquēq; prout potuit,in dei laudem habuiſſe orationē,interimq; cœleſtes hierarchias nominib.
adſtetiſſe infinitæ virtutis. Id quod libellus quidā diuo Iohanni Euangeliſtæ,ſed (vt opinor)
apographicè adſcriptus,teſtatur. Quo ſimiliter exprimitur exhibita virgini à deo conſolatio
apoſtoloꝝ congregatio,ſine dolore conſummatio, ſepulturæ in valle Ioſaphat præparatio,
exequialis deuotio,Chriſti & totius curiæ cœleſtis obuiatio,Iudæoꝝ pſequutio, miraculoꝝ
in omni cauſa decente choruſcatio,in anima ſimul & corpore adſumptio,quę vel ſingula vnà
cū diuo Hieronymo pie fuiſſe facta crediderim,quum à fide nō abhorreāt. Siquidē eius rei ſit
euidentiſſima figura in ſcripturis de tranſlatione arcæ. Abijt eñ Dauid & abduxit arcam dei 2. Regū. 6
de domo Obededom in ciuitate Dauid cū gaudio,& erant cum Dauid ſeptem chori,& victi-
ma vituli. Sequitur. Porrò Dauid,& omnis domus Iſrael,ducebant arcam teſtamenti domini
in iubilo,& in clangore buccinæ. Sane arca eſt diua virgo,in qua poſitum fuit verum Manna Iohan. 6
Chriſtus. Obededom eſt præſens mundus,id eſt,ſeruus ſanguinis,vnde Maria fuit tranſlata.
Dauid Chriſtus,qui dux fuit in diua virgine transferenda . Septem chori,ſunt ſeptem chori
ſanctoꝝ,angeli,patriarchæ,prophetæ , martyres, confeſſores , virgines,innocentes. Modo
quis vnq̃ cogitare ſuffecerit,aut quæ lingua proferet,q̃ glorioſe hodie regina mundi proceſſe
rit,quanto deuotionis affectu tota in eius occurſum cœleſtiū legionum prodierit multitudo?
Quantis ad thronum canticis ſit deducta,q̃ placido vultu,q̃ ſerena facie,q̃ diuinis amplexib⁹
G à filio ſit ſuſcepta,& ſuper omnē creaturam honorificentiſſime exaltata?
¶Dubitandum vtiq; nō eſt,quin Chriſtus ipſe dn̄s per ſe totus feſtiuus occurrerit,& cum Exod. 20
gaudio eā ſecū in throno collocarit,q alioqui nō impleſſet,q̃d in lege mādauit. Honora patrē
tuū & matrē tuā. Vtiq; dubitari haud ſane debet,qn(vt eccleſia pie credit)ad eandē ſuā glo- Cant. 1
rioſam matrē hoc ex Cāticis depromſerit. Veni electa mea,& ponā in te thronū meū,qa cō- Pſal. 56
cupiui ſpeciē tuā. Cui illa è diuerſo. Paratū cor meū dn̄e,paratū cor meū. Deinde,q cū Ieſu ve Sapiē. 3
nerunt. Hæc eſt,q̃ neſciuit thorū in delicto,habebit fructū in refectione animaꝝ ſanctarum.
Rurſus Chriſtus,cantor cantoꝝ. Veni de Lybano ſponſa,veni coronaberis. Nec,inquā, du- Can. 4
bitandū eſt,qn Chr̄s,verus ille Solomon,imò vel(teſte ipſo)plus q̃ Solomon,qa rex regū,do Matt. 12
minus dominantiū,ſurrexerit in occurſum matris ſuæ,adorarit q; eā,& ſederit ſup thronū ſuū Lucæ. 11.
poſitusq; fuerit thronus matri regis,q̃ ſedit ad dexterā eius,dixitq; ei petitionē vnā paruulā. 3. Regū. 2
Ego deprecor à te,ne cōfundas faciē meā. Et dixit rex: Pete mater mea,neq; eñ phas eſt,vt
auertā faciē tuā. Solomon eſt pacificus,qualis fuit Chriſtus,mater Solomonis Berſabee,i. pu-
teus ſeptē fluminum,& eſt Maria,in qua fuerunt ſeptē gratiæ,ſeptē dona ſpūs ſancti. O q̃ ve Lucæ. 1.
re potuit illa glorioſa virgo illud apud Lucam de ſe dicere, Quia reſpexit humilitatē ancillæ
ſuæ,Ecce eñ ex hoc beatā me dicent omnes generationes. O felix,o nobile caſtellū Maria ſi-
mulq; Martha(ſic eñ eccleſia hodie te p Euāgeliū celebrat)q̃d quum hoc in ſeculo ſuſcepiſti
hoſpitio p virginalē cōceptū & partū & laborē,hodie rurſus in ſuū te caſtellū,omni gloria &
maieſtate plenum ,ſuſcepit,teq; ſup choros angeloꝝ exaltauit,tuumq; in bonis deſiderium
repleuit,vbi vides deum facie ad faciē,gaudeſq; cum filio in æternū. Hæc eſt illa optima pars, Lucæ. 10
quā elegiſti optima Maria,quæ(teſtante Euangelio) nunq̃ abs te auferet. Iam demū,fratres
in dn̄o chariſſimi,deuotius apud vos recolligite,quantis laudum preconijs hæc illa dei mater
atq; noſtra, nunquā non ſit extollenda,quam tam gratioſe,tamq; glorioſe ſublimauit Chri-
ſtus dominus noſter. Recolligite,inquā, quid nobis agundum,vt & ipſi tā bonæ partis ſim⁹

Digitized by Google

poſt hãc miſeriaꝝ vallẽ participes, hoc eſt, ſi velimus in eandẽ cœli mãſionẽ locari? Nil ꝑfe
cto aliud, q̃ vt nos hic dñm Ieſum in noſtrũ caſtellũ, id eſt cor, hoſpitio, bona fide, virtuoſa-
q; cõtemplatõe & actione ſuſcipiamus: Siquidẽ paꝝ ſit audiſſe virginẽ glorioſam ad cęlos
adſumptã, niſi & ipſi nitamur ad cœlũ eleuari: Qđ equidẽ fore nõ putarim, niſi ſaluatorem
Luc. 11. prius ꝑ obſeruationẽ eius mãdatoꝝ nobiſcũ habeamus, qm̃ (vt Chr̃s ait) qui nõ eſt cũ Chri
ſto, cõtra ipm̃ eſt, & q non colligit cũ ipſo, diſpergit. Qđ ne fiat, Chr̃m diuæ Mariæ exẽplo
bonis operibus, inſtarq; Marthæ hoſpitio recipiamus. Id q̃d & interceſſione virginis atq;
matris Mariæ facilius fiet: nẽpe, cui Chrũs filius, verus Solomon, nihil plane ſit negaturus.

HOMILIA XCIIII. DE EO QVOD SCRIPTVM EST.
Heſter 8. Noua lux oriri viſa eſt, gaudiũ honor & tripudium
In vigilia natiuit. diue deipare virginis Marie.

NEMO pius eſt, qui vel poſſit vel debuerit dubitare quicq̃d vbiq; A
eſt veræ laudis in diuã virginẽ Mariã merito referri, qñ ea vel ſola
& vnica ſit, q̃ ſine exemplo dño Ieſu Chr̃o placuit, q̃ nec parem ha
buit, nec vnq̃ eſt habitura, quũ ſemel deũ & hoĩem, illeſa virginita-
Roma. 6 te, genuerit, qui, vt vltra nõ moritur, vltra aliunde non eſt naſcitu-
Mala. 4. rus, quæ quia Chr̃m, iuſtitiæ ſolẽ, (iuxta prophetam) peperit, adeo
om̃i eſt laude digna, vt fuerit excellentius à prophetis quidem pr̨e-
nuntiata, à patriarchis ritè figuris & ænigmatibus ꝓſignata ab euã
geliſtis exhibita & mõſtrata, ab angelo venerabiliter & officioſiſ-
ſime ſalutata: Hinc nemo dubitet, & in eius laudem trãſferri poſſe
noſtri proloquij verba. ¶ Noua lux oriri viſa eſt, gaudium, honor & tripudium, qui alio- B
qui olim de nobiliſſima ſimulq; pulcherrima Heſter dicta, in diuæ virginis Mariæ natiuita
tatem, quæ hodierna die recolit, perinde atq; figuratiua accõmodari poſſunt. Quis em̃ tam
ſcriptur̨e, figuraꝝ tam indoctus, qui ignoret per Heſter rectè figuratã fuiſſe diuã Mariam
deiparam? & thema ꝓfatum noſtꝝ om̃i ex parte eiuſdem virginis natiuitati ritè quadrari?
adeoq; om̃ia inibi conuenire, vt vel illa diuæ virginis inimicos, in ſe trahere queant? Quid
em̃, quæſo, In pulcherrima Heſter fuit, q̃d idẽ nõ veriſſime de diua virgine adfirmari haud
debeat & valeat? Pulchram nimis & facie decoram fuiſſe Heſter ſcriptura teſtatur, eandẽq;
pudoroſam, humilem, timoroſam, fidelem ac conſtantem mediatricem pro populo Iuda-
ico apud Aſuerum regem, diademate coronatã. ¶ Modo quæſiuerim, quæ vnq̃ Maria C
virgine pulchrior? ad quam vti ſponſam ſuã atq; matrẽ Chriſtus per ſcripturã dicit. Tota
Cantic. 4 pulchra es amica mea, & macula nõ eſt in te. Quæ virgine Maria timoroſior? nempe, quæ
etſi nullius ſibi criminis, etiam minimi, conſcia, ſalutatione tamen angelica audita, turbata
Luc̨. 1 in ſermone angeli adeò cogitabat, qualis eſſet ſalutatio, vt ad ipſam angelus dixerit. Ne ti-
meas Maria, inueniſti em̃ gratiam apud deum. Quæ autem ea pudoroſior, quæ virginita-
tem perpetuam profeſſa, verecundiſſime ad angelum ait: Quomodo fiet iſtud, quoniã virũ
non cognoſco. Quæ virgine Maria humilior? quum ipſa tametſi iam ex angeli teſtimonio
certa, ſe futurã eſſe deiparã, humili corde & ore dixit ad angelũ. Ecce ancilla domini. Non,
Apoca. 19 inquit: Ecce hera, dña, regina, dux, princeps, quãuis iam ex fide & reipſa mater eſſet domi-
1. Tim. 6. ni dominantiũ, regis regum, ducum ducis, principis principum. Quæ diua virgine fidelior
& conſtantior, quæ tp̃e paſſionis & amariſſim̨e mortis vnigeniti filij Ieſu Chriſti inter cu-
Johan. 19 neos Iudæoꝝ perfidoꝝ intrepida ſequuta eſt vſq; ad crucẽ filiũ dilectũ, ſaluatorem? quãuis
Sopho. 1. vt propheta ꝑdixerat, eius animã doloris gladius partrãſierit. Quæ etiã Maria virgine cer-
Zacha. 14 tius coronata, ad quã (vt nuper diximus) in cœlos anima & corpore adſumptã, Chriſtus in
Luc̨. 2 ſcriptura dixit. Veni de libano ſponſa mea, veni de libano, veni, coronaberis? An verè hæc
Cantic. 4
Matt. 12 ipſa apud filiũ pro nobis intercedat, dubium nõ eſt, quãdo veri ſit Solomonis mater, cuius
Luc̨. 11 faciem ille nequaq̃ ſit auerſurus, nec quidem fas eſt, quẽadmodũ ſuperioribus diebus abun-
de oſtendimus. ¶ Eſto igitur virgo Maria nobis vera eademq; inclyta, pulcherrima, pu- D
doroſa, humilis, timoroſa, fidelis, conſtans, mediatrix & coronata, in quam rectiſſime qua-
drat hiſtoria thematis. Legit quidẽ Heſter, q̃ figura eſt diuæ virginis, obtinuiſſe reuocatio-
nem ſentẽtiæ cõtra Iudæos latæ ab Aſuero rege pèr procurationẽ Aman proditoris: qñq-
dem Iudæi oẽs vna die erãt interficiendi, pẽdebatq; publicũ in ſuis mandatum. Sed Heſter
ingreſſa ad regẽ inuenit gratiã corã eo. Rex deinde, oſtenſa in ſignũ clemẽtiæ virga aurea
mãdatum ꝑ om̃es ꝓuintias reuocatoriũ dedit, vnde Iudæis noua lux oriri viſa eſt gaudium
& honor & tripudiũ. Nũc quæritur, qs verus fuerit Aſuerus? Nimiꝝ deus Max. quoniam
Aſuerus beatitudo (quæ deus eſt) interpretetur. Iuxta illud ſaluatoris. Hæc eſt aũt vita æter
Johan. 17 na, vt cognoſcãt te ſolum deum veꝝ, & quẽ miſiſti Ieſum Chriſtũ. Aman vero iniquus eſt,
quo

quo ſignificatur diabolus,cuius iniquitate & inuidia mors in orbem terrarũ intrauit.Hic em̃ Sapien.2
ſua nequitia contra omnes Iudæos,imò contra totum humanum genus in protoplaſto,in ſpe
cie ſerpentis,qui callidior cunctis fuit animantibus,chirographum quod contra nos erat,vt Geneſ.3
ex Paulo accipemus,procurauit,primosq́ parentes noſtros.Vnde omnes Iudæi,imò omnes Coloſſ.2
gentes originẽ trahunt,in eam tranſgreſſionẽ ſeduxit,vt natura,teſte apoſtolo,nati ſint filij Epheſ.2
iræ,mortisq́ (iuxta eũdem)obnoxiæ factæ:quum per vnum hominem peccatum in mundũ Roma.5
intrauit,& per peccatum mors.Cuius ſane ſententiæ vigor durauit,donec Heſter(quę inter-
pretatur eleuata in populis & præparata in tempore)venit,id eſt,virgo Maria:nimirũ eleua-
ta ſuper omnem puram creaturam,à totaq́ trinitate ab æterno præparata & ordinata,vt eſ-
ſet filij dei vnigeniti mater.Quam etenim Heſter,id eſt,Mariam vſq́ adeo rex Aſſuerus,id eſt Lucæ.1
deus Max.ſupra omnes mulieres adamauit,tamq́ illi fuit propicius & fauorabilis,vt ei p Ga-
brielem archangelum hanc inauditam ſalutationem perferri iuſſerit.Aua gratia plena, domi
nus tecũ,benedicta tu in mulieribus.Ne timeas Maria,inueniſti em̃ grãm apud deum.Hinc
eius amore motus & ſingulari in humanũ genus miſericordia pellectus,præfatum conde̅- Coloſſ.2
nationis edictũ in tempore gratię reuocauit,id quod & apl̃us ſatis euidenter innuit.Donans
(inquiens)vobis omnia delicta,delens,quod aduerſus nos erat chirographum decreti,quod
erat contrariũ nobis.Vnde tandẽ exortũ eſt in tenebris lumen,Ingreſſa per natiuitatẽ ab ho
neſtiſſimis parentibus Ioachim & Anna virgine Maria in hunc mundũ,Vnde profecto cun-
ctis hominibus iam antea per peccata in tenebris & in vmbra mortis ſedentibus viſa eſt lux Lucæ.1
E oriri noua,honor,gaudiũ,& tripudium. ¶O vere lux noua viſa eſt in huius virginis natali-
tio oriri.Quæ,inquã,lux noua?Diua,inquã,virgo Maria,quæ ſuo tandẽ partu nobis protu- Iohan.1
lit Chriſtũ Ieſum,ſplendidiſſimã illam lucẽ,quæ illuminat omnẽ hominẽ venientẽ in hunc
mundũ.Qua ſane noua luce viſa locus fuit prophetiæ,qua prædictũ fuit,populus gentiũ;qui
ambulabat in tenebris,vidit lucẽ magnã,habitãtibus in regione vmbræ mortis,lux orta ẽ eis Eſaie.9
F ¶Quamobrem catholica eccleſia in huius viginis natiuitate deuota cõcinit.Stella Maria
maris hodie proceſſit ad ortum.Cernere diuinum lumen,gaudete fideles,Lumen,inquã,vir
ginẽ Mariã omni gratia illum inatã,ſuisq́ virtutibus,hominibus,dum in terris fuit,lucentem
tanq̃ auroram prodeuntẽ in mundũ,quæ ſolẽ iuſtitiæ effudit.Quo etiam factũ,vt hodie vtra-
q́ tam militans q̃ triumphans eccleſia in huius quoq́ virginis natalitio admirabunda excla-
mat per ſcripturã.Quæ eſt,inquiens,iſta,q̃ progreditur quaſi aurora conſurgens,pulchra vt Cant.6
luna,electa vt ſol.Merito aurora,Maria,quæ hodie ante lucidi veriq́ ſolis exortum proceſ-
ſit,quam ſequutus eſt Chriſtus ſol iuſtitiæ,& verũ mundi lumen,quod humano generi hor-
rẽdis in tenebris obuerſanti feliciter illuxit,quod cæcutientibus infulſit mentibus hominũ,&
G poſt diuturnam caliginẽ cœlitus ortum,noſtris oculis apparuit. ¶Iuſte igitur & hodie Ma
ria per corporalem natiuitatẽ oĩbus hoĩbus viſa eſt oriri lux,quæ verã de ſe lucẽ protulit:&
quidẽ noua lux,quippe,cuius alia lux ſimilis non fuit,nec alia futura,quũ ea ſit de qua dicit ſcri
ptura:Creauit dñs nouum ſuper terrã,fœmina circumdabit virum.Cui aũt,quæſo,homini Hiere.31
in tantæ lucis exortu non ſimul viſus eſt oriri honor?quo deinde ortus eſt ille,cui(ſecundum 1.Timo.1
apoſtolum)ſoli honor eſt & gloria.Et reuera honor ſuboriri viſus eſt,nata glorioſa virgine
Maria,quæ adeo in omni virtutum genere honorabilis fuit,vt eccleſia hodie concinat.Nati-
uitas eſt hodie ſanctæ Mariæ virginis,cuius vita inclyta cunctas illuſtrat eccleſias. Eſt igitur
hæc inclyta virgo Heſter decus & honor omnium virginũ & mulierũ,Vnde hæ quicquid vſ-
piam eſt aut fuit virtutũ perinde atq́ ex luciſſima Idæa colligere queant.In cuius virginis
ortu oriri quoq́ viſum eſt humano generi gaudiũ & tripudium,quoniam in eo per natiuita-
tẽ Mariæ deleri primũ cœpit diaboli contra nos chirographũ,totiusq́ humanæ ſalutis naſci
exordium:quandoquidẽ impoſſibile fuerit,vt humani generis redẽptio fieret,niſi dei filius
de virgine naſceretur,ita etiã neceſſariũ fuerat,vt virgo,ex qua verbũ fieret,naſceretur.
H ¶Nonne igitur oĩbus hodie viſum oriri eſt gaudiũ & tripudium,quum hac ſacratiſſima die
illa nobis genita ſit,ſine qua naſciturus non erat Ieſus Chriſtus,qui nos olim captiuos à carce
re redemit,mortuos à morte æterna exemit,perditos reſtituit,exules de exilio miſeriæ ad pa
triam æternæ beatitudinis reduxit,& cæcos vera fide ad veram viam pacis illuminauit.Certe
omnibus in hac natiuitate ſuborta eſt noua lux,honor & gaudium.Vnde & eccleſia canit.Na
tiuitas tua dei genitrix virgo,gaudium annuntiauit vniuerſo mundo,Ex te enim ortus eſt ſol
iuſtitiæ,Chriſtus,noſter deus,qui ſoluens maledictionem,dedit benedictionem,& confun-
dẽs mortem,donauit nobis vitam ſempiternam.

¶HOMILIA XCV. DE EO QVOD ECCLESIA CANIT, Hodie nata eſt virgo Maria ex progenie Dauid Alleluia

In ferijs natiuit. diue deipare virginis Marie.

Digitized by Google

QVANTO gaudio ſimulq́; tripudio hæc ſit dies, qua nata eſt diua A
virgo Maria, toti humano gñi celebrãda, heri in delubro eidẽ vir-
gini ſacro, ita multis oſtẽdimus, vt idipſm nũc minus putẽ repeten-
dum, qñ non dubitẽ ab illis, qui cõtioni nr̃æ interfuerũt, alĳs quoq;
qui abſuere, aut fuiſſe cõmunicatũ aut eſſe adhuc cõicandũ, ideóq;
in hac noſtra Homilia, quã breuẽ eſſe volumus, duo dũtaxat, & q-
dem primo in dei Opt. Ieſu Chriſti gloriã, in quẽ conſtat cõferri,
quicquid in eius matrem adeóq; in om̃es eius fratres.i. qui patris
æterni voluntatẽ faciunt, vel laudis vel vituperĳ cõfertur, & dein-
Matt.25 de cõtra eos, qui tãtæ virginis laudibus, nullis nõ technis detrahere
hactenus moliti ſunt, acturi ſumus. ¶ Et ſanè primo excrucior, eoſq́; qui ſola temeritate B
leuitateq́; ducti citra omnẽ cauſam laudibus diuæ virginis detrahunt demiror: nẽpe in cu-
ius alioqui honorẽ eandẽ virginẽ deus Max. adeò honorauit, vt eã ab æterno ex om̃ibus di
Prouer.8. gnã ſelegerit, q̃ Ieſu Chriſti, filĳ ſui vnigeniti, mũdi ſaluatoris mr̃ eſſet, vñ ipſamet humili-
ter p ſcripturas gloriatur, dicẽs. Dñs poſſedit me ab initio viarũ ſuarũ, anteq̃ quicq̃ faceret à
principio, ab æterno ordinata ſum, quã & archãgelus glorioſa ſalutatõe veneratus eſt, in-
Lucę.1 quiens. Aue Maria gratia plena, dñs tecũ, benedicta tu in mulieribus, quã prophetæ ſancti
pdicẽdo glorificarunt. Eſaias quidẽ ait, Egredief virga de radice Ieſſe. Et idem, Ecce virgo
Eſaiæ.11. cõcipiet & pariet filium. Item quã patriarchæ figuris pſignarunt. Siquidẽ de qua Ezechiel
Eſaiæ.7. ait: Porta hæc clauſa erit, & nõ aperietur, & vir nõ trãſiet per eã, qm̃ dñs deus Iſrael ingreſ-
Ezec.44 ſus eſt per eã, eritq́; clauſa principi. Et qd per rubũ, quẽ Moyſes viderat, typice ſignificatũ
Exodi.3 eſt, niſi beata virgo Maria, q̃ per ſui cõtemptũ humilis, per virtutũ exercitiũ aſpera contra
mollitiem, viridis p fidẽ, florida per caſtitatẽ fuit? Dño itaq; apparente in rubo, flãma rubũ
Lucę.1 nõ leſit, & filio dei carnẽ in virgine ſumẽte, obumbrãte ſpũs ſancti gratia, pudor virginalis
illeſus pmanſit. Ideoq́; Moyſes admirabundus dixit. Vadã & videbo viſionẽ hãc magnã.
Exodi.3 Quã & Euãgeliſtæ exhibuerũt & monſtrarũt. Siquidẽ Iohãnes in Apocalypſi inquit. Et ſi-
Apoca.12 gnum magnum apparuit in cœlo. Mulier amicta ſole, & luna ſub pedibus eius, & in capite
Cantic.6 eius corona duodecim ſtellarũ, quę & terribilis caſtrorum ordinata figuraf acies in canticis:
Geneſ.3. qm̃ terribilis fuit dæmonibus, q̃d ſuæ ptãtis pede cõtriuerit caput ſerpentis, & totam mali-
Cantic.6 gnorũ ſpirituũ cateruã tanq̃ cœleſtiũ acies caſtrorũ profligat, atq; in trepidã fugã cõuertit.
De qua & Solomon in perſona, vtriuſq; eccleſiæ cecinit. Quæ eſt iſta, quæ progredif, quaſi
aurora cõſurgens, pulchra vt luna, electa vt ſol, aurora, inquã, virgo Maria nominaf, nam
depulſa & ignorãtiæ & vitiorũ nocte, ad veri ſolis ortũ ſuo ſplendore puenit. Luna vero, q̃ a
nobis in caligine noctis huius mũdi oberrãtibus ſuũ lumen benigniter impendit. Item ſol,
quod totũ mundũ ſuarũ virtutũ & gratiæ fulgore illuminat.

¶ Cum igif tãta ſit huius virginis ſublimitas, vt eã deus Max. electione ſingulari honora- C
rit, ora prophetica deſignarint, Solomonis cantica cecinerint, Patriarcharũ figuræ pſigna-
Lucæ.11. rint, Euãgeliſtæ monſtrarint, Euãgelica vox ſalutãdo venerata ſit, & demũ Eliſabethæ, al-
teriuſq́; mulieris præconia beatã prædicarint. Sanè excrucior nedum demiror, quid tãta in
illam beatiſſimã ſimulq́; Opt. virginẽ inſania & impietate debachati ſint, vt perfricta fron-
te eandem neſcio quã ancillã impudẽti ore nuncuparint, cuius laudum præconia ne audi-
re quidem potuerunt: obĳcientes videlicet, eã vel nolle laudari vel nulla eſſe laude dignam
qm̃ ſcriptura nihil aut parũ de eius vita, eiuſq́; laude cõmemoret. Verum enimuerò, qua ſit
ipſm cauſa factũ, & quãto ſit ideo diua virgo Maria laude dignior, nuper multis rationibus
& ſcripturis diſputauimus. ¶ Præterea, quid dicẽt Oſores ad Melchiſedech, de cuius ne- D
Heb.7 q; vita neq; morte ſcriptura aliquid habet: nẽpe quem Paulus ſine patre, ſine matre, ſine ge
nealogia fuiſſe, neq; initiũ dierũ, neq; finẽ vitæ habuiſſe adfirmat? Nunqd ille propterea in-
Pſal.109. glorius apud nos eſt & olim habẽdus? Nequaq̃, quũ ille adeo filio dei fuerit adſimilatus, vt
Geneſ.14 dei mãſerit ſacerdos in æternũ, nã & Chriſtus ſacerdos factus eſt ſecũdum ordinẽ Melchi-
ſedech, quũ hic, vt ſcriptura teſtatur, rex Salem, proferẽs panẽ & vinũ ſacerdos dei altiſſimi
fuerit. Sic ſanè non ideo diua Maria ingloria eſt cenſenda, q̃d de eius vita eiuſq́; laude parũ
dicat ſcriptura, quæ tamen (ſi acutius & religioſius ipſa accipiatur) paucis plurima de ea re-
ferat, quẽadmodum & nuper recenſuimus. In nouo quidẽ teſtamẽto ſimplicibus apertiſq́;
Eſaiæ.11. ſinè fuco verbis, In veteri aũt teſt. figuris & trãslatitĳs typis. Sicuti hodie eccleſia catholica
illã ipſam virginem celeberrimã fuiſſe ex regali progenie, vtpote ex ſemine Ieſſe & Daui-
dis natã decantat, inſtructa prophetæ teſtimonio dicentis. Egredietur virga de radice Ieſ-
ſe, & flos de radice eius aſcendet, vbi certe nomine virgæ, ſacratiſſima virgo, & noĩe floris,
dñs noſter Ieſus Chr̃s accipiẽdus ẽ, q̃ ex regali progenie exorta refulget, ac de ſtirpe Dauid
nata. Virgula, inquam, floris, qm̃ ex ea flos ille ſuauiſſimus prodĳt, cuius odore bono, totus
mũdus ad vitã reuocatus eſt. ¶ Nec eſt, q̃d in hoc vel in alio, q̃d ab eccleſia aliunde in hu- E

ius vir-

Digitized by Google

ius virginis vel alterius ſancti vitã, mores atq; decorem trãſlatũ eſt, perinde falſum ſiue erro
neum cauillari attentent, q̃ſi in alium ſenſum retortum, quã ſit primo prolatum, id q̃d ec-
cleſia inprimis de btã virgine facere ẽ ſolita, &c. Siquidẽ reſpondendum eſt, hoc erroris & Iohan.14
falſi in eccleſiã reijci nequaq̃ poſſe, quũ ea in negocio fidei, religionis, pietatiſq́; errare ne- Matt.28
queat, quæ & Chriſtũ, viã, ſemitã, vitã, veritatemq́; ſecũ vſq; ad cõſumationẽ ſeculi habeat, 1.Timo.3
& ſpiritum ſanctũ perpetuũ nacta ſit inſtructorẽ, quã propterea apl'us firmamentum & co
lumnã veritatis appellat, cuius iudicio ſi nõ acquieuerim⁹, forte nec euãgelio, quo vtimur,
acquieſcẽdum erit, quod illius cenſura perinde iuſtũ, verum, rectumq́; eſt iudicatum. Hinc Actoꝝ.15
(& merito quidem) tanta ſemper fuit eccleſiæ authoritas, vt eius ſententiæ etiã in ijs, quoꝝ
ratio non eſt percepta, obtemperãdum ſtandumq́; ſerio cenſuerũt. Sileo in ijs typicis ſcri-
pturis, quæ ab eccleſia à primo ſenſu, quo primũ ſcriptæ ſunt, ad aliũ depromptæ ſunt ſen-
ſum, quæ vtpote tam apertam tamq́; conformem & piam illius continent habitudinem &
affinitatem ad illud, quo de primum illæ ſunt conſcriptæ, quemadmodum eſt hæc in Eſaia
ſcriptura. Egredietur de radice Ieſſe virga, & flos de radice eius aſcendet, nimirum q̃ pro- Eſaiæ.11
ſus cõueniat diuæ virgini Mariæ, quæ virga gracilis humilitate, & regia dignitate, flexibi-
lis pietate, flos aũt ipſe Chriſtus propter puritatẽ intelligitur: quippe, qui ſine omni labe à Eſaiæ.53
ſpiritu ſancto conceptus ſineq́; peccato à perpetua virgine natus eſt, & qui peccatum non 1.Petri.2
fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius, nec in eo, vt Iohãnes ait, pctm̃ fuit. 1.Iohan.3

F ¶ Et ſanè niſi eiuſmodi eccleſiæ ſcripturaꝝ trãſlationes atq; typos admiſerimus, parum
vel nihil de Chriſto, ſeruatore noſtro Meſſia, deq́; eccleſia fidei habebimus, quũ vel potiſſi-
mum Chriſtũ verũ illum Meſſiam in lege olim promiſſum credidimus eundẽq́; dei filium,
fatemur, qm̃ in eum ſcripturæ de Meſſia traditæ cõquadrent, quibus & ille ſemetipſum a-
deoq́; eius Apoſtoli ipſum eiuſmodi eſſe probarũt, qm̃ ſcripturæ in eo cõueniſſent, imple-
tæq́; eſſent. Id q̃d & verũ eſt idemq́; rectũ, qm̃ hæc omnia. ſ. antiquitus acta illis in figura cõ
tingebãt, quæ & vmbra fuerũt bonoꝝ futuroꝝ, quæ quidẽ vmbra trãſiit, veritate ingreſſa. 1.Cor.10

G ¶ Sic etenĩ rectiſſime cõtra om̃es aduerſarios hodie catholica eccleſia diuã Mariã ex regia Heb.10
ſtirpe prognatã canit inquiens. Regali ex progenie Maria exorta refulget, ex ſemine, in-
quã, Dauid regis, qui à Ieſſe progenitus proceſſit, ita, vt pie ac vere eccleſia hoc Eſaiæ vſur-
parit. Egredief virga de radice Ieſſe. Id quod & eadem eccleſia probãdum duxit hodierno
Matthæi Euãgeliſtæ Euãgelio, quod in huius virginis regium ortũ rite legendũ inſtituit.

H ¶ At inquiunt iſti, hoc ipſum Euãgelium nihil ad regiã diuæ Mariæ natiuitatẽ compro-
bandã facit, quum in eo nõ Mariæ, ſed Chriſti generatio deſcribitur ex ſemine Dauid, vn-
de Ioſeph, Chriſti Ieſu pater, Mariæ coniunx originem traxit.

I ¶ Quibus reſponderim, id Euãgelij plurimũ ad Mariæ generationẽ facere quãdoqdem
Ioſeph viro diua virgo vere deſponſata fuerit. vnde conſtet eandem de eadem tribu regia, Mat.1
de qua Ioſeph, originẽ traxiſſe, qm̃ mulier viro alterius tribus nubere nõ potuerit, quando Luc.1
ad ipſam pertineret hæreditas paterna. Et ſic inibi colligitur, non fuiſſe cõſuetudinis, vt in
mulierum generationibus ordo texeretur, deindeq́; ex vna tribu fuiſſe, Ioſeph & Mariam,
vnde ex lege eam accipere coactus fuerit, vti propinquã. Id quod luculenter ex numeroꝝ Nume.36
libro deducitur, in quo Moyſes ait. Nubãt quibus volunt, tãtum vt ſuæ tribus hominibus,
ne cõmiſceatur poſſeſſio filioꝝ Iſrael de tribu in tribum. Om̃es enim viri ducent vxores de
tribu & cognatione ſua, & cunctæ fœminæ de eadem tribu Maritos accipient, vt hęreditas
permaneat in familijs, nec ſibi miſceãtur tribus, ſed ita maneãt, vt à domino ſeparatæ ſunt.
Sic etenim credimus & Mariam fuiſſe in cognatione Dauid regis, quoniam eius ſcripturis
credimus, quæ vtrũq; dicunt & Chriſtum ex ſemine Dauid ſecundum carnem, & eius ma-
trem Mariam, non cum viro concumbendo, ſed virginem. Quũ itaq́; virgo Maria Ioachi
mo patri vnica eſſet, viro ſuæ tribus, qui erat Ioſeph, ex lege nubere coacta fuit. Cuius nati
uitatis modum eſt videre ex Cronicis Bedæ, & in quodã libello, quem ſe Hieronymus ad-
huc adoleſcentulus legiſſe teſtatur, & aliquoto poſt tempore rogatum tranſcripſiſſe. Equi-
dem hic & in præſentia ſuffecerit rationibus & veridicis ſcripturis probatum, diuam vir-
ginem cõtra omnes impios ſuos inimicos ex regia ſtirpe natam eſſe, ideoq́; vere eccleſiam
hodie canere.

K ¶ Hodie nata eſt virgo Maria ex progenie Dauid alleluia, quod non proinde canit, quia
referat ex nobili ſtirpe quenpiam naſci, quum apud deum nulla ſit perſonarum acceptio, Actoꝝ.10
quum & Chriſtus deus & homo pauperculos ſibi rudeſq́; piſcatores coadiutores ac fratres
ſelegerit, verum, vt ſua veritati contra pſeudopræcones, defenſio apud ſimpliciores nõ de-
eſſet, quibus illi diu multumq́; imponere vel ideo moliti ſunt, vt falſo perſuaſa diuæ virgi-
nis ignobilitate, Chriſto denique ſeruatori noſtro adeoq́; fidei chriſtianę ſua derogaretur
authoritas, quam catholica eccleſia hodie lætabunda decãtat, dicens: Hodie nata eſt virgo
Maria ex progenie Dauid, Alleluia.

Digitized by Google

HOMILIA XCVI. DE EO QVOD SCRIPTVM EST, PRI. MA chabæoꝝ.1. Nos vero pugnabimus pro aïabus noſtris & legibus noſtris.

In ferijs diui Mauricij contra turcas

1.Mac.3.

QVONIAM VT Nuper oſtendimus, plurima ſcripturaꝝ loca ex A
ſuo primo ſenſu vł ideò rectè & concinnè in aliũ deinde ſenſum trāſ-
ferri ꝗunt, ꝗa magna vtrobiꝗ; accedat affinitas neſcio ſanè ꝗd cōcin
ni⁹ & aptius in diuũ Mauriciũ fortiſſimũ Chr̄i athletā, cui hæc dies ſa
crā eſt, depromi poſſit, ꝙ̄ hæc verba. Nos vero pugnabimus ꝓ aīa-
bus noſtris & legibus noſtris, quæ alioqui de fortiſſimo Iuda Macha
bæo ſcripta ſunt. Quia etem̄ inter noui teſtamēti p̄res & veteris ma-
gna eſt cognatio affinitasꝗ; virtutũ, iiſdēꝗ; bonoꝝ opeꝝ ꝗbus enī
tuiſſe legunt pleriꝗ; antiq, veri dei cultores & ꝗ ſub lege euāgelica in-
ſigni vitę ſanctimonia reſplēduerũt, certi ob eā virtutũ germanitatē
& officij dignitatisꝗ; in dei miniſterio idētitatē, ꝗs iure improbauerit ea quę in vet. teſt. vł de
Abrahamo vł de Ioſeph, vł de Moyſe, vł de Araone, vł de Dauide, vł de hoc genus alio ꝗpiā
antiꝗ p̄re, eoꝗ; viro ſctō tradita ſunt, accōmodari ad illuſtres ſctitate viros nouę legis, ſingula
ri aliꝗ virtute cũ priſcis illis p̄ribus conſpirātes? Nulli ꝓfectò recta rōne nitēti abſurda videri
debet, aut īepta hæc laudis priſcoꝝ ad recētiores applicatio atꝗ; traductio. ¶Id ꝗd vt aleas B
ita hodie in primis puto locũ hr̄e, qñ ꝙ fortiſſim⁹ ille dux Iudas Machabęus ad ſuos fr̄es, adeo-
ꝗ; ad ſuos cōmilitones dixit, dixiſſe fingo diuũ Mauriciũ ad ſuos in bello cōmilitones, cōſona
fretus vtrobiꝗ; rei vicinitate. Quēadmodũ em̄ mortuo Matathia, ſacerdote ſummo ī Hierl̄m
Iudas filius eius, ꝗ vocabatur Machabęus, militię pricēps ab ip̄o p̄re cōſtitutus ſurrexit aduer-
ſus Seronē principē exercitus Syrię (erat em̄ is à rege Antiocho copiaꝝ Impator electus) ꝗ Iu
dęos partim coegerat ad Idololatriā, ꝑtim coacturus quēadmodũ inquā aduerſus illũ Seronē
Iudas Machabęus ſurrexit ꝓ tuēdis ſuis, ꝗ ob metũ validiſſimi exercitus, à maioꝝ ritu defi-
cere, vt aliꝗ & ꝗdē infiniti iā añ defecerāt, moliebāt, idēꝗ; ad illos forti aīo & cōſolatorio dixit:
Nō timeatis cōtra tā fortē gētiũ multitudinē pugnare in paucis militibus: facile em̄ eſt cōcludi
m̄ltos in manu paucoꝝ, & nō ē dr̄ia in cōſpectu dei cęli liberare in m̄ltis & in paucis, qm̄ nō in
multitudine exercitus victoria belli, ſed de cęlo fortitudo ē. Ipſi veniũt ad nos in multitudine
cōtumaci & ſupba, vt diſperdāt nos & vxores nr̄as & filios nr̄os, & vt ſpoliēt nos. Nos vero pu
gnabimus ꝓ aīabus nr̄is, & legibus nr̄is, & ip̄e dn̄s cōteret eos añ faciē nr̄am. Eſtote ergo ęmu
latores legis, & date aīas vr̄as ꝓ teſtamēto p̄rm, & memētote opeꝝ p̄rm, quę fecerũt in gene-
ratōibus ſuis. Qua ſanè verboꝝ virtute illos vſꝗ; adeò cōfirmauit, vt nō modo cōtra inimicos
vnà ſecũ aīoſe iuerint, ſed & mirifica potiti victoria tandē in ritu ſuo veteri vſꝗ; in ſęuiſſimā
mortē durauerint, quũ inter alios Machabæi ſeptē fr̄es, ab vna m̄re Machabęa geniti, ob p̄-
naꝝ traditionũ obſeruantiā, ab Antiocho rege ſęuiſſimo in Antiochia martyrij gl̄ia coronati C
ſint cũ m̄re ſua, atꝗ; ſepulti cũ magna veneratōe ibi quieſcũt. ¶Ita nimiꝝ (vt deueniamus ad
cōparationē) cũ Galli exercerēt exercitũ in Romanos, colligeretꝗ; dux Aegypti, vñ ſocij diui
Mauricij fuere ex Thebis ciuitate, vnde legio Thebanoꝝ dicta, exercitum, eſſetꝗ; in eo diuus
Mauricius, legionis dux ac princeps, cētꝗ; eius milites coacturus tyrānus ip̄e Maximianus ad
adorandũ Idola, adꝗ; deſerendā fidē, adeoꝗ; in eos, ꝗ dijs gētiliũ ſacrificare recuſarũt, ſęuiret,
vt decimũ quēꝗ; decollari iuſſerit. Quos vbi gaudentes, vnũ añ alteꝝ ad martyriũ feſtinare di
uus & īclytus dux Mauricius vidēs, ait ad eos: Cōgratulor vobis, ꝗa ꝓ fide Chr̄i oēs mori para
ti eſtis. Et deinde ad reſiduos adhuc ſupſtites cōuerſus, ne vł minis vł tormētoꝝ terrore defice
rēt, aīoſo nimiꝝ corde hortatus eſt. Nunc ergo ò filij inquiēs (ita em̄ dixiſſe nō impiè credit)
æmulatores eſtote legis, & date aīas vr̄as ꝓ teſtamēto p̄rm, & memētote opeꝝ p̄rm, quę fece
rũt in ſuis generatōibus, & accipietis gl̄iam magnā & nomē ęternũ. Ne timueritis: nos em̄ pu
gnabimus ꝓ aīabus nr̄is & ꝓ legibus nr̄is. Qua ſanè adhortatōe vſꝗ; adeò vniuerſos cōſolatus
eſt, vt vſꝗ; in mortē cōſtantiſſimi pſeuerauerint, anteꝗ̄ legē euangelicā adeoꝗ; ipſam fidē de-
ſererent, ad Imperatorē impiũ, dicentes: Imperator milites tui ſumus, ſerui aũt Chr̄i, tibi debe
mus militiā, illi innocentiā, oīa eius noīe tormēta ſubire parati ſumus, & ab eius fide nunꝗ̄ diſ-
cedemus. Quod audiēs Imperator impius admoto exercitu, oēs, paucis euadētibus, martyres
dn̄o cōſecrauit. Vñ cuilibet vł l̄ris ſacris mediocriter exercitato patet, ꝙ̄ rectè quāꝗ; cōcīnè ab D
ore Iudę Machabęi ad diuũ Mauriciũ, īclytũ Thebanę legiōis ducē deprōpta ſint nr̄i thematis
verba. ſ. nos vero pugnabimus ꝓ aīab⁹ nr̄is & legibus nr̄is. ¶Quibus ꝓculdubio verbis vł hac
potiſſimũ tēpeſtate rectiſſime ē vſurus ꝗlibet Chr̄ianus ꝑlat⁹ ad ſuũ ppl̄m ſubditũ, cui⁹ ip̄e dux
eſt atꝗ; rector, ingruētibus paſſim tot tāꝗ; crudelibus tyrānis atꝗ; inimicis, ꝗ ip̄m Chriſtianũ
ppl̄m ab eoꝝ legib⁹. i. mādatis à Chr̄o Opt. datis, adeoꝗ; à vera religiōe veteriꝗ; ecclię ritu, nō
ſec⁹ atꝗ; Antioch⁹ Machabęos, Maximian⁹ꝗ; Thebanos athletas ad fidē ꝑuerſā; ſupſtitionēꝗ;
deteſtan

Digitized by Google

deteſtãdam inſidijs & armis cogere neqter ſatagũt. Aduerſus q̃s licebit vnicuiq; plato ſuos
admonere & dicere. Nũc ergo o filij æmulatores eſtote legis, & date aĩas vr̃as p̃ teſtamento
E patrũ, & q̃ ſequunt̃ reliq. ¶ At q̃ ſunt tot tãq; ipſi tyrãni q̃ hac potiſſimũ tẽpeſtate nos adori-
unt? Tres ſunt. Diabolus, Caro atq; mũdus. Sanè ij tres nr̃æ ſalutis iimiciſſimi, mille modis
conant̃ nos à vera fide & religiõe alio ſeducere, nec quieſcũt p̃ diẽ nec p̃ noctẽ. De diabolo 1. Petri. 5
quidẽ admonẽs Petrus ait, Sobrij eſtote & vigilate, q̃a aduerſarius vr̃ diabolus tanq̃ leo ru-
giẽs circuit, q̃rens quẽ deuoret, cui reſiſtite fortes in fide. Et ap̃ſus q̃q;, Induite vos, inquit, Ephe. 6.
armaturã dei, vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli, vt poſſitis reſiſtere in die malo, & in
oĩbus p̃fecti ſtare. In oĩbus ſumẽtes ſcutũ fidei, in q̃ poſſitis oĩa tela neq̃ſſimi ignea extingue
re, & gladiũ ſp̃us, q̃d ẽ verbũ dei, p̃ oẽm orõnẽ & obſecrationẽ, orãtes oĩ tp̃e in ſp̃ũ. Et Iac.
ait. Subditi ergo eſtote deo, reſiſtite ãt diabolo & fugiet à vobis. Appropinquate deo, & ap Jacobi. 4
propinq̃bit vobis. De carne vero inimica, q̃ nil aliud ẽ q̃ carnalis illa & ſenſualis in nobis cõ Galatt. 5
cupiſcẽtia ad ea, q̃ carni placẽt, p̃uocãs, ap̃ſus ait. Caro em̃ cõcupiſcit aduerſus ſp̃m, ſp̃us aũt
aduerſus carnẽ. Hęc em̃ ſibi inuicẽ aduerſant̃, vt nõ q̃cũq; vultis illa faciatis. Idẽ alio in loco Ephe. 6.
Nõ em̃, inq̃t, nobis tm̃ ẽ colluctatio aduerſus carnẽ & ſanguinẽ. Hinc Iaco. ait. V ñ bella & Jacobi. 4
lites ĩ vobis? Nõne ex cõcupiſcẽtijs vr̃is q̃ militãt in mẽbris vr̃is. Quę carnis ſunt tela? Eius
ſunt op̃a. Quę? Sũt ſcd̃m Paulũ, fornicatio, imũditia, ſupbia, ira, iuidia, ebrietas, comeſſatio Galatt. 5
ĩpudicitia, hocq; genus vicia reliq, q̃bus nos caro à ſp̃ũ retrahit, & dãnatõi idololatrięq; de-
dit. Quib⁹ modo armis iſthęc carnis deſideria repellunt̃? Cõtrarijs inquã, virtutib⁹, vtpote
caſtitate mũditia, hũilitate, benignitate, charitate, ſobrietate, abſtinentia, pudicitia, & hoc
gen⁹ virtutibus alijs, ita vt ſp̃e oppoſita ſe mutuo vincãt. At, q̃ris, q̃lis aut q̃s ẽ mũdus, q̃ non
eſt aduerſari⁹ & tyrãnus? Certe mũdi appellatõe ſc̃tã ſcriptura nõ aliud itelligit, q̃ homines Johan. 15
ſecularia deſideria, resq; mũdanas ac plane carnales vitioſasq; ſectãtes. Sic Chr̃s inq̃t. Si mũ Jacobi. 4
dus vos odit, ſcitote, q̃a me priorẽ vobis odio habuit. Et Iac. Amicitia huius mũdi, inimica 2. Johã. 5
eſt deo. Et q̃cũq; vult amicus eẽ huius mũdi, inimicus dei cõſtituit̃. Et Iohã. ait. Totus mun
dus in maligno poſitus ẽ. Sũt ergo mũdus oẽs vulgo p̃ctõres, & ſpecialiter ſchiſmatici apo
ſtatęq; quẽadmodũ p̃fidi turcæ, q̃ plane modis oĩbus ſunt fugiendi & fugandi, vbi nos ſuis
blãdimẽtis carnalibusq; ſuis dogmatibus, vel armis etiãnũ à vero dei cultu atq; religiõe ve-
teri retrahere moliũtur, p̃textu quidẽ pietatis oẽm iniquitatẽ occultãtes, alieniſſima q̃q; ab
Euãgelio tradẽtes, qui p̃pterea vt p̃ lætale æternę mortis venenũ ſunt fugiẽdi. Hinc ap̃ſus.
Nolite, inq̃t, cõformari huic ſeculo, ſed reformamini in nouitate ſenſus vr̃i, vt p̃betis, q̃ ſit Roma. 12
volũtas dei bona, & bñplacẽs & p̃fecta. Q̃d aũt vere p̃ mundũ intelligant̃ turcę & q̃q; peſſi-
mi ſchiſmatici ac hæretici, qui hac p̃ſertim miſera tẽpeſtate ad illos in om̃i cõuerſatõe de-
ficiunt, teſtimonio eſt Euãgeliſta, inquiẽs. Chariſſimi, nolite om̃i ſp̃ui credere, ſed probate
ſp̃us ſi ex deo ſint, q̃m multi pſeudo prophetæ exierũt in mundũ. Ipſi de mũdo. i. de carnali 1. Johã. 4
F deſiderio ſunt, ideo de mũdo loquunt̃, & mũdus eos audit. ¶ Cũ ijs ideo tã nõ debemus
& in eoꝝ ritus cõſentire, vt etiã cõtra eos mortẽ ſubire nõ refugiamus, pugnaturi p̃ ania-
bus nr̃is, q̃s iſti p̃dere ſtudẽt, proq; legibus nr̃is, q̃s ijdẽ delere moliunt̃, ſuasq; ĩpudẽtiſſimas
& maxime diabolicas obſeruãtias p̃nitioſe intrudere. Quibus anq̃ cõſentiam⁹ longe ſatius
eſt duriſſimã oppetere mortẽ, & cũ fortiſſimo Iuda Machabęo dicere. Accingimini & eſto 1. Mac. 3.
te filij potẽtes, & eſtote parati in mane, vt pugnetis aduerſus natõẽs has, q̃ cõuenerũt diſper
dere nos, & ſc̃tã nr̃a, q̃m melius eſt nos mori in bello, quã videre mala gentis nr̃æ & ſc̃toꝝ.
Sicut aũt fuerit volũtas in cœlo, ſic fiat. Nec timẽda ẽ multitudo, quũ ex ea nõ venit belli vi-
ctoria, ſed de cœlo ẽ fortitudo. In cõſpectu em̃ dei nõ eſt differentia liberare in multis & in
paucis. Id q̃d vt alias ita nup̃ in inclytiſſimo nr̃o Imp. Carolo. V. aduerſum Gallos, qui ĩ va
lidiſſimo & nũeroſiſſimo erãt exercitu apud Mediolanũ. Sileo ĩ hac turcaꝝ ſentina, vbi vix
decimus q̃ſq; vir bellicoſus ẽ, ſed plęriq; oẽs molles, effęminati, vitioſi, & ex oĩs natõis exter
G næ fæce coacti atq; ſua natura & origine nihil alieni. Id q̃d vt clarius fiat. ¶ Sciẽdũ velim,
duo eſſe infideliũ gñа, q̃ populũ chr̃ianũ maximis detrimẽtis atq; ærũnis adfecerũt, q̃tidieq;
adficiũt Turcaꝝ. ſ. & Sarracęnoꝝ. Sũt ãt Sarracęni appellati à Saraca, parte Arabiæ populi
poſt Nabathęos, q̃s nũc appellamus, q̃bus Aegypt⁹ paret & Syria & Paleſtina oẽs penè ſer
ui venales ſimul cũ Sultano trãs mare, nec ex vna quapiã empti natõe. Sed alij ſunt Sauro-
matę, alij Sarmatę, alij Gothi, alij Alani. Nõnulli Græci, plęriq; Illirici, & alij ex alia gẽte ac
H lingua, q̃ primo vi coacti à p̃ria religione ritúq; defecere. ¶ Ab ijs haud admodũ diſſimi-
les Turcę, appellati à Turcia, regiõe Aſiæ, q̃ eſt tertia pars orbis terraꝝ, populi, q̃ primũ fu-
gitiui Scytaꝝ ſerui ex horrẽtibus illis cautibus, vaſti caucaſi ĩ Perſida ſeſe ac Mediã mẽdici
& famelici receperũt, nulla deinde ſua ſed chr̃ianoꝝ pecunia, cõducto peregrino milite &
eo quidẽ nõ admodũ multo, & cõtinua dep̃datõe bellãdiq; aſſiduitate eo puecti, nũc nemi-
ne (vt ita dixerim) repugnãte intra ſynũ Adriaticũ nõ ita longe ab Italia, aliasq; ab Hunga
ria, Carinthia, Schlauoniaq; conſederint, quin ſi velint ad paucas horas eo ſint traiecturi,
Germa-

Digitized by Google

Germanis deinde proximi. Videmus em̄ hac tempeſtate, per noſtroꝝ peccatoꝝ demerita,
noſtroꝝq; ſocordiam, negligentiam, diſcordiamq;, vniuerſam ferè Aſiam à Phœnecibus &
Mœdis ad Helleſpontū vſq; Turcaꝝ tyrannidi parere. In Europa vero Calipolim & Cherro
neſum primo: deinde totā propè Thraciā occupāt Turcæ, Myſos, Macedones, Theſſalos oēs
Boetios, vniuerſam Grętiā, Aetolos, Epyrotas, Illyricos, ad intimā vſq; Dalmatiā oīa prēmūt
teterrima ſeruitute, inſulæ penè oēs, q̄ à ſinu Adriatico ad mare Ponticū iacēt, vaſtatę iā planè
& deſolatę ſunt, & nō mō nō quieſcūt aut vlla ex parte remittunt efferatę beluę, ſed ꝗtidie ma
gis atq; magis, vt ſunt p̄dę & cędis auidi, nūc Gętas, q trās Iſtrū īcolūt, nūc (proh dolor) in Hū
garos intimos īpetū faciūt, certè eo aſſiduitate latrocināndi ꝑuenti, vt reliqs ferè oībus poſt ter-
ga ſuperatis Chrīanis proximi ſint in accolas Germanos, qbus ꝓfectò ꝑinde atq; ad ſuppliciū
poſtremis illi deberēt nō eē nō maximo terrori & odio, quū ipſis ſit Turcis nihil crudelius, ni-
hil durius, nihil ſpurcitius, nihil abomīabilius. Qn̄quidē cōſtet iſtos hoībus Chrīanis & ſacer-
dotibus nō ꝓ colonibus & Lyxis dumtaxat, ſed ꝓ iumētis etiā vti. His vehunt, his arāt, his fo
diūt, his abiectiſſima exercēt oīa erubeſcēdaq; miniſteria. ¶Quod ſi q ſe hoīes & Chrīanos re I
miniſcētes minus ęquo aīo īdignitatē tulerit, cōtinuo torquent ꝑ extremos corpis cruciatus,
decoriāt, verubus ſuffigunt, ſecant, rota īſuunt ꝑ acerbiſſimas mēbroꝝ oīm fractiōes. Id ꝗd hi
ſtatim agunt vbi locū quēpiā bello occupāt. Sanè notius eſt, q̄ vt dici poſſit, nihil illis eē cru-
delius, qn̄quidē illi deuictis vſpiā Chrīanis vel bello vel dolo, matronas ſtuprāt, virgines ra-
piunt, ſanctimoniales fœdāt, adoleſcētes trucidāt, pueris ad turpitudinē abutunt, infantes ma
tronaꝝ gremijs ad cędē & cruorē abſtrahunt, prægnātes demū fœminas vnà cum fœtibus in-
terimunt, & planè nihil inibi crudelitatis obmittunt. Quid templa ſacra recenſeam? quæ ſuis
abominatōibus polluunt, qd diuoꝝ ſtatuas, quas in fruſta diuidunt? Quid Chrī ſaluatoris no-
ſtri, eiuſq; genitricis imagines, quas non ſolū pedibus turpiſſimè conculcant, veꝝ etiam luto
deturpant & ſtercore. Hæc nimiꝝ & alia multo plura Turcas in maximū Chrīani nomīs ob-
probrium feciſſe cōpertiſſimū eſt in Thracia, Macedonia, Achaia, Myſia, maximè Conſtanti
nopoli & aliàs, & nuperrimè Budæ. in regia Hungariæ regis ſede, vbi Chrīanos partim truci-
darunt, partim acerbiſſimę ſeruitutis iugo ſubiugarunt, bonis inde ereptis oībus, adeò ꝗd etiā
nullius fuerint & ſint pietatis memores. ¶Nec mirum q Ieſum Chrm̄, Dei vnigenitum K
negant, illius ſanctiſſimam & euangelicam legem exoſi, Mahometi peſſimi dogma vnà cum
Sarracenis turpiter æmulantes qbus permittit (vtpote populis ſomno & luxuriæ deditis rudi
dibus & imperitis) omne libidinis & voluptatis genus, vinum autem prohibet, ne animaduer
tant in Mahometo morbum comitialem, à vino deriuantem, quo laborauit Mahometus,
quē & Sarraceni & Turcæ vtrūq; flagitioſiſſimū & impiū hoīem, ꝑinde atq; numē adorant,
illiq; tēpla & diuīos honores ſtatuerūt. ¶Fuit aūt Mahometus, vt paucis plurima dicā, Cy- L
renaico gn̄e natus anno à natali Chrīano. 626. nulla parentū claritudine cognitus, nullis opi-
bus, ſolus prorſus & nullaꝝ viriū, nulloꝝq; neruoꝝ: puer admodū captus à Sarracenis, venijt
Abdimonepli mercatori. Qui cū careret filijs cępit primo Mahometū liberalius tractare q̄ re
factū, vt eius mercatoris filius diceret, q ſimulator diſſimulatorq; verſutus, rapax, & impurus,
omniq; flagitio obnoxius vbi adoleuit & tanq̄ mercatoris filius camelos cū mercibus ꝑ Aegy-
ptū ageret & Syriā & Palęſtinā perq; alios peregrinos locos, vſus tā Iudęoꝝ q̄ Chrīanoꝝ cō-
ſuetudine & vetus & nouū teſta. mira cōfuſiōe deprauauit. Acumē em̄ īgenij in anīo facinoro
ſo peiorē in partē oīa vertit Qui cū miniſterio mercatoris fidē falleret, redditusq; eēt cōtinuis
furtis oībus ſuſpectus, & ex obſcuro ſeruo factus inſignis latro (fuit em̄ aſpectu fęrus, voce terri
bilis, robore gladiatorius) breui tibi tpis curriculo ſceleris ſui multos ſocios acqſiuit, & oībus
admirabilis viduā locupletē Gardigenā vxorē duxit, q cū deinde morbo comitiali, quē ex nī
mia vinoſitate ac intēperantia acquiſierat, homo verſutus ac perditus ſæpe caderet vt ea infa
mia ſe purgaret, finxit propterea id ſibi accidere, qm̄ ſplēdorē angeli, quē ad ſe à deo miſſum
cōmētandi gr̄a, venire mētiebat, ferre nō poſſet, nō eē qdē morbū comitialē ſed extaſim. Vn
de factū, vt hō furcifer vxoris opibus elatus ad īmaniora facinora aīm cōuerterit, ac ſuo depra
uato īgenio ad oēm audaciā prōptus & Sergij Matthęi flagitioſiſſimi monachi dolo cōfirma-
tus in tā breui apud oēs Arabes exiſtīatōem venit (modo ſe Iudæū, mō Chrīanū ſimulās, quū
nihil oīo ſani ſaperet) vt maximus dei nūtius, maximuſq; ꝓpheta vulgo haberet. Cū em̄ colū
bam, quàm ſpm̄ ſanctum latro callidiſſimus eſſe, q ſecum loqueret, iactitabat, aſſuefeciſſet in
aure ſua paſci, ac thaurum quendam ex occulto eius audita altiore voce ad ſe feſtinare, &
Algoranū cornibus alligatū, ſic em̄ legi, quā ſectatoribus ſuis tradidit, nomē erat, cęteraſq; q̄s
ip̄e an̄ cū Sergio cōpoſuerat, fallaciſſimas ſcripturas ſibi veluti deferre, & in ſuas manus à qbus
ſolis pabulū cape didiciſſet tāq̄ deponere facile ꝑſuaſit hoībus vētri & ſomno deditis ſuos oēs
peſtiferos īpuroſq; cogitatus, adeò vt paulopoſt tā à Sarracenis q̄ à Turcis loco numīs ſit cul
tus non tam ſuperſtitōe ductis q̄ illecebris & diſſolutiore contra Euangeliū viuendi licentia,
quam ille vt rudes ppl̄os ſibi totos cōiungeret & cōiuratos redderet, callidus veterator ꝑmiſit
donec

donec lautus apud eos euaſerit tyrãnus, vt iã auderet, nõ latrocinijs ſolũ ſed aperto Marte aduerſus Romanũ imperiũ adeoq́; contra oẽs chriſtianos arma capere. Cuius ductu & eius aſſeclę Sarracæni atq; Turcę vſq; in hodiernũ diẽ vſq; adeò totã proſequunt chr̄ianitatẽ, vt niſi diuina benignitate à chr̄ianis prĩcipibus occurrat, verẽdũ ſit, ne breui tp̄e tota potiant Europa, cuius iã maiore quidẽ p̄te inſolẽtiſſime potiunt, nulla habita neq; virtutis neq; pie-
M tatis nec religionis ratõe. Interimq́; ad om̄e vitioꝝ genus impune ꝓcliui. ¶Quis ideoq́; tã male chr̄ianus tãq; à virtute alienus, qui nõ totis viribus vl̄ ſe ab iſtis ꝑfidiſſimis fidei chr̄ianæ hoſtibus defendat vel eoſdẽ eminus repellere ſatagat, quũ apto videat, iſtos ipſos impios hoſtes tã impiè in deũ, in ſaluatorẽ nr̄m, in Chr̄m Opt. adeoq́; in oẽs eius ſanctos ſęuire? Quũ em̄ illi chr̄ianis ꝑ oẽm iniuriæ cõtumeliã nocent, cui (q̄ſo) demũ nocent? Nõne imortali deo? Nõne humani gn̄is ſaluatori? Nõne Chr̄o dn̄o nr̄o, & redẽptori nr̄o? Nõne oĩbus ſanctis, qui nobiſcũ in Chr̄o mẽbra ſunt? Quibus aũt iniurijs, cõtumelijs, vexis, & q̄ crudeliter, q̄ duriter q̄ ſpurcide, q̄ abominabiliter chriſtianos adhuc hodierna die ꝑſequãtur, nec ſcripto nec voce cõſequor. Norũt miſerrimi populi, q hactenus iſtoꝝ ſunt crudelitatẽ ex-
N perti, & qui q̄tidie miſere experiunt, auxiliũ à nobis ſedulo poſcentes. ¶Oh miſerã, o infelicẽ cõditionẽ chr̄ianæ religionis? Hæc o vos chr̄iani ꝓceres auditis? hęc ſcitis? hęc ſentitis? hæc miti aĩo fieri patimini? Interim voſmetipſos interneciuo odio, itеſtinoq́; gladio ꝑſequimini atq; cõfoditis, vſq; adeo mutuo ſęuiſtis, vt tm̄ de vr̄o ſanguine, vel in ſolis, nuper ruſticis iſtis tumultibus infeliciter deperijt, quãtũ nũc ad fugãdos oẽs Turcas ſufficeret.
O ¶Expergiſcimini tãdẽ exꝑgiſcimini tãdẽ o vos vere chr̄iani prĩcipes ac ppl̄i, tãto malo vl̄ ferro ip̄o atq; igni obuiã ſtrenue itote, in noĩe Ieſu facile tã peſtiferos iĩmicos deuicturi: nẽpe q iſtis lõge p̄ſtatis, quũ ſint ip̄ij, ꝑfidi, gregarij, vulgares, effęminati, molles & ad oẽ ſcelerũ genus deditiſſimi, q ſola multitudine ſua freti, chr̄ianoꝝq́; diſcordia atq; negligẽtia cõfiſi tm̄ hactenus ꝑpetrarũt: nõ vtiq; poſthac tã victorioſi, vbi in eos vera in Chr̄m fide ſtre-
P nui milites ꝓceſſeritis, mutuo, vnus ad alteꝝ, dicentes cũ Iuda Machabęo. ¶Nos vero pu-
Q gnabimus pro animabus nr̄is & pro legibus nr̄is. ¶At, inquiũt, noui & ꝑfidi Turcæ (nouos appello Turcas, qui nuꝑ à veteri eaq; chr̄iana religione in om̄i gn̄e voluptatũ, licentiæ, libidinũ ad leges Turcicas defecerũt & apoſtatarũt, adeoq́; nõnulli ex capitibus inſanierũt, vt nõ dubitarint Turcas inclitiſſimo nr̄o Imp. Carolo. V. vere catholico regi adeoq́; oĩbus prĩcipibus chr̄ianus virtute & fide neq̄ter ĩpudẽterq́; p̄ferre) at, inquã, aiũt noui iſti Turcæ ꝑfidi, nõ eẽ pugnãdũ neq; p̄liãdũ aduerſum Turcas. ¶Primũ, q̄d deus ꝑ illos iniq̄tates nr̄as
R viſitet. ¶Scd̄o, qm̄ nihil hactenus ꝓſperi cõtra Turcas ſit geſtũ à chr̄ianis, Itaq; nobis orõ-
S nibus potius deũ eſſe ꝓpiciũ reddẽdũ. ¶Rn̄derim breuiter, fateri nos q̄dẽ, q̄d ꝑ Turcas deus pc̄tã nr̄a & maxime hoc tp̄e viſitet, qm̄ videt nos modicę eẽ fidei, & ad om̄e malũ quã antea eſſe ꝓcliuiores, nõ tñ ideo nõ eſſe cõtra Turcas p̄liandũ, alioq fruſtra nobis deũ ex terra me- Eccle.38.
dicinã creaſſe, nobiſq́; ſcripturas medicũ ꝓpter neceſſitatẽ honorãdũ ſuadere cõtra morbos & peſtes, q̄bus etiã deus, ſicut & ꝑ famẽ & cariſtiã, teſte ſcriptura, viſitat pc̄tã nr̄a. Qua 2.Reg.24
ratõe, nec medicoꝝ ope, nec agricolaꝝ induſtria vti liceret, nec vti itẽ liceret bello aduerſus carnis fomitẽ, q vtiq; (quẽadmodũ paſſim ex Paulo docemur) nobis à deo ꝓpter pc̄m̄ datus ẽ, quũ ſit tyrãnus ad nr̄m exercitiũ à deo p̄miſſus, q in pęnã pc̄ĩ indefinẽter aduerſus ſpiritũ nr̄m gerit bellũ. Hic ap̄lus ſpũ hortat, fc̄tã carnis mortificare. Pręterea, ſi (vt ex Iohãne Roma.8.
Bap. doctrina, quã militibus p̄ſcripſit, docemur) poſſeſſiões nr̄as bello cõtra chr̄ianos defen Lucę.3
dere lz, cur nõ aduerſus infideles eaſdẽ, imò & fidẽ nr̄az adeoq́; Chr̄i honorẽ, aĩaſq́; defen-
T dere liceret. ¶Scd̄o, q̄d aiũt nihil hacten⁹ eſſe ꝓſperi geſtũ cõtra Turcas, ſed eos eſſe ĩperio inde auctos, ideoq́; nõ eſſe p̄liandũ in Turcas. Rn̄deo primũ, nõ eẽ veꝝ, q̄d cõtra eos nihil feliciter, deo authore, geſſerint chr̄iani, q̄d clariſſime patet ex hiſtoricis recẽtioribus, de q̄bus nũc ob tp̄is breuitatẽ ſiluerim, alias, ſicubi opus fuerit, dictur⁹. Id q̄d adeo veꝝ eſt, vt niſi vel Amirati vel Mahumeti vel Othomano fuiſſet à chr̄ianis ꝓſpere occurſum (deo opem ferẽ-
V te) de re chriſtiana iã pridẽ penitus fuiſſet actũ, q̄d vel paulo ſapiẽtioribus patet. ¶Inſuꝑ nõ ſequeret propterea, nõ licere Chriſtianis cũ Turcis cõgredi, vel deũ Opt. nobis aduerſari belloq́; noſtro cõtra Turcas, qm̄ nihil hactenus ꝓſpere chriſtianis ſucceſſiſſet: q̄ñquidem cõſtet, filijs Iſrael à deo cõſultũ, quatenus aduerſum tribus Beniamin p̄liarentur, ob memo- Iudic.20.
rabile ſcelus in vxorẽ cuiuſdã Læuitæ, ipſam tñ tribũ bis aut ter cõtra filios Iſrael p̄ualuiſſe, quibus tamen pręliari nõ modo licuit, ſed cõſultum erat. Infelicitas igitur aut felicitas belli, non ſemper inde ſequitur, quod vel illis aut iſtis liceret aut non liceret cõgredi, verum eandem infelicitatem vel plærunq; ſemper euenire per iuſtam à deo vindictam vel ex noſtra negligentia deſidiaq́;, qua hoſtes aliquando præliari permittuntur, vel quia libidinibus deditti diuina cotemnimus, ideoq́; deum vindicem habemus, vel quia de ſucceſſibus ſuperbi, viribus ꝓprijs potius q̄ deo aſcribimus, ingrati quidẽ. Quibus ex cauſis ſæpe etiam Hebræi in iuſtiſſimis aliàs bellis ſuccubuerunt, vt in biblijs paſſim eſt legere. Sic & has ob cauſas

Chriſtiani

Digitized by Google

Chriſtiani aliquoties à Turcis ſunt ſuperati, Sanè ſic Conſtantinopolis(olim Biſantiũ dicta)p
Mahumete capta fuit,& nup Rhodos, dũ cęteri Chriani nullã vrbi opẽ ferre curaſt. Sic ſub Vr
bano militũ luxus & libido, q̃ abuſi ſunt in offendiculũ Chriani nois, multaꝝ cladiũ fuit occa-
ſio. Ingratitudo vero & in ꝓſperitate ſupbia Iohãnẽ Huniadem poſt clariſſimas de Mahume
te victorias, in pniciẽ adduxit. Remotis vero ijs cauſis nunq̃ aduerſus Turcas nõ feliciter dimi
catũ eſt, vſq; adeò, vt immẽſas eoꝝ copias exigua Chrianoꝝ manus diuinitus adiuta ſępius fu-
gauit ac fudit. ¶ Vnde valeãt, q nolint Chrianos ꝓliari aduerſum Turcas, nimiꝝ q eo pacto, X
prio ſe eẽ turcaꝝ ſocios & aſſeclas arguũt ſeq; à nobis timẽt mulctatũ iri. Scdo dei gloriã nõ cu
rare. Tertio, fidẽ noſtrã ſibi ludibrio haberi. Itemq; nra bona ab iſtis velle ereptũ iri. Siqdẽ pu
gnandũ eſt cõtra Turcas ꝓ Chri Ieſu gloria, proq; fide nra tuẽda, defendẽdiſq; bonis noſtris q̃
illi nobis vi & armis eripere conanf. ¶ Nec interim eoꝝ multitudo ẽ timẽda, vnde nõ ſed à Y
cœlo eſt victoria. Ipſi enĩ(vt inqt Iudas Machabęus) veniũt ad nos in multitudĩe cõtumaci &
ſupba, vt diſpdãt nos & vxores nras, & filios nros, & vt ſpoliẽt nos, ad ſupprimẽdas leges no-
ſtras à deo æterno veroq; latas. Nos vero pugnabimus ꝓ aĩabus noſtris & legibus nris & ipſe
1. Mac. 2, dñs cõteret eos ante faciẽ noſtrã: vos ãt nõ timueritis eos. At potius dicetis cũ glorioſo princi-
pe Mathathia. Etſi oẽs gẽtes regi Antiocho .i. Turcæ obediũt, vt deſcendãt vnuſqſq; à ſerui-
2. Theſſ. 2 tute legis patrũ ſuoꝝ & cõſentiãt mãdatis eius, nos & filij nri, & frẽs nri obediemus legi patrũ
Acto. 16, noſtroꝝ: memores q̃d Aplus monuit: Frẽs(inquiẽs) ſtate & tenete traditões, q̃s didiciſtis ſiue
p ſermonẽ ſiue p eplam, q & aliàs tradidit fratribus cuſtodire dogmata q̃ erãt decreta ab aplis
& ſenioribus. ꝓpitius ſit nobis deus, nõ eſt nobis vtile relinq̃re legẽ & iuſtitias Dei. Ad q̃s cum
Iuda fortiſſimo inuictiſſimus ille noſter Imp. ideq; rex verè catholicus Carolus. V. exclamat:
Accingimini & eſtote filij potẽtes, & eſtote parati in mane, vt pugnetis aduerſus natões has q̃
cõuenerũt diſperdere nos, & ſctã nra, qm melius eſt nos mori in bello q̃ videre mala gẽtis nræ
& ſanctoꝝ. Sicut aũt fuerit volũtas in cœlo, ſic fiat. Et nũc clamemus in cœlũ, & miſerebiſ no-
ſtri dñs, & memor erit teſtamẽti prm noſtroꝝ, & cõteret exercitũ iſtũ ante faciẽ noſtrã hodie
& ſciẽt oẽs gẽtes, q a eſt deus, q redimat & liberet Chrianos. Id q̃d certò fiet, vbi prio ante de-
um pctã noſtra cũ humilitate cõfeſſi fuerimus. Scdo ab illo ſupplici oꝛone adiutoriũ petiueri
mus. Tertio, vbi firma fide fraternaq; cõcordia & eo ſolo aĩo ad bellũ ꝓceſſerimus, vt velimus
dei gloriã ac publicã Chrianã orbis ſalutẽ tueri. Quarto, ſi Impator belli prudẽs fuerit & aĩo-
ſus, qñquidẽ pluris ſit exercitꝰ ceruoꝝ, q leonẽ habet ducẽ, q̃ leonũ q ducẽ habet ceruũ. Quin
to, ſi milites fuerint deũ timẽtes, fideles & aĩoſi in obediẽtia. Si deniq; cõfidenter dixerint: In
noĩe Ieſu Nazareni Dei Opt. vnigeniti pugnabimus ꝓ aĩabus nris & legibus noſtris.

HOMILIA XCVII. DE EO QVOD SCRIPTVM EST MATTH. 18. Dico enĩ vobis, q a angeli eoꝝ ſemp vidẽt faciẽ pris mei, q in cœlis eſt.

In ferijs diui Michaelis archangeli



TANTA, frẽs in Chro Ieſu dilectiſſimi, huius eſt diei, q̃ diuis ange- A
lis ſacra ẽ, ſolẽnitas, quantã vix aliquẽ puto verbis cõſecutuꝝ niſi q ſa
nè itellexerit, q̃ ſit angeloꝝ cõditio. Ad quã qdẽ explanandã nõnulli
vſq; adeò laborarũt, vt ſe ſuaq; potius ingenia inibi ſupaſſe q̃ã pplm
cui ſcriptitarũt, imbuiſſe credanf, interim oſtẽtatores potius (q̃d cũ
pace dictũ velim) q̃ doctores, nimiꝝ nõ ſatis memores eius, q̃d Apls
Roma. 12 gentiũ doctor monuit, ne plus ſapiamus, q̃ oportet ſapere, ſed vt ſa-
piamus ad ſobrietatẽ, ſcdm q̃d vnicuiq; deus ſuã grãm largitus ẽ. Sa
nè plurima ſunt in rebus diuinis ſupra hoĩm intellectũ, q̃ perinde al-
Eccl. 3, tiora intellectu nro ſcriptura ꝓhibet curioſius pſcrutari, quoꝝ ſuſpi
prouer. 25 cio nos ſupplãtet, & in vanitate ſenſus detineat: qñquidẽ vt & ipſa ſcriptura aliàs dicit, q ſcruta
tor eſt curioſus, ſuoq; ingenio diuina metiri cupiẽs, à gloria maieſtatis opprimiſ: haud ſecus
atq; excellẽtia lucis obtundit oculũ, ſic excellẽtia diuinæ maieſtatis & eoꝝ, q̃ iſthuc attinẽt, cu
iuſmodi eſt angeloꝝ cõditio, excęcat inueſtigatoris intellectũ, ita vt vel prorſus erret vl æque
Eccl. 3, parum atq; ante intelligat. Inſuper ait ſcriptura: Incaſſum nos velle oculis noſtris videre, no-
ſtroq; ingenio cognoſcere, q̃ oculis ſunt abſcõdita, & itellectu nõ cognoſcibilia: quales certè
Eſa. 64 ſunt angeli: qñ cõſtet ex themate nro ipſos diuina pſentia & viſione btõs eẽ, ac iugiter lætari
1. Cor. 2 in bonis dñi, q̃ vt Propheta cũ Paulo dicit: Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hoĩs
aſcẽdit, q̃ nec hoĩ loq cõuenit, imò q̃ eloq hõ nõ poſſit. ¶ Ne igiſ aduerſus Apli adeoq; cõtra B
ſacræ ſcripturæ pſcriptũ q cq̃ adoriamur nihil de ijs, q̃ vl intellectu ſunt difficillima vl cogni-
tu inutilia diſputaturi ſumus, veꝝ ea dũtaxat in medium allaturi, quę apertis ſcripturis de an-
gelica conditõe tradunf, quę ęquè vobis ſcitu ſunt neceſſaria quàm cognitu magnopẽ ꝓficua.
Et ſanè quatenus poterimus, breuiter dicemus, q d angelus ſit, & q̃ multi ſint angeli, & q̃d eoꝝ
officiũ

officium ad quidve à deo creati ſint. De qbus vbi pro loco & tpe diſſeruerimus aliqua, q̃tum
ſufferet breuitas tẽporis, adijciemus de materia ſcandali, à quo Euãgeliũ tantopere monet ca
C uendũ. ¶ Igitur velim initio ſciendũ, angelũ eſſe creaturã, eandẽq; ſubſtantiã incorpoream
intellectualẽ, ſemp mobilẽ, arbitrio liberã, deo miniſtrantẽ, gratia, nõ natura immortalẽ. Cre Geneſ. 1.
aturã, qa à deo creatus, ſiquidẽ deus omnia creauit, cœlũ & terrã & mare, & oĩa quæ ĩ eis ſunt Apoca. 10
Quicquid igitur citra deũ in reꝝ vniuerſitate ſubſiſtit, creatum eſt ſiue creatura. Ex oppoſito
increatũ eſt, quod ſubſiſtit quidẽ, non tamẽ à nihilo ad eſſe perductũ. Et id ſane ſoli deo con- Hebræ. 13
uenit. Is eñ (teſte Paulo) qm̃ deus eſt, oĩa creauit. Hinc Malachias. Nunquid non pater vnus Malac. 2
omniũ noſtꝝ? Nunquid non deus vnus creauit nos? quare deũ Iudith ſancta vocat, dñm to- Judith. 9
tius creaturæ, ergo & angeli, q & ſubſtãtia eſt incorporea, qm̃ ſpũs, ſecundũ prophetã, dicen Pſal. 103
tẽ: Qui facit angelos ſuos ſpũs. Spũs autẽ (inquit Chriſtus) carnẽ & oſſa, quibus cõſtituiſ cor- Luce. 24
pus, non habet. Atq; intellectualis eſt angelus, qm̃ intelligit, q̃ accipit à deo mandata, q̃ ad ho
minẽ, & rurſus ab hoc ad illũ defert. Deus eñ (vt canit propheta) angelis ſuis mãdauit de ho- Pſalm. 90
mine, qui & ſemp mobilis eſt citra fatigationem, ideoq; ignis à Dauide dictus, q natura mobi- Pſal. 103
lis eſt. Dauid eñ ait: Qui facis angelos tuos ſpũs, & miniſtros tuos ignẽ vrentẽ, vtpote quia vt
ignis ſemp mobiles, tũ qa ardent charitate, qua ſunt efficaces ad executionẽ volũtatis diuinæ.
Vnde ij aliquoties leguntſ ſub ſpecie ignis apparuiſſe, vti Moyſi in rubo ardenti, q tñ angelus Exodi. 3
ibi dñs vocatur, qm̃ dñi perſonã repreſentarit. Itẽ & Heliæ in ſua tranſlatione, q̃ miniſterio an 4. Reg. 2
geloꝝ facta, apparuit currus igneus, & equi ignei. In circuitu quoq; Heleſæi apparuit mons 4. Reg. 6
plenus equorum & curruũ igneorum. Itemq; angelus dei miniſter eſt, teſte propheta, qui & Pſal. 103
facit angelos ſuos miniſtros. Cui accedit aplus, Nonne, inquiens de angelis, oẽs ſunt admini- Hebræ. 1
ſtratorij ſpũs in miniſteriũ miſſi propter eos, qui hæreditatẽ capiunt ſalutis? qui ideoq; aliàs Matt. 4
Chriſto in deſerto, quũ eſſet à diabolo tentatus, adminiſtrarunt. Eſt autẽ angelus nõ natura, Marci. 1.
ſed gratia immortalis, qm̃ creatura, quæ & in aliquibus vtpote in lucifero & in cõplicibus ſuis Eſaie. 14
peccarit. Vnde natura mors erat conſequutura, quam tamen gratia diuina inde fugat. Qui &
idẽ angelus arbitrio liber intelligitur, qm̃ peccare & non potuerit, quod ex eo accipitur, qm̃
aliqui per ſuperbiam peccauerint, aliqui nõ. Hinc in Apocalypſi traditur factũ eſſe magnum Apoca. 12
præliũ in cœlo. Michaelẽ & angelos eius præliatos cũ dracone, & draconẽ pugnaſſe & ange-
los eius, & nõ valuiſſe, neq; locũ inuentũ eſſe eoꝝ amplius in cœlo. Et proiectũ eſſe draconem
illũ magnũ, ſerpentẽ antiquũ, q vocaſ diabolus & Satanas, q ſeducit vniuerſum orbẽ, & pro-
iectũ eſſe in terrã & angelos eius cũ illo miſſos, Iohannẽq; audiſſe vocẽ magnã in cœlo, dicen
tẽ. Nũc facta eſt ſalus & virtus & regnũ dei noſtri & poteſtas Chri eius, qa proiectus eſt accu
ſator fratrũ nroꝝ, qui accuſabat eos ante cõſpectũ dei nri die ac nocte. Intelligiſ aũt p draonẽ
illũ pcipuus ille angelus, q cæteris fuit princeps ac author apoſtaſiæ, diſceſſionisq; à deo, & cũ Luce. 10
illis cœlo exturbatus tanq̃ fulgur in terrã cecidit lucifer. Nõ aũt intelligas illud pliũ fuiſſe cor-
porale, cũ angeli corpore careãt, ſed ſpũale, qd in volũtatũ repugnãtia cõſiſtit. Quãdoquidẽ
Michael perinde princeps militiæ & ſui cõuerterũt ſe ad deũ & ab eo glorificationem humilr
expectauerũt. Lucifer aũt cũ ſuis ſequacibus à deo ſe auertit, cupiẽs virtute propria ſibi colla-
D ta ad gloriã puenire, dicẽs, vt eſt apud Eſaiã, Aſcendã in cœlũ, ſimilis ero altiſſimo.

¶ Ex ijs primũ habes angelos eſſe ſimplicis eſſentiæ, pſonalis diſcretionis, memoriæ, intel- Eſaie. 14
ligẽtiæ, volũtatis, & liberi arbitrij, ac p grãm immortales. ¶ Sunt aũt & angeli numero infi Daniel. 7
niti, Id qd propheta inſinuat, numeꝝ definitũ, eundẽq; tã numeroſum pro infinito ponẽs de
angelis. Millia milliũ miniſtrabãt ei, & decies centena millia aſſiſtebãt ei. Quã etiãnũ infinitã
multitudinẽ ſatis ſubinnuit Chrs, alibi ad Petrũ dicens: Cõuerte gladiũ tuũ in locũ ſuum. An Mat. 26
putas, qa nõ poſſum rogare patrẽ meum, & exhibebit mihi modo plus q̃ duodecim legiones
angeloꝝ. Modo liquet legionẽ ſex millibus ſex centis ſexagintaq; ſex hominũ conſtare, ſicq;
duodecim legiones angeloꝝ ſeptuaginta millia excedere: vtiq; & ibi intelligimus numerum
determinatum pro indeterminato poſitum ex more ſcripturæ, Et ſane infinitã eſſe angeloꝝ
multitudinẽ, conſonum eſt rationi, nẽpe cum vniuerſæ creaturæ ad dei honorem ſint factæ,
merito maior debet eſſe multitudo creaturæ, quæ deum cognoſcit & laudat, q̃ creaturæ, quæ
hæc nõ habet. Cæteꝝ & ſi nobis angeli ſunt innumerabiles, ipſi tamen à diuo Dionyſio Areo
pagita traduntur contineri nouem ordinibus, & ordines tribus hierarchijs compleri. Ordinẽ
ſcias dici, multitudinem cœleſtium ſpirituum, qui inter ſe aliquo munere gratiæ adſimilãtur,
& in naturalium donoꝝ participatione conueniunt. Hierarchiã vero eſſe diuinum ordinẽ &
ſcientiam & actionẽ dei formæ, quantum poſſibile eſt ſimilantẽ & ad inditas & illuminatio-
nes proportionabiliter in dei ſimilitudinem aſcendentẽ. Et ſic accipimus ſingulis hierarchijs
tres contineri angelorum ordines. Sic, vt angelicoꝝ ſpirituũ diſtinctio ſit in tres hierarchi-
as, & cuiuſcũq; adhuc hierarchiæ diſtributio in tres ordines, ita vt in inferiore hierarchia ſint
angeli, archangeli, virtutes. In ſecunda, poteſtates, principatus, dominationes. In tertia, thro
ni, Cherubin, atq; Seraphin. Angelos autem eſſe & archangelos nullus locus ſacræ ſcripturæ

& non

non abunde teſtatur, vbi vtrorũq; ſit frequentiſſima mentio. De quatuor ait Paulus. Quoniã
Coloſſ. 1. in ipſo condita ſunt vniuerſa in cœlis & in terra viſibilia & inuiſibilia. Siue throni, ſiue domi-
Epheſi. 1. nationes, ſiue principatus, ſiue poteſtates, omnia per ipſum & in ipſo creata ſunt. Idem ad
Epheſios. Et conſtituens, inquit, ad dexteram ſuam. In cœleſtibus ſupra omnem principatũ
& poteſtatem & virtutem, & dominationem. De Seraphim ait Eſaias. Vidi dominum ſeden
tem ſuper ſolium excelſum & eleuatum, & plena erit domus à maieſtate eius, & ea quæ ſub ip-
Eſaie. 6 ſo erant, replebant templum. Seraphim ſtabant ſuper illud, & clamabant alter ad alterum &
dicebant, Sanctus, ſanctus, ſanctus dominus deus exercituum. Idem de Cherubin. Domine
Eſaie. 37 exercituum, deus Iſrael, qui ſedes ſuper Cherubin, tu es deus ſolus omnium regnorum terræ,
Pſalm. 17 tu feciſti cœlum & terram. Et Dauid. Et aſcendit, inquit, ſuper Cherubin & volauit ſuper pẽ-
nas ventorum. Præterea hic numerus chororum angelorum notatus eſt per prophetam nouẽ
nominibus pretioſorum lapidum, quũ ait, Omnis lapis pretioſus operimentũ tuũ, ſardius, topa-
ſius, atq; iaſpis, criſolitus, onix, & berillus, ſaphirus, carbunculus, & ſmaragdus. Nõ eſt igitur
dubitandũ de choris & angelorum hierarchijs, quin ſint, de quorum diſtinctionibus, functionibus,
& officijs ac denominationibus totũ quod eſt cognitu dignũ, ſi quis plura legere anhelat ab-
unde deprompturus eſt ex beato patre Dionyſio in libro, cui titulus eſt, de cœleſti hierar-
Pſal. 130 chia, nos hic ædificare non oſtentare cupimus, non etiam ambulare in mirabilibus ſupra nos
Dauidem imitantes. ¶ Poſtremo tamen ſciendum peruelim, angelum dici nuntiũ, & nomẽ E
eſſe officij, non naturæ, ſemper enim angelum eſſe ſpiritum, ſed cum mittitur angelum vocari.
Pſal. 103 Vnde colligi poteſt, angelos eſſe à deo ex eius immenſa bonitate creatos, vt ubi adſiſtant &
Hebræ. 1. mandata hominibus perferant, & hominibus ipſis adminiſtrant. Id quod prophetæ teſtimo
nio probatur, qui ait, Qui facis angelos tuos ſpũs, miniſtros tuos ignem vrentẽ. Et apoſtolus.
Roma. 1. Nõne, inquit, omnes ſunt adminiſtratorij ſpũs? Sane quũ Chriſtus multoties æterna nobis
tradidit ad intelligendum per tẽporalia, & Paulus inquit, Inuiſibilia enim ipſius à creatura mun
di per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoq; eius virtus & diuinitas,
fortaſſis de angelis cognitio & diſtributio temporali exemplo facilius intelligetur. Et ſic quẽ
admodum princeps quiſpiã temporalis in triplici ordine miniſtros habet, quorum primi ei ſem
per adſiſtunt, omniaq; agenda ab ipſo ſine medio percipiunt. Secundi regis voluntatẽ à pri-
mis cognitã decernunt, præcipiunt, & quõ executio fiat, ordinant. Tertij ordinata ꝑ medios
executioni particulari demãdãt. Et ſic primi deo adſiſtũt: Secũdi ſpiritibus ꝑſunt: Tertij ho-
minibus. Sic, inquã, pariter, q̃ i prima ſunt hierarchia, deo ſemꝑ adſiſtũt, In ſecunda ſpritibus
Daniel. 7 ꝑſunt, In tertia hoĩbus. Quod vero angeli deo adſiſtunt, teſtaſ propheta. Millia milliũ, inqui-
Pſalm 83 ens, miniſtrabant ei, & decies millies centena millia adſiſtebant ei. Sunt enim ij, canente Daui-
de, qui in domo dñi beati habitant, & laudant ipſum in ſecula ſeculorum. Cum & idem aliàs
Pſal. 102 cecinit. Benedicite domino omnes virtutes eius, miniſtri eius, qui facitis voluntatẽ eius. Cõ-
mune nanq; ſupernorum ſpirituum omniũ (quęcunq; conficiunt ordinẽ) eſt officium, aſſidua,
Hebræ. 1. ſempiternaq; laude diuinã maieſtatẽ celebrare, qui etiamnũ interim hominũ ſunt miniſtri at
q; cuſtodes (teſte apl̃o) qui ait: Nõne oẽs ſunt adminiſtratorij ſpũs in miniſteriũ miſſi propter
eos, q̃ hæreditatẽ capiunt ſalutis? Quod vtrunq; Chrs hodie in Euãgelio cõfirmãs, inq̃t. Dico
enim vobis, q̃a angeli eorum ſemꝑ vident faciẽ patris mei, q̃ in cœlis eſt. Et licet ipſi angelici ſpũs
ad exteriora mittanſ officia, ad populorum, regnorũq; moderatiõnẽ, & ſingulorum hoĩm cuſto-
diã, propter hæc tñ miniſteria, & munia, q̃ foris exequunſ, nõ deſiſtunt à cõtinua dei cõtẽpla
tione ac viſione: neq; enim adminiſtratio rerum externarum, impedimento eſt eorum contem-
plationi, neq; cõtemplatio adminiſtrationi. Quod ex verbis domini noſtri in Euangelio de
angelis, paruulorum cuſtodibus, liquido conſtat. Sic pari prope modo etſi Chrs in cœlo eſt, ni-
hilo ſecius tñ cõuincif eſſe in ſacramẽto altaris euchariſtiæ. ¶ At q̃ris, In q̃bus nobis angeli F
deo diſponẽte, miniſtrãt? Reſpõdeo, quanq̃ multiplex angelorum circa nos miniſteriũ ex ſcri-
pturis dignoſcif, idẽ tñ in genere duplex eſt. Illi enim nos cuſtodiunt & dirigũt. Id q̃d prophe-
Pſalm. 90 ta vno verſu cõprehẽdẽs, inquit: Angelis ſuis deus mãdauit de te, vt cuſtodiãt te in oĩbus vijs
Pſal. 34 tuis. In manibus portabũt te, ne forte offendas ad lapidẽ pedẽ tuũ. Cuſtodiũt, inquã, & defen-
dunt nos cõtra inſidias inimicorum noſtrorum, ne aduerſus nos ꝑualeãt, q̃ ſiũt tanq̃ puluis añ faciẽ
Epheſi. 6 vẽti, & angelus dñi coartat eos. Eſt aũt nobis, vt ait apl̃s, nõ ſolũ colluctatio aduerſus carnẽ &
& ſanguinẽ, ſed aduerſus mũdi principes & ptãtes, aduerſus mũdi rectores tenebrarum harum, cõ
tra nequitias ſpũales in cœleſtibus. In q̃bus quidẽ verbis tres notanſ ꝑtinaciſſimi hoſtes, q̃ nunq̃
Iob. 7 nõ adeo nobis aduerſanſ, vt, Iob affirmãte, Militia ſit vita hoĩs ſup terrã. Profecto graui mul-
tiplicíq; inimicorum periculo moleſtamur. Intus enim de nr̃o nos impugnat lubrica caro, quam
Roma. 7 deponere nõ poſſumus, ſed cogimur circũferre adeo, vt apl̃us dixerit. Video aliã legẽ in mẽ-
bris meis, repugnãtẽ legi mẽtis meæ, & captiuantẽ me in legẽ peccati. Infelix ego hõ, q̃s me li
berabit de corpore mortis huius? Gratia dei ꝑ Ieſum Chriſtũ dñm noſtrum. Semp enim aduerſus
Galat. 5 ſpm̃ cõcupiſcit caro, Cui accedit vanus hic mũdus ac doloſus, q̃ nos foris ſuis blandicijs & ter-
roribus

Digitized by Google

rotibus inuadit. Cuius ſi quis vult eſſe amicus, mox dei inimicus cõſtituit. Demũ adiũgit ſe in 1 Johã. 4
tus & foris diabolus, mille artibus inſidiãs ad deuincẽdũ nos protendẽs. Ille quidẽ, vt inqt Pe 1. Petri. 5
trus, tanq̃ leo rugiens circuit, q̃rens quẽ deuoret. Inter q̃s ſane hoſtes vita mortaliũ tuta non
eſſet, niſi per dei miſericordiã poteſtas angelica mox ab ingreſſu vitæ nos defenderet, q̃ certe
in hac laborioſa huius vitæ militia nobis eſt ad certandũ ſocia, vt fortes certare poſſimus, qui- 2. Tim. 2
bus alioqui corona nõ eſſet futura, quoniam non coronabitur, niſi qui legitime certauerit. In
qua quidẽ cuſtodia & defenſione & poſt eã angeli nos dirigunt & ducunt ſecuro tramite atq; Tobiæ. 5
tuto per omniũ inimicoꝶ inſidias: quod de filio Tobiæ patet, quem angelus temporaliter in Geneſ. 16
via direxit. Reducentes eñi angeli ab errore nos dirigunt, vt liquet de Agar ad dominã ſuam
per angelum reducta. Itẽq; & de Lazaro, qui cum moreretur, ab angelis eſt ĩ ſinum Abrahæ Lucæ. 16
portatus. Et in Exodo legitur: Ecce mitto angelum meum, qui te cuſtodiat in via, & inducet Exodi. 23
in terram, quam promiſi patribus veſtris. Quis modo, vt tandem ſumus finituri, tam ingra-
A tus, non tantum deo, qui tantos nobis ex ſua incomparabili bonitate cuſtodes in ſubſidiũ de-
putauit, cui alioqui ob infinita beneficia omnia debemus, cui noſmetipſos, & id quod ſumus Lucæ. 15
totum debemus, ſed & angelis ipſis, qui non omnes gratiarũ actiones in illos ſumma humili-
tate velit impendere? Angelis, inquam, noſtris bonis, qui tam immenſa dilectione nos cuſto
diunt, defendunt, dirigunt, ducunt, & in verã patriam reducunt, tam de nobis ſolliciti in ſum-
mo amore, vt ipſis ſit gaudium in cœlis ſuper vno peccatore pœnitentiã agente. Quis deniq;
tam eſt rationis & honeſtatis omnis expers, qui hodierna ſolennitate non omni honore, glo
ria & reuerentia tam corde q̃ ore angelos venerari reuererìq; contendat, quos audiuit in tan
to eſſe dignitatis atq; officiȷ faſtigio, tantóq; nobis eſſe maiores & nobiliores, vtcũq; à deo no
bis ſint cuſtodes atq; miniſtri? Nos quidẽ ſumus mortales, illi immortales, nos ſumus corpo-
rei & cõpoſiti, illi ſpirituales & ſimplices, nos terreni, illi cœleſtes, nos velut puluis & cinis
tenebroſi, illi ſtellis clariores, & deniq; tã magni, tam nobiles, tam digni ſunt angeli, vt vel
ideo Chriſtus hodie nolit contemni & ſcandalizari paruulos, quoniam tam excellentes, tam-
q; præcelſos, tamq; inclytos habeant cuſtodes, vtpote angelos, qui etſi in iſtorum humiliũ mi
niſterio ſint, ſemper tamen in cœlis patris æterni faciem vident, quo nihil optatius, nihilq;
G maius excogitari queat? ¶ Caueamus igitur, fratres dilectiſſimi, ne iſtos paruulos temere, ſu
perbeq; vel quouis modo contemnẽtes & ſcandalizantes non modo angelos, ſed & deum
Max. offendamus, qui tam horrendam pœnam minatur illis, qui huiuſmodi puſillos ſcanda-
lizando contemnunt. Eos autem ſcandalizat, qui coram eis ſcandalum perpetrat. Scandalũ
vero eſt offendiculum quo quis deterior fit, in malum vel ruinam cadens. Illi igitur ſcandali-
zant paruulos, qui illis dicto factoue, quatenus in ſe eſt, occaſionem ruinæ præbent vel pec-
cati, id eſt qui vel loquũtur vel agunt, vnde iſti fiunt, deinde vel quo ad facta vel verba vel co
gitationes deteriores, qui alioqui ad id malũ factum vel verbum vel cogitatum nõ habuiſſent
occaſionem, ideoq; fortaſſis ab eo manſiſſent boni ac innocentes. Et ẽ omne ſcãdalum tam
actiuum ſiue alienum, q̃ paſſiuum ſiue proprium ſummopere vitandum, à quo tam voluit eẽ 1. Cor. 8
apoſtolus vbiq; alienus, vt anteq̃ carnes manducando eſſet ſcandalizaturus fratrem ſuum, po
tius nollet manducare in æternum carnes, quam tamen aliàs ex Euangelio iuſte comedere Roma. 14
poſſet, quandoquidem, vt idem aliàs ait, licet omnia mũda ſint & bona, vtpote à deo ad vſum
noſtrum creata, malum tamen eſt homini, qui per offendiculum mãducat. Idem adeo voluit 2. Cor. 2
vitare ſcandalum, vt veritatem non indiſcriminatim loqui cenſuerit, qui inter perfectos ſo-
lummodo ſapientiã docuerit, ne ſubtiliora docens, imperfectos læderet. Sic aliàs idẽ innuit, 1. Cor. 6. 9
plerunq; aliqua eſſe obmittenda, quæ tametſi ex ſe liceat, & dicere potius, quæ expediant.
H ¶ Hinc Chriſtus hodie terribili etiam pœna ſuos diſcipulos à ſcãdalo retrahit, inquiẽs: No
lite altercari de primatu honoris, quia ex hoc puſillos & paruulos ſcandalizabitis & perdetis.
Quod anteq̃ quis faciat, melius ſibi foret, vt grauiſſima pœna (quæ per molam aſinariam in-
telligitur) vitam temporalem finiret: ſane eligibilius eſſe, temporaliter affligi q̃ æternaliter
cruciari. Scandalizando eñi plerunq; ſemper tam qui ſcandalizat q̃ qui ſcandalizatur, perdi-
tur. Hinc dominus metaphoram inducit de manu abſcindẽda & oculo eruendo propter ſcan
dalum: qua ſane per membra neceſſaria intelligit nobis perſonas coniunctiſſimas, & maxi-
me commodas & neceſſarias, à quibus potius debemus omnino ſeparari, anteq̃ mutuo ſcan-
dalizemur. Nunq̃ eñi ſine peccato eſt ſcandalizatio vel ab alterutra parte. Eapropter maxi-
me monet Chriſtus, ne quoquo modo contemnamus paruulos, quos adeo magni fecerit, vt
eorũ angeli patris ſui faciẽ vidẽt. Puſilli aũt ſunt & paruuli, qui adhuc in fide ſunt infimi ac ru-
des & ſimplices, necdum ſatis roborati, qui facile ad illicita malis exemplis prouocantur &
ſcandalizantur, Non etiam perfecti & in virtute conſummati, qui etſi viderint vel audierint
vł paſſi fuerint malum, non tamen facile à fide & veritate declinant, nec ex dicto vł facto ma
lo alterius in peccatum ruunt, quia (vt eſt in prouerbiȷs) non contriſtabit iuſtum, quicquid ei Prouer. 12
acciderit. Admoniti igitur caueamus, ne eiuſmodi puſillos cõtemnamus, quos certe contem-

neremus, ſi eoꝝ nõ haberemus rationẽ, hoc vel illud aut loquẽtes aut agẽtes, quoꝝ tñ tantam
habuit deus rationẽ, vt illis ſicuti maximis cuſtodes deputarit angelos, q ſemꝑ diuinã faciẽ in
Apoca. 12 cœlo vident, quos hodie ſumma animi gratitudine in dei Max. gloriã veneremur, in primiſ-
Dan. c. 12 qꝫ beatũ Michaelẽ, cuius noĩe hæc dies inſcribitur, q perinde alioꝝ dux, luciferꝝ expulit, q cõ
Theſſa. 4 tra Antichriſtũ conſurget, qui deniqꝫ aduentum Chriſti in tuba ad iudiciũ preconizabit, quã-
do deus ſecundum opera vniuſcuiuſqꝫ eſt daturus, malis ignem æternum, bonis vero regnũ
patris cœleſtis.

¶HOMILIA XCVIII. DE EO QVOD SCRIPTVM EST, Matth. 5 Lucæ. 6. Gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis.

In ferijs omnium ſanctorum.

TAMETSI de huius diei, quæ oĩbus ſanctis in vniuerſum dicata A
eſt, recta, ſalutariqꝫ inſtitutione nemo vere pius iuſte dubitare poſ-
ſit aut debeat: nẽpe, ꝙ eã inſtituerit Chriſtiana eccleſia, q̃ nihil ma-
1. Timo. 3 le credit nec impie inſtituiſſe, qm̃ in ea Chrs ꝑpetuo ſit, ipſaqꝫ veri-
tatis colũna à ſpũ ſancto authore regit & gubernat, propter infir-
mos tñ & imbecilles tũ ſubinde propter ſchiſmaticos, q nihil nõ re-
prehẽdendũ putãt, quod ab eccleſia eſt inſtitutũ, & aliqt cẽtenis an
nis pie obſeruatum & cõprobatum, nõ grauabor breuiter ſubijcere
cauſam, qua eccleſia ꝓmota hãc ſolennẽ diẽ inſtituit. Etſane, quum
Eccl. 44 ſcriptura mãdet, vt viros glorioſos laudemus, velitqꝫ populos ipſo-
rum ſapientiã narraturos, & eoꝝ laudẽ eccleſiã nuntiaturã, ad cuius robur & exẽplũ ipſamet
ſcriptura procedẽs ꝑ pleroſqꝫ ſatagit cõmẽdare, ipſorũqꝫ virtutes extollere, ſiquidẽ laude ꝓſe
quat Noe à iuſtitia, Abrahamũ à fide, Moyſen à lenitate, hocqꝫ genus reliquos ex ordine lau-
dans, ſingulos à ſingulis virtutibus, interimqꝫ nõ ſilens qd & q̃tũ deus Max. vnicuiqꝫ propter
tot & tam ſanctas virtutes dederit, exqꝫ eius miſericordia largitus ſit, quur mõ eccleſia videri
Sapiẽ. 4 poſſit impie inſtituiſſe ſanctoꝝ dies anniuerſarios, in qbus pie ac ſobrie vitæ illoꝝ laudarẽtur
& recenſerent? & quidẽ vel maxime, q̃d æterna ſapiẽtia dixerit, pulchrã eſſe caſtã generatio-
nẽ cũ claritate, quippe cuius memoria ſit immortalis & nota apud deũ & homines. Iam vero
ſi eccleſia non aliquã faceret annuatim piam de ſanctis mentionẽ, prorſus ipſoꝝ memoria de
leretur, quo vtiqꝫ pacto dictũ ſapiẽtiæ nõ verificaretur. Ipſos aũt ſanctos primo ideo laudam⁹
& veneramur, ne videamur ingrati, & minus amare, quos Chrũs ipſe tantopere amauit & ve
neratus eſt, qbus tantã contulit grãm, vt dignos ſe vitaqꝫ æterna reddidit, nec poteſt non eſſe
gratũ, quod illos in eius nomine, amoreqꝫ collaudamus. In quibus ipſe potiſſimum amatur &
Mat. 25 laudatur: ſiquidem quod ipſi factũ ſit, quod ſuis ſit vel minimis, authore vel ipſomet Chriſto:
qm̃ Chriſto benefeciſſe perhibent, q vel infirmis vel eſurientibus vel nudis vel peregrinis vel
hoc genus alijs, bene vel male fecerint. Secũdo propter nos, propterqꝫ noſtrã fidẽ cõfirmãdã,
conſolationẽ erigendã, virtutem inſtruendã: nempe, quos habemus tanq̃ exempla, ſpecula,
Roma. 15 veſtigia, quæ imitemur. Quãdoquidẽ, inquit apoſtolus, omnia quæ ſcripta ſunt, ſ. vel de deo,
vel cœlo, vel Chriſto, vel ſanctis vtiqꝫ ſcripta ſunt ad noſtrã doctrinã, vt per patientiã & con
ſolationẽ ſcripturaꝝ, ſpem habeamus. Quid enĩ, quæſo, vel crederemus, vel ageremus, vel eſ-
ſemus, aut tandẽ futuri ſi nihil de Chriſto vel diceret vel ſcriberet? Vtiqꝫ beſtijs perq̃ ſimillimi
Roma. 10 & plane increduli & mortui hic peccatis, alias æterna pœna. Quærit enĩ Paulus, Quomodo
inuocabunt, in quẽ non crediderunt? aut quomodo credẽt ei, quem nõ audierunt? Quomo-
do aũt credent ſine ꝑdicãte? Sic ſi nõ nobis Chrs vel in ſcripturis, vel ſermonibus proponeret
neqꝫ in eum tandem crederemus, neqꝫ imitaremur. ¶At, inquis, hunc imitari lubet, nõ autẽ B
ſanctos Chriſtianos. Recte, inquam, imitaberis Chriſtum vti primũ & principalẽ authorem,
Iohan. 13 vtpote, viam verã ad æternã beatitudinẽ, qui de ſe dicit, Exẽplũ dedi vobis, vt quẽadmodũ
feci ego, ita & vos faciatis. Porrò ſanctos Chriſtianos viuendo ſequimur, vti ꝑdeceſſores no-
ſtros, & perinde eos qui Chriſtũ viã verã primo ſequuti ſunt, & nõ defraudati, & quoꝝ exem
plo docemur admodũ eſſe poſſibile, ſeruare Chriſti ꝑcepta, illũqꝫ ad oĩa imitari, quũ tot ante
nos ipſum ſequuti ſint. Inſuper Chriſtũ, nihil falſo ſuis ſequacibus promiſiſſe, cũ audimus ex
ſcripturis tot & ex omni genere homines ſanctos Chriſtum imitando tantum beatitudinis,
gloriæ, gaudij, poſt hanc vitam adeptos: per quos hauddubie ipſi tribulati in hoc mundo cõ
ſolamur, & ad perſeuerandũ in omnibus propter Chriſtũ cõfortamur. Id quod adeo veꝝ eſt,
Matt. 5 pieqꝫ credendũ, vt Chrũs ipſe ſeruator ac dñs nr̃ ad cõſolandũ ſuos diſcipulos, recẽſet, allegat-
qꝫ eos ſanctos, q obierũt, inquiẽs. Sic enĩ perſequuti ſunt prophetas, q fuerant ante vos. Cer-
te hoc dicit exẽplo cõſolationis. Magnã enĩ accipit hõ cõſolationẽ in tribulatiõe poſitus, dũ
recordat paſſiones alioꝝ, à qbus exẽplũ patiẽtiæ accipit. Sic Chriſtum imatatus ait Iacobus:
Exẽplũ

Digitized by Google

Exemplũ accipite fratres, terrẽs exitus mali & longanimitatis & laboris & patiẽtiæ prophe-tas, q loquuti ſunt in noĩe dñi. Ecce beatificamus eos, q ſuſtinuerũt. Sufferẽtiã Iob audiſtis, & finẽ dñi vidiſtis, qm̃ miſericors eſt dñs & miſerator. Sic & apl̃us alibi ſe Timotheo allegat in exẽplũ cõſtãtiæ, dicẽs: Quales pſequutiones ſuſtinui, & ex oĩbus eripuit me dñs, Et oẽs q vo-lunt viuere in Chr̃o Ieſu, pſequutionẽ patinẽ. Sic venerãdus ille pont. Max. in vet. teſt. Ma-tathias ſuos filios cõtra hoſtiũ perſequutiões cõſolaturus, ait. Nũc ergo o filij æmulatores eſto te legis, & date aĩas veſtras pro teſtamẽto patrũ, & memẽtote opeꝝ patrũ, q̃ fecerũt in gene-rationibus ſuis, & accipietis gloriã magnã, & nomẽ æternũ. Abrahã nõne in tẽtatione inuen tus eſt fidelis, & reputatũ eſt ei ad iuſtitiã? Ioſeph in tẽpore anguſtiæ ſuæ cuſtodiuit mãdatũ, & factus eſt dñs Aegypti? Ieſus dũ impleuit verbũ, factus eſt dux Iſrael. Dauid in ſua miſericor dia, cõſequutus eſt ſedẽ regni in ſecula. Helias dũ zelat zelũ legis, translatus eſt in cœlũ. Ana-nias & Azarias & Miſael credẽtes liberati ſunt de flãma. Daniel in ſua ſimplicitate liberatus eſt de ore leonũ. Et ita, inquit, cogitate per generationẽ & generationẽ, qa oẽs qui ſperant in eũ, nõ infirmanẽ. Sic ſancta Iudith ſuos cõtra hoſtes cõſolatura, inquit: Vos preſbyteri in po pulo dei, erigite corda eoꝝ, vt memores ſint, qa tentati ſunt patres noſtri, vt probarenẽ, ſi ve-re colerẽt deũ ſuũ. Memores eſſe debent, qũo pater noſter Abrahã tẽtatus eſt, & p multas tri-bulationes probatus, & dei amicus effectus. Sic Iſaac, ſic Iacob, ſic Moyſes, & oẽs qui placue-runt deo, p multas tribulationes tranſierunt fideles. Sic ſcriptura aliàs dicit, Propterea deũ cæ citate Tobiã ſeniorẽ tentaſſe, vt poſteris darẽ exemplum patiẽtiæ eius, ſicut & ſancti Iob. Sic hoꝝ oĩm & in primis Chr̃i exẽplo eccleſia ſctã inſtructa & admonita anniuerſarios in anno inſtituit, vt quidem in vniuerſum dies, in quibus venerabilis agitur memoria omniũ eorum, qui hic Chriſtũ ſequuti in Chriſto mortui ſunt, & nunc cũ eo viuentes: nimiꝝ, vt per ipſorũ memoriã & in ipſis nõ tantũ deo rẽ gratiſſimã & glorioſam faceremus, quũ eos, q eius ſunt, & ipſum in ſuis honorificaremus, verũetiã, vt eoꝝ in omni virtutũ genere ſimiles redderemur, ſane vt q illoꝝ merita & virtutes religioſa charitate colerem⁹, veneraremur, admiraremurq̃ & eoꝝ glorias frequẽti laude colloqueremur, eoꝝ etiã mores ſctõs atq; iuſtitiã imitaremur: ſic quidẽ, vt quos delectarẽt ſanctoꝝ merita, delectare deberẽt pãria circa cultũ dei obſequia. Sic, inquã, vt qui illos laudaremus, nos quoq; laudabiles redderemus, & qui ſanctoꝝ merita admiraremur, mirabiles & ipſi vitæ ſanctimonia efficeremur. Si eñ propterea iuſtos, fideleſ-q̃ diligimus, quod in ipſis iuſtitiã, fidẽq; ſuſpicimus, poſſimus & nos quoq; eẽ, quod ſunt, ſi fa cimus, q̃d ipſi fecerũt. Et ſane dei gratia nobis difficile nõ erit imitari, q̃d illi geſſerũt: quũ ſine exẽplo ab ipſis tã glorioſa geſta intelligimus: nẽpe qui nõ alioꝝ æmuli fuerint, ſed æmulandę virtutis ſeipſos nobis exemplũ præbuerint, ita nimirũ, vt nos ex ipſis ſic alij ex nobis profice-rent, hocq̃ pacto Chriſtus in ſuis ſemp in eccleſia laudaretur, vnde tandẽ ſi illoꝝ, qui bene vi uendo Chriſti crucẽ ſequuti ſunt ſimiles redditi audiremus & Chriſtũ ad nos dicere.

C ¶Gaudete & exultate, qm̃ merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Quod vbi audierimus, certo beati futuri ſumus, ita tñ, vt tales ſimus, quales illi, quoꝝ hodie memoria agiẽ, fuerũt. Quos p-cul dubio eiuſmodi fuiſſe credimus, cuiuſmodi dñs hodie beatos eſſe adſirmat octo beatorũ genera apud duos Euãgeliſtas recenſens, quoꝝ, quatenus deus ſuã nobis gratiã cõceſſerit, & ſeriem & conditionẽ paucis videbimus, vt ſubinde Euangeliũ ipſum vel rudioribus omnino pateat. Beatitudinẽ promittũt oẽs, qui ſe doctores ſapiẽtiæ promittunt. Beatitudinẽ oẽs expe tunt, cuiuſcũq; ſtatus ſunt aut conditionis. Sed qbus in rebus ſita ſit hoĩs felicitas, ingens inter philoſophos eſt certamen, ingẽs in vita mortaliũ error. Hinc Chr̃s deus & hõ doctor verus, ideq̃ vnicus magiſter ſua explicãs paradoxa, ſed veriſſima, docet, quibus in rebus vera felici-tas, adeoq̃ ipſa beatitudo ſempiterna ſita ſit. Et ſane ab ea ordiẽ, q̃ oĩm eſt virtutũ parẽs, ſine qua nemo veræ doctrinæ capax eſſe poteſt, Hinc eã primã poſuit, vt cæteræ oẽs ſequerentur vti magiſtrã. At q̃ ſunt iſtæ beatitudines, aut res, in qbus cõſiſtit beatitudo? Sunt, paupertas, manſuetudo, triſtitia, eſuries, miſericordia, munditia, pax, tribulatio ex perſequutione. Hinc

D Chriſtus inquit ad diſcipulos & ad nos omnes. ¶Beati pauperes, quoniã ipſorum eſt regnũ cœlorum. Qui pauperes? Sane pauperes ſunt & mali & boni. Occurrit dñs, dicens: Beati pau peres ſpiritu, id eſt, qui vitijs pauperes, freti innocentia ſua, freti deo, freti præmijs futuri ſecu-li, tranquillo pectore cõtemnũt ea, q̃ ſunt huius mũdi, & ſequunẽ bona cœleſtia, & ſi habent hæc bona tẽporalia, in ea finẽ nõ ponũt, ſed (iuxta apl̃m) vtẽtes hoc mũdo ſunt tãq̃ nõ vtẽtes q deniq; nihil de ſe magni ſentiẽtes, ſed humiles nõ inflanẽ, nec extollunẽ mẽte carnis ſuæ. Sic Chr̃us pauper fuit, q cũ diues eſſet propter nos factus eſt pauper. Sic pauper fuit, glorioſa vir-go Maria, quã dixit, Quia reſpexit humilitatẽ ancillæ ſuæ. Sic pauper fuit Paulus, q (vt ipſe de ſe ſcribit) ea, quæ ſibi lucra eſſe poterant propter Chriſtũ arbitratus eſt, vt ſtercora & detrimẽ ta. Pauper fuit & ille cũ omnibus ſuis fratribus, & eũ ſequentibus, qui dixit, Ecce nos reliqui-mus oĩa, & ſecuti ſumus te. Sic etenim diuites quoq; eſſe poſſunt pauperes, ĩdẽq; beati, & pau peres etiãnũ huius mundi pauperes eſſe poſſunt nõ beati. Multos vtiq; rei familiaris tenuitas

Iacob. 5
2. Tim. 3
1. macha. 2
Iudith. 8
Tobiæ. 2
1. Cor. 7.
Philip. 2
2. Cor. 8
Lucæ. 1.
Philip. 3
Matt. 19
Marc. 10
Lucæ. 18

generis humilitas, cõditionis obſcuritas, fortunæ aduerſitas, reddit abiectos & humiles, ſibiq́
Lucæ.16 diſplicẽtes, q & ipſi vere paupes ſunt, ĩdeq́ beati, ſi q̃ vocat fortuna, ſequant̃ aĩo. Sicut Laza
Iob.1. rus mẽdicus, Sicut Iob, ſiq̃dẽ vera paupertas in aĩo ſit ipſa humilitas. Nõ qd ꝓderit carere ſe-
Mat.11. cularibus, niſi adſit & mãſuetudo, Nã qui ſequunt̃ viã rectã, ſequunt̃ vtiq́ illũ, qui ait: Diſcite
Pſal.141. à me, quia mitis ſum & humilis corde. Hinc Chriſtus dicit. ¶Beati mites, quia ipſi poſſide- E
bunt terram.ſ. viuentium, de qua propheta: Portio mea domine in terra viuentiũ. Qui mi-
tes? qui nulli vim faciũt, qui læſi facile cõdonant iniuriã, qui malũt rem perdere q̃ contendere
& pluris faciunt quietã paupertatem, q̃ rixoſas diuitias, qui deniq́ mitigant affectus ſuos, vt
Pſalm.4 non iraſcantur, aut irati non peccent, iuxta prophetam: Iraſcimini & nolite peccare: ſiquidẽ
aliquando pulchrius & ſalutarius ſit, cohibere & tẽperare iracundiã q̃ omnino non iraſci. Sic
Pſalm.37 mitis fuit Chrũs, qui de ſe per prophetã dicit. Ego tanq̃ ſurdus nõ audiebã, & ſicut mutus nõ
Eſaiæ.53 aperiẽs os ſuũ. Et factus ſum ſicut hõ non audiẽs, & nõ habens in ore ſuo redargutiones. De
quo & Eſaias: Sicut ouis ad occiſionẽ ducetur, & quaſi agnus corã tondẽte ſe obmuteſcet, &
1.Cor.4 nõ aperiet os ſuũ. Mites fuerũt & apoſtoli, q apud Paulũ dicũt, Maledicimur & bñdicimus,
blaſphemamur & obſecramus. Sic & ipſe Paulus fuit mitis, quũ ad Corint. ſcripſit. Quid vul-
1.Cor.4 tis? In virga veniã ad vos, an in charitate & ſpũ mãſuetudinis? Et tũ q̃dẽ, cũ daret hæreticum
in paſſionẽ carnis, vt ſpũs in die iudicij eẽt ſaluus. Sequit̃ dñs, inquiẽs, ¶Beati, q lugẽt, qm̃ ip F
1.Cor.4 ſi cõſolabunt̃. Qui ſunt lugẽtes? qui ſua pctã & alioꝝ deflẽt, & ſe arguunt, & qui ſpretis huius
1.Cor.15 mundi voluptatibus in lachrymis, in vigilijs, in ieiunijs & ærumnis vitã tranſigunt. Sic luxit
Lucæ.7 apſus, quũ inquit, Quia nõ ſum dignus vocari apſus, q̃a pſequutus ſum eccleſiã. Luxit & Chri
Mat.26 ſtus, qñ ſup ciuitatẽ Hieruſalẽ fleuit. Luxit & Magdalena, qñ lachrymis cœpit rigare pedes
Marc.14 Ieſu Chriſti. Luxit & Petrus, qñ Chriſtũ negans, & egreſſus foras fleuit amare. Hi quidẽ penè
Lucæ.22 oẽs vel beati fuere, quia hic cõſolati ſint p peccatoꝝ remiſſionẽ ex grã, aliàs p gaudiũ in cœle
Apo.7.21 ſti patria, vbi neq́ eſt dolor, neq́ clamor, neq́ luctus, ſed æternalis lætitia. Qui nũc pctã depo
ſuerũt, mores tẽperarũt, delicta defleuerũt, eſurire incipiũt iuſtitiã. Hinc Chrs ait ¶Beati q eſu G
Iohan.6 riunt & ſitiũt iuſtitiã. Qui ſitiũt iuſtitiam? q famẽ & ſitim hanc à rebus corporeis & perituris
trãſferunt ad expetendã iuſtitiã euangelicã, Qui, inquã, eſuriũt illũ panẽ, quẽ qui edit, viuet in
æternũ. Qui, inquã, eſuriunt Chriſtũ, verã ipſam iuſtitiã, qua per fidẽ & bona opera iuſtifica-
Pſal.41. mur, qui propterea indies magis atq́ magis cupiũt iuſti fieri. Sic iuſtitiã eſurijt Dauid, inqui-
ens. Queadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquaꝝ, ita deſiderat aĩa mea ad te deus. Sitiuit
Roma.7 aĩa mea ad te deũ, fontẽ viuũ. Eſurijt & Paulus iuſtitiã, quãdo exclamauit, infelix ego homo,
quis me liberabit de corpore mortis huius. Et alibi. Deſideriũ habens diſſolui & eſſe cũ Chri-
Philip.1. ſto. Sic certe oẽs ſancti, quoꝝ memoria hodie celebratur, eſuriunt verã illã iuſtitiã, vt quidem
Pſalm.16 mortem ſubire non dubitarint, vt ea illa ſaturarent̃, qui vtiq́ ſaturati ſunt ĩ æterna patria, de
qua ſaturitate propheta concinit, inquiẽs. Satiabor cũ apparuerit gloria tua. Ibi eñ ſancti (ait
Apocal.7 Apocalypſis) nõ eſurient neq́ ſitient amplius, quippe diuina fruitione repleti. Sequitur, Chri
ſtus inquiens. ¶Beati miſericordes. Qui miſericordes? qui pro charitate fraterna alienã mi H
ſeriam ſuã eſſe ducunt, qui proximi malis indoleſcunt, qui calamitatibus aliorum illachrymã
tur, qui de ſuo paſcunt egentẽ, veſtiunt nudũ, monent errantẽ, docent ignorantẽ, condonãt
peccanti. In ſumma, qui quicquid habẽt dotis, id alijs ſubleuãdis ac refocillandis impendunt.
Lucæ.10 Talis miſericors fuit Samaritanus ille euangelicus. Miſericors fuit rex, qui ſeruo donarat de-
Mat.18 cem millia talentoꝝ. Miſericors fuit Paulus, quũ ait. Supportantes inuicem, & donantes vo-
Epheſ.4 Coloſſ.3 biſmetipſis, ſi quis aduerſus aliquem habet q̃relam, ſicut & dñs donauit vobis, ita & vos. Vtiq́
Roma.9 ille fuit miſericors, qui pro fratribus à Chriſto anathema eſſe voluit. Miſericors fuit & Tobi-
as, q vſq́adeo pauperibus & mortuis cõdoluit. Fuere & miſericordes, quoꝝ hodie memoriã
Roma.8 agimus: qui & apud deũ in cœleſti patria cõſecuti ſunt miſericordiã, quũ illã inibi adepti ſunt
gloriã, ad quã huius tẽporis paſſiones cõdignæ nõ ſunt. Sequitur, Chriſtus dicens.
¶Beati qui ſunt mundo corde. Qui ſunt mundo corde? quibus cor eſt ab inquinamẽtis om I
Pſal.50 nibus puꝝ & illibatũ, q̃s nõ arguit pctõꝝ cõſciẽtia, qualẽ ſe fieri optat Dauid, dicẽs. Cor mun
Luc.1 Actorũ.6 dũ crea in me deus. Mundo corde fuit Maria deipara, in qua grẽ plena nõ fuit macula, ſed to
ta pulchra. Fuit & corde mũdo Stephanus, grã plenus & fortitudine. Fuit & Paulus corde mũ
1.Cor.4 do, qui de ſe dicere potuit. Nihil eñ mihi conſcius ſum. Fuere proculdubio omnes apoſtoli
Actorũ.2 mundo corde, quoniã ſpiritu ſancto repleti Chriſtũ hic à facie ad faciem, deĩq́ ipſum hic per
1.Cor.13 ſpeculũ in ænigmate per fidẽ viderũt, quẽ nunc à facie ad faciẽ, vident: quo (vt propheta di-
cit) nemo ibit, niſi qui innocẽs manibus eſt & mundo corde. Sequit̃ Chrũs. ¶Beati pacifici. K
Pſalm.23 Qui ſunt pacifici? qui paci & tranquillitati faciendæ, reformãdæ, conſeruandæq́ ſiue in ſe ſi-
ue in alijs inuigilant: qui, inquam, primo in corde ſuo, deinde & inter fratres diſſidentes faci-
unt pacem, qui, inquam, omnes animi ſui motus componentes & ſubijcientes rationi, carna-
leſq́ cõcupiſcentias edomitas habẽt & faciũt, non eñ prodeſt alios pacari p nos, cũ in aĩa no-
ſtra ſunt bella vitiorum. Sic pacificus fuit Dauid, qui de ſe dicere potuit. Cum ijs, qui oderunt

pacem

Digitized by Google

pacem, eram pacificus. Pacificus fuit Apoſtolus, quum ait: Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt, cũ Roma. 12
omnibus hominibus pacem habentes. Pacifici fuere Apoſtoli, qui iuxta Chriſti præceptum
inde abierunt, vbi pax eorũ non fuit acceptata, ne locũ darent bello & litigio. Quare beati ſunt Matt. 10 Mar. 6
pacifici: q̃a (reſpondit Chr̃us) Filij dei vocabunt. Si filij, ergo hæredes vtpote Dei, cohæredes Lucæ. 9
autem Chriſti, cuius hæreditatis? Aeternę glorię. Sic Paulus ait: Nullum peccatorem habere Ephe. 5
hæreditatem in regno cœlorũ. Et Petrus ſcribit: Quia in hoc vocati eſtis, vt benedictionem 1. Petri. 3.
hæreditatis poſſideatis.

L ¶Sequit Chriſtus inquiens: Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam. Qui patiuntur propter iuſtitiam? qui propter quancunq; virtutem, pietatem, veritatem, beneuolentiam hocq; genus virtutes pias, vtpote amore Chriſti vel propter aliquam dei cauſam, vel à ſuis, vel alienis, vel in corpore, vel in fama, vel in bonis temporalibus, aut per plagas, aut per detractiones patiunt perſecutionem. Quo pacto perſecutus eſt Chriſtus, teſtimonio Prophetæ, dicentis: Quia odio habuerũt me gratis. Sic perſecuti ſunt apoſtoli & martyres quiq; ſanctiſſimi, q de ſeipſis in pſalmis dicunt ad Chriſtũ: Quia propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. Sed in his omnibus ſuperamus propter eum, q dilexit nos. Quibus & Chriſtus teſtimoniũ dedit, inquiens: Si me perſecuti ſunt, & vos perſequentur. Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum. Quare beati ſunt? Quia ipſorũ eſt regnum cœlorum, quos ſe inibi vidiſſe ait Apocalypſis: Siqdem infinitos & ſine numero, qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt ſtolas ſuas, & dealbauerunt eas in ſanguine agni. Et ſanè notabiliter adfirmat Chriſtus beatos, qui propter iuſtitiam patiuntur, non propter ſcelera & iniquitates ſuas, veluti malefici, latrones, & hæretici. Quomodo Petrus nolit nos pati, inquiens: Nemo veſtrum patiat, quaſi homicida, aut fur, aut maledicus. Quàmuis tamẽ ſint, qui propter peccata ſua patiunt, & beati fiant, non tamen, quia propter peccata patiuntur, ſed quia deus illis petentibus peccatorũ remiſſionem largitur ex miſericordia propter paſſionem. Ad cuius fidem Apoſtolus ait: Dum iudicamur autem à domino corripimur vt non cum hoc mundo damnemur. Sic latro in cruce beatus eſt factus, & plerìq; alij peccatores, & Dauid quoq;, non qdem ex peccatis, ſed ex miſericordia.

Pſal. 118 Johan. 15 Pſal. 43. Roma. 8. Joh 15. 16. Apoca. 7. 1. Pet. 4 1. Cor. 11. Lucæ. 23

M ¶Sequitur Chriſtus perinde atq; declarans octauam beatitudinem, inquiens: Beati eſtis cũ maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint &c. Qui autem beati ſunt hoc modo, & quibus maledicit hoc modo? Quibus blaſphematis falſo & mendaciter & qdem propter Deum blaſphemat & maledicit. Et ideò ait Chriſtus: Mentientes propter me. Vnde excipiuntur mali homines, quibus obijciunt ſua crimina, quàmuis id à Chriſtiano homine alienum eſſe debet. Ita ſanè falſo blaſphematum eſt Chriſto, quum illi perfidi Iudæi obiecerint, quoniam dæmonium haberet, quoniam dixiſſet ſe templum in triduo ædificaturũ & alia, quæ ex odio manantia erant falſiſſima. Cui & falſo obijciebatur, quod eſſet potator, ſeductorq;. Sic Apoſtolis maledictum eſt, quum vt Paulus innuit per infamiam habiti ſunt vti ſeductores & voraces & cætera. At illi Ieſu Chriſti verborum hodie memores, ibant gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt, pro nomine Ieſu contumeliam pati.

Johan. 8. Mat. 26 Mat. 11 2. Cor. 6. Acto. 5

N ¶Sic ſanè & ipſi illos in exemplo imitantes propter deum libenter malorũ probra & crimina in nos falſo obiecta feramus, nec deploremus noſipſos, vt afflictos, vt exploſos, vt infames, quin potius ob hæc ipſa, vti Apoſtoli fecerunt, gaudeamus & exultemus, quod quo magis illi ſæuierint pſeq̃ndo, hoc magis nobis creſcit, & accumulat p̃mium in cœlis, à deo nobis repoſitum. Illorũ malum procul dubio Deus vertet in bonum noſtrum, damna in lucrũ, ignominiam in æternum veramq; gloriam. Crimina ac probra falſa in titulos & Eulogia verę pietatis, execrationem in laudes, & gratulationes tam apud homines q̃ apud deum. Moneo (inquam) fratres chariſſimi, vt & ipſi conemur eſſe ac fieri beati, vtiq; ex his octo rebus, ex q̃bus futura eſt (Chriſto teſte) vera beatitudo, nec horreamus ab his, quàmuis abhorrentes ſint ab omni opinione, qui mundo videntur admodum ſapere. Simus memores omni hora verè dictum ab Apoſtolis, nos oportere per multas tribulationes intrare in regnum dei, quod non in eſca & potu ſitũ eſt, & oẽs qui volũt piè viuere in Chriſto Ieſu perſecutionẽ pati oportere: ſiqdem anguſta, id eſt, tribulatoria, dura, artaq; ſit via, id eſt, vita quæ ducit ad veram æternamq; vitam. Id quod ex hodierno Euangelio facile cognoſcitur, quam & pauci ambulant, quam tamen & Apoſtoli tranſierunt & ſancti omnes, quorũ hodie agitur memoria, & ante ipſos quidem conſtat Chriſtum eſſe paſſum, & ſic per anguſtiam & paſſionem intraſſe gloriã ſuam, exemplo quod omnes ſequi oportet, qui cum eo eſſe velint.

Acto. 14 Roma 14 2. Tim. 3. Matt. 7. Lucæ. 13 Lucę. 24

O ¶Nec mirum adeò duriter quenq; eo peruenire, quum (vt ſcribit Paulus) non ſint condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Id quod Chriſtus hodie apertò inſinuat, præmio nos ad veram beatitudinem, vtcunq; noſtro iudicio difficillimam, inuitans, quando ait: Gaudete & exultate, ſcilicet animo & corpore, ſcilicet quum talia pꝑeſſi fueritis, & tales futuri, quales dixi beatos, q̃m merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Roma 8.

Digitized by Google

Matth.6 ¶Quomodo copioſa? id eſt, nunq̃ deficiens, & omnia merita omnium ſuperans, non viſi- P
bilis, non tranſitoria, non finita, quam vt Chr̃us ait: Neq; erugo, & tinea demolitura, nec fures
Matt.19 ſunt effoſſuri. Quõ copioſa eſt merces? In cẽtuplo (inquam) maior meritis & laboribus, Chr̃o
Marc.10 adfirmante: Amen dico vobis, q̃d vos q̃ ſecuti eſtis me in regeneratiõe &c. Et oĩs q̃ reliquerit
Luc.18. domũ, vł frẽs, aut ſorores, aut patrẽ, aut matrẽ, aut vxorẽ, aut filios, aut agros ꝓpter nomen me
Gene.15 um, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit. Rectè igit̃ Chr̃us hodie dicit: Copioſa
eſt merces. Qui & alibi ipſe Deus dixerit: Ego ſum merces tua magna nimis. Quæ eſt illa mer-
ces? Deus eſt vt audis, q̃ certè adeò magnus eſt, adeò copioſus & latus, vt rectè diuus Philip-
Johan.14 pus interrogarit: Dñe oſtende nobis patrẽ, & ſufficit nobis. Quum (obſecro) magnũ eſt præ-
mium ꝓ tot in hoc ſeculo laboribus & paſſionibus? Tam magnũ, tam copioſum, tamq́; pretio
1.Cor.2. ſum, vt nullis poſſit verbis explicari, nec à quopiam vel concipi, vel intelligi (teſte Paulo) qui
ait: Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hoĩs aſcendit, quæ præparauit Deus
his, qui diligunt illum, nobis autem reuelauit Deus per ſpiritum ſuum.

¶Sed vbi erit hæc merces? In cœlis, ait Chr̃us, vbi eſt ſummũ bonum, Deus in quo eſt con- Q
gregatio oĩm bonoꝝ, quæ vł excogitari vł optari poſſint. Ab illo eñ & in eo & per eum ſunt
Apoca.7. omnia, vbi (teſte Apocalypſi) nec amplius eſuriemus, nec ſitiemus, neq; cadet ſup nos ſol, neq;
vllus æſtus, neq; erit nobis dolor, neq; luctus, neq; clamor, ſed dies ſine nocte, claritas ſine
tenebris, ſcientia ſine ignorantia, lætitia ſine mœrore, & gaudium æternale, indeficiensq́;.
Sed quando perfruemur ea mercede? Vtiq; partim mox vbi aĩa è corpore migrauerit, plena
poſt reſurrectionem in vltimo vniuerſaliq́; iudicio, quando corpori per reſurrectionem car-
nis aĩa denuo coadunabit. Certum eñ eſt & vera fide indubitatũ, aĩas in Chr̃o à corpori-
bus emigrantes ſtatim ad cœlum euolaturas, ibiq́; mercede ꝓmiſſa vſuras, alioqui nimiꝝ fal-
Johan.12. ſo Chr̃s dixiſſet: Et vbi ſum ego, illic & miniſter meus erit. Male etiam Petrus ſcripſiſſet: Non
2.Petr.3 tardabit (inquiẽs) dñs ꝓmiſſionẽ ſuam, ſicut q̃dam exiſtimant. Male optaſſet Paulus tantopꝫ
Phil.1. diſſolui, & eſſe cum Chr̃o. Fruſtra quoq; & falſo Chr̃us ſuos hodie fuiſſet conſolatus, inquiẽs:
Gaudete & exultate, q̃a merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Sed certè oẽs bene & vere dixerũt
& ſcripſerunt. Chriſtusq́; verè eſt conſolatus. Errant aũt impiè, q̃ garriunt animas in cœlum
non peruenturas niſi exacto vltimo iudicio, ſed eas manſuras, neſcio quo in loco. Et ſi locus in
1.Theſſ.4 ſcripturis fortè offendat, quo videret innui ſanctos non illicò in cœlis eſſe, proculdubiò intel-
liges quo ad corpus, quod in cœlo non erit, niſi adiunctum poſt reſurrectionem aniæ, quem-
admodũ latè alias & ſanctiſſimis ſcripturis & rõnibus oſtendimus contra hæreticos, à quibus
alieni, credamus, Chriſto ipſiſſimæ veritati, Apoſtolis, ſcripturis, ratõibus, naturæ deniq; ipſi,
Hebr.10 quæ aduerſum iſtos militat. Imò cũ Paulo admoneo, ne amittatis confidentiam veſtram, quæ
magnam habet remunerationem, ſiqdem faciam vobis neceſſaria ſit, vt voluntatem dei faci
entes reportetis promiſſionem, quam ſine dubio reportarunt omnes, q̃ hoc in ſeculo tam bo-
na q̃ mala propter deum ſuſq́; deq́; tulerunt, memores hoc eius, quod ad ipſos hodie dñs ait:
Gaudete & exultate, qm̃ merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Quod ſi & in vera fide ſuſtinebi-
2.Timo.2 mus, certè (Paulo teſte) conregnabimus, & ſic non modo hic ꝑ fidem lætabimur & exultabi-
mus de tam magnifica mercede ꝓmiſſa, ſed lætabimur & exultabimus ꝑpetuo citra finem in
cœlis, ea copioſa per Chr̃m mercede promiſſa in Chriſto perfruuentes.

HOMILIA NONAGESIMANONA DE EO QVOD SCRI-ptum eſt: Lucæ. 12. Et vos eſtote parati: quia, qua hora non putatis, filius hominis veniet.

In ferijs diui Martini.

NON POTEST ALIVD AGERE DOMINVS IESVS A
quàm quod pientiſſimus quiſq; pater in ſuos filios. Ille enim quos o-
mni labore & ſtudio à lubrico ætatis iuuentutis ad annos diſcretiõis
(quam vocãt) educauit, eoſdem nõn ſolum ſedulo monet vt ſine labe
ſe conſeruent, verumetiam ad omnem ſe honeſtatem vitæ pręparẽt.
Idq́; ipſum maximè hortatur peregrè abiturus, vt venturus inueniat
illos ad votum compoſitos. Sic ſanè Chriſtus dominus, ac pater no-
ſter multò clementiſſimus nos ſuos filios, q̃s vt omnes amariſſima ſua
paſſione à morte & à peccato redemit, redemptos vult ſubinde imma
Apoca.21. culatos fore, aut certe maculatos repurgatum iri per pœniam: quo nos tandem expurgatos,
pinde atq; ſuos filiolos ad cœleſtẽ patriã, vñ ꝓpter pc̃tã ꝓtruſi ſumus, alacriter reducere poſ
ſit, q̃ nihil coinquinatũ aut abominationẽ faciens, intrare pt̃. Cuius igit̃ voluntatẽ vt ardentius
amplecteremur, nos terrore ſui aduẽtus ꝓmouet, inquiẽs: Et vos eſtote parati, q̃a qua hora nõ
putatis filius hoĩs veniet. Quæ ſane verba, totius Euãgelij cõcluſio triũ nos admonent.

¶Primo

Digitized by Google

B ❡Primo de certitudine dñi aduentus,qui duplex in ſcriptura tradit.Primus in obitu vniuſ Lucæ.12
cuiuſq; hoïs,tunc eñ dñs vnicuiq; talis apparebit, qualis q morit,fuerit:de q aduentu habes de
auaro aliàs in Euangelio,q,quum ſibi fructus tẽporales excreuiſſent, dixit: Deſtruam horrea
mea,& maiora faciam,& illuc congregabo oïa,quæ nata ſunt mihi,& bona mea,& dicã anïæ
meæ.Anima habes multa bona poſita in annos plurimos,requieſce,comede,bibe,epulare.Di
xit aũt illi Deus:Stulte,hac nocte aïam tuã repetũt à te.Et ſanè hõ talis erit iudicandus, qualis
in morte inuenit.Inſup vt certiſſimus eſt ille dñi aduentus, ita mors vniuſcuiuſq; quod futura 2.Reg.14
ſit,certiſſima eſt.Hinc Scriptura:Omnes morimur,& quaſi aquæ dilabimur in terrã,quæ non Eccl.2.
reuertunt. Et Eccleſiaſtes ait: Cuncta ſubiacent vanitati,& oïa pergunt ad vnũ locũ,de terra Hebre.9.
facta ſunt,& in terram pariter reuertunt.Sic Apl'us inqt:Statutũ eſt hoïbus ſemel mori.Et q- Eccl.25.
dem propter pctm primi parentis(teſte Eccliaſtico)dicente: A muliere initiũ factũ eſt pecca Roma.5.
ti,& p illam oẽs morimur.Non eñ poterat deus mentiri,quum diceret:In quacũq; die eñ co Gene.2.
mederis ex eo,morte morieris.ſ.temporali & ęterna.Vnde prorſus indoleo,nos non recor-
dari mortis adeò certè:nimirũ q adeò de ea nihil cogitamus, quũ experientia doceat, nos oẽs
morituros,q ſi corde perciperemus morte digna non perpetraremus,nec peccaremus. Alter
dñi aduentus erit poſt huius ſeculi conſummationẽ,quando veniet iudicaturus viuos & mor-
tuos,iuxta ſingulorũ merita & demerita. De quo in Actis Aplicis: Hic Ieſus qui adſumptus ẽ Acto.1.
à vobis in cœlum,ſic veniet,quemadmodũ vidiſtis eum euntẽ in cœlum.De quo ipſe Chrus: Matt.16
Filius hoïs venturus eſt in glia patris ſui,cum angelis ſuis,& tunc reddet vnicuiq; ſcdm ope- Lucæ.2.
ra eius.Et apud Lucam: Tunc videbunt filiũ hoïs venientẽ in nube cum poteſtate magna, &
maieſtate.Et in Apocalypſi:Ecce venio citò,& merces mea mecum eſt, reddere vnicuiq; ſe-
C cundum opera ſua.Sic & Paulus. ❡Secundo, ſine peccato apparebit oïbus expectantibus. Apoca.22
Et Chrus pariter de vtroq; videt hodie loqui ſuo aduentu, quorũ vtrũq; vt certiſſimũ futurũ, Heb.9
ita incertiſſimũ nobis quo momento vterq; ſit,adſeuerat.Siqdem nihil ſit morte certius,& ni
D hil hora mortis incertius. ❡Et hoc eſt ſcdm qd ex themate noſtro colligit,vtpote,Horam
mortis & nouiſſimi iudicij oïbus eſſe incertam.Certò qdem nos ſcimus morituros,at qũo, qñ
vbi, planè neſcim'. Hinc Eccliaſtes ait:Neſcit homo finẽ ſuũ ſed ſicut piſces capiunt hamo,& Eccl.9
aues laqueo comphendunt,ſic capiunt hoïes in tpe malo,cum eis extemplo ſuperuenerit.Dñi
aũt aduentũ prorſus eſſe ad iudiciũ nobis incertũ,Dñs hodie palam arguit. Idemq; aliàs facit, Mat.24
inquiens:De die aũt illa & hora.ſ.extremi iudicij nemo ſcit,neq; angeli cœlorũ, niſi pater ſo- Lucæ.17
lus.Qui & alibi diſcipulis de tempore reſtituendo interrogantibus,reſpondens ait:Non eſt ve Acto.1
ſtrum noſſe tempora vl' momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate. Sic Apl'us ſubſequens 1.Theſſ.4
ſcribit:Ipſi eñ diligenter ſcitis,qa dies dñi,ſicut fur in nocte ita veniet.Cum eñ dixerint pax 2.Petri.3.
& ſecuritas,tunc repentinus ei ſupueniet interitus. Et Petrus: Adueniet aũt dies dñi vt fur,in Apoca.3.
quo cœli magno impetu tranſient.Et Apocalypſis in perſona Chri, Si ergo non vigilaueris,
veniam ad te tanq̃ fur,& neſcies qua hora veniam ad te. Vnde ſatis patet eam iudicij mortiſq;
diem eſſe nobis voluiſſe Deum omnino incertam, & quidem non ſine cauſa,quæ perinde atq;
E ❡Tertiũ ex themate noſtro colligit.ſ. vt eo nos diligentius & cautius ad huiuſmodi aduentũ
præpararemus,vt parati cũ eo ad æternã vitã ſimus ingreſſuri,mercede illa, de qua nuper, per
fruituri æternaliter. Ad quam præparationem Chrus exemplo furis,& bonorũ temporalium
pollicere conat:quo oſtendit,propterea nobis diem iudicij adeoq; mortis nobis eſſe incertã,
vt quemadmodũ mors ſemp eſſet nobis ſuſpecta & timenda,ne nos incautos comprehendat,
ſic ſemper nos deberemus bene operari,vt bene diſpoſiti omni hora, beneq; veſtiti inuenire-
mur,veſtiti nuptias illas perpetuas intraturi.Idq; à nobis maximè conandum, quod hæc ipſa
dies mortis & iudicij,dies ſit illa,in qua ſalus noſtra vera eademq; æterna pendet & vertit, cui
nihil in precio reſpondere poſſit.Si modo paterfamilias, id eſt, quilibet homo moriturus, ſi
horam de aduentu furis,ſemper ſuſpectam haberet,ſemper vigilaret,ne ipſe fur ex domo tem
poralia & ſecularia bona auferret, neúe vel ipſum corpus perderet,quanto magis idem pa-
terfamilias,quũ horam mortis & iudicij ſemper habet ſuſpectam vigilare debet, ne fur,id eſt,
inopinata & mala mors(quæ peccatorũ eſt)auferat ipſa æternalia ſpũaliaq;, & adeò ipſam ani- Pſal.33
mam,quæ adeò,teſte Chro, precioſa eſt, vt homo pro ea non poſſit inuenire permutationẽ. Mat.16
Quid modo prodeſt homini,quærit Chriſtus,ſi mundum vniuerſum lucraretur,animæ vero Mar.8.
ſuæ detrimentum pateretur?Igitur hodie,quia mundus fallax ſit,vita breuis,finis dubius, ex- Lucę.9
itus horribilis, Iudex terribilis, pœna interminabilis, hortante, monenteq; domino noſtro
vigilemus,ſemperq; ſoliciti ſimus, vt tam in prima vigilia, id eſt, puerili ætate, & in ſecunda
vigilia,id eſt, iuuenili ætate, tamq; in tertia, id eſt, virili, ſeniliq; ætate vſq; ad finem vigiles,
& demum in morte parati inueniamur.
F ❡At qũo(inquis) paremur? Siqdem nos ex Chri mandato lumbos nr̃os cingamus, lucer-
naſq; ardẽtes in manibus habeamus. Quid eſt lumbos cingere? Vtiq;:Nos coercere ab omi li
bidine tam anïæ & corporis tamq; rerũ temporaliũ,illis parciter & pinde, vt Apl'us ſcribit, non
vti.Lũ-

Digitized by Google

vti. Lumbi eñ ſunt corpis pars, vnde libido emanat. Sunt aũt lumbi etiã mẽtis, vtpote volun
1. Cor. 7. Matt. 15 tas & intellectus, vnde procedunt mala deſideria, malæq́ꝫ cogitões. Debemus itaqꝫ lumbos eē
1. Pet. 1 præcincti, id eſt, caſti & reꝝ tẽporaliũ nequaq̃ cupidi. Id q̃d Petrus ſatis declarat, dicẽs: Pro-
pter quod ſuccincti lumbos mẽtis vr̃æ ſobrij, pfecti ſperate in eam, quæ offerť vobis grãm in
reuelatõe Ieſu Chr̃i. Quid ergo eſt, habere lucernas ardẽtes? Eſt habere rectã veramq́ꝫ in operi
Luce 11 bus intentionẽ: ſiqdem Chr̃o interprete, lucerna corpis eſt oculus, oculus vero lumẽ, quod in
nobis eſt, id eſt, mens. Vult ergo Chr̃us, vt caſti ſimus, aſpernãtes hæc mundana, & qdem nõ
Ephe. 6. fictè, vt hypocritæ faciũt, ſed verè & recta intentõe, id ẽ, ppter deũ, quẽ expectamus ventuꝝ
ad æternas nuptias, eoq́ꝫ nos introductuꝝ. Id q̃d euidẽter Apl̃us arguit: State ergo (inquiens)
ſuccincti lumbos veſtros in veritate. Monet præterea Chr̃us, vt habeamus lucernas ardẽtes,
id ẽ, bona opa, quę & recta intentõe proximis luceãt in om̃i charitate ad inſtructionẽ. Sic aliàs
per lampades qnqꝫ virginum ſapientum intelligit bona opera in fide, qbus caruerunt fatuæ.
Matt. 25 ¶ Id tametſi hodie præcipiť oĩbus hoĩbus, pręcipuè tñ ſacerdotibus eoꝝq́ꝫ maximè præla- G
tis, q in Apl̃oꝝ locum ſucceſſerũt. Illi eteñ, qa alioꝝ ſunt duces & paſtores, lucernas debent ha
bere. ſ. lucentes & ardẽtes, id eſt, fidei opa, dogmataq́ꝫ non ſibi tantũmodo, ſed alijs vti ſpecula
Matt. 5 & exempla, qbus eos in om̃i fide & caſtitate ducãt ad viã ſalutis. Quod monet Chr̃us. Sic luce
Coloſſ. 4. at (inquiẽs) lux vr̃a corã hoĩbus, vt videãt opa vr̃a bona, & glorificẽt pr̃em vr̃m, q in cœlis eſt.
1. Theſſ. 4 1. Timo. 3 Sic & Paulus ait: In ſapĩa ambulate ad eos, qui foris ſunt, tp̃s redimẽtes. Et rurſus: Vt honeſtè
ambuletis ad eos, q foris ſunt. Et iteꝝ: Oportet aũt & illũ teſtimoniũ habere bonũ ab his, q fo
Tit. 2 ris ſunt, vt nõ in opprobriũ incidat, & laqueũ diaboli. Idẽ ad Titũ: In oĩbꝰ teip̃m præbe exẽplũ
bonoꝝ opeꝝ in doctrina, in integritate, in grauitate. Verbũ ſanè irrep̃henſibile, vt is, q ex ad-
Iohan. 9 uerſo eſt, vereať, nihil habẽs malũ dicere de vobis. Sic certè Chr̃us docuit & fecit, q ipſo teſte,
Quàmdiu fuit in mundo, fuit lux mundi, quę illuminat omnẽ hoĩem venientẽ in hũc mundũ.
Iohan. 5. Matth. 5 Sic Iohannes Baptiſta à dño lucerna eſt ardẽs & lucẽs appellatus. Sic & Apl̃i lux mũdi, q̃s dñs
iuſſit ſuã lucẽ nequaq̃ ponere ſub modio, ſed ſup cãdelabrũ. i. ſua ſalutaria verba atqꝫ opa palã
facere, exemplo alijs. Id q̃d q̃ ſtudioſe illi factitarũt, ex ipoꝝ actis, deq́ꝫ ipſis hiſtorijs paſſim eſt
colligere. ¶ Illos inter alios præcipuè imitatus eſt diuus Antiſtes Martinus, huius inclytæ
Eccleſiæ Moguntineñ. ſingularis patronus & tutelaris, in cuius ſanctæ vitæ memoriã, & æter H
nale teſtimoniũ Eccleſia ſancta, veritatis colũna, Euangeliũ pauloante à nobis recitatũ inſti-
tuit legendũ & prædicandũ hac die, quæ illi ſacra eſt & dicata, qua præſul ille ſanctus oĩbus hu
ius Eccleſię Chr̃ianis præcipuè prælatis haud ſecus atqꝫ ſpeculũ foret exhibendus, vnde infor
1. Cor. 4. maremur, vt queadmodũ ipſe Chr̃i fuit imitator, ſic & ipſi eſſemus, veluti Paulus hortať ſuos
1. Cor. 11. inquiens: Rogo vos imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chr̃i. Sic aliàs: Cupimus vos fieri eoꝝ,
Heb. 6 qui fide & patientia hæreditabũt pmiſſiones. Hac nimiꝝ rõne Eccleſia nobis ĩſtituit aliquot
dies, qbus eoꝝ diuoꝝ memoriam in nr̃am vtilitatem & in Chr̃i Ieſu gloriam haberemus, quẽ-
admodũ ſingulariter Eccleſia Moguntina ſibi elegit diuum Martinũ tutelarẽ, patronũ, præla
tũ, quẽ imitareť, ſicut ip̃e Chr̃m imitatus eſt. Et rectè qdem, qm̃ non poſſit nõ imitari Chr̃m
q imitať S. Martinũ, q tam ad oĩa ſummi dei legẽ ſeruauit eiuſq́ꝫ Euangeliũ non modo ſynce-
riter prædicauit, ſed & impleuit, vt ex veriſſima de illo hiſtoria palam eſt cognoſcere.
¶ Vnde accepimus diuum Martinũ ex Sibaria, Pannonioꝝ oppido oriundũ & Hungariæ I
ſcd̃m carnẽ filiũ, in Italia iuueniles tranſegiſſe annos, militiã exercuiſſe ſub Iuliano Cæſare. In
Gallia vero adultã & prouectã vixiſſe ætatẽ & tanta paſſim & maxime apud Pictauos & Tu-
ronos vitæ ſanctimonia refulſiſſe, vt cũ certatim à multis eccl̃ijs Gallicanis in Ep̃m poſtulareť
expetireturq́ꝫ, Turonẽſis tandẽ vrbis inuitus ac renitẽs pręſul diuino nutu delectus fuerit. Vbi
vt antea ſemp hodierni Euangelij memor lumbos ſuos cinxit. i. relictis iamdudũ oĩbus pater-
nis bonis in pauperes, relicta oĩm reꝝ adeoq́ꝫ corpis libidine recta nimiꝝ intentõe (qa ppter
deũ) ardẽtes in manu lucernas. i. bona exempla atqꝫ fidei virtutumq́ꝫ dogmata ppl̃o ſuo exhi
buit, vt multa millia hoĩm tanq̃ fidelis ſeruus ſua immaculatã imitatõe dño Ieſu lucratus eſt, q-
Heb. 13 bus cum veluti Chr̃ianus præpoſitus, q ſe pro aĩabus ſui ppl̃i rõnem reddituꝝ cogitabat, lum
bis accinctus ardẽtiq́ꝫ lucerna ornatus. ſ. in omni vitæ caſtimonia fide recta, charitate frater-
na dñm ſuum Ieſum Chr̃m à nuptijs reuertentẽ expectauit: quẽ vtiqꝫ dñs oĩbus & ſingulis vi-
gilijs ſine ſomno inuentũ ad ęternas illas nuptias duxit, illumq́ꝫ inibi diſcumbere fecit, id ẽ, re-
tributionem illi dedit, quum conceſſerit illi requieſcere in regno cœleſti, perpetuo frui æter-
na claritate ſanctiſſimæ Trinitatis. Admonens nos illius exemplo, vt & ipſi ſine intermiſſio-
ne vigilemus, & nos cauti in omni caſtimonia & charitate præparemus, inſcij qua hora do-
minus ſit venturus, animamq́ꝫ noſtram morte reuocaturus.
¶ Atqꝫ vtinam ſanctiſſimum illum præſulem verè imitarentur omnes præſules & prælati, K
ſtarentq́ꝫ pro ſe atqꝫ ſuis præcincti lumbos, adornatiq́ꝫ lucernis ardentibus, qbus populo ſuo
viam imitationis ſanctæ, bonæ conuerſationis exemplar præmonſtrarent, memores, ad hoc
oneris ſe vocare ſuos, quibus nominantur titulos.

¶ Ponti

L ¶Pontifices quidem appellari ſolent à ponte faciẽdo, nimirũ qui ſuis ſanctis moribus, do-
ctrinis, exemplisq́ꝫ ꝑpl'o indocto pons ſint & ſemita trans huius mũdi pelagus ad littus æter-
M næ ſecuritatis. ¶Vocant̃ ijdemq́ꝫ Epi.i. ſupintendẽtes: qppe ꝙ debẽt ſupintẽdere, vigilare
N gerere curã, atq́ꝫ conſideratione in eorũ ſalute, qbus præficiunt̃. ¶Sic & illi Antiſtites dicun
tur, vt q quanto cæteris ante ſtant authoritate & dignitate, tanto etiã debent ſuis ſubiectis an-
O te ſtare virtutibus & diſciplinis. ¶Qui & prę ſules dicunt̃, vt alijs pinde atq́ꝫ cuſtodes pſideãt
Quæ qdem nomẽclaturæ ex Paulo latiſſimè accipiunt̃. Proinde moneo, recordent̃, quales ac 1. Timo. 3
quanti ſint, & qd ſe deceat, ne titulares & non operarij ſint prælati. Recordabunt̃ haud dubiè, Titum 1.
vbi eius, q̃d Ap'lus monet, memores fuerint. Ille ẽm ait ad Hebræos: Obedite præpoſitis vr̃is, Hebrę. 13
& ſubiacete eis. Ipſi ẽm puigilant, quaſi rõnem pro aĩabus veſtris reddituri, vt cũ gaudio hoc
faciant, & non gementes. Hinc eſt, vt & populus ipſe ex diuino præcepto (veluti nuper diffu- Roma. 13.
ſe oſtendimus) illis ſuis prælatis atq́ꝫ ſacerdotibus ſubſidia præſtare obligant̃, ſiue hæc ipſa de-
cimas ſiue cenſus ſiue quouis alio nõie appellemus. Sanè veritas dñi manet in æternum, verita-
te autẽ cauet̃, vt operarius ſua mercede dignus eſt, quum & dñs ordinauit, Paulo ſcribẽte his 1. Cor. 9.
qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere.

HOMILIA C. DE EO QVOD ECCLESIA DICIT AC CA-
nit: Recolamus virginis virtutis grata primordia.

In ferijs diue deipare virginis Marie Præſentationis.

A VERBA SVNT Sacroſanctæ Eccleſiæ Catholicæ, cui æq̃ua cum Ephe. 1. & Coloſſ. 1.
Chr̃o, q eius eſt caput, fides debet̃: nempe in qua Chr̃us ſe perpetuo Mat. 28.
manſurũ adfirmauit, neq́ꝫ illã in errorẽ fidei labi ſe pmiſſurũ pollici- Luce. 22
tus eſt, quã proinde Ap'lus veritatis columnam & firmamentũ dixit, 1. Timo. 3
quũ itaq́ꝫ hæc ipſa Eccleſia hodie nos hortet̃, iubeatq́ꝫ, vt recolamus
virginis virtutis grata primordia, nemo nr̃m eẽ debet q nõ dei adeo
ꝙ ſuiipſius vero ãmore illi obſequi ex animo velit, ſecũ diligẽter re-
petiturus primordia virtutis virginis infantulæ. Cuius virginis? Ma-
riæ reſponderim, Deiparæ benedictæ, quæ nimirũ Chr̃i noſtri ſaluta-
toris mater vna oĩm tulit virginalis appellatõis decus. Eſtq́ꝫ ita & piè
& ſanctæ cõparatum, vt vbi nomẽ virginis, vox cœlo grata, inferis inuiſa, gentibus popula-
ris, ore effert̃, hic Annæ filia Chr̃i parens noĩari, nec vlla virginũ alia intelligat̃. Sicut & eius fi-
lio, dño noſtro Ieſu Chr̃o contigit pioꝝ oĩm conſenſu, vt redemptor ſit mundi, ſit & ſaluator
dictus, quum ſeruatorẽ, vindicem, adſertorẽ elegantius dicere potuiſſet humana pietas. Huius
(inquam) matris virginisq́ꝫ. ſ. Mariæ virtutis grata primordia recolamus. Quare grata? Quo-
niã ad vitã noſtrã, maximeq́ꝫ iuuenilẽ ętatẽ inſtruendã nr̃amq́ꝫ ſalutẽ per Chr̃m pręcipuè ac-
quiſitam tuendã & conſeruandã maximè cõducant: ſiqdem (teſte Eccleſia) vt cras, deo conce-
dente, latius dicemus, qcqd hæc ſanctiſſima virgo egerit, forma eſt virtutis, & doctrina ſp̃us,
& cauſa ſalutis. Sed cuius virtutis primordia recolamus? Facile reſponderimus, timoris Dei:
quandoqdem Eccleſia paulopoſt verba noſtri thematis dixerit: Fulget ſap̃ia in paruula. ſ. Ma-
ria. Sapiæ vtiq́ꝫ erat (vt ex vera huius feſti diei hiſtoria accipimus) q̃d ipſa Deipara virgo Ma-
ria cœli decus, ſpes labentium, trima adhuc teneraq́ꝫ admodum ætate ab honeſtis parentibus
ſuis cum oblatõibus ad templũ ducta quindecim gradus (quum in monte templum eſſet) ſi-
ne adiutorio alicuius ita conſcenderit, ac ſi ætatis perfectæ iam eſſet, & pfecta oblatõe cũ alijs
virginibus inibi remanſerit, ſeq́ꝫ totã deo caſtã vouerit, ac manciparit: nimirũ tam inde à pri-
ma luce ad horam tertiam diei precari ſolita, inde ad meridiẽ honeſtè & ingenuè puellare ali-
quod opus obire, atq́ꝫ id ſeriũ & conducibile, mox reliquũ diei diuinaꝝ lraꝝ lectioni ſedulo
impendiſſe conſueta, ita vt cum ritè ſanctèq́ꝫ cœleſtia curaret, humana non omnino deſpice-
ret Marthæ & ſororis vtrumq́ꝫ munus complexa. Quid (obſecro) hæc tota diurna ratio aliud Luce. 10
quàm Sapientia, & quidem vera illa ſapientia, quæ nihil aliud eſt quàm rerum diuinarum &
humanarum ſcientia? & quæ in ſe omnes complectitur virtutes, vt ex libro Sapientiæ intelli- Sapiæ. 7
gimus. At vnde venit primitus illa ſapientia. Nimirũ ex timore dei, qui non modo virtus eſt, Prouer. 1. et. 9.
vtpote cœleſtis, ſed omnis virtutis primordium, dicente Scriptura: Timor domini principi- Eccl. 19
um ſapientiæ. Et rurſus: Da locum timori altiſſimi, quia omnis ſapientia timor Dei. Cicero li
B ¶Quid eſt timor? Authore Cicerone, eſt metus mali appropinquãtis. Quid eſt timor Dei? bro q̃rto
Eſt ſanè ꝓpter deũ pc̃ti vitatio & boni opatio, & ex verbis Tobię. 4. colligimus: Et eſt timor Tuſcu.
vnus ſeruilis, alter vero filialis appellatus. Ille quũ qs malo pęnę deterritus à pc̃õ abſtinet deo 1. Regũ. 2.
inhęrẽs: nẽpe, quẽ nouit ꝓ ſua iuſtitia certò ſe damnaturũ, quũ ſit q iuſtificet ac mortificet, & Matt. 10.
hoc quidẽ etiã ex verbis ſaluatoris, q ait: Et nolite timere eos, q occidũt corpus, aĩam aũt non Lucæ. 12.
poſſunt

Lucæ.23 pñt occidere, ſed potius timere eũ, qui pt & aĩam & corpus pdere in gehennã. Sic & latro ad latronẽ ſiniſtrũ dixit. Neq; tu times deũ, q in eadẽ dñatione es. Sic ille igit timor & ſi ſalutaris ſit, adeoq; vt Chrũs eo ipſo ſæpiſſime nos à peccãdo ad ſe dehortet, non tñ ꝓpriè, ſed quidem extrinſecus & impropriè, & non ſecus ad ſapiam verã trahit, quàm puer ad ſapiam humanam diſponit, in eaq; proficit timendo magiſtrum, quo citius & gratius perueniret timore filiali. Qui nihil aliud eſt q̃ quo qs malo culpæ, qđ timet, à pctõ auerſus Deo adhęret, vtpote humiliter abhorrẽs Deũ offendere, grãm pdere, culpã in eũ cõmittere, q ſuus ſit creator, oĩpotẽs, pater pientiſſimus, nutritor liberaliſſimus, redẽptor benigniſſimus, Deus miſericordiſſimus, vñ oĩa habet, ſine q̃ eẽ nõ poſſit. Ille (inquã) Dei ẽ verus ſalutariſq; timor, cũ charitate cõiunctus,
Eccl.1 ſapiæ diuiæ atq; humanę initiũ, hic timor Dei filialis fuit diuę Deiparę virginis Marię primor
Prouer.15 diũ ad illã diuinã ſapiam. Hic ẽ timor ille Dei, q (vt ait Scriptura) pctm̃ nõ modo expellit, ſed à
Eccl.1 pctõ declinare facit, ſine q̃ nemo põt iuſtificari. Hic eſt Dei timor, q (Scriptura teſte) dat gloriã, gloriationẽ, lætitiã, & coronã exultatõis, cor delectat, lętitiã & gaudiũ in lõgitudine dierũ
Psal.33 pręſtat. Hunc timorẽ hñtibus (teſte Propheta) nõ eſt inopia, & bene erit (vt Sapiẽs inqt) in ex-
Eccl.1 tremis, q in die defunctõis ſuæ benedicet: qñquidẽ virgine Maria teſte, Deũ timẽtibus miſe-
Lucæ.1 ricordia eſt de ꝓgenie in ꝓgeniẽ. Hic eſt ille Dei timor, q̃ Deus Max. dignatus eſt hãc ipſam virginẽ vnigeniti filij ſui ſeligere matrẽ. ¶ Ad hunc igit vtrũq; timorẽ (qm̃ vterq; ſil eẽ põt, C
ita tñ vt timor filialis alterũ pinde atq; pricipalis pcedat) hortat natura, ſcriptura, exemplũq;. Natura qdem, qua monemur timere eũ, cuius viribus atq; ptãti ſumus ſubiecti. Sic dicit Eccle
Eccl.1 ſiaſticus: Vnus eſt altiſſimus creator oĩm, oĩpotẽs, & rex potẽs, & metuẽdus, ſedẽs ſup thronũ
Deu.6.10 illius, & dominãs rex. Scriptura: Dñm deũ tuũ timebis, & illi ſoli ſeruies. Et aliàs: Timete dñm
Apoca.15 & date illi timorẽ. Exemplũ deniq; ſctiſſimi pris Tobiæ, q paulopoſt moriturus, cũ faceret iã
Tobiæ.4 perinde ſuũ teſtamentũ dixit ad filiũ. Noli timere fili mi, pauperẽ quidẽ vitã gerimus, ſed multa bona habebimus, ſi timuerimus Deũ, & receſſerimus ab omni pctõ, & fecerimus bene. Sic & exemplũ diuæ virginis, quæ nobis hodie in primis tanq̃ Idæa & ſpeculũ ꝓponit, vt quę timore dei adeò plena fuerit, adeoq; in ipſa ĩfantili ætate, vt in puella adhuc grã radiarit & in paruula fulſerit ſapia: nos quoq; Deũ imitatõe ipſius timeamus, quo & ille ſuã nobis grãm veràq;
Psalm.33 ſapiam largiri dignet. ¶ Atq; vtinã hodie parẽtes optimi quiq; ſuos filios ante oĩa & in te- D
Tobiæ.4 nera qdem ætate inſtruerẽt in timore dñi, dicerẽtq; cum ſancto Propheta: Venite filij, audite me, timorẽ dñi docebo vos. Itemq; cũ ſancto pre Tobia: Nolite timere filij mei, pauperẽ quidem vitã gerimus, ſed multa bona habebimus, ſi timuerimus Deũ, & receſſerimus eius amore à pctõ & fecerimus bene, qm̃ timẽtibus Deũ nõ eſt inopia, & q Deũ timẽt, beati ſunt & ſapiẽ-
Sapiæ.6 tes, & q ſoli rectè & in ppetuum regnãt, regeſq; ſunt populi. Sanè inqt Scriptura: Si delectamini ſedibus & ſceptris, ò reges populi, diligite ſapiam, diligite lumẽ ſapiæ oẽs qui pęſtis populis. Multitudo qdem ſapientiũ ſanitas eſt orbis terrarũ, & rex ſapiẽs populi ſtabilimentũ eſt. Verũ ſapiam nõ habebitis, niſi ante oĩa timueritis Deũ. Sapia eñi à timore dñi, tanq̃ arbor à
Tobiæ.1 radice incipit. Sunt aũt filij ab ĩfantia docendi timorẽ dñi, veluti de Tobia ſcribit, qđ is ex vxore ſua filiũ genuerit, illiq; nomẽ ſuũ impoſuerit, ac eum ab ĩfantia timere Deũ docuerit, abſti
Tobiæ.2 nereq; ab omni pctõ. Id qđ & ipſemet adeò à iuuentute effecit, vt cũ ab infantia ſua ſemp deũ
Tobiæ 11 timuerit, & mandata eius cuſtodierit nõ eſt contriſtatus cõtra deũ, qđ plaga cęcitatis euenerit ſibi, ſed ĩmobilis in Dei timore pmanſit, agẽs grãs deo oĩbus diebus vitæ ſuæ. Hinc meritus ẽ
Tobi.vlt. illuminationẽ planè mirificã, q & propterea vitã ſuã reliquã in gaudio egit, & cũ bono profectu dei timoris in pace vidit filios nepotũ ſuorũ, in dño feliciter defunctus: quẽ quia filius ſecutus ẽ, felix atq; diues cũ bona ſenectute vidit filios filiorũ ſuorũ, oĩſq; eius cognatio & gñatio in bona vita, & in sctã cõuerſatõe pmanſit, ita vt accepti eſſent tam deo q̃ hoĩbus & cunctis habitantibus terrã. Quare? Quia in timore dei parẽtes ſuos ſecuti à pueritia fuerant. Vos itaq; chariſſimi patres atq; matres, ſi vos filioſq; vr̃os cupitis hic in vera grã & gloria viuere: deindeq; feliciter decedere, beatitudineq; æterna perfrui, conemini, vt ipſi in timore dei ambuletis, filioſq; veſtros ad timorẽ dei ſedulo ꝓuocetis, hocq; ipm faciatis mox ab infantia, exemplo ſanctiſſimorũ parentũ diuæ virginis, quæ cũ à ſpũ ſancto ꝓculdubio illuſtrata, tum à parẽtibus optime inſtituta, trima adhuc domũ dei in timore & deuotõe hodie conſcẽdit, ſeq; totã cultui diuino in ppetua virginitate deuouit, vnde Deus Max. eam dignatus ẽ habere filij ſui vnigeniti matrẽ, noſtræ ſalutis ĩſtrumẽtale exordiũ, quæ (vt diximus) quicqd vnq̃ egit, virtutis eſt forma & doctrina ſpũs & cauſa ſalutis. Huius itaq; diuæ virginis hodie ex admonitõe Eccleſiæ, inclyta ac miranda laudum præconia infantilis ætatis merita, virtutiſq; grata primordia recolamus, in qua puella adhuc radiauit gratia, & in paruula fulſit ſapientia, quam imitari concedat nobis Deus omnipotens.

FINIS PRIMAE CENTVRIAE HOMILIARUM NAUSEAE.

FINIS PRIMAE CENTVRIAE HOMI-
liarum Nauſeæ.

¶Frederici
c

FREDERICI NAVSEAE BLANCICAMPIANI SECVNDA EVANGELICAE VERITATIS, HOMILIARVM CENTVRIA

atq;(vt ſequitur) eiuſdem Homilia prima, de eo quod ſcriptũ eſt Zachariæ.9. Matth.21. Dicite filiæ Sion: Ecce rex tuus venit tibi manſuetus.

Dominica prima Aduentus.

A DE ADMIRABILI EODEMQVE IN PRIMIS SA-
lutari Ieſu Chriſti Opt. Max. dei filij, totius humani generis ſaluato-
ris in hunc mundum aduentu, cuius catholica eccleſia hodie ex inſti-
tuto apoſtolico memoriam præcipue agit, verba habiturus, nonnul-
la,& quidem ſcitu homini Chriſtiano magnopere digna, ſimulq́; ne-
ceſſaria præmittam, vnde ſacroſanctum Euangelium, quod eccleſia
B hodie pia inſtitutione, eademq́; non nuper recepta conſuetudine,
legit ac canit, perſpicuum ſit euaſurum. ¶Atq; ſanè principio ſci-
endum velim, duplicem Ieſu Chriſti aduentum in hunc mundum, ſa-
cris literis complecti. Vnum qui præterijt, quo Chriſtus huc ad ſaluã
dum humanum genus venit. Alterum, qui futurus eſt, quo idipſum illud genus iudicandum ve Zacha.9.
niet. De illo ſcriptura: Dicite filiæ Sion: Ecce rex tuus venit tibi manſuetus. Et rurſus in nouo Johã.16.
inſtrumento: Exiui à patre, & veni in mundum. De quo quidem aduentu paulopoſt plura,
quandoquidem de eo noſter ſit ſermo cęptus. De altero identidem ſcriptura ait: Aſpiciebam Dan.7
in viſione noctis, & ecce in nubibus cœli, quaſi filius hominis veniebat: Et rurſus in nouo teſta
mẽto: Hic Ieſus, qui adſumptus eſt à vobis in cœlum, ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum Acto.1.
euntem in cœlum. De hoc pariter aduentu, dominica proximè futura nonnihil (deo authore)
C in medium ſum laturus. ¶Verum enimuero circa primum domini Ieſu aduentum, duo duxe
rim ſcienda. Primum: Cur Chriſtus ex cœlis in mundum venerit. Id quod non parum multos
putauerim latere. Secundum: An omnes homines, vel optimi quiq; ante Chriſti aduentum, à
cœleſti paradiſo excluſi in lymbo, quem vocant, detenti fuerint, quo de non vulgaris apud
pleroſq; dudum agitata eſt quæſtio. Sanè (vt ad primum reuocemur) res altius, & tamẽ paucis
D eſt repetenda. ¶Proditum eſt ſcripturis, poſtq̃ deus ille Opt. Max. ſua duntaxat bonitate p- Gen.1
motus, cœlum & terram adeoq́; ipſos angelos, quorum pulcherrimus erat lucifer, creaſſet, &
hi momento penè oculi ſuperbia elati, nimirum deo (vt eſt apud Prophetam) cupidi æqua- Eſa.14
les fieri, è cœlo ad inferos eſſent à deo Max. vindice protruſi, paulopoſt illum eundem deum
Opt. hominem perinde atq; angelorum ruinam ſuppleturum condidiſſe, ſimulq́; in volupta-
tis paradiſum collocaſſe, futurum & ipſum immortalem, æternæq́; beatitudinis participem, ſi Gene.2
is à ligno vetito, quod in medio paradiſi erat, abſtineret. A ligno, inquam, ſcientiæ boni ac
mali. Cæterum eueſtigio diabolum inuidia ductum homini tantum bonum, quo ille propter Gene.3
peccatum perpetuo fuerat priuatus, inuidiſſe inſidiasq́; tetendiſſe, quo illum aduerſus deum
ſuo peccato prouocaret, & eo ipſo peccato à deo auerſi, & ipſi inſtar ſui (quod penè factum ẽ)
à paradiſo protruderentur: nimirum, illum ſubornaſſe callidiſſimũ ſerpentem, qui tunc rectè
ingreſſus ſit, caputq́; virgineum habuerit, in hũc deceptorem intraſſe, mulieremq́; Euam ſub-
dolis admodum verbis contra deum ita pellexiſſe, vt illa primum peccato inobedientiæ ſe-
ducta, non modo dei mandato neglecto, à ligno vetito ipſa comederit, ſed & Adamũ maritũ
ad idem peccatum miſerè attraxerit. Hinc deum Max. iuſtitia permotum ſerio ſuccenſuiſſe,
atq; interim iratum vtroſq; prothoplaſtos, non modo à paradiſo ſubmouiſſe, ſemper pœnã
pro ſcelere luituros, verumetiam totum humanum genus ita dãnaſſe, vt ab eo tempore nul-
lus hominum deinceps, vel quàmlibet bonus ac probus, cœlum ingrederetur, verum ad lym-
bum deſcenderet: ſane peccato primorũ parentum hanc ipſam pœnam exigente: quippe quũ
hoc peccatum fuerit originis, adeoq́; ipſius naturæ, reatum eius in poſteros fuiſſe rectè tranſla
tum, eoq́; pacto vniuerſos homines pctõ vnius, irę filios fuiſſe factos reatuiq́; obnoxios. Id q̊d
& Apoſtolus commonſtrans ait: Sicut per vnum hominem peccatum in hũc mundum intra- Roma.5.
uit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſijt, in quo omnes peccaue-
runt. Et regnauit mors etiam in eos, qui non peccauerunt, in ſimilitudinẽ præuaricatõis Adæ,
qui eſt forma futuri. Et rurſus: Et eramus natura filij iræ, ſicut & cæteri. Et aliàs ſcriptura inqt: Ephe.2.
A muliere initiũ factũ eſt peccati, & per illam omnes morimur. Reuera interim ſic habẽte, ad- Eccl.25.
firmat ſcriptura, neminem prorſus cęlum ingredi potuiſſe, ſed vnumquẽq; vel quàmlibet mo
raliter bonum ad inferos deſcendere coactum, nec inuentum, qui quemq̃ inde eripuiſſet, eiu Luc.1
lantibus interea apud inferos, & in terra degentibus, in tenebris & in vmbra mortis ſedenti- 2.Cor.4.
bus. Porrò deum Max. patrem (vt Apſi verbo vtar) miſericordiarũ, dñm totius conſolatio-

nis ſua nimirum bonitate & clementia compunctum, clementer noſtræ damnationis ſtatum
reſpexiſſe, & nos per ſemetipſm liberare decreuiſſe, atq; in ſuę miſericordiæ ſimul'q; pacis ſignū
Gen. 8 miniſterio colūbæ oliuam miſiſſe, quæ tam apud inferos q̃ in terris adhuc habitātibus, adeo'q;
toti humano generi futuram pacem prætēderet. ¶ Quanq̃ iam antea corā diuina ipſius ma- E
ieſtate ingens fuiſſe inter veritatem, quæ ſecum iuſtitiam habuit, & miſericordiam, quæ ſecū
pacem habuit controuerſia ſubindice in hunc fermè modū, iuſtitiam pro ſe & identidem mi
Pſal. 101 ſericordiam ſupplicaſſe. Siqdem dei miſericordiam dixiſſe. Eget diuina miſeratione creatura
Gene. 2 rationalis: nempe miſera, valde'q; miſerabilis, venit tp̄s miſerendi. Econtrario veritatem oc-
curriſſe. Quæſo domine impleri quod dixiſti. Totus moriaf Adam, cū omnibus qui erunt in
eo, quoniam præuaricando pomū vetitum guſtauerit. Rurſus miſericordiam: Vt qd me dn̄e
Job. 10 feciſti? Nouit veritas, me perijſſe, ſi nunq̃ miſereris. Item veritatem. Si ſententiam prædictam
Pſal. 110 præuaricator euaſerit, perijt veritas tua, nec eſt (iuxta ſcripturas) in æternum manſura. At tan-
dem eiuſmodi controuerſiam fuiſſe à patre ad filium miſſam, coram'q; illo tam iuſtitiam quā
miſericordiam prædicta pariter recenſuiſſe. Verum non fuiſſe viſum, in quem modum veri-
tas vnà cū miſericordia, circa hominem ſimul conſeruari poſſet: ſcriptam fuiſſe in hæc verba
ſententiam. Hæc dicit: Perij ſi Adam non moriatur. Et hæc dicit: Perij ſi is miſericordiam nō
conſequatur. Fiat mors bona, & habeat vter'q; quod poſtulat, vt & Adam moriatur, & miſe-
ricordiam conſequatur. Placuit omnibus verbum ſapientiæ admirantibus, vt Adam morere
Pſal. 33 tur, idem'q; miſericordiam conſequeretur. Cæterum quærentibus illis, qui eſſet mors bona,
Pſal. 115 auditu alioqui horribilis? Eſſe reſponſum, mortem peccatorū peſſimam, ſed ſanctorum eſſe
pretioſam, vitæ'q; ianuam. Inueniatur ergo, qui ex charitate moriatur, non obnoxius morti,
quo modo mors non poſſit tenere innoxium, ſed fit factura in ea foramen, per quod redempti
tranſeant. Placuit & idem ſermo. Verum quia nemo talis à iuſtitia in cœlo, nec à miſericor-
dia in terris inueniri potuerit, qui innocens eſſet, ſimul'q; ſufficientem haberet charitatem, lu-
Pſal. 13 gentibus interim iuſtitia & miſericordia, tandem ſeorſum pacem vtraſq; cōſolantem dixiſſe.
Neſcitis, haud eſſe q faciat bonum, non eſſe vſq; ad vnū? Qui dedit cōſilium, ſcilicet Chriſtus
dei filius, ferat auxilium. ¶ Atq; ſic deum miſericordia illectum, ſententiæ locum dediſſe, il- F
lum'q; mox ſuperna miſeratione nō deſtitiſſe, homines incitare ad bonum per occultos inſtin
ctus, nec diſtuliſſe hominem errabundum ad pœnitentiam reuocare, ſpem veniæ exhibens p
repromiſſum filij ſui aduentum: quandoquidem, qui ne forte per ignorantiam & ingratitudi-
nem tanta ſua dignatio, noſtræ ſaluti foret inefficax, in quinq; huius ſeculi ætatibus, p patriar
chas, iudices, ſacerdotes, reges, & prophetas, ab Abel iuſto vſq; ad Iohannem Baptiſtam, filij
Heb. 1. ſui aduentum prænuntiare, repromittere, præfigurare (vt & Apoſtolus ad Hebræos teſtatur)
Joban. 5. non ceſſauerit, quando & de Chriſto Moyſes ſcripſerit, vt per multa milia tempoꝝ & annoꝝ
(fermè enim quinq; milibus & ducentis annis genus humanum miſerabiliter iacuit, quum in-
terim nullus homo, propter peccatū primi hominis ad æternam beatitudinem aſcēdere qui-
uerit) magnis & varijs multiplicatis'q; oraculis, intelligentias noſtras ad fidem erigeret viua'q;
deſideria inflammaret. Ille etenī inter alia hoc Hieremiæ in conſolationē & ſpem dinuntiari
Hie. 23 iuſſit: Ecce dies veniūt dicit dn̄s, & ſuſcitabo Dauid germē iuſtū, & regnabit rex & ſapiēs erit:
& faciet iudiciū & iuſtitiam in terra. In diebus illis ſaluabif Iuda, & Iſrahel habitabit confiden
Eſai. 11 ter. Et hoc quoq; Eſaiæ: Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, & re-
Eſa. 7 quieſcet ſuper eū ſpūs domini. Et pauloante: Ecce virgo concipiet & pariet filiū, & vocabif
Mich. 5. nomen eius Emanuel. Et hoc Michęę: Et tu Bethleem terra Iuda, nequaq̃ minima es in prin-
cipibus Iuda. Ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Iſrahel. ¶ Quàm vero interea G
tanto, inquam, tempore antiqui patres, idem'q; pij, Chriſti in carne aduentum concupierint.
Luc. 2 Symeon ille timoratus hoc ſuo cantico declarauit, inquiens: Nunc dimittis ſeruum tuum do-
mine, ſecundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum, &c. Sanè pe-
tit ille à deo corporeis abſolui clauſtris, & placida pace obdormire cum patribus ſuis, quo-
niam mundi ſaluatorem (quod ſummopere efflagitarat) oculis ſuis conſpexerit. Eius etiam-
Luc. 10 nū teſtis eſt dominus noſter: Beati, inquiens, oculi qui vident, quæ vos videtis. Dico enim vo-
bis, quòd multi reges & prophetæ voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt. Deſi-
derium illud de Chriſti aduentu ſuum, ipſimet antiqui patres, tam viuentes quàm mortui,
vtcunq; in Abrahæ ſinu conſtituti, ac certi in perpetuæ lucis regionem ſe demum ituros, lon
gas tamen moras dilationis eiuſdem dominici aduentus pertęſi, ardentibus admodum votis
oſtenderunt, haſce lachrymoſas preces, tam pro ſe quàm pro toto humano genere (cuius
apud deum legatione fungebantur) in auribus diuinæ maieſtatis effundentes: Emitte agnum
Eſa 16 domine, dominatorem terræ, de petra deſerti ad montem filiæ Sion. Et rurſus: Vtinam dirū-
Eſa. 64. peres cœlos, & deſcenderes. Et rurſus: Rorate cœli deſuper, & nubes pluant iuſtum, aperiatur
Eſa. 45. terra, & germinet ſaluatorē. Et alio in loco: Domine deus virtutum conuerte nos, & oſten-
Pſal. 79 de faciem tuam, & ſalui erimus. Et aliàs: Oſtende nobis domine miſericordiam tuam, & ſalu-
Pſal. 84.

H tare tuū da nobis. ¶Tradit mō ſcriptura deū illū adueniente tēporis plenitudine ſua ſuccenſum miſericordia, ſtatim hoc nuntiū euangelicū, quo in themate noſtro vſi ſumus, prophetā Galat. 4
pronuntiare iuſſiſſe. Dicite filiæ Sion, Ecce rex tuus venit tibi manſuetus. Et ſimiliter ad Ga- Zacha. 9
brielē archangelum: Vade dic filiæ Sion, id eſt, Mariæ virgini. Adorna thalamū tuū, & ſuſci- Lucæ. 1
pe regem. Ecce concipies in vtero & paries filiū, & vocabis nomen eius Ieſum. Hic erit magnus, & filius altiſſimi vocabitur, & reliqua ſuo loco recenſenda. Sic proinde ſtatim ſimul atq; virgo Maria verbis angeli credidit, conſenſitq́;, veniſſe dei verbū, Ieſum. ſ. qui vocat Chriſtus, in virginalē vterū, inibiq́;, ſpū ſancto authore, natura admirante conceptū eſſe, eoq́; pa-
I cto plane impletū Zachariæ oraculum, noſtrū proloquium. ¶Vnde ſecundū allegoriam partim (quandoquidē hodiernū euangelium, quo ad hiſtoriā, die palmarū legi quoq; ſoleat) pri- Geneſ. 22
mo ſumma dei Max. in humanā animā (quæ allegorice per filiam Sion itelligitur, quū alioqui Hieruſalem ſit, filia perinde Sion montis, qui illi adiunctus, haud ſecus atq; filia à matre protegitur) tam pietas q̄ dilectio arguitur. Et merito quidē, quum eam creauerit & creet. Secundo
Chriſti Ieſu venientis potētia atq; gloria, in verbo, rex tuus, Et recte quidem, quia ipſe eſt de Pſalm. 23
quo ſcribitur. Dominus virtutū, ipſe eſt rex gloriæ. Et rurſum: Gloriā regni tui dicent, & po Pſal. 144
tentiā tuā loquentur. Tertio Chriſti venientis vtilitas & cauſa in verbo, venit tibi, id eſt, ad ſa Eſaiæ. 53 Luc. 1
lutē & vtilitatem tuam. Et verè ait enim ſcriptura. Dominus rex noſter ipſe veniet & ſalua- 1. Timo. 1
bit nos. Et aliàs: Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuū à peccatis eorum. Et apoſtolus: Fidelis ſermo, ait, & dignus omni acceptione, quia Chriſtus Ieſus venit in hunc mundū, peccatores
ſaluos facere. Sed de hoc ſuo tēpore latius. Quarto oſtenditur, miranda Ieſu Chriſti tā in ad- Hiere. 11
uentu ſuo p̄terito q̄ in vita ipſius humilitas & clemētia, in verbo, manſuetus. Cuius ipſe de ſe Matt. 11
dat teſtimoniū, inquiēs. Ego quaſi agnus māſuetus. Et rurſus: Diſcite à me, q̄a mitis ſum & hu Matt. 8
milis corde. Idēq; pauper venit: nimirū, qui nō habuit, quò reclinaret caput ſuū. Veluti etiam Luc. 9
K aliàs locupletius teſtabimur. ¶Poſtremo ex iis oībus colligit mirabilitas ſimulq́; bñficientia Chriſti aduētus, & merito deplangēdus antiquorū patrū ante illū aduentū luctus, vnaq́; ingens noſtri oīm ſalus, quā ſequi debet plurima ex corde gratitudo. Quid, obſecro, mirabilius Philip. 2
& ſalutarius, q̄ ꝙ ille (Paulo dicēte) q cū in forma dei eſſet, nō rapinā arbitratus eſt, eſſe ſe æqualē deo, ſed ſemetipſum exinaniuit, formā ſerui accipiēs, in ſimilitudinē hoīm factus, & habitu inuētus vt homo, humiliauit ſemetipſum, factus obediēs vſq; ad mortē, mortem autē crucis? Quid, inquā, luctuoſius eo plāctu, quo ad deū clamarūt veteres patres, quēadmodū paulo ante diximus? Quid, inquā, admirabilius ſimul atq; bñficientius ea innouatione, q̄ in Ieſu Chriſti aduētu in carnē facta ē? Tū etem̄ oīa innouata ſunt tam mirabiliter q̄ ſalutariter, creator &
creatura, angelica pariter & humana. Creator em̄, apud quē (Iacob teſte) nō eſt trāſmutatio, Iacobi. 1
nec viciſſitudinis obumbratio, etſi æternus ab æterno, factus eſt in tpe nouus hō, hominūq́; li
berator. Innouatus eſt hō, qm̄ (vt Paulus ſcribit) ꝑ Chriſti aduētū deletū eſt chirographū pec Colloſſ. 2
cati, deleta q̄q; eſt protoplaſtorū culpa, reformata eſt natura, hūanitas q̄q; exaltata eſt & in-
nouata ſup naturā angelicā: quādoquidē verbū nō angelicā (aplo teſte) ſed humanā naturā aſ Heb. 2
ſumpſerit. Angelicus q̄q; lapſus, hoīm redēptione eſt reſtauratus, nimirū cuius redēptio angelicæ fuit ruinæ reſtauratio. Adeo quidē, vt eo tpe vera ſit facta viſi diui Euāgeliſtæ, de qua ille
ait: Et vidi cœlū nouū, & terrā nouā. Et paulo poſt: Dixit ſedēs in throno, Ecce noua facio Apoca. 21
oīa: Quū & ipſe, qui innouatus eſt, aſſumens quod nō erat, manēs quod erat, nouo, gratioſo,
L admirandoq́; ſuo aduentu in carnē, omnia (vt diximus) tam immutauit q̄ innouauit. ¶Vñ in conſuetudinem ante multa tēpora receptam, multiſq́; tēporibus ad hanc vſq; diem à catholica eccleſia religioſe obſeruatā abiit, vt in hoc ſacro domini aduentu, qui eccleſiis vel præſunt vel earū ſunt miniſtri, & quidē aliis in exemplū ſuas immutant cū luctu veſtes, nēpe, vt earum immutatione recordatio prædictæ Ieſu Chriſti immutationis mentē noſtrā facilius, ardentiuſq́; ſubeat, eaq́; ſubeunte, & ipſi abiecta peccatorū vetuſtate virtutibus, boniſq́; operibus im
mutemur, innouemurq́;, iuxta verbū Pauli, quo ille præcipiens inquit. Deponite vos ſecun- Epheſi. 4
dū priſtinā conuerſationē, veterē hominē, qui corrumpit ſecundū deſideria erroris. Renouamini aūt ſpū mentis veſtræ, & induite nouū hominē, qui ſecundū deum creatus eſt in iuſtitia,
& ſanctitate veritatis. Et rurſum: Expoliantes vos veterē hominē cum actibus ſuis, & indu- Colloſſ. 3
entes nouū, eum, qui renouatur in agnitionē ſecundum imaginē eius, qui creauit vos. Quod ni fecerimus, Chriſtus ſua gratia ſpiritualiter (de quo ſuo aduentu ille aliàs ait. Ad eum venie-
mus, & apud eum manſionē faciemus. Et ſcriptura alibi: Si moram fecerit, expecta eum, quia Iohā. 14 Abacuc 2
veniens veniet, & nō tardabit) ad nos venire dedignabitur, quippe quod nouus mentē pecca Matt. 9
tis veterem atq; ſqualentē ingredi non ſoleat, eo ipſo dicente: Non mittūt vinū nouū in vtres Luc. 5
veteres, nec commiſſuram panni rudis in veſtimentum vetus. Quis eſt vinum? Certe Chriſtus,
de quo ſcriptura: Guttur eius vinum optimum, quo non niſi chariſſimi inebriantur. Quis pā Canti. 5 et 8
nus eſt? Idem inquam. Alioqui hodie Apoſtolus non diceret. Induimini dominum Ieſum Roma. 13

Digitized by Google

Chriſtum. ¶ Hanc igitur ſalutarem, eandemq́; ſpiritualem innouationẽ, veſtes in aduẽtu mu- M
tatæ admonent, quæ vel ideo pullatæ ſunt & nigræ, vt ſimul in memoriã reducant mœſtiſſi-
mũ illũ antiquoꝝ patrũ ante Ieſu Chriſti aduentũ mœrorẽ, luctũ, planctũq́;, q color (vt plu-
rimũ) mœroris argumentũ, Nec tantũ, vt nobis eundẽ luctũ, & caſum primoꝝ parentũ miſe-
rabilẽ in mentẽ feruentius reducãt, Verũ vt ex illius caſus atq; planctus recordatiõe magis at-
q; monemur, quãta nobis Chrũs ſuo aduẽtu grãm largitus ſit, ſimulq́; inde ad deuotas illi gra-
tiaꝝ actiones habendas & agẽdas moueamur, impellamur, cogamurq́;, ſiquidẽ magis mouẽt
bona, maloꝝ repetitiõe, queadmodũ & ecõtrario natura cõparatũ videmus. Sic aliãs deus in-
Deute.16 quit: Septẽ diebus comedes abſq; fermẽto afflictiõis panẽ, qm̃ in pauore egreſſus es Ægyptũ,
vt memineris diei egreſſiõis tuæ de Aegypto oĩbus diebus vitæ tuæ. Si inibi deus hmõi cibi
cerimonijs memoriale eẽ voluerit Iudæis, tã captiuitatis q̃ redẽptionis Aegyptiacæ, vt hinc
gratiores eſſent pro tãto bñficio ipſis à deo collato, quur, obſecro, ipſi ex inſtitutiõe catholi-
cæ eccleſiæ veſtiũ & hoc genus reꝝ aliaꝝ cerimonijs nõ auderemus habere memoriale æter-
næ tã dãnationis q̃ redẽptiõis, vt inde pmoti ad gratiaꝝ actionẽ ſimus, vt debemus, pronio-
us non ſumus ingreſſuri. Et ſanè nequit Chriſtus æterni patris ſplendor cor noſtrum ingredi Pſal.94
ſi ipſi id clauſerimus, & viam eò non præparauerimus, quo dominus ingrediatur, in quo non Hebræ.1
dominus, ſed nos ſumus culpandi, quemadmodum clauſis feneſtris non culpa eſt ſolis, ſi do-
mum non intrat, qui procul dubio ſit ingreſſurus, vbi viam ingrediendi paratam inuenerit.
F ¶Appropinquante igitur ſacroſancta dominicæ natiuitatis die euangelica lectione hodier-
na inſtruimur, quomodo illi viam ad domum noſtram præparemus, vt ingreſſus inibi habi-
G tet. ¶Ad cuius præparationem ex dicto prophetæ adeoq́; ipſius Iohannis eſſe opus facile
doceamur. Primo, fideli diligentiq́; prædicatore, qui & ipſe ſit vox, id eſt, clamet in deſerto, id
eſt, apud homines à gratia dei deſertos, & à virtute alienos iuxta Prophetam: Clama, ne ceſ- Eſa.58
ſes, quaſi tuba exalta vocem tuam, & annũtia populo meo ſcelera eorum, & domui Iacob pec
cata eorum. Et iuxta Paulum ad Timotheum: Teſtificor coram deo & Ieſu Chriſto, qui iudi- 2.Tim.4
caturus ẽ viuos & mortuos, & per aduentũ ipſius, & regnum eius, prædica verbum, inſta op-
portunè, importune argue, obſecra, increpa, in om̃i patientia & doctrina. Erit enim tempus
quũ ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros pru-
rientes auribus, & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas aũt conuertentur. Tu vero
H vigila, in omnibus labora, opus fac Euangeliſtæ, miniſterium tuum imple, ſobrius eſto. ¶Se-
cũdo opus eſt ſana doctrina, & ſcriptura, teſte Apoſtolo, diuinitus inſpirata, quæ vtilis eſt ad 2.Tim.3.
docendum, ad arguendũ, ad corripiendũ, ad erudiendũ in iuſtitia, vt perfectus ſit homo dei
ad omne opus bonum inſtructus. Hæc eſt illa doctrina & ſapientia ſecundum Iacobum, quæ Iaco.3
eſt pudica, pacifica, modeſta, ſuadibilis, bonis conſentiens, plena miſericordia, & fructibus bo
nis, iudicans ſine ſimulatione. Cuiuſmodi fuit doctrina Iohannis Baptiſtæ clamãtis: Parate
viam domini rectas facite in ſolitudine ſemitas dei noſtri, omnis vallis exaltabitur, & omnis
I mons & collis humiliabitur. Et erunt praua in directa, & aſpera in vias planas. ¶Tertio,
opus eſt doctrinæ interpretatione, quæ ſit ad populi ædificationem. Hinc Apoſtolus ait: Et 1.Cor.14
vnus interpretetur, ita vt omnia ad ædificationem, id eſt, honeſte & ſecundum ordinem fiant
in vobis, ne quis idiota cũ ſancto Eunucho dico: quomodo poſſim intelligere, ſi non eſt, qui Acto.8
mihi oſtenderit? Videamus ergo quomodo interpretetur doctrina Iohannis, qua nos monet
K præparationis viæ Ieſu venturi ad nos. ¶Quid ergo, inquam, eſt præparare viam domini,
rectasq́; facere ſemitas eius? niſi implere præcepta domini, quæ ſanè implentur, vbi deũ ex
totis viribus & proximos ſicut noſipſos dilexerimus, dicente domino: In his duobus manda-
tis pendet vniuerſa lex & prophetæ. Et Apoſtolus ait: Qui diligit proximũ legem impleuit. Matt.22
Hinc Dauid orat, dicens: Vias tuas domine demonſtra mihi, & ſemitas tuas edoce me. Eas ãt Roma.13
vias & ſemitas rectius parabimus in ſolitudine, id eſt, in mundanorũ & temporaliũ elongatio Pſal.13
ne & abſtructione, ne per colles deuias mũdanæ delectationis contingat oberrare & vias dia-
bolo parare. Id quod clarè teſtatur dominus, inquiens: Nemo mittens manum ſuam ad ara- Luce.9
trum, & aſpiciens retro, aptus eſt regno dei. Quod figuraliter in vxore Loth monſtratur, quę Gene.19
retroſpiciens, priuata eſt ſalute, & verſa in ſtatuam ſalis. Debemus itaq; deſerere nimiam bo-
norũ temporaliũ cupiditatem, perinde atq; obſtaculũ, quo Chriſtus impeditus in cor noſtrũ
ingredi nequit. Et hoc totũ doctrinæ, quo Iohannes ait: Parate viam dñi, &c. quid aliud de-

B niq;

Pſal.36 niq; eſt,q̃ quod ipſe alio nomine quaſi interpres vocat pœnitentiam? Pœnitentia vero quid
Luc.3 eſt,niſi iuxta Prophetã declinare à malo & facere bonũ, qd̃ fit cum deũ recte dilexerimus, &
proximũ ſicut noſipſos.Id qd̃ Iohannes expreſſit quadã interpretatione,inquiens:Pœniten-
tiam agite,id eſt,fructus dignos pœnitentiæ facite, q vtiq; fructus in duobus mandatis, in dei
ſcilicet ac proximi dilectione conſiſtit:Quod Iohannes arguens,inq̃t: Qd̃ conſtitutũ eſt vo-
Eccl.7 bis,faciatis:Qui habet duas tunicas det nõ habenti,& q habet eſcas,ſimiliter faciat:nimirũ cõ-
Matt.25 mendans primo dei timorem, q nobis in ſcriptura cõſtitutus eſt. Itemq; opera miſericordiæ, à
domino aliàs cõmendata,hanc vero ſanctæ doctrinæ interp̃tationem,adeoq; ſalutarem pœ-
nitentiam,vt populus citius & melius ſuſcipiat,ſequit̃. ¶Quarto,vt ſit aliqua forma, & quaſi L
amuſſis ad fructus pœniæ, id eſt, ad declinandũ à malo,& faciendũ bonũ, quæ qdem debet
in primis eſſe in ipſo prædicatore,quaſi lux quædam, quæ præcedens cęteris viam monſtret,
Matt.5 pręcipiente Chriſto.Sic luceat lux veſtra corã hominibus,vt videãt opera veſtra bona,& glo
1.Tim.4 rificẽt patrem veſtrũ,q in cœlis eſt.Sic Ap̃ls hortat̃ Timotheũ,vt ſe in oĩ virtute pp̃lo ſuo ex-
1.Cor.9 emplũ prębeat:nimirũ,ne q alijs prędicet,ipſe(vt nuper diximus)reprobus efficiat̃. Modo qs
hoc ipſum euidentius arguit Iohanne Baptiſta, q verè eundemq; Opt.verbi dei pręconem,&
prędicatorem pp̃lo ſe exhibuit, quem optimus quiſq; diuini verbi pręco ita ſequi ſtudeat, vt
Matth.3 ſit,qualis ille fuit. ¶Nihil enim aliud Iohannes Baptiſta vir in vtero ſanctificatus,ab omniq; M
Mar.1 labe imunis ſibi ſuo habitu & victu geſtuq; voluit,q̃ prędicatoribus bonis ſine hypocriſi pręſcribere formã.Sanè q(vt ipſe)deberent hr̃e,veſtitũ vilem è pilis camelorũ,id eſt,mũdi, ſui ipſius,vitęq; tanſactę cõtemptũ & diſplicentiam.Item aſperitatem,id eſt,fugã deliciarũ. Item pelliceã zonã circa renes,id eſt,arctã continentię cuſtodiã.Item cibũ locuſtarũ,id eſt,cibi neglectum & gulę frenũ.Itemq; poſtremo aquę potũ,id eſt,ſobrietatem. Hæc certè omnia p̃tendebat Iohannes,vti valde neceſſaria verè reſipiſcentibus,& ad quos deberet appropinquare re-
Acto.1 gnum dei,id eſt, Chriſtus dñs p ſuam grãm,inprimiſq; ab his acceptandã, qui reliquos docẽt
Iohan.13 ex officio,vt poſſit de ipſis quoq; verificari illud quod de Ieſu Lucas dixit: Cœpit Ieſus facere
Matt.13 & docere. Et vt ipſi cum Chr̃o ad pp̃lm dicere queant. Exemplũ dedimus vobis, vt quemad-
Matt.25 modũ nos fecimus,ita & vos faciatis. Vnde debet ſequi. ¶Quinto,opus eſſe ad p̃parationem N
Luc.10 viæ dñi obſequente pp̃lo,admonente Chr̃o:Qui habet aures audiendi,audiat:verũ nõ mõ audiat,ſed & faciat,ne dicat̃ in eũ,pp̃ls hic labijs me honorat, cor ãt eorũ lõgè eſt à me.Dicit em̃ dñs: Hoc fac & viues, nõ dicit tantum audi, ſed fac & ope compleas, hoc em̃ eſt tollere crucẽ, & ſequi dominum,hoc eſt,viam dñi p̃parare,& ſemitas rectas facere, vt dominus in cor noſtrum ſine impedimento intrare poſſit.Quod vt facilius impetretur, ſæpe cum eccleſia deuotè clamandum eſt. ¶Conſcientias noſtras quæſumus dñe,viſitando purifica,vt veniens dñs O
noſter Ieſus Chriſtus filius tuus cum oĩbus ſanctis paratam ſibi in nobis inueniat manſionem. Qui tecum &c. Et rurſus: Excita quæſumus dñe potentiam tuam & veni,& magna nobis virtute ſuccurras,p auxilium gratiæ tuæ,quod peccata noſtra p̃pediunt,indulgentia tuæ,p̃pitiationis acceleret, q em̃ conſpicis,qd̃ ex noſtra prauitate affligimur, cõcede p̃pitius vt ex tua
2.Par.20 viſitatõe cõſolemur &c. Quod vbi pio corde orauimus,haud dubie dñs dicturus eſt Iudæa &
Iohan.20 Hier̃lm nolite timere. Cras egrediemini,& dñs erit vobiſcum. Conſtãtes eſtote, videbitis au
Mat.28. xilium dñi ſup vos,dicetq; Chr̃us: Veniemus em̃ & apud vos manſionem faciemus, erimuſq; vobiſcum vſq; ad conſummationem ſeculi oĩbus diebus.

HOMILIA QVINTA, DE EO QVOD SCRIPTUM eſt:Lucæ.11.Nolite timere: Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum,quod erit omni populo.

In ferijs dominicæ natiuitatis.



Pſal.80 ILLVXIT NOBIS FRATRES IN DOMINO CHAriſſimi,dies illa ſolẽnitatis,in qua hortante Dauide,ſumẽdi ſunt pſalmi,danda tympana,recipienda pſalteria cum cythara,& buccinan- A
Luc.2 dum eſt in tuba,quandoquidem dies illa,dies eſt lætitiæ,nõ vni tantum nationi,ſed toti orbi cõicatæ.Siquidem hodie natus ſit ſaluator
Matth.1 qui eſt Chr̃us dñs,in ciuitate Dauid. Sanè, inquam, hodie natus eſt Ieſus,quod ſaluator eſt,interprete Matthæo: Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorũ. At quomodo natus eſt? Ver-
Iohan.1 bum, inquam, caro factum eſt, quod erat in principio apud deum, quoniã deus ipſum erat,& qdem in principio æterno, quo omnia fa-
Eſa.40. cta ſunt, ſine q̃ nihil factũ ẽ qd̃ platũ nõ deſinit, ſed manet in æternũ,nõ tranſitorium ſed æter
Pſal 118 num,non factum à deo patre,ſed genitum,non ſolum genitum,ſed vnigenitum. Vnum quippe verbum deus pater genuit de ſeipſo,per quod oĩa creauit ex nihilo,Illud verbum de deo

deus ẽ,

Digitized by Google

deus eſt, de creato recreator eſt. Hoc & à Maria virgine primogenitũ, ante q̃d nullũ, vnigeni
tum in ſubſtantia diuinitatis, ſed primogenitũ in ſuſceptione humanitatis. Quo nato, inquit Iohan. 8
angelus, nolite timere, ſed vniuerſi gaudete, quoniã natus eſt Chriſtus dominus, id eſt, ſalutis
veſtræ author, vitæ reparator. Gaudete, inquiens, quia illuxit dies redemptionis nouæ, repa Lucæ. 1.
rationis antiquæ, felicitatis æternæ. Hæc eſt illa dies, quam ardenter videre deſiderauit Abra
ham, Siquidem hæc ſit illa dies, in qua tandem venit per incarnationem mirificam, quem diu
multũq; cœli expectarunt, terrę deſiderarũt, inferiq; exoptarunt, vt is angelorum ruinã repa
raret, ſedentes in tenebris & in vmbra mortis illuminaret, captos de lacu erueret. Is inquam
venit hodie, qui eſt Ieſus Chriſtus, dominus noſter, lumen illud, quod in tenebris exortũ eſt,
lux illa, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, veritas, via, atq; vita. Pſal. 11b
Venit, inquam, & vere hodie venit, quem prophetica carmina, Sibyllinæ voces, æthnica ora Iohan. 1
cula, tam manifeſto prædixerunt euentu, vt in nouo & incredibili pene myſterio, cuius ne hu Iohan. 14
mana quidem mens eſt capax, nihil ſit eorum, quæ fide continentur, cui libentius accedat hu
mana pietas. Cui hodie teſtimonio ſunt tempus, locus natiuitatis, angelus, itemq; paſtores.

B ¶ Abſit igitur fratres chariſſimi, aut timeamus aut triſtemur hodie, quibus natalis eſt vitæ,
quæ conſumpto mortalitatis timore, ingerit nobis de promiſſa æternitate lætitiam. A qua
ſane lætitia nemo eſt excludendus, quum cõmunis omnium natus ſit ſaluator, adfirmãte an- Lucæ. 2
gelo. Nolite timere, Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnũ, quod erit omni populo.

C ¶ Nec interim obſtat induratorum Iudæorum obiectio, qua iſti moliuntur adſeuerare, ſibi
& in ſuam dumtaxat ſalutem Meſſiam venire, quem veniſſe impiè negant, & nos qui ex nu-
mero gentilium fuimus, ab illius ſalute ſecludunt ſcripturis male retortis. Primo ex veteri te-
ſtamento apud Eſaiam: Ecce tenebræ operient terram, & caligo populos, ſuper te autem Eſaiæ. 2
orietur dominus, & gloria eius in te videbitur. Et rurſus: In die illa, ſcilicet tempore Meſſiæ, Eſaiæ. 4
erit germen domini in magnificentia, & gloria & fructus terræ ſublimis, & exultatio ijs, qui
ſaluandi fuerint de Iſrahel. In nouo teſtamento Chriſtus ait: Non ſum miſſus niſi ad oues, quę Matt. 15
perierunt domus Iſrahel. Vnde, inquiunt, claret Meſſiam non vobis, ſed Iudæis tantum veni- Lucæ. 1
re ſalutarem, nempe, qui & Iudæis patribus fuerit promiſſus, Zacharia teſte. Ille enim ait: Ad
faciendam miſericordiam cum patribus noſtris, & memorari teſtamenti ſui ſancti. Benedi-
ctus dominus deus Iſrahel, quia viſitauit & fecit redemptionem plebis ſuæ. Hinc & Chriſtus:
In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorũ ne intraueritis, ſed potius ite ad Matt. 10
oues, quæ perierunt, domus Iſrahel.

D ¶ Reſpondeo, Iſraheliticos non tantum dici eos, qui ſecundum carnem de Iſrahel venerunt,
ſed & eos, & quidem potius, qui vera fide ipſum ſequũtur, deum verum colentes, etiam ſi nõ
ab Iſrahel ſeu Iacob deſcendunt carnaliter. Id patet ex eo loco Eſaiæ, in quo agitur de mul- Eſai. 44
tiplicatione populi Iſrahel per vocationem gentium ad fidem, quæ per effuſionem ſpiritus
ſancti facta ẽ, de qua dicit: Effundam ſpiritũ meum ſuper ſemen tuum, &c. & germinabunt
inter herbas quaſi ſalices iuxta fluẽtes aquas. Et quum paulo poſt dicitur: Et hic ſcribet in ma
nu ſua domino. Q. d. Iſte etſi nõ poterit dicere, domini ego ſum, nec etiam vocari nomine Ia-
cob, eo modo, quo alius, qui Iſraheliticus eſt ſecundum carnẽ, ſcribet tamen manũ ſuam do-
mino. ſ. adhærendo ei per operationem, Hinc dicit: Et in nomine Iſrahel cognominabitur.
Q. d. Iſte, qui per operationẽ debet dici eſſe dñi, etiã nomẽ Iſrael meret per quondã aſſimula-
tionẽ ſeu cognominationẽ, ſic patet vocabulo Iſrael in ſcripturis etiã venire illũ, q nõ carnis
propagatione, ſed ſimulatiõe operationis deſcẽdit. Quod Chrũs tanq̃ optimus interpres in Lucæ. 19
Zachæo gentili oſtẽdit, inquiens de Zachæo: Quia hodie ſalus huic domui facta eſt, eo ꝙ &
ipſe ſit filius Abrahæ. ſ. nõ ſtirpe, ſed fide. Hinc vbi Iſraelis ſit mẽtio tam qui ab Iſrael per car
nem deſcendunt q̃ qui illum bona operatione ſequũtur, intelligi debent, quibus iuxta Chri-
ſtus fuit ſaluator. Vnde in alijs quoq; ſcripturis liquet per Chriſtũ Meſſiam non modo Iudai-
cum, ſed & aliũ populũ diſperſum fuiſſe ſaluandum. Siquidẽ Iacob patriarcha, qui primus de
Chriſto vaticinatus eſt, ait: Donec veniat, qui mittẽdus eſt, qui eſt expectatio gentiũ. Idem Gene. 49
rurſus: Radix Ieſſe, qui ſtat in ſignum populorum, ipſum gentes expectabunt. Ezechiel: Et Eſaiæ. 9
congregabuntur gentes multæ in die illa, & erunt mihi in populum. Rurſus Eſaias: Dedi te Ezech. 1
in lucem gentium, vt ſalus ſit mea vſq; ad extremũ terræ. Et Dauid: Lætamini gentes cum Pſal. 116
plebe eius. Eſaias. Erit radix Ieſſe, & qui exurget regere gentes, in eũ gentes ſperabunt. Hinc Eſaiæ. 11
Symeon in nouo teſtamento: Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum, quod paraſti ante faciẽ Lucæ. 2
omniũ populorũ, lumen ad reuelationẽ gentiũ, & gloriã plebis tui Iſrael. Q̃d vero Chr̃s dixe-
rit, ſe nõ miſſum niſi ad oues Iſrael, quæ perierũt. Ideoq; prohibuerit diſcipulis, ne irent in vias
gentium, &c. Reſpondeo, Chriſtum hoc voluiſſe, ſe primo, & (vt ita dixerim) præcipue præ-
dicatorem & miraculorum operatorem fuiſſe miſſum populo Iſraelitico ſecũdũ carnẽ, quo-
niam antiquis Iudaicis patribus facta fuerit promiſſio, illis tamen fidem reſpuentibus fore ſe

Roma.15 quoq; gentibus ſaluatorẽ. Id quod grauiter arguit apoſtolus, inquiẽs: dico em̃ Chriſtũ Ieſum, miniſtrum fuiſſe circũciſionis propter veritatẽ dei ad cõfirmãdas promiſſiones patrũ gentes aũt ſup miſericordia honorare deũ. Porrò licet ſalus Iudæorũ & gẽtium fuerit ſimpliciter p viã gratiæ, quãtum tñ ad Iudæos videri penè ſolet debita: ſiquidẽ ad dei veritatẽ pertineat, impleri pmiſſa patribus Iudæorũ facta in lege & prophetis, q̃ ſolũ patribus Iu-

Psal.47 dæorũ data fuerat, vnde propheta. Nõ fecit taliter om̃i nationi, & iudicia ſua nõ manifeſtauit eis. Sic ſanè ſalus gẽtiũ malus eſt p viã miſericordiæ, quia licet lex & prophetæ loquerẽtur de eadẽ ad fidẽ Chriſti vocatione, non tamen patribus eorũ data fuit lex neq; prophetiæ. Ex quibus etiãnum claret, Chriſtũ præcedẽte autoritate ſubindicaſſe, ſe primo & principaliter miſſum Iudæis pinde atq; apoſtolũ quibus & nõ gentilibus, niſi in caſu ex ſpeciali cauſa in propria pſona pdicauit, & miracula fecit, argumẽto, eccleſia in fide gentium fuiſſe

Johan.4 fundãdam, vti & alias Chriſtus indicat. Sic & apoſtoli phibebant pdicare gẽtibus, quũ breue adhuc eſſet tẽpus ad Chriſti paſſionẽ, congruũ erat, vt Chriſtũ primo prædicarẽt Iudæis, qbus erat promiſſus pcipuè. Illis aũt ex maiore parte in infidelitate remanẽtibus irent ad prædicandũ gentibus, hinc ad eos Chriſtus poſt ſuã paſſionẽ ait. Eũtes ergo docete omnes

Matt.28 gentes, baptizantes eos in noĩe patris & filij & ſpũs ſancti. Quod Aplus & Barnabas alibi repetẽtes inquiũt, vobis oportebat primũ loq verbũ dei, ſed qm̃ repellitis illud & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce cõuertimur ad gẽtes. Sic em̃ nob pcepit dñs. ¶ Ex qbus E omibus cõcludas, primo lucẽ Chriſti adeoq; eius ſalutẽ nõ modo fuiſſe extendendam ad

Esaie.42 Iudæos ſed & vſq; ad extremũ terræ & alias nationes, alioqui deũ fuiſſe acceptorẽ pſonarũ,
Leuiti.19 ſi confitẽtes ei corde, ore & opibus ad ſaluandũ haud ſuſcepiſſet. Hinc Paulus dicit. Iuſtitia
Actorum.10 aũt dei p fidẽ Ieſu Chriſti in om̃es & ſup omnes, q credunt in eũ. Nõ em̃ eſt diſtinctio, oẽs
Roma.2 enim peccauerũt, & egent gloria dei. An Iudæorũ deus tantũ? Nonne & gentiũ? imò & gẽ-
Roma.3 tium. Quãdoquidẽ vnus eſt deus, qui iuſtificat circũciſionẽ ex fide, & pputium per fidem. Igitur veriſſimè hodie ab angelo dictũ eſt. Ecce em̃ euangelizo vobis gaudiũ magnum, qd erit om̃i populo. ſ. tam Iudæo q̃ gentili. Nemo ſanè ab hmõi gaudij participatõe ſecernit, vna cũctis lætitiæ cõis eſt ratio, quia dñs nr̃ peccati mortiſq; deſtructor, ſicut nullũ à reatu liberũ reperit, ita liberãdis om̃ibus venit. Exultet ſanctus, qa appropinquat ad palmã. Gau-

Gal.4 deat peccator, quia inuitat ad veniã. Animet gẽtilis, qa vocat ad vitã. Dei em̃ filius ſecundũ plenitudinẽ tpis, quã diuini cõſilij inſcrutabilis altitudo diſpoſuit, reconciliandã autori ſuo naturã gñis adſumpſit humani, vt inuentor mortis diabolus p ipſam, quã vicerat, vinceretur. ¶ Nũc quid rectius hodie ſumus acturi, fratres dilectiſſimi, q̃ vt eamus feſtinãter vſq; F Bethleem, id eſt, ad cœleſtẽ domũ, quæ eſt cor noſtrũ, vna cũ paſtoribus, viſuri hoc verbũ,

1.Cor.3. quod caro factũ eſt, id eſt, Ieſum ſaluatorẽ noſtrũ. Quo viſo ſimus itidẽ reuerſuri, deũ in oĩ-
2.Cor.6 bus quæ audiuimus & fide vidimus glorificaturi & laudaturi. Quem certè videbimus, ſi vti paſtores illi feſtinauerimus. ſ. fide & virtute, fuerimuſq; vt illi ſimplices, pauperes, humiles contemptibileſq;, Nõ em̃ poterit is, quũ infans ab alijs videri aut inueniri, quam à puris & ſimplicibus, quam à pauperibus quũ ipſe pauper fuerit, quam ab humilibus & contẽptibilibus, quũ ipſe humilimus in præſepio iacuerit, Et ſanè talis eſt, qualẽ non poſſimus timere ad accedẽdũ, qualis nõ erit in ſecũdo ſuo aduẽtu, ¶ At obſecro, qualẽ hodie in primo ſuo G aduentu ipſum videbimus aut inueniemus. Ingrediamur in Bethleem, id eſt, cor noſtrum pia deuotione, & cõtemplatione deuota. Et inueniemus eũ, videbimuſq; Ieſum non ſecus atq; eũ, qui ſit mox ab infantia nr̃ ſaluator, qui ſuo exẽplo infans adhuc nobis viã ſalutis oñdere ſatagit: nempe, q nihil penes ſe habet, qd nõ magnopere ad æternã ſalutẽ conducat.

¶ Primo ipſum inueniẽmus in Bethleem, in exiguo caſtello, nimirũ documẽto, Neminẽ H

Roma.10 de terrena patria gloriari debere. Aplus, nõ eſt inqt diſtinctio Iudæi & Græci, omnis, q in-
Gal.3 uocarit nomẽ dñi ſaluus erit. ¶ Secũdo nõ in domo ſua, ſed peregrinũ i via natũ, documẽ I
Johan.18 to, ſuũ regnũ nõ eſſe de hoc mũdo, ſic & noſtrã nõ eſſe hic domũ, ſed cœlũ, quo ipſe ſit via.
2.Cor.5 Paulus, Audiẽtes igit & ſciẽtes, qm̃ dũ ſumus in hoc corpe, peregrinamur à dño. Et rurſus,
Hebr.13. Nõ em̃ habemus hic manentẽ ciuitatẽ, ſed futurã inquirimus, id eſt, cœleſtẽ, q̃ non eſt manufacta. ¶ Tertio, iacentẽ in diuerſorio, argumẽto, nos habere non debere palatia ſed diuerſoria, vt ſimus memores, nos om̃i momẽto eẽ mutabiles & nõ manere cõſtãtes, quẽad- K

Job.14. modũ, q ſunt in diuerſorio, nõ pſtant. Iob, Homo natus de muliere, q̃ſi flos egredit & cõte-
Psal.101 ritur, & fugit velut vmbra, & nunq̃ in eodẽ ſtatu pmanet. Dauid, Dies mei ſicut vmbra declinauerũt, & ego ſicut fenũ arui, Tu aũt dñe in æternum pmanes. ¶ Quarto in ſtabulo ia- L centẽ, documẽto, vt vitemus curioſitatẽ ædificiorũ mũdiq; gloriã, ppheta. Niſi dñs ædificauerit domũ, inuanũ laborauerũt q ędificãt eã. Nã vt ſapiens ait, vnus ędificãs & vnꝰ de-

Psal.126. ſtruens, qd prodeſt illis niſi labor. Hinc Iohãnes. Nolite, inqt, diligere mundũ, neq; ea, quæ
Eccle.34
1.Johan.2 in mundo ſunt. Tranſibit em̃ mundus & concupiſcẽtia eius. Hei q̃ vere, vbi obſecro, nunc ſunt

Digitized by Google

ſunt magnifica ædificia Babiloniæ & Hieruſalē ſplendida atria Troiæ atq; Romæ & alia- 1. Johan. 2
rum excellentiſſimaꝝ ciuitatū. Nihil tā ſplendide tamq́; magnifice ędificatum, q̄d ætas &
M cōditio tēporis nō diruat, vti palam eſt videre. ¶Quinto, paruulū inueniemus, documē-
to, vt nos magnos & pfectos efficeret, & ipſi nobis p humilitatē eſſemus parui: Paulus, frēs
nolite effici pueri ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote, ſenſibus aūt pfecti eſtote. Hinc Chrs:
N Quicūq; humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte, hic eſt maior in regno cœloꝝ. ¶Sexto, infir- 1. Cor. 14 Matt. 18
mū, vt nos ad bona opa fortes efficeret, Sic Paulus dicit, Quod infirmū eſt dei, fortius ē ho-
O minibus, & ipſe dn̄s eſt circūdatus infirmitate, vt & ipē infirmis cōdolere poſſit. ¶Septi- 1. Cor. 1 Heb. 5
mo, pauperē, vt nos ſua īopia ditaret, & ne qſq̄ ſe ob diuitias extolleret aut in ipſis cōfideret
Apl̄us. Scitis em̄ gratiā dn̄i nr̄i Ieſu Chr̄i, qm̄ ꝓpter vos egenꝰ factus ē, cū eēt diues, vt illius 1. Cor. 8
inopia vos diuites eētis. Et alio ī loco. Nihil eī intulimꝰ in hūc mūdū, haud dubiū qa nec au
ferre q̄d poſſimus. Habētes aūt alimēta & qbus tegamur, his cōtenti ſimus. Nā q volunt di 1. Tim. 6
uites fieri, incidūt ī tētationē & laqueū diaboli, & deſideria multa & nociua, q̄ mergūt hoīes 1. Tim. 6.
in interitū & perditionē. Radix em̄ omniū maloꝝ eſt cupiditas, Et ſcriptura ait. Qui con-
P fidit in diuitijs ſuis corruet, nec proderūt illi in die vltionis. Et Chriſtus dicit, fallatiā diui- Prouer. 11
tiaꝝ ſuffocare verbū dei, illudq́; infructiferū reddere. ¶Octauo, pannis inuolutū, vt nos Matt. 13
à laqueis mortis abſolueret, qm̄, ait Apl̄us, nūc ſoluti ſumus à lege mortis, In qua detineba-
Q mur, ita vt ſeruiamus in nouitate ſpūs, & nō in vetuſtate literæ. ¶Nono, manibus & pe- Roma. 7
dibus ligatū, vt manus nr̄æ ad bn̄ operādum & pedes ad viā pacis dirigant. Hinc Zachari-
as. Illuminare ijs, qui in tn̄bris & in vmbra mortis ſedēt, ad dirigēdos pedes nr̄os in viā pa-
R cis. ¶Decimo in ꝑſepio poſitum, documento, vt lectos delicatos ſperneremus, illicq́; cor Luc. 1
S noſtrū manſionē ꝑparemus, iuxta ſcripturā, fili, ꝑbe cor tuū mihi ¶Vndecimo in ꝑſepio
reclinatū, vt nos q̄ſi ſancta aīalia carnis ſuæ frumēto reficeret, & vt cibus eēt iumētoꝝ, quæ Prou. 23
nos ſumus facti ꝓpter pc̄tm̄, dicēte ſcriptura. Homo cū in honore eſſet, nō intellexit, com Pſal. 48
T paratus eſt iumentis inſipiētibus & ſimilis factus eſt illis, ideoq́; dn̄s factus eſt fęnū q̄d eſt ci-
bus iumētoꝝ, qa verbū caro factū eſt, & caro fęnū, & cibus facta. ¶Duodecimo in diuer Johā. 6
ſorio, indigentē loco, vt nobis in cœlo multas māſiones pararet. Sic ſanè ſi ad hūc modum Eſaię. 40
hodie Chr̄m infantulū q̄ſiuerimus, inuenerimus, viderimusq́;, ꝓcul dubio reuertemur glo Johan. 14
rificātes & laudātes deū in om̄ibus, q̄ audiuimus & vidimus, ſumusq́; dicturi. Aeternæ mi-
ſericorsq́; deus nos tibi infinitas humillimasq́; gr̄as habemus & agimus, q̄d nos filij tui, dn̄i
nr̄i Ieſu Chriſti natiuitate à diabolica captiuitate liberaſti, regnūq́; cœloꝝ aperuiſti.

HOMILIA SEXTA DE EO QVOD SCRIPTVM EST
Lucæ. 2. Poſtquā conſumati ſunt dies octo, vt circūcideretur puer, vocatum eſt nomen eius Ieſus.

In ferijs dominice Circumciſionis.



A ADEST ET ALTERA NOBIS, FRATRES DI-
lectiſſimi, dies & feſta totoq́; æuo venerabilis eadēq́; ſolēnis: qppe
quę non modo vnius ſacræ rei memoriam affert, ſed trium planè
rerum ſanctimonia differtaꝝ. Primo qdem hodie recolimus, die,
ſcilicet octaua, diē natiuitatis Ieſu Chriſti, id q̄d in euangelio tāgit
poſtq̄ cōſumati ſunt dies octo, &c. hocq́; ideo, vt hodie à nobis im
pleri poſſit, q̄d tum neglexmus, quū tantū nobis ea in die bonæ ſa
lutis effulſerit, quātū nulla līgua exprimere ſufficiat. Dies em̄ illa,
dies fuit redēptionis noſtræ prima, qua, autore Apl̄o, facti ſumus
per fidē filij dei: qua deus Max. ſua benignitate & humanitate Ieſu Gal. 3
Chriſti filij, noſtri dei ſaluatoris, non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundum Tit. 3
ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit, vt iuſtificati gratia ipſius heredes ſimus ſecundū ſpem
vitæ æternæ in Chriſto Ieſu dn̄o noſtro. Cui & hodie & poſtea gratias omnibus modis a-
gere obligamur. Cuius, vt diximus, hæc dies potiſſimū & primo eſt ab eccleſia celebrari cę
B pta. ¶Secundo, vt nobis frequentiſſima ſit memoria ſanctiſſimi nominis Ieſu hodie ex
veteri inſtituto impoſiti, vt patet ex Euangelio. Nempe, quod illud eſt nomen ſine q̄ ſal-
uus fieri nemo poteſt, quum, vt Petrus ait. Non ſit aliud nomen ſub cœlo datum homini- Actoꝝ. 4
bus, in quo oportet nos ſaluos fieri, quod & ex ſe ſaluatorem, angelo interprete, ſignificat. Matth. 1
In quo nomine, Apoſtolo adſirmante, omne genu flectitur, cęleſtium, terreſtrium & infer Roma. 14
norum, & omnis lingua confitetur, quia dominus Ieſus Chriſtus in gloria dei patris eſt. Philip. 2
Hoc igitur nomen in ſempiterna nobis ſit memoria atque veneratione. Cui hæc dies ſa-
cra eſt.

Digitized by Google

¶Tertio, vt Chriſti Ieſu ſaluatoris circumciſionis cum gratiarum actione memores ſimus, C
quoniam in ea primũ primo ſuũ pro nobis ſanguinem in noſtram redemptionem effuderit,
Nobisq́ documentũ ſpiritualis circũciſionis reliquerit, vt quemadmodũ olim in veteri teſta-
mento carnaliter ſcd̃m corpus circũciſi ſint, ita & nos mente ſcd̃m carnalia deſideria circũci-
damur, vitia à nobis abijciamus carnalia, vti iſti per circũciſionẽ pręputij carnem abijciebant.
Roma. 2. Hinc Apoſtolus: Non eñ ait, q in manifeſto Iudæus eſt, neq́ quę in manifeſto in carne eſt cir
Gala. 5 cũciſio, ſed q in abſcondito Iudæus eſt, & circũciſio cordis in ſpũ, non litera: cuius laus non ex D
Eſa. 53 hominibus, ſed ex deo. ¶Quũ aũt (vt conſtat) circũciſio hoc olim fecit, quod nunc facit ba-
1. Pet. 2 ptiſmus, q originale delet peccatum, planè ſequit Chr̃m non propter ſe fuiſſe circũciſum, q ſi-
ne virili ſemine conceptus & omni abſq́ labe ex virgine puriſſima natus, peccatum non fecit
nec inuentus eſt in ore eius dolus, ſed fuiſſe circũciſum. Primo, vt verę circũciſionis documen
tũ relinqueret. Et ita ſecundo legem magis adimpleret q̃ vel diminueret, vel ſolueret, q aliàs,
Mat. 5. inqt: Nolite putare, quoniam veni ſoluere legẽ aut prophetas, non veni ſoluere, ſed adimple-
re. Lex prohibet carnalia, ego mentalia quoq́. Mandat fieri corpalia, ego fieri volo etiamnũ
mentalia, debet eñ iuſtitia veſtra plus abundare q̃ ſcribarũ & phariſæorũ. Sufficiebat Iudęos
& veteres circũcidi carne, ego aũt mea circũciſione doceo mẽte oportere circũcidi, id eſt, pec
cata amouere & ſuccidere, & paulopoſt baptiſmo, nunc aũt circumcidor, quoniam lex conci-
Gene. 17 pit vt infans octo dierũ circumcidatur. Et maſculus cuius præputij caro circumciſa non fue-
Gala. 4 rit, peribit de populis ſuis: ſic enim qui lege ſubijcior ex obedientia vos ab onere legis libero,
hocq́ meo ſanguine pretioſo ago, quo mediator dei patris & hominum vnicus omnes ho-
Iohã. 10 mines patri reconciliem, adeoq́ ipſos homines vniuerſos ad vnitatem redigam, vt vnus ſim
paſtor vnius ouilis: qui (vt de me Apoſtolus meus ſcripſit) pax veſtra ſim, qui tam vos, q gen-
tiles fuiſtis quàm Iudæos in ſeruanda lege per effuſionem virtutemq́ ſanguinis mei hodie ef-
fuſi vnum effeci, amboſq́ non modo patri cœleſti reconciliaui, ſed & vos vna eccleſia, vna
fide, vno baptiſmate pares feci, & concordes reddidi, vt deinde vnanimes ad ſalutem vnicam
Gala. 5 perueniretis. Hoc autem Chriſtum feciſſe, & quidem hodie cœpiſſe, Apoſtolus teſtatur, in-
quiens: Quicunq́ enim in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum iduiſtis. Non enim ẽ, neq́ Iudęus
neq́ Græcus: non eſt ſeruus, neq́ liber: non eſt maſculus, neq́ fœmina. Omnis enim vos vnũ
Ephe. 2 eſtis in Chriſto Ieſu. Et aliàs: Ille enim veniens euangelizauit pacem vobis, qui longè fuiſtis,
Ephe 4 & pacem ijs, q propè qm̃ per ipm̃ habemus acceſſum ambo in vno ſpiritu ad patrẽ, cui nos Ie
ſus vtroſq́ vnũ fecit, reconciliauitq́ ambos in vno corpore. Et paulopoſt: Vnus eſt dñs, vna fi
des, vnũ baptiſma. Vnus deus & pater oĩm, q ſuper omnes, & per oĩa, & in omnibus nobis.
Debet igit hæc dies omnium eſſe maxime venerabilis, vel ideo: Quòd Chriſtus hodie primũ,
inter deum patrem & nos q antea iræ eramus filij, tum inter nos omnes, & ſingulos concor-
Ephe. 2 diam ſuo ſanguine, qui virtus eſt baptiſmi, ſanciuit, noſq́ fratres concordes effecit.
Sap. 11 ¶Porrò, in quęſtionem venit, quum deus omnia in ſapientia, ratione, & menſura fecit, cur E
hac die maluit hæc tanta nobis bona tam abundè conferre, quæ quidem dies, prima eſt Ianua-
rij & initium noui anni? Ad quod, ſi ſecretiora ſcripturarum loca ſcrutati fuerimus, facile of-
fendemus, hanc ob rationem ipſum tanta fuiſſe nobis largitum. vt primo, ſe verũ eſſe Ianum
oſtenderet, à quo cęptus eſt dici menſis Ianuarij primus (quem falſo alium eſſe deum mentiti
ſunt priſci illi Aethnici, vt eſt apud Macrobium) nempe eum verum eſſe Ianum bifrontem,
Macrobi us li. 1. ca. 6 qui præteria ſciat & futura ijſq́ prouiderit maturè, quippe qui ſuperorum atq́ inferorum de-
us, vniuerſa climata maieſtate ſua complectatur, cuncta componens, eademq́ regens, aquæ
Puerb. 8. terræq́ vim ac naturam grauem atq́ pronam in profundum dilabentem, ignis atq́ animæ le
uem immenſum in ſublimem fugientem copulans circundato cœlo & cætera. Et rectè quidẽ
Apoca. 1. 2. 22 ipſe talis eſt, qui de ſeipſo ait: Ego ſum Apha & ω, principium & finis, primus & nouiſſimus:
quandoquidm ipſe omnium ſit rerum principium & finis, origo & finis oĩm, quod oĩa cœpe-
rit, omniaq́ claudat. Ipſe enim eſt principium omnium effectuum, & finis ad quem omnia
Puerb. 16 ordinantur. Operatus eſt autem in ineunte primo die anni Ianuarij menſis, & innouo, vt
oſtenderet ſe illud eſſe nouum, de quo Propheta: Creauit Dominus nouum ſuper terram. Fœ
Hiere. 31 mina circumdabit virum. Sanè nouum fuit, quod Dei Maximi verbum eſt caro factum, &
Iohan. 1 Deus homo. Ille (inquam) vti primus dies anni, qui eſt hodiernus, vetera repulit, ſcilicet ve-
tuſtatem nouæ legis antiquæ adeoq́ duræ, & noua incepit, id eſt, miſericordem & gratioſam
Euangelij legem introduxit, & vtraque vnum fecit, & ad concordiam reduxit, adeò vt ipſe
de ſe dixerit. Ecce noua facio omnia. Exemplo quidem vt & ipſi eſſemus noui, ſcilicet à ve-
Apo. 21 tuſtate peccatorum. vt ad ipſum nouum, ſcilicet ſalutem, viam, vitamq́ veniremus, hortantę
Coloſſ. 3 Paulo: Expoliantes vos veterem hominem cũ actibus ſuis, & induentes nouum, eum q reno-
uat in agnitionem ſecundum imaginem eius, q creauit vos. ¶Igit (vt aliqñ in altũ veniamus) F
Chriſtus Ieſus, nouus homo, idemq́ verus Ianus, præterita ſciens, futura noſcens, vetera &
noua

Digitized by Google

noua coniungẽs,hodie ſuo nouo ſanguine nos per concordiã oẽs nouos & quidẽ in princi
pio noui anni reddere ſategit,vt doceret,ſi & ipſi noui eſſe vellemus & manere in vera vitæ
nouitate,mox initio anni,id eſt,ætatis nr̃æ circũcideremur,ita vt ex nouo principio,nouũ ſe
queretur mediũ,nouusq́;,id eſt,felix finis.Plerunq; eñ ex bono initio bonũ ſequitur medi-
um,& finis bonus. Eapropter fratres chariſſimi, ſalutari Chriſti exemplo admoniti,vete-
remq́; hactenus ſeruantes morem,præſertim quũ videmus tam omnia his annis fuiſſe in ma-
lo medio tanq̃ malo fine,hauddubie,quia malum fuit principium, vnde ſequuta eſt omnium
malorum vetuſtas.Eapropter,inquã,quia magnopere indigemus nouitate vitæ,adeoq́; mo
rum omniũ,cogitemus & ipſi hodie,vt hunc nouũ animũ in aliquo bono nouo,id eſt, princi
pio inchoemus.Id quod ſcio pleroſq; ſibi à me collatũ iri petere.Illis autẽ quid aliud q̃ hoc cũ Act.3
diuo Petro reſponderim,inquiens: Argentum & aurum non eſt mihi,quod autem habeo
hoc tibi do.In nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge & ambula.Surge,inquam,à veteribus Roma.6
peccatis,ambula in nouitate virtutum,Apoſtolo dicente:Vt quomodo Chriſtus reſurrexit
à mortuis per gloriã patris,ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.Id quod fiet ſi acceptaue-
rimus hoc ipſum nouũ,quo Chriſtus hodie annũ,id eſt tẽpus nouæ legis incepit,ſed & nos
deo patri reconciliauit,adeoq́; oẽs æque vnũ effecit,vt apud illũ iam inde non eſt gentilis, Coloſſ.3
G nec Iudæus,nec circunciſio,nec præputiũ,nec barbarus,nec Scytha, nec ſeruus,nec liber,ſed
oĩa in oĩbus Chriſtus.¶Sed quod eſt illud nouum? Sane concordia eſt,qua ille gentiles Iu-
dæis & ediuerſo coniunxit & vnũ fecit ad ſalutẽ tam tẽporalẽ q̃ æternalẽ,adeo proficuã,vt ſi
cut Chriſtus ab ea ſalutẽ noſtrã exorſus eſt,ita ipſa in omni re & tẽpore primum eſſe debet.
Hæc proinde concordia ſit nobis oĩbus loco noui anni quẽ dicunt.Sed quid eſt concordia?
Eſt vnus idemque mutuus multorum, qui alioqui ſunt ſtatu diuerſi, in vita moribusque
animus.Qualis fuit Chriſtianis in eccleſia ineunte,de quibus ſcribitur:Multitudinis autẽ cre- Actoꝝ.4
dentiũ erat cor vnũ & anima vna,nec quiſquã eoꝝ,quæ poſſidebat, aliquid ſuũ eſſe dicebat,
ſed erant illis oĩa cõmunia,Id quod olim promiſerat ſe daturꝰ deus,dicens: Et dabo eis cor Hiere.32
H vnũ & viam vnã,vt timeant me vniuerſis diebus,& bene ſit eis & filijs eorum poſt eos.¶Ad
hanc igitur concordiam primo nos hortatur vtilitas, vtpote, quod deus velit concordibus
I & eorum filijs bene.¶Secundo natura,quũ oẽs ex vno ſumus patre fratres,quos decet eſſe Matt.23
K concordes,Hinc propheta:Ecce q̃ bonũ & q̃ iocundũ habitare fratres in vnũ.¶Tertio Malac.2 Pſal.132
ratio naturalis,qua videmus etiã illa inanimata in ſuo genere cõcordiã tenere,vt ſunt ſydera
& elementa & angelicæ creaturæ,quæ vtiq; deus vti cætera creauit ad concordiã,ſingula in
ſuis officijs,Hinc Sapiens ait:Sed oĩa in menſura,& numero,& pondere diſpoſuiſti.Et Bal Sapiẽ.11.
dath Suites dixit.Poteſtas & terror apud eũ,qui facit concordiã in ſublimibus ſuis. Iob.25
L ¶Quarto,quod res ſit deo ſingulariter grata & accepta concordia,Vnde ſcriptura:In tribus pla Eccle.25
citum eſt ſpiritui meo,quæ ſunt probata coram deo & hominibus. Concordia fratrum &
M amor proximorum,vir & mulier ſibi bene conſentientes.¶Quinto,Status noſter,qui Chri-
ſtianus eſſe debet,& nos ſumus Chriſtiani,id eſt Chriſti Ieſu diſcipuli & filij,quando nos mu-
tuo dilexerimus.Id quod ex concordia,quæ nutrit amorẽ,oritur.Quare Chriſtus ait:In hoc Iohan.13
cognoſcent oẽs,quia diſcipuli mei eſtis,ſi dilectionẽ habueritis ad inuicem. Ita nimirum
initio eccleſiæ diſcipulorũ vnum erat cor & vna anima.Eapropter Chriſtus cœleſtem pa- Actoꝝ.4
trem orauit,inquiens:Rogo pater non modo pro eis,ſed pro ijs etiam,qui credituri ſunt,vt Iohan.17
ſint vnum,ſicut & nos vnum ſumus,vt ſint conſumati in vnum, & cognoſcat mundus, quia
tu me miſiſti,& dilexiſti eos,ſicut & tu me dilexiſti.Q.d.(authore Chryſoſtomo)Nihil enim
ita ſcandalizat oẽs,vt ab inuicem diuidi & concordiam amittere,quod credentes fiant vnũ
hoc ædificat ad fidem.Si enim altercantur, non dicentur pacifici magiſtri eſſe diſcipuli,me
N vero non exiſtente pacifico, non confitebuntur à te miſſum. ¶Sexto ſcriptura hortatur, Philip.2
Apoſtolus eñ ait:Implete gaudiũ meum,vt idem ſapiatis,eandem charitatem habentes,vna Ephesi.4
nimes,idipſum ſentientes.Nihil per contentionem neq; per inanem gloriam &c.Et alio in
O loco.Soliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis.¶Septimo neceſſitas cõcordiæ,quo-
niam ſine ea nihil ſibi conſtare poteſt,nec aliquid durare.Sicut eñ (vt ait Hiſtoricus)concor- Sal. in
dia paruæ res creſcunt,ſic diſcordia maximæ dilabuntur.Hinc Micipſa rex ait ad filios Ad- Iug.
herbalem & Ihemſalem:Non exercitus,neq; theſauri præſidia ſunt regni,verum amici,&c.
Quis autẽ amicior q̃ frater fratri,Aut quem alienũ fidum inuenies,ſi tuis hoſtis fueris. Equi-
dem ego vobis regnum trado firmũ,ſi boni eritis,ſi mali,imbecillum.Et recte quidem,vtcũ-
q; ab æthnico dictum,veritas tamen vſq;adeo eſt & ſemper amplectenda ,vt vere licet ad-
firmare,ſine concordia ad bene beateq́; viuendum regi non poſſe regnum, neq; regionem,
neq; ciuitatem, neq; pagum', neq; villam, nec vllam vel quamlibet exiguam rempublicam
dicente domino noſtro:Omne regnũ in ſe diuiſum,deſolabitur,&c.Et omnis ciuitas vel do Matt.12
mus diuiſa contra ſe,non ſtabit.Quod vti à ſumma dictum eſt veritate, ita veriſſimum Lucæ.11.
eſt.Et quidem probatum ex infinitis exemplis tam fideliũ q̃ prophanoꝝ hominũ,Nõne q̃ſo
diſcor-

Digitized by Google

Gene. 4 diſcordia duorum fratrum Caini & Abelis cauſa fuit, vt aucto deinde hominũ ſcelere aquarum inundatio auctores culpæ, & qui autoribus acceſſere, cum vniuerſa terra obruit? Nonne patris Noe ira, qua egit Cham filium in exilium, dedit cauſam, vt nũquàm iam inde, humanum genus ſemel immerſum erroribus à ſe ipſo diſſidere deſtitit? Nonne Solomon, reliquit filio Roboe magnum & opulentum regnum, cæterum domeſtica diſcordia diuiſum iam inde in peius abijt, grauibusq́ inteſtinis cladibus acciſum eo venit, vt finitimis omnibus fuerit ludibrio? Nonne & Dauid rex à filio, regio ſolio, vrbe deiectus, coactus eſt cum ſuis hoſtiliter dimicare, regnumq́ ignominioſa fuga, & Abſolonis cęde deformatum, nõ tam humana eſt receptum q̃ cœli prouidentia? Nonne filij Ariſtoboli Iudæorum regis & fratris Hircani, dum inter ſe de regno hoſtiliter diſceptant, regnum & vrbem, in qua nati erant, perdiderunt, & quod maximũ eſt, auguſtiſſimum templum, quod in vrbe fuit, bello prophanatum eſt, magnaq́ ex parte dirutũ. Nec eo bello, quo Hieroſolyma, orientis olim clariſſima, exciſa ſunt, æque aliud funeſtum fuit ciuitati, quàm Eleazari, & cæterorum ducum diſcordia, quorum diſſidium non minus obſeſſam multitudinem intus afflixit q̃ foris Romanus hoſtis. ¶ Superuacuum ſit interim (puto) memorare quoties & quibus in locis validiſſimi exercitus ſunt aut deleti, aut male habiti ſuorum ducum diſcordia. Ex quorum numero fuiſſe & Germanos noſtros non poſſum non ſupra quàm dici poteſt dolere, q̃ niſi deinde concordes fuerint, vereor ne ſimiles eorum, quos recenſuimus, ſint futuri, & quidẽ hanc ob rem peiores ac miſeriores aethnicis. Illi enim ſentiẽtes vbiq́ tanta Concordiæ cõmoda, illã ſibi deã ſtatuerunt eiq́ tẽpla, vt eſt apud T. Liuiũ & Iuuenalẽ, dedicarunt, quatenus ipſa fortunã augeret, ac diſcordiã repelleret omnis mali authorẽ. Cuius & gratia eandem in vexillo ſub ſpecie ciconiæ (quẽadmodum paulopoſt dicemus) ad bellum ituri ferebant, vt ſemper in memoria haberent opt. deã Concordiam. ¶ Quam quanti priſci fecerint, argumẽto eſt Apologus ille Menenij Agrippæ, qui orta Romæ ſeuiſſima inter patres & plebem ſeditione miſſus ad plebem furibundã orator priſco illo dicendi & horrido modo nihil aliud q̃ hoc narraſſe fertur. Tempore, quo in homine, non (vt nunc) omnia in vnũ conſentiebant, ſed ſingulis membris, ſuum cuiq́ conſilium, ſuus ſermo fuerat, indignatas reliquas partes, ſua cura, ſuo labore, ac miniſterio ventri omnia quæri, ventrem in medio quietum, nihil aliud q̃ datis voluptatibus frui, conſpiraſſe inde, ne manus ad os cibũ ferrẽt, nec os acciperet datum, nec dentes conficerent, hac ira dum fame ventrem domare vellẽt, ipſa vna membra, totumq́ corpus ad extremam tabem veniſſe, inde apparuiſſe vẽtris ſ q́ haud ſegne miniſterium eſſe, nec magis ali, q̃ alere eum, retentę in omnes corporis partes hunc, quo viuimus, vigemusq́, diuiſum pariter in venas, maturũ cõfecto cibo ſanguinem. Sic quidem ſimilem eſſe inteſtinæ corporis ſeditionem iram plebis in patres, nec eſſe poſſibile, illam rectè facturam q̃q̃ niſi locum daret cõcordiæ, cuius ductu omnes æquè viuerent tam diuites q̃ pauperes, nec inutiles eſſe magiſtratus vtcunq́ viderentur ſuperflui & otio deditι: nempè, omnino ad rẽpublicã feliciter regendam opus foret, &c. flexiſſe hoc modo mentes hominum. Agi deinde de cõcordia cęptum, ceſſumq́ in cõditiones, vt plebi ſui magiſtratus eſſent ſacroſancti. Quid obſecro ab Aethnico viro in lumine naturæ vel pulchrius vel verius, quo is euidẽter arguit q̃ male cędat inter membra corporis diſcordia, & q̃ bene omnia gerantur duce concordia Quis autem inficias ibit hoc ipſum à deo omnium bonorum largitore infuſum, quum vndecunq́ ſacris etiam literis ſit conſonũ. Apoſtolus enim ait. Nunc autem multa quidem membra vnum per baptiſma in Chriſto corpus ſumus. Et poſuit deus mẽbra, vnum quodq́ in corpore ſicut voluit. Quod ſi oĩa eſſent vnum membrum, vbi corpus? Non autẽ poteſt oculus dicere manui, opera tua non indigeo, aut iterum caput pedibus, non eſtis mihi neceſſarij. Sed multo magis q̃ vidẽtur membra corporis infirmiora eſſe, neceſſariora ſunt. Et quæ putamus ignobiliora membra eſſe corporis, his honorem abundantiorem circundamus. Sed deus tẽperauit corpus ei, cui deerat abundantiorem honorẽ tribuendo, vt non ſit ſchiſma in corpore, ſed inidipſum p̃ inuicem ſolicita ſunt membra. Eapropter obſecro vos fratres, ait idem, per nomen domini noſtri Ieſu Chriſti, vt idipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata. ¶ Modo dilectiſſimi fratres, ſi tanti eſt cõcordia tanq́ ad bene beateq́ viuendum hic & alias neceſſaria, vt ſine ipſa prorſus nihil ſibi recte conſtare poſſit, quã etiam propterea Chriſtus nobis noui anni, adeoq́ omniũ actuũ noſtrorũ eſſe voluit principiũ, qua primum nos deo reconciliauit nosq́ ex omni natione & gẽte quaſi vnum fecit, quis nõ ex animo diſcere cupiat, q̃ concordiam veram efficiant, quæ ſanè neceſſarium ẽ ſcire, oẽs, qui & ſe & ſuos feliciter velint gubernare. Quapropter paucis expediamus, dicẽtes. ¶ Cõcordia dictionẽ tribus cõſtare ſyllabis, quarum ſingulæ tres continent literas. Tres ſyllabæ tres notant, inter q̃s debet eẽ concordia, tres literæ docẽt quid in quolibet trium ad concordiam faciẽdam & tuendam neceſſum ſit tam ad ſe quàm ad alia duo. Prima ſyllaba con, deo, ſecunda cor, ſuperioribus,

Marginal notes: Gene. 9 | 3. Reg 11. 12. | 2. Reg. 17 | Joseph. li 14 | Joſep. in An. lib. 7 | P | Iuue. ſa. 1 Tit. Li. lib. 9 | Q | Ti. Li. li. 2. de vrbe cond. | Roma. 12 1. Cor. 12 Ephe. 4 | 1. Cor. 1. | R | S

T rioribus, Tertia, dia, inferioribus adſignatur. ¶Si igitur verã habere voluerimus concordiã,
Debemus ante omnia habere ſyllabã con, id eſt, colere deũ, illũq́ꝫ timere, Oĩa illi aſcribere, illi
quicq̃d ſumus & quicq̃d habemus, acceptũ ferre, Noſtra nõ q̃rere, ſed q̃ ſunt Ieſu Chriſti, &
q̃ oĩm ſunt, neminẽ ſe alteri perinde viliori ꝓferre, ſed cogitare nos oẽs eſſe ſub Chriſto vero
domino, qui noſtrũ ſit caput, & ipſi eius in vno corpore membra, ex quibus tandẽ eueniet, vt Tobiæ 4
V nemo velit ab altero quaſi à fratre ſuo diſcordare. ¶Hinc Tobias ad filiũ, Noli timere fili mi
pauperẽ quidẽ vitã gerimus, ſed multa bona habebimus, ſi timuerimus deũ & receſſerimus ab Tobiæ. 1
omni peccato, & fecerimus bñ, qui & filiũ ab infantia timere deũ docuit. Et ſcriptura, q̃ timet Eccleſ. 6
deũ, habebit æque amicitiã bonã. Et rurſus. Dñm deũ tuũ timebis, & illi ſoli ſeruies. Paulus: Deute. 10
Nõ quod ſufficientes ſimus aliq̃d à nobis quaſi ex nobis cogitare, ſed ſufficiẽtia nr̃a ex deo eſt, 2. Coꝛ. 3
qui eſt ſolus beatus & ſolus potẽs rex regũ & dñs dominãtiũ. Hinc vos, q̃a pares fratres, cum 1. Timo. 6
omni humilitate & mãſuetudine, cũ patiẽtia ſupportãtes inuicẽ in charitate. Et rurſus. Cha- Epheſ. 4
ritatẽ fraternitatis inuicẽ diligẽtes, honore inuicẽ præueniẽtes. Nihil ꝑ contentionẽ neq; ꝑ Roma. 12
inanẽ gloriã, ſed in humilitate ſuperiores ſibi inuicẽ arbitrantes, nõ quæ ſua ſunt ſinguli cõſi- Philip. 2
derantes, ſed ea, quæ ſunt alioꝝ, ſicut Chriſtus fecit, quem imitemini. Eſtote inuicem miſeri- Galat. 6
cordes. Alter alterius onera portate. Nam ſi quis exiſtimat ſe aliquid eſſe, cũ nihil ſit, ipſe ſe ſe-
ducit. Hæc quo ad deũ Max. & generatim ad oẽs hoĩes cuiuſcunq; ſtatus, ad cõcordiæ funda-
X menta ſunt neceſſaria. ¶Deinde ſyllaba, cor, cõplectitur ſuperiores, tã eccleſiaſticos q̃ ſecu
lares, quos deus dñs noſter Ieſus Chriſtus toto corde, & quidem adeo voluit pro ſalute reip.
Chriſ. eſſe cõcordes, quod ille ſe eis exemplũ indiuiduæ cõcordiæ ꝓbuerit: quippe q̃ ſecũdum Matt. 1.
ordinẽ Melchiſedech in ſua pſona vnica ex vtraq; ſcd̃m carnẽ tribu ſumm⁹ & ſacerdos & rex Hebræ. 7
factus eſt, eaq́ꝫ nõ in ſe tantũ, ſed & in ſuo corꝑe myſtico, Chriano corpore, cuius ipſe caput ẽ, Apoc. 1. 5
adeo cõmiſcuit, vt in ſcriptura quotq̃t ad vitã ſunt ꝓdeſtinati, reges & ſacerdotes noĩarit. Ini- 1. Petri. 2
que igit̃ agũt, q̃ eos trahũt in diſcordiã, q̃s deus oĩno cõcordes eẽ voluit. Maleq́ꝫ hõ ſeparare
molit̃, q̃s deus cõiunxit, imò q̃ talia agũt, reip. Chriſ. ſunt deſtructores lõge nociuiſſimi. Sane
Y vtriſq́ꝫ opus eſt (teſte aplo) ad ædificationẽ eccleſiæ, & ſalutẽ populi. ¶Quẽ tũc habebũt ſu Hebræ. 13
periores cõcordẽ ſecũ, vbi fecerint, ꝙ literæ ſyllabæ cor, ꝓ ſe ferũt. i. quũ correxerint paternè 1. Theſſ. 5
malos, idẽq́ꝫ ornauerint bonos, rebelles ſuppreſſerint. Apl̃s, rogamus fr̃es, corripite iquietos
Et iteꝝ, Quod ſi nõ obedierit verbo nr̃o ꝑ epl̃am hũc notate, & nõ cõmiſceamini cũ illo vt cõ 2. Theſſ. 3
Z fundat̃, ſed corripite vt fratrẽ, ſicut & Chr̃s fratrẽ corripiẽdũ docuit. ¶Ornent aũt & dili-
gãt bonos, vt boni maneãt, prouocati, quũ viderint ſe malis in diligẽdo & ꝓmio ꝓferri: q̃ñ qui Prouer. 14
dẽ & ſapiẽs cẽſuit malos ante bonos iacere, & viꝝ bonũ debere eẽ ſup ſtultũ. Qđ vbi fit, ſæpe-
nũero mali reddunt̃ boni, & boni meliores, quũ videãt locũ eſſe virtuti & honorẽ: ſiquidẽ ho 1. Theſſ. 5
nos alit virtutes. Hinc Paulus ait, cõſolamini puſillanimes. q. d. fouete eos, vt videãt eẽ diſcri-
men inter ꝓbos & improbos. Hinc Ioſippũ pr̃ Iſrael q̃a eũ in ſenectute genuiſſet, & bonus eẽt Geneſ. 37
præ cæteris oĩbus filijs dilexit: exẽplũ relinquẽs bonis ꝓlatis, vt cõſimili mõ ꝓbos ꝓ cæteris fo
& ueant ſine aliquo humano affectu. ¶Deinũ ſupprimãt rebelles & inobediẽtes, q̃m cæteris
& reip. nocẽt. Quãdoquidẽ ait ſcriptura. Et auferẽs malũ de medio tui, vt audiẽtes cæteri ti- Deute. 16
morẽ habeant, & nequaq̃ audeant talia facere. Et apl̃us. Peccantes corã oĩbus argue, vt cæteri 1. Tim. 5
timorẽ habeãt, hæcq́ꝫ cuſtodias ſine ꝓiudicio, nihil faciẽs in alterã partẽ declinãdo. In chamo
& freno maxillas eoꝝ cõſtringe, qui nõ approximãt ad te. Et iteꝝ ſcriptura. Qui aũt ſuperbi- Pſalm. 31
erit, nolẽs obedire ſacerdotis imperio, ex decreto iudicis, morief̃ homo ille, & auferes malum Deute. 17
de Iſrael, cunctusq́ꝫ populus audiens, timebit vt nullus deinceps intumeſcat ſuperbia. Et hoc
loco velim admonitos, omnes poteſtates, præſertim ſeculares, vt meminerint, quur poteſta-
tem à deo receperint, quur gladium ferant: nimirum dei miniſtri, Vindices in iram ei, qui ma Roma. 13
lum agit. Caueant ne ſint pigriores & tardiores ad puniendum malos q̃ oporteat, memores
eius, quod Caiphas dixit, Melius eſt, vt vnus moriatur quàm tota gens pereat, memores eius, Iohan. 11.
quod ait ſcriptura. Maledictus qui facit opus domini fraudulenter, & maledictus, qui prohi- Hier. 48
bet gladium ſuum à ſanguine. Studeant igitur ſuperiores, perditos ſubiectos requirere, abie- Ezec. 34
ctos reducere, confractos alligare, infirmos conſolidare, incorrigibilesq́ꝫ iuxta delictum pu-
A nire. ¶Ipſi vero inferiores tenebunt ſuas partes per ſyllabam, dia, id eſt, diſciplinam ſuſ-
cipiant, iuſſa capeſſant, & amari malint à poteſtatibus quàm odio haberi, & in ſe deſcen
dant, memores huius dicti apoſtolici. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, Roma. 13
quia dei ordinationi reſiſtit, qui poteſtati reſiſtit. Meminerint eos eſſe (Paulo teſte) qui perui-
gilant quaſi rationem pro animabus eorum redditur. Hinc ait. Obedite præpoſitis veſtris & Hebræ. 13
ſubiacete illis. Et alibi inquit. Fili mi, noli negligere diſciplinam domini, neque fatigeris, dum Hebræ. 12
ab eo argueris. Caſtigat enim dominus, quem diligit, flagellat omnem filium, quem recipit.
Meminerint, inquam, obedientiam deo q̃ victimam eſſe gratiorem. Vnde & ipſe Chrũs, do 1. Reg. 15
minus noſter, licet deus eſſet, idẽq́ꝫ rex regum, parentibus, Euãgeliſta ſcribente, ſubditus fuit. Lucæ. 2
Conentur igitur, vt diligant ſuos ſuperiores & ipſi mutuo diligentur, ſiquidem ait Chriſtus. Iohan. 14

Prouer. 8 Qui diligit me, diligetur à patre meo. Et ego diligam eum. Et Sapiens. Ego diligentes me diligo. ¶Hæc ſunt, fratres, quæ ad cõcordiã parandã & tuendã multo maxime proficua B ſunt: quippe quæ à priſcis illis gentilibus propterea credita eſt dea, q̃d videretur reipublicæ ſaluti rerũ eſſe omnium maxime vtilis & neceſſaria, proindeq́ ſub imagine ciconię coli, cępta, quod eas cõditiones haberet hæc auis, quæ cõcordiã pariunt. Siquidẽ ciconiæ aues pe- Pli. lib. 10 ca. 23. grinæ, gratæ hoſpitæ ex Aſia vel aliundè abiturę, nullã poſt ſe relinquunt niſi ſeruã & captiuam, nouiſſimã lacerãt & abeunt, in volatu liburnicarũ more roſtrato impetu ferũtur, facilius ita cõſcindentes aera, quàm ſi recta fronte impellerent. &c. colla imponunt pręcedentibus, feſſos duces à tergo recipiunt, nidos eoſdem repetunt. Genitricũ ſenectam inuicẽ edu- Iu. Sat. cant. Quæ & nidos repetentes amore materno pullos ſalutãt. Vnde Satyricus: Quæq́ ſalutato crepitat concordia nido. Hinc iterũ atq; iterũ cognoſcere eſt, quanti ſit concordia, quæ & æthnicis ſola experientia rerũ magiſtra bonitatẽ eius expertis haberi dea eſt cœpta. Et reuera diuina res eſt cõcordia, adeoq́; noua, vt Chriſtus dñs noſter nouus hodie homo idemq́ ab æterno deus ea vſus ſit nouiſſime ad reconciliationẽ humani generis in ſuo ſanguine nouo, quo & nouũ annũ incepit, vt poſito bono & nouo principio oĩa bene & nouiter, id eſt, integre eſſent ſucceſſura. ¶Quamobrem, fratres amãtiſſimi, hoc tm̃ nouum C in Chriſti memoriã, noſtriq́; omnium ſalutẽ hodie alacri aĩo, vice (vt aiũt) noui anni ſuſcipiamus, quum idipſum vtilitas commẽdet, natura approbet, ratio dictet, deo Max. pplaceat, ſtatũ noſtrũ Chriſtianũ deceat, ſcriptura ſuadeat, neceſſitas cogat, vt bene beateq́; poſſimus viuere tam in hoc q̃ in altero ſeculo. Niſi eñ concordes fuerimus, actum erit de nobis, deq́; rebus noſtris oĩbus. Sin concordes, certo qui nunc pauperes videmur, breui ſumus futuri diuites. Si igitur, fratres, irritatione quorundã peſſimorũ hominũ hactenus vel Ephe. 4 Coloſſ. 3. antea diſcordes fuimus, mutuoq́; vel ob quãcunq; cauſam offenſi hodie, hortãte apoſtolo, inuicem ſimus benigni, miſericordes, donãtes inuicẽ, ſicut & deus in Chriſto donauit nobis. Supportãtes inuicẽ, ſi quis aduerſus aliquẽ habet quærelã. Et ſuper oĩa habeamus cha- 1. Cor. 12 ritatem, quod eſt vinculũ perfectionis, & pax Chriſti exultet in cordibus noſtris, in qua & hodie vocati ſumus in vno corpe mẽbra. Simus itaq; mutuo pro nobis ſoliciti, vt ſi q̃d patitur vnũ membrũ, cõpatiantur & omnia membra. Prouidentesq́; bona nõ tãtum coram Roma. 12 deo ſed etiã corã oĩbus hominibus. Si fieri poteſt, q̃d ex vobis eſt, cũ oĩbus hominibus pacẽ habentes. Non noſmetipſos defendẽtes, ſed date locũ iræ. Scriptũ eſt enim, Mihi vin- Deute. 32 dictam & ego retribuã dicit dñs. Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum, ſi ſitit, potum da illi. Hoc enim faciens, carbones ignis cõgeres ſuper caput eius. Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum. Quo facto, non dubitabimus de concordia nobiſcum feliciter manſura, imò de Ieſu Chriſto dño noſtro, qui vera eſt cõcordia ideq́; pax æterna in cœleſti patria.

HOMILIA VII. DE EO QVOD SCRIPTVM EST. Matthæi ſeptimo. Vbi eſt, qui natus eſt rex Iudęorum.

In feriis Epiphanie.

HODIERNAE diei maieſtatẽ & ſanctitatẽ nomenclatura ipſius palam arguit. Siquidem vocet ab eccleſia dies Epiphaniæ, id ẽ, A dies apparitĩois, ſeu manifeſtationis. φαινω quidẽ manifeſto ẽ. Hoc aũt ideo, q̃a dñs noſter ſaluator hodie apparuit in tenebris. Neq; id ſolũ, quãdo per ſtellã Magis eſt declaratus, verumetiã quãdo in Matt. 3. Marci. 1. Iordane baptizatus eſt à Iohãne, facta eſt eius manifeſtatio per vocem paternã, & ſpiritũ ſanctũ in columbæ ſpecie. Et q̃n in nuptijs mutauit aquã in vinũ, & facta eſt diuinitatis oſtenſio, & manifeſtauit (inquit Euangeliſta) gloriã ſuã. Licet eñ Chriſtus olim natus Joban. 2. eſſet ex Maria & triginta annorũ expleſſet ætatẽ, tamen ignoraba- Matt. 3. Matt. 17 tur à mundo, eo tẽpore cognitus eſt, quo ad Iohan. Bapt. vt in Iordane baptizaretur, aduenit, & vox de cœlo patris, intonãtis audita eſt, hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacui. Quẽ pater de cœlis monſtrarat voce, hũc ſpiritus ſanctus verſus in columbam, & ſuper caput illius ſedens tactu q̃q; ipſo voluit demonſtrare, ne quis alius dei filius putaretur ex populo. Quæ quidem duo poſtrema myſteria ſcilicet baptizatio & aquæ in vinũ mutatio, eodẽ die (quo à tribus regibus adoratus eſt) diuerſis tamẽ annis. ſ. XXX. & interiecto multi tẽporis interuallo, peracta fuiſſe memorãtur. Et debet ſanè hæc dies præcipuè nobis eſſe venerãda & gaudio plena, nobis, inquã, qui gẽtiles fuimus, in Magis hodie pariter gẽtilibus ſignati. Sicut eñ dñs Ieſus die natiuitatis ſuæ in perſona paſtorũ Iudæis apparuit, ex quibus admodũ pauci fidẽ receperũt adeoq́; dei verbũ, Ita nimirũ hodie apparuit gẽtibus, quæ eccleſiam impleuerũt: ſiquidem in ſtellæ fulgore dei gratia, & in tribus Magis vocatio

gentium

gentiū præceſſerit. Ipſi eīm Magi primitiæ gentiū fuerunt, & *gentes in Chriſtū credituras ſi*gnarunt. In qbus hodie ad Ieſum nuper natū venientibus hoc Eſaiæ impletū eſt, Filij tui de lō- Eſaiæ. 9
ge venient, & ambulabūt gentes in lumine tuo, & reges in ſplendore ortus tui. Qui fuerunt fi- Ephesi. 2
lij, qui à longe venerunt? Nimirum nos, filij quondam iræ propter primorū parentum pecca
ta. Longe vtiq; fuimus propter idolatriam, cui ſeruiebamus, à Hieruſalē, id eſt, à viſione pa- Pſal. 118
cis, quā notat Hieruſalē. In quos recte videt dixiſſe propheta. Appropinquauerūt iniquitati, Deute. 10
à lege aūt tua lōge facti ſunt. A qua lege? Qua pcipit, dn̄m deum tuū timebis, illiq; ſoli ſeruies.
At qūo facti ſumus ab hac lege lōge? Quod (teſte Paulo) in vanitate ſenſus nr̄i ambulauimus, Ephes. 4
tenebris obſcuratū habētes intellectū, alienatiq; à vita dei p ignorantiā, q̄ fuit ī nobis propter Roma. 1.
cæcitatē cordis nr̄i, adeo longe fuimus, vt plane mutaueramus gloriā incorruptibilis dei, in ſi
militudinē imaginis corruptibilis hoīs, & volucrū & quadrupedū & ſerpentū, q, inquā, com
mutaueramus veritatē dei in mendaciū, & coluimus & ſeruiuimus creaturæ potius q̄ creato
ri, q propterea, qm̄ deū habere in notitia nolebam⁹, traditi in reprobū ſenſum, faciebam⁹ ea,
q̄ nō cōueniūt, repleti omni malitia & iniq̄tate. Nō aūt tales erāt lōge Iudæi tunc, ſed ꝓpe, qui
vnū deū coluerūt & cognouerūt. Nos igit hodie ab ea lōginquitate erroris in pſona triū Ma Nume. 24
gorū venimus & ambulauimus in lumine. ſ. ſtellæ, q̄ fuit Chr̄s, de q̄ Balaam. Orietſ ſtella ex Ia Matt. 2
cob, & cōſurget virga de Iſrael, & pcutiet duces Moab. Sane fuit Chr̄s ſecūdū carnē ex ſtirpe
Iacob. Et lumen ſtellæ, eiuſq; lucis, q̄ ſuæ gratiæ & doctrinæ radijs illuminat omnē hominē Iohan. 1.
venientē in hunc mundū. Nō eīm fuit hæc ſtella naturalis, ſed diuina, quoniā non noſtris me-
ritis, quæ nulla fuerunt, ſed ex mera miſericordia nos duxit & illuminauit, & vſq; ad Hieruſa-
lem, id eſt, ad viſionē pacis æternæ, quæ eſt Chriſtus, direxit. In quo deo patri ſumus recōci-
liati eius benedictæ incarnatiōis myſterio, vnūq; facti ſumus, q longe fuimus, p ipſum illis, q
prope fuerunt, nobis nunc facti remotiores. Id quod ad literā arguit ap̄ſus, inquiens. Gratia Roma. 11.
eſtis ſaluati per fidē, & hoc nō ex vobis. Dei eīm donū eſt, nō ex operibus, vt ne quis glorietur. Ephesi. 2
Sine eīm pœnitentia ſunt dona & vocatio dei. Propter quod memores eſtote, quod aliquādo
vos, qui gentes eratis in carne, qui dicebamini ꝑputiū, eratis illo in tp̄e ſine Chr̄o, alienati à cō
uerſatione Iſrael, & hoſpites teſtamentorū promiſſionis, ſpem nō habentes, & ſine deo in hoc
mundo. Nunc autem in Chriſto Ieſu, vos, qui aliqn̄ eratis longe, facti eſtis prope in ſanguine
Chriſti. Ipſe eīm eſt pax nr̄a, qui fecit vtraq; vnū, vt duos cōdat in ſemetipſo in vno nouo ho-
mine, faciens pacē, vt reconciliet ambos in vno corpore, deo. Et veniēs euāgelizauit pacem
vobis, q longe fuiſtis, & pacē ijs, q prope, qm̄ per ipm̄ habemus acceſſum ambo in vno ſpū ad
patrē. Qui ambo? Duo. ſ. parietes, vno lapide angulari cōiuncti, Iudæi. ſ. & gētiles, cœleſti pa
B tri Chr̄o lapide recōciliati. Siquidē Iudæi & Gentiles p ipſum facti ſint vnū, qbus fidei vnitas,
vnū indidit noīs Chriſtiani vocabulū. ¶ Ad lapidē igit angularē vterq; paries hodie venit,
verū angulum vnitas fecit. Horū duorū parietū vnus adductus eſt, qn̄ (vt dixi) paſtorib⁹ Iudęis
Chriſtū natū angelus nūtiauit, alter paries adductus eſt, qn̄ Gētilibus Magis, nouū ſydus appa
ruit. Illi fuerunt primitiæ Iudæorū, iſti facti ſunt primitiæ Gentiū, illi de proximo adducti, iſti
de longe reducti, & in lumine cœli ac terræ regē inuenerunt, quē quæſiuerunt, de quo arden
ter interrogarunt, dicentes: Vbi eſt, q natus eſt rex Iudæorū. Et recte hic triumphalis titulus, Iohan. 19
à Iudęis poſtea reprobatus (noli ſcribere, rex Iudæorū) à Magis hodie nūtiat, à ſcriptura poſt-
modū eſt cōfirmatus (quod ſcripſi, ſcripſi) Ipſe eīm Chriſtus eſt, nō modo Iudæorū, ſed rex re-
gū, dn̄s dominantiū, de quo propheta cecinerat: Et tu Bethlehē, terra Iuda, nequaq̄ minima Miche. 5
es, in principibus Iuda. Ex te eīm exiet dux, q regat populū meū Iſrael. Et alius: Ipſe reget nos Pſal. 47
in ſecula. At vbi inuenerunt ipſum? In Bethlehem, in domo panis, id eſt, ſaturitatis: ſatur enim
eſt, qui cum Chriſto eſt, ille eīm eſt verus cibus noſter, quē qui comederit, non eſuriet, ipſo te-
ſte, in æternum. At cuius adiutorio Bethlehem venerunt? Sane auxilio luminis ſtellæ, id eſt, Iohan. 6
Chriſti, adeoq; fidei ipſius Chriſtianæ, quam ipſi admirabili profecto myſterio ſignificantes
Chriſto infantulo, ea obtulerunt munera, quæ corām palāmq; Chriſtum eſſe verum deū &
hominem arguerunt. Aurum quippe regiam maieſtatem, thus deum & ſacerdotem, myrrha Matt. 5
hominem mortalē ſubindicauit. O mirandæ fidei lumen Magorum, de qua vtiq; fide nō fal- Lucæ. 7
ſo dicere Chriſtus potuit. Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Iſrael. Nōne eſt fi-
des vel incomparabilis? Quod viri tam magni tamq; opulenti, à longe venientes puerulum
tam viriliter indutum, cum paupercula matre, & in loco abiecto, ſine ſocietate, ſine familia, ſi-
ne omni ornatu, ſine regiæ dignitatis inſigni inuentum, procidentes, tam mente q̄ corpore
humiliter adorant in carne deum verum, honorant vt regem, hominemq; agnoſcunt. O ve- Matt. 7
re digni Magi, qui quod quæſierunt, inuenerunt. Iuxta verbum pueri. Quærite. ſ. vera fide, & Lucæ. 11.
inuenietis. ſ. hic per gratiam & alibi re ipſa. ſ. Ieſum Chriſtum regem Iudæorum: imò cœli ter Roma. 11.
ræq; regem ac dominum: & fiet Chriſti verbo locus: dico autem vobis quod multi ab orien- Matt. 8
te & occidente venient, & recumbent cum Abraham, Iſaac & Iacob in regno cœlorum. Filij
autem regni eijcientur in tenebras exteriores.

Digitized by Google

HOMILIA VIII. DE EO QVOD SCRIPTVM EST. LV. II.

Hæc proceſſerat in diebus multis, & vixerat cũ viro ſuo annis ſeptẽ à virginitate ſua, & hæc vidua vſq; ad annos octuagintaquatuor.

Dominica infra octauas dominicæ natiuitatis.

ARBITROR omnino diuinitus hoc nobis hodie offerri Euãgelium, q̃ inter cætera tam multa q̃ ſeria dicta hæc ſe offert ſcriptura, A
2.Tim.3. quæ, apoſtolo ſcribẽte, diuinitus inſpirata ſancto Euãgeliſtæ: vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia, vt pfectus ſit homo dei ad om̃e opus bonũ inſtructus. Quæ iſthæc eſt ſcriptura? quæ Annã propheti ſſam, filiã Pha-
Eſaiæ.5. nuelis de tribu Aſer deſcribit, prout thema noſtrũ habet. Quos arguit? qui, vt eſt apud Eſaiã, dicũt malũ bonũ, & bonũ malũ, ponẽtes, tenebras lucẽ, & lucẽ tenebras, ponentes amarũ dulce, & dulce
2.Tim.3. amarũ. Qui ſunt tales? qui authore Paulo, hoĩes criminatores & incontinẽtes. Voluptatũ magis ſunt q̃ dei amatores, ſpeciẽ quidẽ habẽtes pietatis, virtutem aũt eius abnegantes, qui penetrant domos, & captiuas ducũt mulierculas, oneratas peccatis, quæ ducũtur varijs deſiderijs, ſemper diſcentes nunq̃ ad ſcientiã veritatis peruenientes, qui, quemadmodũ Iamnes & Mambres reſtiterunt Moyſi, ita & ij reſiſtunt veritati, hoĩes
Mat 7. corrupti mente, reprobi circa fidem, q̃s hic Paulus monet vitandos, Et Chriſtus alibi, inq-
Luc.6. ens. Attendite à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces, qui voluptuoſis ſuis dogmatibus trahunt homines ad latã viam, quæ ducit ad perditionem, quam multi ambulãt: ſiquidem plærīq; omnes ad malum voluptatis
Gene.8 ſimus proniores. Et qui tandem quæſo tales ſunt? qui nouiſſimis iſtis temporibus, autho-
2.Cor.4. re Paulo, ſuborti ſunt, magiſtri prurientes auribus, qui à bonis operibus & moribus homines perinde nihil ad vitam æternam conducentibus, auocant, qui oportunè & importune tanquàm omnis fidei atq; virtutis inimiciſſimi ſunt arguendi, quoniam contra doctrinam diuinam, naturam, rationem, conſuetudinemque docent, quum dominus Ieſus inter mille conſimilia loca: Qui facit volũtatem patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnum
Matt.7 cœlorum. Qui audit verba mea, & faciet ea, aſſimilabitur viro ſapienti, qui ædificauit domũ
Pſal.36 ſuam ſupra petram, quæ nulla tempeſtate inſtãte ſit caſura. Verba domini ſunt, Dauide di-
Johan.5. cente. Declinare à malo & facere bonum. Alioqui ait Chriſtus, venit hora, in qua om̃es qui in monumentis ſunt audient vocem filij dei, & procedent, qui bona fecerũt in reſurrectionem vitæ, qui vero mala egerũt in reſurrectionem iudicij. Et hodie Anna ſanctitatis à bonis operibus ſcilicet continuis ieiunijs & orationibus ita commendat, vt vel ideo à deo digna fuerit facta, vt & prophetaret omniũq; redẽptorem nũtiaret & videret. Arguẽdi ſunt itaq; vt peſſimi reip. corruptores, & omnis honeſtæ vitæ occiſores, qui quocunq; modo bona opera eleuant, blacterantes fruſtra à nobis fieri ieiunia & orationes, quando omnino aduerſentur ſcripturæ Euangelij diuinitus inſpiratæ, quæ ideo iſtos corripit, & q̃dem.

¶ Secũdo iſtos arguit, quod ipſi omnes chriſtianæ religionis ſtatus, non modo impiè tãquàm ima in ſumma, & ſumma in ima, & mala in bona, & bona in mala confundunt, ſed & prorſus deteſtantur & prophanant, quos tamen vel æthnici ſolo naturæ lumine per dei pmiſſionem ducti ſeruarunt & ſingulos in ſe commendarunt. At qui ſunt iſti ſtatus, poſt q̃s alij non reperiuntur? Sunt ſtatus virginum, coniugatorum, viduarũq;, quos illi iuxta ſuam reprobam mentem tam nequiter ad libidinem confundunt, vt nullum ex eis permittãt incontaminatum, ſed ſuum cuiq; honorem meritumq; prorſus detrahũt, nimirum qui om̃is in rep. malitiæ authores, & in deum eiuſq; ſapientiſſimam inſtitutionem præuaricatores ſtatus iam enumeratos potius contendant diabolicos eſſe quàm diuinos. Iſti enim virginitatem eſſe impoſſibilem ſeruatu, proindeq; eligẽdum magis coniugium quàm cælibatum, imò à quo omnes penè prouocant, matrimonium à numero ſacramentorũ excludũt, quaſi non ſatis dignum. Viduas quaſi non bene agentes, quia viduæ manent, ad ſecũdas nuptias alliciunt. Sed quàm impiè & impudenter docent, & quàm ſint acriter corripiendi. B

¶ Primo hodie teſtatur Euangelium de Anna Phanuel filia, in qua vel vna fœmina om̃es iſti ſtatus vſq; adeò commendantur, vt quiſq; eorum in cauſa apud deum fuerit, quur ille huic mulieri eam gratiam cõtulerit, quod præ cæteris propheti ſſa Chriſtũ redemptorem denuntiarit & viderit, teſtatur itemq; quemlibet ſtatum in ſe eſſe laudabilem deoq; gratũ, & non facta vnius ad alterum collatione, neutrum eſſe altero meliorem, facta vero collatiõe virginitatem hoc magis eſſe coniugio præferẽdam, quo magis natura & ordine præcedit. C

¶ Secundo, vt dictis fiat palã fides, omiſſo nunc coniugij tractatu, de quo propediẽ multa, ali- D

ta, ali-

Digitized by Google

ta,aliqua de virginitate dicemus,de qua quicquid dixerimus,& de viduitate accipi volumus, quoniam vna alteri vel ideo ſit cognata,quod in vtraqꝫ ſit continentia opus, prout videbimus. Et ſane,vt breuiſſime omnia & ad veram ſalutem omnium intelligi queant, videndum primo erit,quid ſit vera virginitas. Deinde quàm ſit laudanda. An merito quis virginitatem, vtpote ſcripturis conſonam,obſeruet. Tertio,an præferatur coniugio. Quarto, an virginitas ſeruari poſſit? Quinto,quibus medijs haberi poſſit ac conſeruari vel vſqꝫ ad finem vitæ vel ſaltem recte vſqꝫ ad annos nubiles,vt virgo deinde feliciter contrahere, felicius in coniugio viuere, feliciſſime coniugium finire queat.

E ¶Initio igitur ſciendum peruelim, virginitatem eſſe incorruptam & Chriſtianam à tā animi quàm corporis libidine vel libidinoſo adtactu continentiam, vtriqꝫ ſexui communē, rationis tamen capaci: quandoquidem ipſa propoſito indigeat. Quàm vero hæc ipſa ſit laudabilis,deóqꝫ grata, oſtendit hodiernum Euangelium à virginitate primum cōmendans Annam: oſtendit exemplum Chriſti,qui ex virgine natus,virgo & ipſe vnà cum matre permanſit: oſtendit præcipua gratia,quæ ob virginitatē hominibus ſanctis præ cæteris à deo collata intelligitur. (Mat. 1. 2) Helias & Heliſæus,quia virgines,prophetæ ſoli omnium, qui ſalutarem Chriſti ortum præceſſerunt,mortuos ſuſcitarunt. (3. Reg. 17) Ioſeph,quia ſermone & vita caſtus,ſpiritu ſancto,ad interpretandum ſomnia,repletus eſt,& alter poſt regem Pharaonem in regno factus apud Aegyptios. (Gene. 41) Iohannes Zachariæ filius,quia caſtus & virgo,meruit Chriſti eſſe præcurſor & baptiſta,ſimulqꝫ maior quàm propheta haberi. (Matt. 3; Marc. 1) Paulus,quia virgo,vas electionis & doctor gentium effectus eſt. (Lucæ. 3) Iohannes Euangeliſta,quia virgo,meruit eſſe cuſtos deiparæ virginis Mariæ. (Iohan. 19) Maria,quia virgo,imò fulgentiſſima virginum Idæa ex vniuerſis electa eſt,quę foret mater Ieſu Chriſti, dei Max. vnigeniti. Sileo interim,inter alios caſtimoniæ commendatos ex viris,Iacobum Adelphoteum, Anium Aegyptium, Amatorem Antiſiodorenſem, Iulianum Antiochænum, Vandonem abbatem, Leonem pontificem, Benedictum abbatem, Iohannem Anachoretam, Arſemum abbatem, Pionem monachum, Vrſinum Nurſiæ preſbyterum,hocqꝫ genus alios. Item ex mulieribus, Iuditham, quia vidua caſta, Holophernem (quem recte quis Cacodæmonem credat) interfecit. (Iudith. 13) Suſanna,quia caſta,à falſis teſtibus mirabiliter eſt vindicata. (Danie. 13) Anna hodie Phanuelis filia, quia vidua caſta, Chriſtum nuperrime ortum videre, viſum agnoſcere, agnitum adorare meruit. (Lucæ. 8) Sileo reliquas virgines, vti Catharinam, Barbaram, Agnetem, Dorotheam, idqꝫ genus aliàs, quarum virginitas fuit deo gratiſſima. Quid multis? Tanti eſt virginitas, vt Abimelechus ſacerdos olim panem cerimonia conſecratum, neque Dauidi eſurienti, neque his, qui cum Dauide erant, daturus fuerat, niſi prius exploratum habuiſſet, mundos fuiſſe eos ab omni mulierum congreſſu. (1. Reg. 22) Sic Iohel propheta ratus eſt ieiunium & fletum nihil prodeſſe contra excidium, quod Chaldæis imminebat, niſi à caſtis fieret, tanti virtutem vnam inſignis fecit propheta. (Iohelis. 2) Cui adeo ſuccedit Paulus, vt exiſtimet ſolam virginem cogitare ſalutariter, quæ dei ſunt. (1. Cor. 7) Inde facile accipimus eos, qui velint diuina & ſalutaria vel docere vel doceri, parum vł nihil acturos, niſi in ſuo ſint ſtatu caſti.

F ¶Quam igitur caſtitatem, virginitatemqꝫ, quia non modo ſanctiſſimi homines etiam perpetuo ſeruarunt, ſed & Chriſtus rex ille & doctor ſummus, qui omnium virtutum exemplar fuit omnibus, cuius vita nihil fuit, vnquam in terra ſanctius, ex virgine naſci voluerit, & ipſe in certa permanſerit perpetuaqꝫ virginitate, ſequitur recte poſſe ſeruari perpetuam virginitatem, neque diſſonam eſſe ſcripturis, quæ tot homines virginitatis apud deū commendant.

G ¶Nec obſtat, quod dictum ſit, Creſcite & multiplicamini, &c. Quia idipſum intelligitur ante tempus Euangelij, & tunc maxime, quando genus humanum ſatis non erat multiplicatum & propagatum, quia tum ſemper melius erat coniugium, imò maledictus erat maledictione opprobrij temporalis, qui non relinqueret ſemen. (Gene. 1) Quanquam audiuimus fuiſſe, qui deo volente, virgines perpetui permanſerunt. Virgines enim fuiſſe, Abelum, Heliam, Heliſæum, Melchiſedech, & alios intelligimus. (Gene. 4) Tempore vero Euangelij ſemper licuit & licebit tenere virginitatem, non modo exemplis eorum, quos recenſuimus, ſed quia Chriſtus approbat & in arbitrium ponit virginitatem, ait enim: Et ſunt eunuchi, qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cœlorum. (Matt. 19; Marc. 10)

H ¶Sic ſane conſtat, virginitatem non modo licite poſſe ſeruari, ſed & deo admodum eſſe gratam, imò, quæ in ſuo ſtatu coniugio præferri poſſit. (Lucæ. 18)

I ¶Primo, quia deus virginibus eam gratiam, vt patuit, largitus ſit, quam coniugatis non cōtulit, niſi forte in ſpeciali priuilegio.

K ¶Secundo, ratione, qua liquet, vbi acrius eſt certamen & clarior victoria, ibi inſignius dari pmiū. (Ephesi. 4) Virginitas difficilius habet certamen contra carnē & ſanguinē, cui hæc ppetuo reluctat & pclariorē de hoſte refert victoriam, tropheumqꝫ nobilius. Merito igit celebriore digna eſt triumpho, & in atrijs cœleſtibus ſublimiore munerāda pmio q̄ coniugiū caſtū. Id q̄d corroborat Apocalypſis adſirmans, ſe vidiſſe emptos de terra, primitias deo & agno, quia cū (Apoc. 14)

mulieribus non ſunt coinquinati, ſed permanſerunt virgines, canunt canticū nouum ante
Apoc.14. thronum dei, quod nemo alius cantare poteſt, & ſequūtur agnum, quocūq; ierit. Sic & dñs
Eſaiæ.56 in Eſaia promittit Eunuchis ſpiritualibus, ſe daturū locum in muris ſuis, & nomen melius
præ filijs & filiabus, nomen, inquā, ſempiternū, quod nō peribit. Item alia ratiōe, quū certè
1.Cor.7 melius ſit, cogitare quæ dei ſunt quàm hominis, ſed virgo, inqt Paulus, quæ dei ſunt cogitat, ſed nupta quæ mundi ſunt, & quomodo placeat viro. Quibus vtique verbis ſubindicat, cœlibatum & continentiam tam in viro quàm muliere, magnam præbere facultatem obſecrandi dñm ſine impedimento, totoq; mētis affectu adherendi deo.

1.Cor.7 ¶Tertio cōſilio. Et primo apl'i, cōſulentis, Dico aūt non nuptis & viduis, bonū eſt illis ſi ſic permāſerint, ſicut & ego, q̃s volo omēs eſſe ſicut meipſum. Et item: Qui ſtatuit in corde ſuo firmus, ſeruare virginē ſuā bene facit. Et qui matrimonio iungit virginē ſuā, bene facit L
& qui non iungit, melius facit. Et item, cui vult nubat, tantū in domino. Beatior autem erit ſi ſic permanſerit ſecūdum meum conſilium. Secūdo conſilio Chriſti conſulentis. Qui pōt
Matt.19 Matt.10 capere. ſ. verbum virginitatis, capiat. Quo vtiq; verbo hortat ad virginitatē perinde atq; ad rem cœlo dignam & maxime prætioſam. Q. d. Verbū eſt nobile idem'q; prætioſum factum, virginitas, ideoq; capiat quicunq; poteſt, quocūq; modo & conatu, &c. Non autem dehortatur ab ea, quaſi à re nobis impoſſibili.

¶Nec obſtat dicere, quod ea ſolis naturæ viribus obtineri non poſſit à nobis, dicēte Sa-
Sapiæ.8 lomone. Nō poteſt q̃s eſſe cōtinens, niſi deus det. Reſpondeo, Si ſola dicerent eſſe ſita in noſtra poteſtate, q̃ ex nobis & virtute naturali p̄ſtare poſſimus, nō eſſet impletio mandatorū M
dei, in nobis collocata, q̃d illa ſolis naturę viribus innixa integre exequi non poſſimus, teſte
Johan.15 dño. Sine me nihil poteſtis facere, poterit aūt optime ſeruari, dei gratia adiutante, teſte dño
Heb.12. 2.Cori.12 ad Paulū, qui & ipſe conquerebatur de virginitatis cōtinendæ difficultate. Sufficit tibi gra-
Jacobi.1 tia mea. Quam certe dabit dñs rogatus, modo ipſi nobis nō deſimus. Si q̃s enim ait Iacobus indiget ſapiētia, poſtulet à deo, qui dat omnibus affluenter, & nō improperat, & dabit ei, idē
Marci.11. eſt de caſtitate, q̃d de ſapiētia. Teſtat & Chriſtus, dicēs. Omnia quæcūq; orantes petitis, credite q̃a recipietis, & euenient vobis. Et rurſus: Petite, & dabitur vobis. Omnis enim q̃ pe-
1.Cor.10 tit, accipit: Quandoq̃dem, inquit Paulus, fidelis eſt deus, qui non patietur vos tentari ſupra id q̃d poteſtis, ſed faciet etiā cū tentatione prouentū, vt poſſitis ſuſtinere. Sic ſane, q̃d vide-
Marc.10 2.Cor.3. tur impoſſibile & difficillimum ex ſe ipſo homini, redditur eidem ex deo poſſibile: q̃niam non ſumus ſufficientes ex nobis ad tam arduam virtutem capeſſendam, ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt. Cuius gratia plæriq; omnes, q̃s receſſuimus, feliciſſime ſeruarūt virginitatē, non vt impoſſibilem ſed vt difficilem, alioqui nullus eorum continens fuiſſet, mētireturq;
Hiere.16 ſcriptura, quod nephas ſit credere. Alioqui etiam deus male prohibuiſſet pro loco & tēpore Hieremiæ, ne vxorem duceret. De quo hæretici nullam hactenus fecerūt mentionem.

¶Abſit igitur abſit, vt vel tantillum ſtemus cum infenſiſſimis hoſtibus tam eximij à deo doni, ſcilicet virginitatis, imò ipſius procul hinc ſubmotis, virginitatē toto pectore exoſculemur & corpore tueamur, & quidem vel ideo, vt, iuxta apoſtolū, deo hoc magis place- N
Matt.13 re, & quæ eius ſunt cogitare poſſimus, & quia à deo ſit conſulta, & diuino apoſtolicoq; cōſilio approbata atq; commendata, & etiam q̃m ipſa eſt prætioſa margarita, niueo candore
Matt.22 præfulgens, eximiaq; præ cæteris, quæ corporis cupiditates refrenant & compeſcunt, virtutibus, quòd item angelicam & propemodum cœleſtem reddat hominis vitam in terris, atq; ſupernæ illius puritatis, quæ in ciuitate ſancta Hieruſalem ſine macula enitet, omnino æmulam. Virgo proinde oculos attollat humo generoſa, atq; defigat in cœleſtia tabernacula, vbi Chriſtus virginū ſponſus eſt, ad dextrā dei ſedens, quē cupiat in virginali puritate imitari, vbi & regina virginum, ſanctiſſima dei mater & virgo perpetua, virginali corona adornata refulget. Hoſce, inquam, duos duces, Ieſum & Mariam in puritate ſequi ſtudeat, vt nuptijs valere poſſit, oret, vt hac inclyta virtute, deo, qui ſanctus eſt ſanctorum, propinquior & perinde deiformis fiat, q̃m, teſte ſapiente. Incorruptio facit eſſe proximū deo. Nō
Sapiæ.6 autem ita virgo debet deijcere animum, humiq; deprimere, vt poſthabitis tædis iugalibus hanc amplectatur tam præclaram virtutem, quia ei ſic viſum ſit viuere, cum poſſit nubere, vt ſit pro ratione volūtas, vt garriunt impij, & quia tædio ſint matrimonij onera, canit enī de ſe virgo quælibet ſancta. Regnum mundi & omnem ornatū ſeculi contempſi, propter amorem domini mei Ieſu Chriſti. ¶Hæc itaq; conſideratio eſt Primum, quo virginitas O
acquiritur & continetur, vt ſcilicet deus pro gratia conſeruationis, & amor ad cœleſtē puritatem, ita ter, id eſt, iterum atq; iterum cum Paulo oret, & cū ſapiente dicat. Nō poſſum
2.Cor.12 Sapiæ.8 eſſe continens domine deus, niſi dederis, adiuua infirmitatem meam.

Pſal.118. ¶Secundum, ab infantia à vanis huiuſmodi rebus auerſio, iuxta prophetā. Auerte ocu- P
1.Cor.15 los ne videant vanitatem. ¶Tertium, deuitatio impudicorū verborum. Siquidem, cor- Q
rumpunt mores bonos, colloquia mala. ¶Quartum, fuga mali conſortij admonēte apo- R
ſtolo.

Digitized by Google

ſtolo. Denuntiamus autem vobis fratres, in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, vt ſubtra- 2.Theſſ.5 Pſal.17
hatis vos ab omni fratre ambulante inordinate. Inquit enim Dauid, cum ſancto ſanctus e- Eccle.13
ris, cum peruerſo peruerteris. Et qui tangit picem coinquinabitur ab ea. Luc.21

S ¶Quintum, Abſtinentia cibi & potus voluptuoſi. Dominus anim ait: Attendite vobis, Ephe.5
ne forte grauent corda veſtra in crupula & ebrietate. Et apoſtolus: Nolite inebriari vino, Daniel.1 Luc.1
in quo eſt luxuria. Sic virgo Helias in deſerto à coruis panibus ſolis paſcitur, Daniel tãtum
leguminibus, Iohan. Bapt. vtitur loco cibi locuſtis, pro potu latice, qui & vinũ & ſiceram
non bibit. Hinc Comicus, vtcunꝗ prophanus, ait. Sine Cerere & Baccho friget Venus.

T ¶Sextũ neglectus cultus, Hinc Paulus: Habentes aũt alimenta & quibus tegamur, his cõ- 1.Tim.6.
tenti ſimus: ſiquidem omnis ſuperfluitas cultus eſt contra naturã, quæ paucis eſt contenta.
Eapropter diues Epulo in Euangelio videtur reprehendi, quia purpura & byſſo induebat. Luc.16
Hinc protoplaſti è paradyſo eiecti, folijs verend[...] exerũt, crudiſꝗ pellibus humeris amitie Geneſ.3.
bãtur. Ioh. Bap. veſte amict⁹ cameloꝝ ſetis cõte[x]ta, ſcorteaꝗ zona cinctus erat. Chr̃o regi Marci.1 Matt.3.
ſummo vnica veſtis arte ineffabili contexta verius q̃ ſarcta fuit. Sileo interim huius apl̃os Luc.3
& patres reliq̃s, heremitas, Anachoretaſꝗ. Quare caueãt parẽtes ne ſuas virgines indecen- Iohan.19
tius auro, argẽto, margaritis, veſtimẽtiſꝗ ſericeis exornet. V ñ ille in ſuperbiã incidũt, quæ Matt.27
virginitatis eſt inimiciſſima, q̃ procul abeſſe debet, & adeſſe humilitas, virginitatis comes Luc.23
tam neceſſaria, vt ſine ea eſſe nequeat. Cuius exemplũ eſt videre in glorioſiſſima & humilli- Luc.1
ma virgine Maria, q̃ mater & filia regis regũ dixit: Ecce ancilla dñi. Videant igit parentes
ne ad ſuaꝝ virginũ teneraꝝ vitia cõniueant, & cũ Heli ſacerdote ad adultoꝝ vitia cõniuen

V te, ſerio puniantur. ¶Septimũ, rarus egreſſus, ſiq̃dem virgo raro debet egredi, nec niſi co
mitata comite ſancto, cuius ſermo, ĩceſſus, habitus virtutũ doctrina ſit, ne cũ Dina filia Liç Gene.34.
videat mulieres alienę religionis & in luxuriã incidat ſpecie etiam bonitatis, q̊niam venena
non dantur, niſi melle circũlita, & vitia non decipiũt, niſi ſub ſpecie virtutũ. Ideoꝗ ſapiẽter Luc.1
de virgine Maria ſcribitur. Manſit autem Maria cum illa, quaſi menſibus tribus, & reuerſa
eſt in domũ ſuam æquè feſtinans, vt feſtinanter venerat.

X ¶Octauũ, deteſtatio otij. Multam enim, inquit ſcriptura, malitiã docuit otioſitas. Hinc Eccle.33.
deus ad Hieruſalem. Hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, ſuperbia, ſaturitas panis & a-
bundantia, & otium ipſius & filiaꝝ eius. Hinc apoſtoli à prædicando aliq̃n exempti vel in- Ezech.16
terea piſcati ſunt vel aliud opati, & ſatius eẽrati agere aliq̃d, quàm nihil agere. Sic Paulus fu Actor.18
nes texuit, Lucas pinxit, deipara Maria vel orando numini vel lanificio, vel lectioni vaca-
bat, quam ſequuta Eliſabetha illuſtris & regia mulier lanã ab oratiõe carpſit, aut texuit, aut
aliud aliquid bona operata eſt, ne per otiũ & quietem ſibi tempus elaberetur, nullam maio
rem iacturam arbitrata, quàm temporis, in quo ſita eſt villicationis ratio, quam Euangeli-
ca celebrat hiſtoria. Sic diua Cecilia domo patricia orta ſedulo hiſtoriæ Euangelicæ librũ
aut legit aut in gremio habuit obuolutũ, vt ſemper præſto eſſet, quo poſſet exerceri & ſalua
ri verbo & facto. Sic & Marcella, ſic & Syluia Ruffina & plæreꝗ aliæ nobiliſſimæ & ſan-
ctiſſimæ virgines ac matronæ factitarunt, à parentibus ſuis ad eum modũ inſtructæ. Quas
vtinam velint ſequi noſtri temporis parentes, ſuaſꝗ filias ab otio, omnium vitiorum occa
ſione, deterrere, eaſꝗ docere & monere, vt deo die ac nocte orationibus inſeruiãt, oratio-
nibus lectio ſuccedat, & econtrario, colum teneant, fuſum rotent, ſtamina pollice ducant,
telas bombicum contexant, ſericum vellera & aurum in fila ſuo loco & tempore lenteſcen
tes, diuinoſꝗ codices pio animo legant, & non tam multa legant quàm quę vtilia ſunt: ad-
ſpernentes maledica & hæretica & apocripha: Et ſic quæꝗ vel vitent vel capeſſent ſecun-
dum oportunitatem temporis, perſonæ lociꝗ: Id quod locus & tempus docebũt.

Y ¶Nonam raritas loquendi. Siquidem plurimi loquendo in peccatum inciderint, tacẽ-
do vix vlli. Hinc Dauid orat. Pone domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circumſtantiæ la Pſal.140.
bijs meis. Sit ergo, ait Iacobus, Homo velox ad audiendum, & tardus ad loquendum. Hinc Iacobi.1
Paulus viduas (quæ virginibus comparantur) corrigit & increpat, quod non ſolum otioſæ 1.Tim.5.
ſed & verboſæ & curioſæ eẽnt, loquẽtes quæ nõ oportet. Id q̃d admodum horrendum eſt
malum & graue, quod quis ore ſuo cõdemnetur. Etenim ſi pro otioſo verbo reddet vnuſ-
quiſꝗ rationem, quanto magis pro verbo impuritatis & turpitudinis & mendacij, quod ra Matt.12
ro deeſt in multiloquio. Grauiora enim ſunt verba præcipitatõis quàm otioſa. Proponat
igitur virgo ſibi hoc Dauidicum ſilentium, dicens: Dixi cuſtodiam vias meas, vt non delin Pſal.38.
quam in lingua mea.

Z ¶Poſtremũ, timor & cautio de amittẽda virginitate, tũ q̃d hęc ipſa inclyta virt⁹ ſemel a-
miſſa nullo pacto reparari poſſit, dicẽte ꝓpheta. Virgo Iſrael ꝓiecta ẽ in terrã, nullus eſt q Amos.5.
ſuſcitet eam, tũ q̊cunꝗ modo amittit extra matrimonium, ſemꝑ peccatur in deũ mortali-
ter, adfirmante domino. Ego aũt dico vobis, q̃a omnis, q viderit mulierẽ ad concupiſcen-
dum eam, iam mechatus eſt eã in corde ſuo. Mechari autem eſt contra dei præceptum, cui Matt.5 Iacobi.2

 qui

qui non paret, mortem ſibi acquirit, tum deniq; virgo corrupta tam apud Deum q̄ hoīes op-
Gene.34 probrioſa, pindeq; infamis & qdem vſq; adeò reddit, vt ſctūs Iacob, pculdubio Deo diſponē
te filiā ſuā Sichemo filio Emor principis terræ Salem, in terra Chanaan, nō modo recuſauerit locare mr̄imonio, qa ipſam ſtuprarat, ſed & cū filijs ſuis totam vrbē deuaſtauit in vltionē
filiæ ac ſororis ſtupratæ, q & vrbe deuaſtata, oues, armēta, aſinos, & oīa quæ erant in agris &
domibus depopulatus eſt, paruulos & vxores eoꝝ captiuas duxit: nimiꝝ, quod filia & ſorore
Sichem quaſi ſcorto abuſus fuiſſet.

¶Ex quo vel vnico & qdem ſerio & horribili exemplo deniq; ex oībus quæ dicta ſunt, eſt A
colligere, q̄ ſit generoſa virtus virginitas, quam deus tot pręclaris donis dotauit, vnde tot bona cœleſtia, & terreſtria emanēt, quam tot ſanctiſſimi hoīes tantope obſeruarūt. Cuius corruptores adeò ſunt mulctati, quæ deniq; tam difficile tot q; remedijs acquirit & tuet. Quibus acceptatis ab ea quæ virgo eſſe velit, non dubiū erit, quin ſalutariter continebit. Sin fuerit hiſce
1.Cor.7. ſeruatis, quæ nolit, aut non poſſit continere, ea conſilio Apoſtoli, cui vult, nubat, tantū in domino. Nubet autem in domino, quum fuerit in coniugio tanq̄ non nupta, id eſt, vt ad nihil aliud contraxerit, quàm ppter quod matrimonium eſt à Deo inſtitutum, de quo ſuo etiam loco aliqua dicemus. Hic obiter monentes, hęc quæ hactenus docuimus tam pertinere ad viros q̄ mulieres, ſiquidē vtriq; poſſint continere. Itemq; tam de ijs, qui volunt vel perpetuo (qui veri ſunt virgines aureola digni) vel ad tempus nubilæ ætatis continere. Itemq; de virginibus intactis q̄ tactis, cuiuſmodi ſunt viduæ, quæ virgines ſunt: qa à Venere guſtata, ſicut illæ ab eadē nō guſtata cōtinēt, & ſunt pſtantiores inter eas, quæ maius aduerſus carnē bellū ſuſtinēt.

¶Hinc valeant, q contra tot ſanctiſſimas ſcripturas, contra tot ſanctiſſimoꝝ hoīm exempla, contra tot bona virginitati à Deo collata virginitatem non modo poſthabent coniugio, quod ne ipſum venerantur, ſed & impudentiſſimē denigrant, nimirum obſcœni, mœchi, fornicatores, adulteri, hocq; genus homines Cynici. B

Gala.3 ¶Quis aūt in iſtos non cum Paulo diceret. O inſenſati Galatæ, qs vos faſcinauit non obe- C
Gala.1. dire veritati? Ante quoꝝ oculos Chrūs Ieſus pſcriptus eſt, & in vobis crucifixus? Cur tam citò transferimini in aliud Euangeliū, quod non eſt aliud, niſi ſunt aliqui, q vos conturbant, & volunt conuertere Euangelium Ieſu Chri, Anathema ſit, q vobis prædicauerit aliud Euangeliū, præter id quod accepiſtis. Cęteꝝ audi optime auditor, an non verè hodie Symeon vati
Johan.3. cinatus ſit de Chro poſito in ruinam multoꝝ, & in ſignum cui contradicet. Quibus poſitus
Num.21. eſt in ruinam? Nimirum q ſigno, id eſt, Chro, q verum fuit in cruce ſignum, qd longè plus ſanauit, quàm æneus ſerpens, q à Moyſe ſignum erigebatur, contradicunt? Quomodo contradicunt? Ipſius verba vel prorſus negantes, vel in peruerſum ſenſum interpretantes. Quomo-
Roma.8. do Chrūs iſtis eſt in ruinam? Sanè ſicut calor luto, Sol lippis, Tyriaca venenatis, flos araneo.
Eſa.6. Sicut eīm ſunt (Paulo ſcribente) qbus omnia cooperantur in bonum, ſic ſunt (vt erant Iudęi indurati & odioſi) qbus propter malam peruerſæ voluntatis, diſpoſitionem omnia vel optima cooperantur in malum. De quibus Propheta: Excęca cor populi huius, & aures eius aggraua, ne forte audiat auribus & cætera. Iſti ſunt, qui dicunt malum bonum, & bonum malum, faci-
Pſal.1 untq; ex die noctem, bona opera negantes, vſq; adeò hodie commendata. Caueamus igitur fratres chariſſimi, ne (velut Propheta dehortatur) ſimus abituri in conſilio impiorum, & in via peccatorum nō ſtemus, nec in cathedra peſtilentiæ ſedeamus, quibus alioqui Chriſtus ruina eſſet, verum conabimur, vt idem nobis ſit reſurrectio, quales erimus, quando cum Anna Phanuelis virgines, coniuges, viduæ erimus, è templo non diſcedentes, ſed Deo die ac nocte ieiunijs, & obſecrationibus, hocq; genus alijs pijs operibus inſeruientes, Deo confitentes, & de eo omnibus, qui expectant redemptionē, loquentes, vt & de vnoquoq; dici poſſit. Hæc proceſſerat, in diebus multis, & vixerat cum viro ſuo annis ſeptem à virginitate ſua, & hæc vidua vſq; ad annos octogintaquatuor. Faxit Deus.

FINIS.

HOMILIA NONA DE EO, QVOD SCRIptum eſt: Lucæ vndecimo: Et erat ſubditus illis.

Dn̄ica infra octauas Epiphanie.

QVIS TAM AB OMNI SENSV COMMVNI ALIENVS, A
tamq; rudis idemq; ſtupidus, ſimul ac omnis virtutis inimicus, qui ex verbis noſtri proloquij non et admiretur & imbuatur, ſe cum attentius euoluēs, quis hodie dicatur fuiſſe ſubditus, & quibus? Paruit ſanè Chriſtus Ieſus Mariæ & Ioſippo parētibus pauperculis, & planè humillimis creaturis. Quis obſecro ſubditus fuit tam exiguis creaturis? Reſpondet deus pater: Hic eſt filius meus dilectus, in

Digitized by Google

ctus,in quo mihi bene cõplacui. Quis oro ſubditus fuit,o Angele,Reſpondet ille. Magnus Matt.3
eſt & filius altiſſimi vocatus? Dic Michæa: Eſt,cui dñs deus,ſedẽ Dauid cõtulit,vñ ille pro- Marci.1.
ceſſit,& regnabit in domo Iacob in æternũ,& regni eius non erit finis. Quis ſubditus erat? Luc.1 Mich.4
Reſpondet Apocalypſis,q eſt rex regũ & dñs dominantiũ. Quis ſubditus erat? Reſpondet
Eſaias,cuius gloria pleni ſunt cœli & terra. Dic Daniel quis fuit ſubditus? Cui in cœlo mi- Apoca.19
niſtrant millia milliũ,& decies centies centena millia adſiſtũt. Dic Dauid,qs erat ſubditus? Eſaiæ.6. Daniel.7
Cuius eſt terra & plenitudo eius,orbis terrarũ & vniuerſi,qui habitãt in eo,rex gloriæ,do- Pſal.23
minus virtutũ,dominus fortis & potens. Dic Iudith,quis erat ſubditus? Deus cœlorũ,crea-
tor omnium,& dominus totius creaturæ. Dic Paule,quis erat ſubditus? In cuius nomine Iudith.9
omne genu flectitur cœleſtiũ,terreſtriũ ac infernorũ: Dic eccleſia, quis erat ſubditus? Quẽ Philip.2.
terra,pontus,æthera,colũt,adorant,prædicant. Cui ſol & luna & omnia deſeruiũt per tẽ-
pora,quem nuper tres Magi procidentes regem eũdemq́ꝫ deum,certis muneribus confeſſi
adorauerũt. Ille,inquam,dominus dominantiũ,creator oĩm hodie ſubditus fuit paupercu Lucæ.2.
lis ſuis parentibus ,hominibus,adeoq́ꝫ miſellis creaturis,q deniqꝫ vſqꝫ adeo patri ſuo cœle-
ſti(vti hodie) obediens fuit , vt ob noſtrã ſalutem nõ dubitauit turpiſſimã crucis mortem Philip.2.
B ſubire. ¶At quare obſecro ille,qui eſt imago dei inuiſibilis, primogenitus oĩs creaturæ, Coloſſ.1
qm in ipſo cõdita ſunt vniuerſa in cœlis & in terra,viſibilia & inuiſibilia,ſiue throni,ſiue do
minationes,ſiue principatus,ſiue poteſtates,oĩa per ipm & in ipſo creata ſunt. Et ipſe eſt
ante oẽs,& oĩa in ipſo cõſtãt,primatũ in oĩbus tenens. At qre, inquã, dñs ille ſummus,
adeo humilibus parẽtibus obedire dignatus eſt? Tãtamq́ꝫ de ſe in parẽtes ſuos obedientiã
perſcribi tam diligẽter voluit? Quandoqdem ait apſtolus. Quæcũqꝫ ſcripta ſunt, ad noſtrã
doctrinã ſcripta ſunt. Age,igit,quare rex ſummus ideq́ꝫ dñs Max. etiã humillimis parenti- Roma.15
bus obedire adeo voluit? Nimirũ,vt q vita erat & via, viã verã beatãq́ꝫ vitã nos inſtrueret,
qui cępit facere & docere,vt eius tota actio vel à puero eſſet inſtructio noſtra,ipſo dicente. Iohan.14 Actorũ.1.
Exemplũ dedi vobis,vt quemadmodũ ego feci,ita & vos faciatis. Voluit ſanè Chrs ſum- Iohan.13
mus ideq́ꝫ vnicus magiſter in ſe ipſo nobis palam oſtẽdere,q̃ ſibi ſit grata obedientia: vt po Roma.5
te omni victima gratior,& quàm ſit ea opus ad cõcordiã, qua recõciliamur deo & homini- 1.Reg.15.
bus. Quia ideoq́ꝫ p inobedientiã ab æterna ſalute cecidimus,p eandẽ ad vitã peruenire de-
bemus. Eius certe exẽplũ obediẽtiæ & humilitatis Chrs nobis pbuit & oſtẽdit, dũ ipſe im-
perator mũdi,& cui mũdus ſubiectus eſt,parẽtibus ſuis & eorũ imperio humiliter ſubdi di-
C gnatus eſt. ¶Admonemur hic ſubditi,vt ſubditi eſſe non dedignemur,ſiqdem Chrs dñs
& deus noſter omnibus prælat⁹,ſubditus fieri non ſit dedignatus. Et profecto miret homo
vl filij benigniſſimã dignationẽ ,vl matris excellẽtiſſimã dignitatẽ. Vtrinqꝫ ſtupor, vtrũqꝫ
miraculũ,qd fœminæ deus obtemperet,humilitas abſqꝫ exemplo,quod à fœmina deo pręcipitur,ſublimitas ſine ſocio. Diſce ergo ,inqt Bernardus,o homo obedire,diſce terra ſub-
di,diſce puluis obtẽperare,erubeſce cinis. Deus ſe humiliat, tu te exaltas. Deus ſe homini-
bus ſubdit,& tu dominari geſtis hominibus,tuo te pponis authori. Quoties em̃ hominibus
præeſſe deſidero,toties deũ meum præire contendo,& tũc nõ verè ſapio, q̃ dei ſunt. ¶Ad
D obedientiã verò parentum & ſuperiorũ(nã & hi loco habentur parentum)filij inuitantur à
natura,qua videmus etiam bruta animalia in omni obediẽtia curã ſuorum parentum gere
re. Siqdem apes ſuum regem cum omni reuerẽtia ſequũtur. Vnde Vergilius. Magniſq́ꝫ a- Virg.4. Georg.
gitant ſub legibus æuũ. Præterea regẽ nõ ſic Aegyptus,& ingẽs Lydia,nec populi Partho-
rũ,aut Mędus Hydaſpes obſeruãt,rege incolumi mens oĩbus vna eſt. Ille operũ cuſtos,illũ
admirant,& omnes circũſtant fremitu denſo,ſtipantq́ꝫ frequẽtes. Et ſæpe attollũt hume-
ris, & corpa bello obiectant,pulchrãq́ꝫ petũt per vulnera mortẽ. Sic & grues ferunt ſuis pa Pli.lib.10. cap.23
rentibus depilatis dare vitæ neceſſaria,qad ſuccreſcant pili. Sic & Elephas à quopiã è fouea Pli.lib.8.
E redemptus ſuo iam deinde domeſticus redemptori efficit obediẽs & ſubiectus. ¶Inuitant ca.1.et 4.
F & filij ad obedientiam à ſcriptura dicente. Filij obedite parentibus veſtris. ¶Ab exẽplo,ho Ephes.6
die qdem Chriſti,qui fuit ſubditus ſuis parẽtibus. Sic filij Noe cõſtruẽtes archã, quũ is à cæ Coloſſ.3.
teris haberet delyrus,ſemper patri in officio fuere,& ad oĩe ſenis imperiũ pati. Sic filij Iſra Geneſ.6.
helis vſqꝫ adeo patrẽ ſenẽ reueriti ſunt,vt profeſſi apud Ioſyppũ ſint,aut ſibi ppetuo exulã- Gene.44
dũ,aut fratrẽ,cuius ſuppliciũ depcabantur,ſeni reſtituendũ eſſe. Iſaachus adeo patri Abra-
hamo obediẽs fuit,vt in agni ſpeciẽ ſe patri immolandum præbuit. Et ſanè dubitari queat, Geneſ.22
paterna ne pietas magis deo placuerit,an filij obſequiũ? Qđ vero filij Dauidis pri obedierit
argumento eſt,quod ille extremo vitæ tempore,Solomonem puerum adhuc, & adulterio 3.Re.1.12
conceptũ,regem declarauit,quum plures filij adeſſent grandes natu, & prudentia non vul- 1.Para.23
gari,verũ ij nõ modo non patri iuerũt obuiã,ſed eius volũtatẽ(ceu oraculũ)ſecuti,nihil etiã
poſt ſenis interitũ mutare ſunt auſi. Sic ſeptẽ filij matri Machabeæ vſqꝫ adeo obediuerunt, 2.mach.7
vt citius mortẽ oppeterent,quàm à maiorũ pietate declinarẽt. Cuius vocẽ & imperiũ reue-
ueriti,vn⁹ poſt aliũ ſeſe morti deuouerũt,ſatius rati ſe priuari vita,q̃ mri nõ parere,honeſta
& vtilia

Digitized by Google

& vtilia præcipienti. Atq; vtinam hoſce ſequerenſ filij noſtræ ætatis in vera ipſa religione vel
teneda vl' ſtēda, hauddubiū, quin à deo benediceren̄t. Nam & illi ad obedientiam inuitantur.
Eccl'3, ¶ A benedictōe & vtilitate. Ait em̄ ſcriptura: Qui honorat pr̄em ſuū vita viuet lōgiore. Et G
Exod.20, rurſus: Honora pr̄em tuū & mr̄em tuā, vt ſis lōgæuus ſup terrā. Et rurſus: Honora pr̄em tuū &
Eccl.3, mr̄em tuā & ſupueniet tibi bn̄dictio. ſ. reꝝ ſpūaliū & tpaliū. Sic pauloan̄ mēorati à deo oēs fue
re benedicti, variaſq; ab ipſo receperūt benedictōes & gr̄as, quas & nūc filij recipe poſſent, obe
Deute.21, diēdo parētibus. Ad quā etiā obediētiā cogi deberēt ex ſerio dn̄i præcepto, quo caueſ vt q in-
1.Reg.15, obediēs cōtumaciter ſit parētibus, ab eis accuſatus corā iudice, dilapideſ à pplo. Hinc Achor
Gene.19 ꝑpter inobediētiā lapidatus tradiſ. Sic duo generi Loth, qa illi nō obedierūt, in damnatōis lo
Geneſ.3 cum corruerūt. Sic qa ꝓthoplaſti deo pr̄i nō obedierūt, ꝑpetuo ſunt exilio cū omni poſterita
Gene 9, te dānati. Sic Noe intēpeſtiuū & ſtolidū filij riſum ꝑpetuo mulctauit exilio. Quid multis? Nul
lus penè eſt ſanctaꝝ ſcripturaꝝ locus, in q̄ nō maximopẽ cōmendareſ filioꝝ & ſeruoꝝ obedi-
entia, in quo nō fieret ꝓmiſſio benedictōis ipſis obediētibus, maledictōis aūt inobedientibus.
¶ Studeāt igiſ exhibere parētibus filij debitā obediētiā, quę eſt. ¶ Primo, illos verbo & H
Eccl'3 facto honorare, humilr̄ alloqui, ſupportare, nō irritare, nō ꝓbroſos reddere, vitia illoꝝ tege-
re. Vnde Scriptura: Fili ſuſcipe ſenectam patris tui, & nō cōtriſtes eū in omni ſua vita. Et ſi de-
1.Timo.5 fecerit, veniā da, & nō ſpernas eū. ¶ Scd̄o illos quacūq; in neceſſitate ſuſtētare & alere, & iu- I
Matt.15 uare. Hinc Paulus: Filij reddite vicē parētibus, hoc em̄ acceptū eſt corā deo, vicē reddimus, cū
nutrimus eos. Vnde Chr̄us reꝑhendit phariſæos, q inducebant filios ad vouendū oblationes
in templo, q̄niam interim parentes in neceſſitate neglexerunt, dicens: Irritū feciſtis mandatū
Exo.20 Dei propter traditiones veſtras, ſecundum illud: Honora patrem & matrem.
¶ Quatenus aūt filij debeant obedire parentibus, Hodie Chr̄us ſuo docet exemplo, nimiꝝ K
quatenus deo in primis, quod eius eſt, deferaſ, nec in eo, q̄d eſt euidēter cōtra deū, vel cōtra fi-
lioꝝ ſalutem parentibus eſt obediendū, ſed humiliter & modeſte reſpondendū cum Petro &
Acto.5 alij Apoſtolis. Deo magis oportet obedire, q̄ hoībus. Ne Deus dicat, quod Adæ dixit: Pro eo,
Gene.3 quòd obediſti voci vxoris tuæ plus q̄ meę, maledicta terra in opere tuo. Certè in eo (inquam)
caſu reſpondendū eſt cum puero Chr̄o hodie. Neſciebatis, qa in ijs, quæ patris mei ſunt, opor
tet me eſſe. Quo eq̄dem verbo neſcierim, q̄d poſſet pulchrius, prudentius, fortiuſq; reſponde
ri ad quoſcūq;, q nos à bono ad malum, vel à diuinis rebus vti maioribus ad humanas res vti
minores, vel ſolicitare conanſ, vel vi ꝑtrahere moliunſ. Si itaq; fili chariſſime, tibi à quopiā di
Sapiæ.3 ctum fuerit, vti eſt in ſcriptura de voluptuoſo hoīe: Veni fruamur bonis, quæ ſunt. Vtamur
creatura in iuuentute celeriter, vino pretioſo & vnguentis nos impleamus, veni implebimus
Lucę.2 ſpolijs domus noſtras, fortem mitte nobiſcū, marſupiū ſit vnum oīm noſtrum. Tu reſponde.
Neſcis, quia in ijs, quæ patris mei ſunt, oportet me eſſe. Sic (vt ad propoſitum redeamus)
diſcant hic boni filij ita præ oībus cæteris obedire parētibus & cōplacere, vt deū ſummū pa-
rentē præferant. Et parētes quoq; ita filioꝝ obedientiā, ac ſolatia quærere debēt, vt tamē eos
Ephe.6, à Dei obſequijs non retardent, ſed (iuxta Ap̄li pręceptū) illos educēt in diſciplina & correptio
Pſal.31 ne domini, vt ij per diſciplinā aſſueſcant ipſa obedientia: quandoquidem In Chamo & freno
1.Regū.4 ſunt trahendi, qui ſua ſponte nolint approximare. ſ. ad virtutem, ne filiorum malitia in paren
tibus, ſicut cum Heli factum legimus, à Deo puniatur,
¶ Si igiſ parentes ſibi obediētes parare filios ſategerint, dent operam, illos in virginali ca- L
ſtitate contineant. Nihil em̄ æquè ab obedientia ſancta retrahit filios atq; luxuria: qppe quæ
facit obedire carni & ſenſui, q̄bus q obedit non parentibus, ſed peccatis & iniq̄tatibus obedit.
Roma.6 Hinc Apoſtolus: Non regnet pc̄m in mortali corpore vr̄o, vt obediatis concupiſcētijs eius.
Cum igiſ (ò virgo) ſit aliq̄s, q te à virginitate perinde atq; re ſeruatu impoſſibili (vt perperam
nonnulli agunt) retrahere coneſ. Cum Chr̄o reſponde. Neſcis qa in ijs, quæ patris mei ſunt,
oportet me eſſe? apud quē (vt ipſe Chr̄us dn̄s ait) oīa ſunt poſſibilia, quæ apud hoīes impoſſi-
Matt.19 bilia videnſ, ſiq̄dem facilius ſit camelum tranſire ꝑ foramē acus quàm diuitē intrare in regnū
Marc.10 cœloꝝ. Vnde diſcipuli mirati dixerūt: Quis ergo poterit ſaluus eſſe? Quaſi dicerēt: Impoſſibi-
le ergo, vt diues homo cœlū ingredi poſſit. Eſt q̄dem apud hoīes ipoſſibile, ſed nō apud deū.
Cur idem nō intelligam quoq; de virginitate continēda? de qua Chr̄us nunq̄ nec aliq̄s Ap̄lus
dixit, facilius eſſe intrare camelum ꝑ acus foramē, q̄ vt aliq̄s contineat. Poterit certè q̄s conti-
nere, & q̄dem facile dn̄o dante. ſ. grām, quā ꝓculdubio dabit, ſi (vt nup diximus) ipſam petiue-
rimus eiq; nō deerimus. Cui nō defuturi erūt, ſeruaturi virginitatē, ſi cuſtodierint ex aīo cōſi-
Heb.12 lia, quæ nup obiterq; cōicauimus de virginitate acq̄renda & tenenda, ad quā Chr̄us & Ap̄lus
conſuluerūt, non vti ad rem impoſſibilem, ſed perinde rarā & charā, quam etiam pleriq; mor
talium perpetuo ſeruarunt, poteruntq; deinceps ſeruare, ſi ſe gr̄æ fecerint compotes, deū ob-
ſeruantes, quoniam manus dn̄i hauddum ſit abbreuiata. Modo obediamus mutuo, ipſamq;
optatam in omni caſtitate concordiam amplectamur, vt & ipſi cū Ieſu puero tam ꝑficiamus
ſapiā & gratia apud deum & hoīes quàm ætate creſcamus.

Homilia

Digitized by Google

HOMILIA X. DE EO, QVOD SCRIPTVM EST, Iohan. 2. Vocatus eſt aũt & Ieſus & diſcipuli eius ad nuptias.

Dominica prima poſt octauas Epiphanie.

A ARBITROR hoc hodiernũ Euãgeliũ nobis ſat ſuffragij laturum
cõtra oẽs hæreticos, qui vel cõiugiũ, vti prorſus malum, dãnarunt
quales fuere Tatiani & Martiani, dicentes, coniugatos ſaluari non
poſſe, qui vel ipſum frigide laudãt. i. clam nihilipendunt, quo ſuis
malitijs verſutius prætexãt. Cuiuſmodi ſunt, qui hactenus primo
virginitatem perinde vt impoſſibilem proindeq́ꝫ deo minus acce-
ptam vel ideo neglexerũt, vt etiã contra eccleſiæ conſuetudinẽ ma
trimoniũ contrahere poſſent, ſuæ turpi libidini ſatisfacturi, qui de-
inde ita frigide laudarũt matrimonium, vt ipſum ab eccleſię sacra-
mentis eximerent, nimirũ, quo poſſent libidinẽ ſuã in prima cõiu-
ge perteſi in alia etiamnũ vxore experiri, & quidem impunes, nemine repugnãte. Conſtat
ſane noſtra nunc tempeſtate (quod auditu indignum eſt) plæroſq́ꝫ Monachos & ſacerdo- 1. Timo. 4
tes apoſtatas non modo contra eccleſiæ catholicæ morem vxores duxiſſe, ſed ductas, poſt- 1. Cor. 5.
quàm cum ijs voluptuoſam eandemq́ꝫ rabidã ſuam libidinem, cõſumptis interim ac ſurre-
ptis vxorũ rebus, explerunt, reliquiſſe & alias contra omnia iura tam diuina quàm humana
ſubduxiſſe, Nicolaitarũ hæreticorũ perquàm ſimillimos. Sed quid hæc? quum etiam iſti ad
nephandum ſuum factũ, alios homines publicis ſermonibus pelliciãt. Quos peſſimos reip.
chriſtianæ corruptores ſi diutius laturi ſumus, quantum malorum ſubſequuturũ ſit ſuo lo-
co fortaſſis aperiemus, quod nũc pijs & honeſtis hominibus cogitãdum relinquimus: In-
terim nequaquàm ſilentio inuoluturi, quæ ad matrimonium rerũ intelligendum neceſſaria
ſunt, ſuffragante ad hæc hodierni Euangelij lectione, Nuptias pertractante, ſiquidẽ idem Gloſſ. tit.
ſint vi vocabulorũ nuptiæ, matrimonium, coniugiũ & conſortium. Quorũ ſingulis & vni- ff. de ritu.
uerſis cltra diſcrimen vtemur in docendo. Et vt rem compẽdio quodam, breuitate tẽporis nup.
cogente, perſtringamus & vt omnia facilius memoria contineantur, hũc ſeruabimus ordi- L. in eo iu
nem. Primo quidem dicemus quid ſit coniugiũ ſeu matrimoniũ. Secũdo, quando, & quare, re. §. Hoc
& à quo ſit inſtitutũ. Tertio, an ſit ſacramentũ eccleſiæ. Quarto, q̄ ſit res ſancta matrimoni- caput. ff.
um. Poſtremo, quo modo ipſum ſanctę & ad ſalutẽ tam temporalẽ quàm æternam ſeruari de ri. nup.
B queat. ¶ Initio igitur ſciendum eſt, Matrimonium à LL. doctoribus definiri poſt Imp. L. 1. ff. de
Iuſti. legitimã viri & mulieris coniunctionẽ, indiuiduã cõſuetudinẽ vitæ retinẽtem, diui- ritu nupt.
ni & humani iuris cõicationẽ. Hæc matrimonij definitio conformis eſt & offirmata ſacris Iuſti. de
C ſcripturis. Siquidem ¶ Legitimã dicit definitio, nimirũ ne fiat cõiunctio contra leges. i. par. pot. §
in ijs, quæ impediunt matrimonium, quæ hoc metro complectũtur, error, cõditio, votum, nuptię.
cognatio, crimẽ, cultus, diſparitas, vis, ordo, ligamẽ, honeſtas. Si ſis affinis, ſi forte coire ne-
quibis. Hæc socianda vetant connubia, facta retractant. Eiuſmodi vero in matrimonio fa
ciendo eſſe ſeruãda haud obſcure oſtendit ex eo, ꝙd dicit Laban, Nõ eſt in loco noſtro con- Gene. 29.
ſuetudinis, vt minores ante tradamus ad nuptias. Si tñ valuit conſuetudo in re citra diſcri-
men, quãto magis valebit ĩ eo ab eccleſia cõſtituto, ꝙd multũ habet diſcriminis, ſed de hoc
D alias. ¶ Dicit viri & mulieris. &c. ad oſtendendũ, oẽm aliã copulationẽ in vna vel diuerſa Le. 18. 20.
ſpecie eſſe deteſtandã, veluti ex ſcriptura conſtat. vñ &. LL. imperiales aliter ſe copulantes Roma. 1
vltimo ſupplicio mulctandos iubent. Deinde quoq́ꝫ dr̃ viri & mulieris. &c. Sanè qm̃ nunq̃
neq́ꝫ iure naturali neq́ꝫ humano licuit fœminæ vt haberet plures viros, nec deus vnq̃ diſpẽ
ſauit, nec vlli viro licuit habere plures vxores: niſi dei diſpẽſatione, q̄ ratiõe nõ caruit, ſiqdẽ Gene. 2.
vxores habuerit Abrahã duas, Iacob q̃tuor. Dauid plures, etſi cõcubinæ (ꝙd ĩ dubiũ vocari Galat. 4.
poſſit) vocentur, vt eo pacto, diuinus cultus, qui ſolũ in ijs patribus eorũq́ꝫ familia cõſerua- Gene. 30.
batur cæteris ad idolatriã declinantibus, dilataretur, tũ ad deſignandũ eccleſiæ myſteria, q-
bus cõſtaret, Chriſtũ ſibi eccleſiã deſponſaturũ nõ ſolũ vnã vnitate fidei & dilectionis, ſed
plures reſpectu diuerſitatis locorũ & rituũ: quãdoquidẽ tam Iudæi q̃ Gentiles ad fidem ſint
vocati & cõuerſi Paulo teſte, & nunc ꝙq́ꝫ alios habet ritus eccleſia orientalis q̃ occidentalis. Roma. 3
Quia vero, & maxime in noua lege ceſſarunt eæ rationes, ceſſauit & permiſſio. Et quidẽ iu- Ephe. 2.
re Euangelij, quo ait Chriſtus, propter hoc relinquet homo patrẽ & matrem, & adherebit Matt. 19
vxori ſuę, & erunt duo in carne vna, nõ dixit tres vel plures ſed duo, nec dixit vxoribus, ſed Matt. 5.
vxori. Præterea, ſi quis dimiſerit vxorem ſuam ob fornicationem, & aliam duxerit, mecha L. Ea q̃
tur, nec aliam ducere poteſt, fortius ipſa retenta. Sic & humano iure infames ſunt, & mul- de donat.
ctandi iure plærumque municipali vltimo ſupplicio qui ſic duxerint quod in facto vidi- ãn nup.
mus. Vnde liquet, quàm male egerint Apoſtatę bigami, & quæ pœna iſtos iure maneat.

Habere

1. Cor. 7. Habere aũt plures vxores diuerſo tpe, ſemp licuit mortua priore, & ędiuerſo. Vnde Aplus:
Geneſ. 25 Mortuo viro, cui vult, nubat, tm̃ in dño. Sic Abrahã decrepitus Sarra mortua duxit Ceturã.
Tobiæ. 6 Et ſecũdæ quoq; & tertiæ & aliquotæ plures nuptiæ diuerſis tpibus nullo iure ꝓhibenſ, quũ & Anna virginis Mariæ mater ſuccidaneo tpe tres habuerit viros. Sic iunior Tobias duxit,
Matt. 22 angelo ſuadente Sarã, filiã viri Raguelis de tribu Iuda, quę prius ſeptẽ viros habuerat. Hinc
Marc. 12 & Chrũs non rephendit eam, quæ ſeptẽ viros ſucceſſorio tpe habuerat, ſed corripit Iudæos, interrogantes, cuius hæc ipſa mulier ex ſeptẽ viris eſſet poſt reſurrectionẽ carnis, quandoquidem omnes eandẽ habere nequirẽt. Dicit in definitiõe, ¶Coniũctionẽ, nẽpe conſenſuum p verba expreſſoꝝ etiam ſine copula corpoꝝ, q̃ addit perinde atq; ad ſignificationẽ pfectiõis. E
Leuit. 20. Sic in Scriptura dñs ait Moyſi. Si qs ſponſam alterius in agro oppreſſerit, morte moriaſ, qa vxorem alterius violauit. Hinc Euangeliſta, rectè vocat Mariam, vtcunq; dũtaxat ſponſam,
Matth. 1 Ioſephi coniugẽ: ſiqdem illi fideli coniugio ambo parẽtes Chri potuerint dici & eſſe, non ſolum illa mater, verũetiam ille pater eius, ſicut & coniunx matris eius, vterq; mẽte nõ carne, quũ
L. 2. C. de nuptialis concubitus ibidẽ nõ fuerit, qa in carne pc̃i fieri non poſſit ſine pudenda concupiſcẽ
ſecũ. Nup. tia carnis, q̃ accidit ex peccato, ſine quo iure concipi voluit, q futurus erat ſine peccato. Vnde
27. q. 2. C. legibus quoq; Imp. caueſ, vt ſponſa lugeat mortẽ ſponſi tanq; viri ſui. Quare etiam qs ſpõſam
Si quis. fratris ſui ducere ꝓhibeſ, quoniam ſponſa ſit conſenſu animi vera vxor. ¶Diciſ, Indiuiduã F vitæ conſuetudinẽ &c. q̃d coniugati ſola morte diuidi poſſunt & ſeparari. Mortuo em̃ (inqt
1. Cor. 7. Paulus) viro, mulier à lege viri eſt ſoluta. Alioqui vir & vxor, ſi ſemel coniugali ſibi affectu adhæſerint, vlterius abinuicem diſcedere nõ valent. Vnde Apoſtolus: His autem, q matrimonio iuncti ſunt, præcipio non ego ſed dominus, vxorem à viro non diſcedere, nec pñt inuicẽ
Mat. 19 fraudari mutuo debito niſi cum conſenſu ad tempus, vt vacent orationi. Dominus enim iam antea dixerat. Non legiſtis, quia q fecit hoĩem ab initio, maſculum & fœminam fecit eos. Propter q̃d & dimittet homo patrem & matrẽ, & adhęrebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Itaq; iam non ſunt duo, ſed vna caro. Quod ergo deus coniunxit, homo non ſeparet. Quaſi diceret: vxorem dimittens aut ſeparans peccat contra naturam, quia vna caro diuidiſ, & contra legem, quoniam deo copulante & iubente non diuidi, vxor dimittiſ, accedit quod neutra perſonæ hoc poſſit, quum ſuæ non ſit poteſtatis, dicente Apoſtolo: Mulier ſui corporis poteſtatem nõ habet, ſed vir. Silr aũt & vir ſui corporis poteſtatem non habet ſed mulier. Dicunſ vir & vxor vnum tam ꝓpter coniunctionẽ quam ꝓpter originẽ fœminæ, quæ de maſculi latere
Acto. 5 creata eſt, tum etiam ob carnalem & licitam tamẽ dilectionẽ, qua ſe mutuo diligunt, quemadmodum qui ſe ſpiritualiter diligunt vna anima dicunſ. Vnde aliàs: Omniũ credentiũ erat cor
Matt. 5, vnũ & aĩa vna. Habebunt ergo coniugati indiuiduã vitæ conſuetudinẽ, id eſt, ſe non ſeparent:
et 19 Qui em̃ (inqt Chrs) dimiſerat vxorẽ ſuam (niſi ob fornicationẽ) & aliam duxerit, mœchaſ, &
Deute. 24 qui dimiſſam duxerit mœchaſ. Nec licet dare libellum repudij eodem teſte: q̃niam ab initio nõ ſic fuit, q̃d Moyſes quondam ob duritiam cordis Iudęoꝝ pmiſit Iudęis, ne videlicet in ſuas cõiuges ꝓpter deſideria ad alias homicidia ppetrarent. Quod aũt pmittimus, nolentes indulgemus, qa malam voluntatẽ hoĩm ad plenũ prohibere non poſſumus. Permiſit ergo Moyſes coactus Iudæis facere mala, ne facerẽt peiora, in quo nõ dei iuſtitiam ipſis demonſtrauit, ſed à pc̃õ abſtulit culpã peccãdi, vt q̃ſi ſcdm legem agẽtibus iſtis, pc̃m ipſoꝝ nõ videreſ eẽ pc̃m.
¶Ex qbus mõ licebit colligere q̃ impiè hactenus nõnulli Apoſtatæ egerint & docuerint, G
L. nulli. ff dimiſſis vxoribus alias ſupinduxerunt. Iure tñ & lege ipſa cenſente aliquoties ſeparanſ coniu
de diuort. ges ex certis & arduis cauſis quoad thoꝝ, q tñ altero viuẽte contrahere nequeunt: ſiqdem ex
L. cõſenſu primo cõiugali conſenſu ſemp ſint coniuncti. De quo latiſſimè aliàs docuimus.
C. eodem ¶Diciſ quoq; in definitõe cõicationẽ iuris humani & diuini &c. humani ideò, qa mulier ef- H
L. exigere ficiſ eius ſori, cuius eſt vir vti Cæſareis cautũ eſt legibus. Diuini adeò, quoniam contrahere de-
ff. de iudic. bent, q eiuſdem ſunt religionis. Non em̃ debet virgo nubere hęretico, quẽadmodũ caueſ tam
28. q. 1. C. Pont. q̃ Imp. legibus. Sanè inqt conciliũ Agathẽſe. Non oꝫ cũ hoĩbus hæreticis miſcere cõnu
Non ops. bia, vl & filios & filias dare, ſed poti⁹ accipe, ſi tñ ſe ꝓfitenſ Chrianos eẽ futuros & catholicos.
L. nequis. Et hoc põt videri Eccleſia inſtituiſſe, ne infidelis fidelẽ ad hæreſim pnicioſam trahere poſſit:
L. Nemo & rectè qdem admonita ſacris lrĩs. In qbus in vet. teſta. dñs inhibet, ne cõtrahanſ cõnubia cũ
c. de iudęis
Deute. 7. alienigenis mulieribus, nimiꝝ ne p eas filij Iſrael traherenſ ad Idololatriã. Neq; (inqt dñs) ſociabis cũ eis cõiugia. Filiã tuam nõ dabis filio eius, nec filiam illius gẽtis accipies filio tuo, qa ſe-
1. Eſdre. 10 ducet filiũ tuũ, ne ſequaſ me, vt magis ſeruiet dijs alienis. Sic Eſdras vir ſanctus iuſſit abijci vxo
2. Eſdrę. 9 res alienigenas cũ filijs Iſrael fidelibus. Qui ait: Vos iniquè feciſtis, collocando in vobis matrimoniũ vxores alienigenas, vt adderetis ad pc̃ã Iſrael. Et nũc date cõfeſſionẽ & magnificẽtiã dño deo pr̃m noſtroꝝ, & pficite voluntatẽ ipſius, & diſcedite à gẽtibus terræ, & ab vxoribus
Ruth. 1. 4 alienigenis. Hinc Booz Iſraeliticus nequaq̃ duxiſſet Ruth Moabitidẽ vxorẽ, niſi relicta gẽtili-
1. Cor. 7 tate ad cultũ vnius dei cõuerſam. ¶Nec interim obſtabit, q̃d Aplus videaſ cõceſſiſſe, vt fide- I
lis cũ infideli cohabitet in cõiugio, data infideli licentia, ſi is voluerit, diſcedẽdi, ne tñ fidelis ſe-

quatur

Digitized by Google

quatur infidelē. Quia reſpondeo, ex Pauli verbis euidenter colligi, hoc ipſum cōceſſiſſe & in-
tellexiſſe de tēpore naſcētis eccleſiæ, qñ tā de Iudæis q̄ de gētibus multi cōuertebant ad fidem
Chriſti, qñ, inquā, & ſpes erat, vt per fidelē pſonā infidelis ad fidē cōuerteret verāq; religionē
& maxime de gētilibus, obſtinatis paulopoſt Iudæis, Nō aūt ipſum conceſſiſſe alio vel hoc in
primis tēpore, quo videmus tā Iudæos q̄ gētiles cōtra fidē Chriſti obſtinatos eſſe, veriſimi- Geneſ. 8
liusq; habere ex ſupradictis (quia ad malū omnes proniores ſunt, & pauciſſimi ſint qui velint Matt. 8
crucem accipere, & Chriſtū per anguſtā viam & portā ſequi) fidelē peruerti per infidelē. Vn
de catholica eccleſia optime pmota, cauit ne impares religione mutuo cōtraherent, & maxi-
mè Chriſtiani cū hæreticis, de quibus ſemel & iterū admonitis nulla eſt reuertendi ſpes, imò
qui obſtinatiſſimi ſuis phaleratis ſuaſionibus, voluptuoſiſq; dogmatibus citius peruertunt &
ſeducūt, à qbus vt caueant Chriſtiani tanq̄ à leproſis, anhelitu inficiētibus, ſingulariter hortat Tit. 3
apl'us. Hæreticū, inquiens, hominē poſt vnā & alterā correptionē deuita, ſciens, qa ſubuerſus
eſt, proprioq; iudicio condēnatus. Et alio in loco. Mali aūt hoīes. ſ. hæretici & ſeductores p- 2. Tim. 3
K ficiunt in peius, errātes & in errorē mittentes, quorū ſermo vt cancer ſerpit. ¶Ex qbus ſa- 2. Tim. 2
tis claret q̄ dehortatus ſi Paulus à coniugio hæreticorū, quū ab ijs voluerit cauendū oībus Chri
ſtianis, longe magis cōiugio, in quo facile peruertunt hæretici. Adde apl'um de cohabitatio-
ne infideliū magis dicere de indulgētia & permiſſione q̄ præcepto, quū ait. Nā cæteris dico,
ego, non dñs. Imò & illum voluiſſe, neminem in coniugio ſequi hominem hæreticū diſcedē-
tem, niſi qui per reuelationē à deo ſciret ſe poſſe hæreticū vel infidelem cōuertere ad verā reli-
gionē. Id quod pene (imò prorſus in hæretico) impoſſibile putat futurū, inquiens. Vnde enim
ſcis mulier, ſi virum ſaluū facies? Aut vnde ſcis vir, ſi mulierē ſaluam facies? Niſi vnicuiq; ſi-
cut dimiſit deus? Reliqua ſuo quoq; tēpore & loco dabimus. Quæ hactenus dicta ſunt, arbi-
tramur ſufficere pro expoſitione matrimonij, de cuius nūc inſtitutione dicturi ſumus.

L ¶Et ſcias deum Max. inſtituiſſe matrimoniū, & quidem. Primo ante peccatū in paradiſo,
& quidem in obſequium humani generis propagandi, vt ipſum vſq; ad finē mundi genera- Geneſ. 2
tione ipſa duraret, quādo. ſ. mulierē in adiutorium viri. ſ. ad ſpeciem humanā multiplicādam
de coſta ipſius dormientis deus formauit, & dixit eis: Creſcite & multiplicamini. Adam vero
dicentē. Hoc nunc os ex oſſibus meis. Quæ quidē verba protulit à deo inſpiratus, vt intellige-
ret matrimoniū à deo inſtitutū. Et tunc ſanè matrimoniū dūtaxat erat in officiū. ſ. procrean- Geneſ. 4
di: Nulla eñ cōcupiſcētia vrgebant, nec tñ Adā cognouit Euā, niſi eiectus de paradiſo in ter-
rā iſtā habitabilem, quæ propter benedictionem dei. ſ. creſcite, &c. repleta eſt. Quia aūt pro-
pter multiplicatā hominū iniquitatem, deus, totum genus humanū, dempto Noe cū familia Geneſ. 7
ipſius, diluuio deleſſet, hocq; ceſſante paucitas eſſet hominū. Tū. Secundo, deus Max. ſua mo
tus miſericordia poſt peccatū extra paradiſum inſtituit matrimonium, tum in officium multi-
plicādi humani generis, inquiens benedicendo ad Noen & eius familiā, Creſcite & multipli- Geneſ. 9
camini, & replete terrā, &c. quod vtiq; factū eſt. Nā ex filijs Sem impleta eſt Aſia: ex filijs Ia
phet Europa, & ex filijs Cham Aphrica, &, inquā, inſtituit, quàm in remediū vulneris pecca- Geneſ. 10
ti contra concupiſcentiam, ſcribente Paulo. Propter fornicationē. ſ. vitandam vnuſquiſq; ſuā
habeat vxorem. Quo nimirum dicto apoſtolus oſtendit, quamcunq; libidinem quocunq; 1. Cor. 7
modo factā, eſſe cōtra deū, & ſic peccatum mortale, id quod, ne qs luxuriando cadat, vult po
tius trahendum eſſe matrimonium. Et hæc de inſtitutione matrimonij, quod ipſe Chriſtus
dominus omniū Chriſtianorū author, vnde omnia ſacramenta ſuā recipiunt virtutem, non
modo cōfirmauit in nouo teſt. ſed & ſacramentū eccleſiæ effecit, inquiens. Qui fecit hominē
ab initio, maſculū & fœminā fecit eos, Et dixit: Propter hoc dimittet homo patrē & matrem mat. 19
& adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Itaq; iā nō ſunt duo, ſed vna caro. Quos er Marc. 10
go deus cōiunxit hō non ſeparet. ¶An vero ſacramentū ſit, & quidē eccleſiæ Chriſtianæ, Geneſ. 2
M videbimus, vbi prius intellexerimus, quid ſit ſacramentū eccleſiæ. Eſt aūt ipſum ſacræ rei ſi- Epheſ. 5
gnū, virtute interim diuina grām elargiens: nēpe in quo ſub tegumento viſibiliū rerū virtus
diuina ſecretius ſalutē operatur, efficiens quod figurat: Baptiſmus eñ, q ſit immerſiōe aquæ, à
peccatis lotionē ſignat, grām cōcupiſcētiæ carnalis diminuēdæ, luminis fidei habēdi pbens,
queadmodū ſuo tpe, deo volēte, dicemus: nihil moraturi, quin erroris cōuincemus ſchiſmati-
cos, neſcio q̄ portētuoſa eructātes de baptiſmo, ſicut & de matrimonio. Id qd q̄ falſo in ordi-
nē à ſacramentis eccleſiæ redegerint, patet ex defunctionis ab eccleſia receptæ dilucidatione.

N ¶Etenim matrimoniū eſſe eccleſiæ ſacramentum. Primo liquet authoritate omniū docto-
rum orthodoxorū tā vita q̄ doctrina illuſtrium, qbus citra ſcripturæ authoritatē nemo ſapiēs
reluctat. Secūdo, authoritate eccleſiæ catholicæ, q̄ ipm inter eccleſiæ ſacramēta recenſet, cui 1. Timo. 3
proculdubio credendū eſt, quū teſte aplo, veritatis ſit colūna & firmamētum. Cuius authori-
tati innixa eſt omnis euangelica veritas, imò totius ſacræ ſcripturæ firmitas, huic igitur tuto
contra hæreticos ſtandum cenſemus. Eſſe vero matrimonium ſimpliciter ſacramentū cōſtat
qa ipſum eſt ſanctiſſimæ rei ſignū. ſ. cōiunctiōis Chriſti ſpōſi cū ſpōſa eccleſia. Vnde apl'us, lo

Digitized by Google

Ephes. 5 quens de matrimonio, ait: Sacramentũ hoc magnũ eſt. Ego autẽ dico in Chriſto & in eccleſia
Nec audiendus eſt hæreſiarcha, qui dicit, per hoc quod Paulus ſubiungit, In Chriſto & eccle
ſia, ipſum excludere à matrimonio ſacramẽti cognomẽ: Nã alioqui ſi quis diceret. Baptiſmus
ſacramentũ magnũ eẽ in expiatione à peccato originali, tolleret à baptiſmo ſacramẽti ratio-
nẽ. Siquidẽ apl'us dixit. Ego aũt dico in Chriſto & in eccleſia, vt rationẽ aperiat magni. Q. d.
Cõiunctio viri & fœiæ ſacramẽtũ eſt magnũ, qa in Chr̃o & in eccleſia, qd magnũ figurat. Cõ
ſequit̃ propterea, cõiugiũ magnũ eſſe ſacramentũ in Chr̃o & eccleſia, igit̃ connubiũ eſt. Sane
pronomẽ illud demõſtrat cõiunctionẽ viri & fœminæ, de qua iãiam Paulus dixerat. Eſt ita-
q; clariſſima apoſtoli ſnĩa, Cõiunctio ſiue adhæſio viri & vxoris in carne vna (quã appellam'
matrimoniũ) eſt ſacramentũ magnũ in hoc quod eſt ſignum cõiunctionis Chriſti & eccleſię
Johan. 3 Eſſe aũt inter Chriſtũ & eccleſiã coniunctionẽ eã, quæ perinde eſt inter ſponſum & ſpõſam.
Matt. 9 Chriſtus ipſe ſubindicat, dicẽs. Qui habet ſponſam, ſpõſus eſt, de ſeipſo loquẽs. Et rurſus. Nũ-
Marci. 2 quid poſſunt filij ſpõſi lugere, q̃diu cũ illis eſt ſpõſus? Ipſe Chr̃s ſe ſpõſum intelligẽs, filios ſpõ
ſi ſuos diſcipulos, adeoq́; oẽs Chriſtianos, qui cõgregati in eccleſiã ſunt, intelligẽdos innuit.
Ephes. 5 Eſt autẽ eccleſia Chr̃i ſpõſa ex oĩbus gentibus cõgregata, illi integritate mẽtis, ꝑfectione cha
ritatis, vnitate catholicæ fidei, cõcordia pacis copulata eſt: hãc ſibi ſpõſam ille in thalami vte-
Psalm. 18 ri virginalis ſibi ſociauit, & ꝓtio ſui ſanguinis redemit ac mundauit. Hinc propheta. Tanquã
Osee. 2 ſponſus procedens de thalamo ſuo, eandemq́; ſibi per fidem cõſummauit apud aliũ prophe-
Apoca. 21 tã, inquiens. Deſponſabo te mihi in fide. Vnde Apocalypſis habet. Vidi ſanctã ciuitatẽ Hie-
ruſalẽ nouã, deſcendẽtẽ de cœlo, à deo paratã, ſicut ſponſam ornatã viro ſuo. Et audiui vocẽ
magnã de throno dicẽtẽ. Ecce tabernaculũ dei cũ hoĩbus, & habitabit cũ eis: Quo certe in lo
2. Cor. 11. co de nuptijs ſponſæ & agni frequẽs ſit mentio. Et Chriſtus pariter in Euangelio paſſim nu-
ptiarum meminit. Et apl'us ait. Aemulor eñ vos dei æmulatione. Deſpondi eñ vos vni viro
virginẽ caſtã exhibere Chr̃o. Ex qbus huc vſq; memoratis (trãſeo reliqua, q̃ adduci poſſent)
colligimus, q̃ pie & vere apl'us cõtra impios matrimonij detractores ſcripſerit, ipſum coniu-
giũ non modo ſacramentũ eſſe magnũ oſtendẽs, quod magnã & occultã rẽ & ſanctam repre
ſentet. ſ. Chriſti & eccleſiæ per fidẽ copulationẽ, ſed & eã ꝑ ſe ferat cõiunctionẽ ineffabilẽ, qua
Johan. 1. Chr̃s in vtero virginis, cooperatore ſpũ ſancto, verbũ caro factũ eſt, ſeq́; humanæ naturæ per
adſumptionẽ humanitatis cõiunxit, deus homo factus, & ſic hõ deus, ideq́; Chr̃s deus. Imò &
eã figurat ſanctã cõiunctionẽ, qua ſibi Chr̃s deus animã vniuſcuiuſq; iuſti p ſpũales gr̃æ influ-
xum cõiungit. ¶ Nec hõ idiota magnifaciat, quod quidã in eo loco apoſtoli nõ ſacramentũ O
ſed myſteriũ verterũt; quandoquidẽ idẽ ſit vtrũq;, quãuis hoc Græcũ, illud Latinũ: ſignificat
eñ vtrunq; rem aliquã ſacrã, adeoq́; occultã. Hinc rem non ſine ſacramento vel myſterio fie-
ri dicimus, quæ occulta aliqua ſacrorum ratione proficiſcitur. Hinc non ſine myſterio apud
Chriſtianos vir & vxor indiuidualiter cõiunguntur, quoniã in ea cõiunctione triplex illa ſu-
pradicta cõiunctio diuina figuretur. Et ſic profecto nullũ eſt eccleſiæ ſacramentũ, quod non
idẽ ſit & myſterium ſiue archanũ, vtpote, quod ſub ſenſibili ſigno abditam cõtineat grãm, &
inuiſibilem eandemq́; ſecreto operetur. quãuis ob rudiores, qui plerunq; literæ plurimũ inhæ
rent, cenſuerim tutius eundem fuiſſe locũ vertendum latina dictione ſacramentũ, perinde at-
q; apud oẽs trita, adeoq́; recepta, vt quoties auditur matrimoniũ eſſe ſacramentũ, toties ipm
intelligitur eccleſiæ ſacramentũ eſſe, q̃d ſecretã & recõditã habeat diſpenſationẽ, id eſt, quod
(vt alia eccleſiæ ſacramẽta) virtutẽ & grãm à deo diſpenſatã & collatã conferat. Id quod à ſim
plicioribus non ilicò intelligitur in dictione myſterio, vtpote ab eccleſia in hac re minus vſi-
tato: Cuius ſane cauſa diuus Hieronymus Græcæ linguæ doctiſſimus, maluit fortaſſis ſacr̃m
q̃ myſteriũ, quod Græcũ eſt, vertere & legere, ne imbecilles redderet dubios in eo, quod certũ
ſit. ſ. matrimonium ſacramentum non præſtare gratiam. Quemadmodum perperam cõten-
dunt ſchiſmatici, qui poſt q̃ erroris ſunt teſtimonio ſcripturæ conuicti, qñ dixerunt, coniugiũ
nõ eſſe ſacramentũ, e veſtigio, vt ſunt, vt ventus, inſtabiles, adfirmare ipſum cõiugiũ eſſe co-
acti, negant ipſum non eſſe ſacramentũ, in quo, hoc ipſum ſuſcipientibus aliqua conferatur
gratia, nec nuptias in hoc à deo inſtitutas, vt eſſent propriæ gratiæ ſignum. Contra quos etſi
alio in loco pluribus non contẽnendis, vt quidã adfirmant, diſputauimus, hic tamen nõ gra-
uabimur aliqua in mediũ afferre, qbus minus adulti facile ad credendũ induci poterunt in ſa-
cramento matrimonij grãm conferri. Et quidẽ. ¶ Primo, ꝙ eccleſia catholica quondam P
concilio Florentino, ſedente Eugenio quarto repreſentata finierit, matrimonij ſacramẽtum
comitari gratiam neceſſario, obice remoto, quæ illud in ſacramẽtoꝝ numero recenſet nouæ
legis, quoꝝ ſeptem ſunt, Baptiſmus, Confirmatio, Euchariſtia, Pœnitentia, Extrema vnctio,
Ordo & Matrimoniũ. Abſit igit̃ nõ ſtandum putemus cum eccleſia, veritatis columna.
1. Timo. 3 ¶ Secundo, niſi hoc eſſet, ſacramenta nouæ legis nihil diſtarent à ſacramentis vet. legis, quæ Q
eadem concilij determinatione teſte, gratiam (vt eius vtar verbo) non cauſabant, ſed eam ſo-
lum per paſſionem Chriſti dandam eſſe figurabant. Atqui hæc noſtra ſacramẽta & continẽt

grãm

Digitized by Google

gratiam & ipſam digne ſuſcipientibus conferunt. Eſſet aũt abſurdũ & cõtra ſcripturã dicere.
Nouã legẽ. ſ. gratiæ, nihil habere diſcriminis in hoc à veteri lege, in quo oĩa futuræ erãt veri- 1. Cor. 10
tatis figura, q̃ nunc à veritate ꝑ Chriſtũ, quaſi à ſole vmbra eſt depulſa, dicẽte apl'o. Hæc autẽ Coloſſ. 2
oĩa in figura cõtingebãt illis. Et aliàs, q̃ ſunt vmbra futuroꝝ. Idẽ ad Hebr. Vmbrã enĩ habens Hebręo. 10
lex futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum. Sic ſanctiſſimi ſacramẽti Euchariſtiæ
figura fuit immolatio ipſius Iſaac, deſtinata & propoſita ab Abrahamo patre ſuo, quæ typũ
geſſit immolationis Ieſu Chriſti in cruce, à deo patre nobis exhibitæ. Sic & immolatio agni Geneſ. 22
paſchalis, facta à populo Iſraelitico Aegyptũ egreſſuro, figura fuit oblationis ipſius Chriſti Exodi. 12
in cruce, cuius memoria potiſſimũ per hoc recolitur myſteriũ. Sic & Manna de cœlo datum, Exodi. 16
eidem populo quadraginta annis in deſerto figura fuit corporis Chriſti, veri Mannæ, quo ꝑ-
inde viatico refecti præſentis vitæ curſum tranſigamus & terram promiſſionis deniq; ſubea-
mus. Sic & ſacrificium Melchiſedech, Dauide teſte, quod fiebat pane & vino, figura fuit ſacri- Geneſ. 14
ficij veri Melchiſedech Ieſu Chriſti, qui & ipſo vero pane & vino: nimirum corpore & ſan- Pſal. 109
guine ſuo ſacrificauit, ſacrificandumq; inſtituit per ſuos apoſtolos & eorum ſucceſſores, vt fi- Hebræ. 7
at idipſum ſacrificium, canente propheta, in æternum, & ipſe Chriſtus miniſterio illorum ſa- Matt. 26
cerdos eſſet in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Sane ea fuere omnia vetera, quæ Mar. 14
(apoſtolo teſte) tranſierunt, facta in Chriſto, quæ ipſa eſt veritas, omnia ſunt noua, ideoq́; à Lucæ. 22
veteribus plurimum diſcreta. Id quod vides maxime intelligendum de ſacramentis nouæ le- 1. Cor. 11. 2. Cor. 5
gis, ex quorum eſt numero matrimonij ſacramentum, in quo, vt in alijs, gratia communica- Eſaię. 43
R tur, vel. ¶Tertio, etſi non prorſus de verbo ad verbum ex ſcripturis colligi poſſit, gratiã in Apoca. 21
coniugio virtute diuina conferri aduerſus tergiuerſatores & calumniatores, colligi tñ poteſt
ex intellectu vero ſcripturaꝝ. Siquidẽ conſtet fornicationẽ omnẽ vel quãlibet ſimplicẽ ex le- Deute. 23
ge diuina eſſe peccatũ, dicente ſcriptura. Nõ erit meretrix de filiabus Iſrael, neq; ſcortator de Tobiæ. 4
filijs Iſrael. Et Tobias: Attende tibi, inquit, à fornicatione. Et Paulus: Fugite fornicatiõem. 1. Cor. 6

¶Certe magna confertur gratia in ſacramento matrimonio coniugatis, quod huius virtu- 1. Timo. 7
te fornicatio prius ad mortem modo coniugatis fit in remediũ licita. Hoc aũt ita eſſe arguit
Paulus, Propter fornicationẽ autẽ, inquiens, vnuſquiſq; ſuã vxorẽ habeat, & vnaquæq; ſuum
S virũ habeat. ¶Deinde neminẽ latet, hominẽ corpore ſimul & ſpiritu cõſtare, hinc deũ, quũ Geneſ. 2
dixit benedicendo, Creſcite & multiplicamini, homini etiã infudiſſe grãm ſpiritalẽ, vt creſce
rent & multiplicarent virtutibus & operibus bonis, ita vt per eam quoq; grãm, q̃ in matrimo Hebræ. 13
nio requirunt, facilius cõiugati, operari poſſint. Id q̃d apl'us notare videt, qñ dicit, Honorabi-
le cõiugiũ, & thorũ immaculatũ: ſiquidẽ nihil carere macula poſſit, ſi gratia careat, igit ſi tho-
rus immaculatus eſt cõiugium, ipſum gratia comitatur, quam deus ſua benignitate coniugio
iungere curat, vt coniuges fidẽ matrimonij & reliqua eius bona ſeruare facilius valeant: quod
etenim experientia reꝝ magiſtra quotidie docet. Raro enĩ vel nunq̃ inter fornicatores (ſi mo
do fides inter prophanos amatores vocari queat) videmus tãtiſper durare, vt in cõiugatis, vel
quãlibet mutuo amore ardeãt. ¶Et rurſus, quũ iudicio oĩm theologoꝝ ſacramẽta nouæ le
gis efficiãt, quod figurãt, nõ dubiũ eſt, cõtrahẽtibus cõferri grãm ꝑ hoc ſacramẽtũ, q̃ ad vni-
tatẽ Chri & eccleſiæ attinẽt, id q̃d eis maxime neceſſariũ eſt, vt ſic carnalibus & terrenis intẽ-
dant, vt interim à Chro & eccleſia nõ diſiungant: q̃d minime extra ſtatum cõiugij fieri queat, 1. Cor. 7
T qñquidẽ ex Paulo, quaſi cõſtat poſſe cõiuges ea q̃ & dñi & q̃ ſunt mũdi, cogitare. ¶Præter-
ea, quũ (eodẽ teſte) ſanctificatus ſit vir infidelis ꝑ mulierẽ fidelẽ, videri adſolet, cõiugiũ tale, ꝓ-
pter accedentẽ alterius fidẽ plus ſanctitatis habere q̃ prius, hocq; fieri ꝑ grãm ſacr̃m talẽ, quæ
ante baptiſmũ omniũ ſacramentoꝝ ianuã ad infidelẽ coniugẽ ingredi haud quiuit. ¶Inſup
magna eſt gratia in hoc ſacramẽto, qua ſciat vnuſquiſq; vas ſuũ, id eſt, vxorẽ poſſidere in ho- 1. Theſ. 4
norẽ, nõ in paſſione deſiderij, ſicut gẽtes, q̃ ignorãt deũ. Itẽq; vt vir ſit ſua vxore contentus,
vel quãlibet deformi, eamq́; honeſte cognoſcat. ¶Demũ & hæc non cenſeri potuerit exi-
gua gratia, qua vterq; cõiugiũ ſibi ad ea q̃ neceſſaria ſunt vitę cõmodius prouidere poteſt, quã
ſi vterq; eſſet priuatus, Id quod videmus in ea domo, q̃ vel viro vel muliere caret. Hinc vel ꝓ- Geneſ. 2
pter hoc etiã recte videtur à deo homini prothoplaſto adiuncta mulier in adiutorium, quã-
do (vt ait ſcriptura) væ ſit homini ſoli, quoniã cũ ceciderit, non habeat ſubleuantem ſe. Eccleſi. 4

¶Poſtremũ, & hoc quoq; grãm nõ inepte quis dixerit, quod ex cõſanguinitate & affinita-
te vtriuſq; cõiugũ multa ſubſequant cõmoda, ſiquidẽ amicitiæ multiplicatio & charitatis at-
V q; cõcordiæ in plures hoĩes dilatatio ex matrimonio ſubnaſcat: ſane numeroſius ſe porrigit
charitas, quũ quis aliũ habeat patrẽ, aliũ ſoceꝝ. ¶Et vt ſemel finiamus, quis in eo ſacramen
to facile negabit grãm cõferri, quod Chrũs dñs, vnde oĩs oĩm ſacramentoꝝ virtus emanat,
ſua ſuæq; matris ꝑſentia nõ modo commendauit, ſed & prodigioſo munere honeſtauit, haud Iohan. 2
alias ſuoꝝ miraculoꝝ initiũ auſpicatus. ¶Ex quibus ſane vniuerſis, q̃ & aliàs de virginitate
diximus, nemo non, niſi à ſenſu cõmuni alienus, colligit, ita eſſe laudandã virginitatẽ, vt inte-
rim coniugio ſua ſit laus & commendatio, & quod ſuum eſt, vnicuiq; tribuatur, quum vterq;

tam virginũ q̃ coniugatorũ ſtatus deo pro loco, tẽpore, perſonaq́ꝫ ſit æque gratus, & adſit ſua
vtriq́ꝫ à deo ſalus. Modo igitur collatione facta, quia bona ſit caſtitas coniugalis, melior con-
tinentia vidualis, optima perfectio viginalis, ad probandũ omnẽ graduũ electionẽ, ad diſcer
Lucæ.1 nendumq́ꝫ meritũ ſingulorũ, ſcimus ex immaculato virginis vtero Chriſtũ voluiſſe naſci, à p
Lucæ.2 phetico Annæ viduæ ore mox natũ benedici, à nuptiarũ celebrationibus adhuc iuuenẽ inuita
Iohan.2 ri, ſuaq́ꝫ pſentia & matris & diſcipulorũ coniuges honorare. Cæterum etſi ex aliquibus cauſis
quas nuper recenſuimus, conſtet, ſtatum coniugalem cæteris eſſe inferiorem, poteſt tamen &
ille cæteris etiamnũ cenſeri ſuperior, vel ideo, quod tam magnũ ſit ſacramentũ, vnde illi con-
iunguntur, matrimonium, vt cæteris præſtet, quæ in terris, hoc autẽ à deo & primũ omnium
in paradiſo ſit inſtitutũ, cætera ad remedium, hoc ad conſortium felicitatis, cætera naturæ col
lapſæ ſunt adhibita, vnũ illud cõditæ datũ eſt, & quidẽ ab eo, à quo & vitã accepimus & redẽ-
pti ſumus, quod & diuina ſua pſentia & operatiõe vel ideo ſanctificare dignatus eſt, vt illi vir
tutẽ propriam infunderet & omnibus venerabile redderet, idemq́ꝫ ſanctum. Valeant eapro-
pter qui idipſum vel tantillum vituperant vel ſuggillant, quod tam in loco ſancto deus & ad
tot bona, vt audiuimus, inſtituit, ac ſanctificauit, natura ſanciuit, ratio ſuadet, diuinæ pariter
& humanæ literæ laudant, omnium gentium conſenſus approbat, & quod tot ſanctiſſimi ho
mines amplexati ſunt. Id quod nobis Chriſtianis hoc debet magis eſſe ſanctum, quod ſacra-
mentum eſt eccleſiæ, & hoc quidem magnum ob rem magnam, quam in Chriſto & eccleſia ſi
gnat, quemadmodum paulo ante diſſeruimus. Nec eſt quod latius illud conemur in pręſentia
extollere, quod tot excellentiſſima teſtimonia extollunt, vnde etiam non defuere, qui in eius
laudem encomia non contemnenda perſcripſerunt, ſua inibi ingenia, quoniam argumẽtum
copioſum habuerunt, more oratorio non parum exercentes. ¶Igitur ſupereſt vt doceamꝰ X
quia ratione atq́ꝫ via ad tam ſacroſanctum eccleſiæ ſacramentum perueniri poſſit, ne eo in-
greſſis tanti ſacramenti ſanctitas magis nocumento ſit futura q̃ commodo. Quod fieri ſolet,
quoties peccatores in loco ſancto ſibi ſtandum putant, quum rite ſtare nequeant in loco ſan-
Exodi.3 cto niſi ſancti, dicente domino ad Ioſue & ad Moyſen. Non appropinquas huc, ſolue calcia-
Ioſue.5 mentum de pedibus tuis, locus eñ in quo ſtas, terra ſancta eſt. Quàm eñ periculo ſit plenum
indigne nuptias amplecti, tamq́ꝫ venerabile ſacramentum citra ſanctitatem ſuſcipere, nõ ob-
Tobiæ.3 ſcure intelligimus in ſeptem maritis Saræ filiæ Raguelis in Rages ciuitate Mœdorũ, quos oẽs
dæmonium, nomine Aſmodeus, occidit, mox vt ingreſſi ſunt ad ſponſam: nimirum, vt hiſto
ria docet, indigni coniugio tanto. Id quod certe & nunc fieri poſſe non dubitamus, quũ hoc
ſacramentũ tam ſanctæ ſit rei ſignum vnionis. ſ. Chriſti & eccleſiæ, tamq́ꝫ gratijs plenũ, vt for
1.Cor.11. taſſis ad eum, qui panẽ in nuptijs Chriſtianis comedere velit, nõ abſurde dici queat, quod apo
ſtolus de ſacratiſſimo pane corporis Chriſti olim dixit. Probet aũt ſeipſum homo, & ſic de
pane illo edat, & de calice bibat. Qui eñ manducat & bibit indigne, iudiciũ ſibi manducat &
bibit, non dijudicãs corpus dñi. ſ. quod ex Chriſto, vti capite & eccleſia ceu mẽbris coaduna
tum nuptijs, repreſentatur. Certe cõtracturi debent magnopere cauere, ne perperã nuptias
attentẽt, haud dubitãtes, pleroſq́ꝫ ex ijs, q́ indignos ſe tãto ſacro reddiderũt, infirmari, pleroſ-
q́ꝫ dormire, pleroſq́ꝫ nõ capere fructus & bona matrimonij: Debẽt, inquã, eſſe nõ immemores
Mat.19 ex ea indignitate & inter cõiuges & prolẽ pariter pacẽ aut nihil prorſus ſibi feliciter cõſtare,
1.Cor.7 nec debẽt ſine iuſta deliberatiõe ad tantũ ſacramentũ accedere, vnde, niſi morte interuenien
te, diſcedere nequeunt. ¶Quãobrem operæpretiũ cenſemus, vt paucis pro tempore aga- Y
mus, qũo ſit ad hoc digniſſimũ ſacramentum digne accedendum, digneq́ꝫ in eo manendum
ipſumq́ꝫ ſalutariter ad omnia finiendum. Quo facto ad veras tandem, eaſq́ꝫ cœleſtes nuptias
peruenire tute valeamus. In principio proinde, qui digne vt ad bñ beateq́ꝫ viuẽdũ nuptias ha
bere optat is, liber primũ ab ijs, q̃ matrimoniũ ex conſtitutione eccleſiæ impediũt, virginem
pro virili tandẽ q̃rat, qualẽ nuper deſcripſimus. Qua inuenta, ſequatur ordinẽ & conditionẽ
hodierni Euangelij nuptiarũ. ¶Primo curet ſuas nuptias fieri in Chana Galilææ, id eſt, i ze
lo dñi exercituũ (ita eñ interpretaẜ Chana) id eſt, curet nuptias habere nõ libidinoſa volupta
te carnis, ſed deſiderio volũtatis dei, legiſq́ꝫ diuinæ implẽdæ, poſitæ ad ſuſcipiendã prolẽ du-
ctus, quæ ſubinde deũ agnoſcat, cuius ordinatione ſuſcepta fuerit, legemq́ꝫ & voluntatẽ eius
1.Cor.10 ſimiliter obſeruet & cuſtodiat. Hoc eñ (vt apl's ait) eſt in dño nubere, ad cuius gloriã (eodem
Tobiæ.6 teſte) omnia fieri debent. Hoc eſt quod angelus Raphael Tobiã monuit & docuit, Accipies,
inquiẽs, virginẽ cum timore dñi, amore filiorũ magis q̃ libidine ductus, vt in ſemine Abrahæ
. ſ. Chriſto, benedictionẽ in filijs cõſequeris. Illi vero (cuiuſmodi fuere ſeptem viri, quos Sara
prius habuit) qui cõiugiũ ita ſuſcipiunt, vt deũ à ſe & ſua mẽte excutiant, & ſuæ libidini ita va
cent, ſicut equus & mulus, q̃bus nõ eſt intellectus, habet poteſtatẽ ſuper eos dæmonium.
Pſalm.31. ¶Secundo habita tã ſancta ad nuptias contrahẽdas intentione, vterq́ꝫ cõtrahẽs in cubicu- Z
lũ ſuũ eat, tribus diebus oret, queadmodũ Sara fecit in ſua oratione deuotiſſima, vt deus eas,
quas ſit vterq́ꝫ initurus, nuptias velit eſſe fauſtas atq́ꝫ felices. Id quod etiamnũ faciẽt priuſq̃ ſibi

mutuo

Digitized by Google

mutuo reddant debitũ,iuxta angeli conſiliũ,quod Tobiæ ꝓbuit,vt à ſponſa abſtineret in cubiculo tribus diebus & noctibus,interim vterq; oraret,vt benedictionẽ cõiugij à deo conſequeretur,& filij procreent incolumes.Sane tres noctes ſunt tres partes pœnitẽtiæ,contritio, cõfeſſio,ſatisfactio,qbus nox peccatoꝝ fugat,quas velim ꝓcedere omnẽ matrimonij cõtractũ,interq; eas cũ Tobia & Sara orandũ,Domine deus patrũ noſtroꝝ,bñdicant te cœli, terræ,mareq; & fontes & flumina & oẽs creaturæ tuæ,q̃ in eis ſunt. Tu feciſti Adã de limo terræ dediſtiq; ei adiutoriũ Euã. Et nũc dñe tu ſcis,qa nõ luxuriæ cã accipio ſororẽ meã cõiugẽ,ſed ſola poſteritatis dilectiõe,in qua bñdicaf nomen tuũ in ſecula ſeculoꝝ. Miſerere nobis domine(hæc ſunt verba Saræ)miſerere nobis,& cõſeneſcamus ambo pariter ſani. Hactenus Tobias cũ ſua Sara,quẽ vtinã & quiq; opt.ſequerenf in nuptijs cõtrahendis & cõtractis, memores & ſe eſſe filios nõ modo ſanctoꝝ,ſed ſanctos ſanctoꝝ.ſ.Chriſti,q eos ſibi filios nõ ex ſanguine neq; voluptate carnis,ſed ſua miſericordia p fidẽ fecit,q nõ poſſunt ita cõiũgi,ſicut gẽtes q̃ ignorant deũ. Præparẽt itaq; cõtracturi ſe modis oĩbus,vt ſacramẽti grẽ eſſe queãt participes,q̃ certe in peccatis detẽtis haud cõmunicaf. Si eñ,ait Eſaias,mundamini,q fertis vaſa dñi,multo magis mũdari debuerint,q ſuſcipiũt tã ſanctũ ſacramentũ,q̃d tã multiplicis gratiæ vas eſt. Hæc pro ſyncera in vos charitate obiter dixerim, perinde atq; non minus Chriſtiana q̃ magnopere ad bene beateq; viuendũ in cõiugio neceſſaria, qbus cũ velim & ſeruatũ iri q̃ ex laudabili vniuſcuiuſq; eccleſiæ cõſuetudine obſeruari cõſueuerũt,qbus obmiſſis nuptiæ peſſum ſint ituræ. Ea aũt facile videnf originẽ bonã ſuſcepiſſe ab antiquis patribus ſanctis vti videre eſt apud Tobiã. Siquidẽ(ait ſcriptura)Raguel apprehẽdens dexterã filiæ ſuæ,dextræ Tobiæ tradidit,dicẽs:Deus Abrahã,& deus Iſaac,& deus Iacob vobiſcũ ſit,& ipſe cõiungat vos,impleatq; bñdictionẽ in vobis. Et accepta charta, fecerũt cõſcriptionem cõiugij. Et poſt hoc epulati ſunt,benedicẽtes deũ. Hæc nimiꝝ factitarũt veteres, Quid igitur ipſi faciemus,q à Chriſto dño noſtro longe clarius & euidentius ad hmõi negotia inſtituti ſum⁹? Sed prohdolor,nihil pene videmus in ſanctiſſima nr̃a religione, q̃d hac ꝑſertim tẽpeſtate per voluptuoſos,carnaleſq; iſtos apoſtatas nõ ſit vel prophanatũ vel corrũpi cœptũ qui hauddubie propterea aliquando ſuã mercedem ſunt recepturi,qui vtiq; tanquam veræ religionis corruptores & ſacriligi,eſſent à poteſtatibus puniẽdi,vt ſua deo gloria,reipublicæq; Chriſt.tranquillitas reſtitueretur,hactenus per iſtos ferme extincta,vel certe extingui cœpta. In quos,niſi ſerio fuerit animaduerſum,nõ aliam videbimus Germaniam noſtrã dudũ pacatiſſimã q̃ futurã Babyloniã,in qua nihil ſibi conſtabit cõfuſo paſſim in oĩbus rebus,ordine, ſine quo nihil,niſi ſempiternus horror eſſe poterit. Id quod pleraq; Germaniæ loca hucuſq; propter pernitioſam hæreſim experta ſunt,forte magis expertura,q̃d deus auertat. Videmus,inquã, ductu iſtoꝝ nebulonũ,vſq; adeo publicæ nuptiaꝝ eſſe honeſtati detractũ,vt plane ſine diſcrimine peſſimi quiq; haud ſecus ac ad rem aliquam prorſus prophanã accurrãt,vtpote ſine dei timore,ſine ſacramẽti reuerẽtia,ſine confeſſione,cũ omni laſciuia,quoꝝ certe tanto grauiora ſunt peccata,quãto in lege noua ſacramentum illud eſt maioris gratiæ ex diuina miſericordia collatiuũ. Sed faxit deus,vt q̃ ſui ſunt honoris & nr̃æ ſalutis decẽtius & rectius amplectemur, quo nihil in præſentia magis exopto.

A ¶Cæteꝝ,vt eo regrediamur,vnde digreſſi ſum⁹,ſubſequens erit. Tertio,vt quæ diximus,ſingulis in ſuo ordine obſeruatis,in nuptijs præſtò ſint, mater Ieſu Maria,Chriſtus Ieſus dominus,diſcipuli quoq; eius,id eſt,vt in nuptijs adſint tria matrimonij bona,vtpote fides,caſtitas coniugalis,quæ per Mariam caſtiſſimam virginẽ ſignatur. Sacramentum indiuiduitatis.ſ.coniunctionis diuinitatis & humanitatis in Chr̃o vel Chriſti & eccleſiæ,quod per Chriſtum verum ſponſum,qui hodie nuptijs interfuit, ſignificatur. Proles ſuſcipienda & educanda in fide Chriſti, quæ ſignificatur per Chriſti diſcipulos, nam & ij fidẽ docuerunt,qua deo ſumus deſponſati & ad nuptias æternas vocati. Porrò, vt hæc tria nuptijs adſint, aliqua diligenter ſunt & notanda & ſeruanda.

B ¶Initio igitur ſciẽdũ ad fidem matrimonij caſtitatis ante omnia requiri,ne alteruter coniugum adulteret,dicente apoſtolo: Vnuſquiſq; ſuam vxorem habeat,& vnaquæq; virum ſuum Et ſcriptura: Propter hoc relinquet homo patrẽ & matrem ſuã,& adhærebit vxori ſuæ.ſ.nõ alteri. Hinc cõmendatur Anna illa Euãgelica,quòd cũ viro ſuo annis ſeptẽ à virginitate ſua manſerat. Et certe videtur alioqui adulterium naturæ repugnare,qua didicimus aĩalia pleraq; ratiõis expertia.ſ.columbas,turtures, hocq; genus alia neſcire adulteria veluti à Plinio eſt ſcriptũ. Hinc iure diuino mœchus & adulter à ſupremo ſupplicio.ſ.lapidationis ſunt adficiẽdi. Quod & ius ciuile longe ſeuerius ſubſequitur,nimirũ permittens patri, vt poſſit occidere adulteꝝ ſimul cũ filia, quã habet in poteſtate,in domo tamen ſua vel ſui generi. Quod & marito ꝑmittit non tñ æquo iure. Quanq̃ tutius puniantur ordinario iudicio,ne & reliqui ſui ipſorũ vindices eſſe contendant. Quod tamen vel ideo hic putaui recenſendum,vt vterq; cõiugum cautius & diligentius fidem coniugalis caſtitatis ſeruet,cauendo in primis ab adulterio. Deinde,vt ſeipſos mutuo ament,caſto,non turpi,meretricioq; amore. Quare ait Paulus: Vi-

Tobiæ.3 Tobiæ.8 Iohan.1. Eſaię.52 Tobiæ.7 Mar.16 1.Cor.7 Geneſ.2 Lucæ.2 Leuiti.20 L.patri L.marito ff.Ad.L. iul ſam.de adul. Coloſſ.3

Epheſi.5 Tobiæ.3 ri diligite vxores veſtras,ſicut Chrũs dilexit eccleſiã,dilexit aũt illã,non,qa pulchra corpore,
ſed quod ſit virtute & mente decora. Taliter amauit beata Sara, inquiens ad deum. Virũ au-
tem cum timore tuo,non cum libidine mea conſenſi ſuſcipere. Poſtremo vterqꝫ cum timore
Hebre.13 dei & honeſtate agat opus coniugĳ, memor,q̃ res ſancta per eius actus commixtionem ſigni
1.theſſa.4 ficetur:nempe Chriſti cũ eccleſia,& diuinæ naturæ cum humana in puriſſimo virginis vtero
copula. Quare apoſtolus ait: Honorabile connubiũ in omnibus, & thorus immaculatus. Et
aliãs: Hæc eſt voluntas dei,ſanctificatio veſtra,vt abſtineatis vos à fornicatione,vt ſciat vnuſ-
quiſqꝫ veſtrum vas ſuum poſſidere in ſanctificatione & honore,non in paſſione deſiderĳ, ſi-
cut & gentes,quæ ignorant deum. Hæc,hocq́ꝫ genus alia quoad fidem dicta ſunto.

¶ Sacramentũ vero matrimonĳ cuſtoditur,quando neuter cõiugum ab altero ſeparari ve C
lit ingruente vel quamlibet infortunĳ genere:quando,inquam,vterqꝫ ſeruat eam indiuidui-
tatem,quæ eſt Chriſti cum eccleſia & in adſumptione humanæ naturæ. Adeo vſqꝫ enim de-
bent eſſe inſeparabiles,vt non mõ alter ab altero non ſit diſceſſurus,verum vt neuter oret iu-
1.Cor.7 ſto longius ſine conſenſu alterius,verũ reddat debitum pro tẽpore & loco. Hinc apl'us: Nolite
fraudare inuicẽ,niſi forte ex cõſenſu ad tẽpus,vt vacetis orationi,& iterũ reuertimini in idipſũ
ne tentet vos Satanas propter ĩcontinẽtiam veſtram. Vxori vir debitum reddat,ſimiliter au
1.Cor.7 tem & vxor viro. Tam enim inſeparabiliter iuncti ſunt vir & vxor,vt neuter(apl'o teſte)ſui
corporis poteſtatem habeat. Hinc vterqꝫ ſtudere debet, vt alter alteri ſemp fidel'r adhæreat,
vel quãlibet ingenti periculo incidẽte. Quum eñ cõiunctione maris ac fœiæ cõiunctio Chri
ſti cũ eccleſia ſignaſ,oportet figurã ſignificato rñdere. Cõiunctio aũt eccleſiæ & Chr̃i,eſt vni
Can.6 us ad vnã ppetuo habẽdã:qppe vna ſit eccleſia,p vnicã in Cãticis colũbã deſignata, nec vñq̃
Mat.vlt Chr̃s ab eccleſia ſeparaſ eo dicẽte. Ecce vobiſcũ ſum vſqꝫ ad cõſummationẽ ſeculi,imò & nos
1.theſſa.4 vlterius ſemp cũ dño erimus. Sic proinde ſacramẽto matrimonĳ cõiuges ſibi mutuo ſemp &
fidel'r adhæreãt. Cuiuſmodi fuere Iob & eius vxor,q̃ capillis,magno in fœia ornamento,ſeſe
Iob.3 priuauit,vt in ſumma egeſtate languẽti viro ac grauiter affecto mercareſ. Et illũ, quẽ non for
tunarũ amiſſio,non cohors filiorũ ruina,domus obtrita,non vis vlla morbi infringere potue-
rat,pars vna capillorũ coniugi adempta adeo affecit,vt die,quo genitus eſſet, homo alioqui D
patientiſſimus,ſit demũ execratus. ¶ Quæ indiuidua cõſtantia & adhæſio amborũ coniugũ
vt facilior ſit ac maneat fortior,profuerit,ſi vterqꝫ peculiare quoddã ſuũ obſeruat officiũ. Si-
Coloſſ.3 quidẽ vir,docente Paulo,nõ ſit amarus ad vxorẽ,ipſam contẽnens, Verũ illi impartiat hono-
1.Petri.3 Geneſ.18 rẽ,perinde atqꝫ infirmiori vaſculo tanq̃ cohæredi gratiæ vitæ. Sic Abrahamus vxorẽ ſuã Sa
Gen.3 rã vocat ſororẽ,& ipſa illũ appellat dñm. Et Adã, Mulier,inqt,quã dediſti mihi ſociã,non ait
1.Reg.25 ancillã. Ideoq́ꝫ nõ de pede,ſed de latere viri eſt formata. Nõ ſit vir, vt ſtultus Nabal. Vir quoqꝫ
Prouc.28 ſemper ſit in timore dñi,tũ beatus erit, Solomone teſte. Et diligat vxorẽ magis ſpũ q̃ carne,
Apoſtolo ſcribẽte. Ita eñ Chriſtus eccleſiã dilexit. Itẽqꝫ ſemper in labore ſit honeſto nõ vſu-
rario. Ad virũ eñ primo dictũ eſt,in ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Homo eñ naſcitur
Gene.3 Iob.5 ad laborem. Hinc propheta ait. Beatus,labores manuũ tuarũ,quia manducabis. Caueat igitur
Pſal.127 vir ſua dilapidet otiando & luxuriãdo,imò(vt præcipit apl'us)magis laboret manibus ſuis,vt
habeat,vt tribuat neceſſitatẽ patienti,& vt filĳs ad vitæ honoriſqꝫ neceſſaria theſaurizet,eo-
2.Cor.12 dem teſte. Demũ prorſus caueat à fornicatione, vnde periculũ mortis emanat, & omnis diſ-
cordia coniugalis & ſiniſtra ſuſpitio zelotypiæ. Hinc ſenior Tobias filiũ ſuũ in primis dehor-
Tobię.4 tatur à fornicatione. ¶ Mulier vero è regione ſit timens deũ in oĩbus,quoniã ipſa(Solomo E
ne dicente)laudabitur. Itẽ oret vt pro ſalute ſua & gloria dei prole fœcundetur, vt Anna Hel
Prouer.31 1.Regũ.1. canæ vxor Samuelem filium prophetã precibus obtinuit,ſterilis tamen citra culpam ſuã nõ
triſtetur,quoniã eiuſmodi mulieres fuere perq̃ plurimæ nõ vulgari ſanctitate. Filĳ etiã multis
Lucę 1. extiterunt perditioni. Itẽ ſit ad omnia & in oĩbus humilis,ſequẽs in hoc glorioſiſſimã mulie-
1.Petri.3 rẽ,virginẽq́ꝫ Mariã. Hinc Petrus,quarum ſit,ait,non extrinſecus capillatura,aut circũdatio au
ri,aut indumenti veſtium cultus,ſed qui abſconditus eſt cordis, homo in incorruptibilitate
quieti & modeſti ſpũs,qui eſt in cõſpectu dei locuples. Sic eñ aliqñ & ſanctæ mulieres, ſperã
1.Petri.3 tes in deo,ornabãt ſe. Itẽqꝫ(quod ex humilitate ſequitur) ſit viro libenter ſubdita,ſicut(teſte
Petro)Sara obediebat Abrahamo,dñm vocans ipſum. Hinc apoſtolus, Mulieres, inquit,vi-
Epheſi.5 ris ſuis ſubditæ ſint ſicut dño,quoniã vir caput eſt mulieris,ſicut Chriſtus caput eſt eccleſię, ip
Coloſſ.3 1.Cor.6 ſe ſaluator corporis eius. Sed ſicut eccleſia ſubiecta eſt Chriſto,ita & mulieres viris ſuis in om-
Prouc.30 nibus. Itemq́ꝫ timeat virũ & ſtudeat qũo illi vere virtuoſeq́ꝫ poſſit placere. Itemq́ꝫ ſit fortis ad
ea,quæ ſunt alicuius ponderis,quẽadmodũ Abigail non curãs vitæ periculũ, oblatis Dauidi
1.Reg.24 muneribus,ab eodem cõtra virum ſuũ ſtolidum Nabal,indignationem deprecata eſt,nempe
quẽ ille occidere ſtatuerat,quod ſuos nuntios iniurĳs adfeciſſet. Itemq́ꝫ domi maneat nõ va-
Prouer.7 gabunda curſitans,à qua multis cauendũ monet Sapiens,& apl'us talem,vti luxuriantẽ repre
1.Tim.5 Gene.34 hendit ad Timotheũ. Huius vitio ſtuprata fuit à Sichem Dina Iacob & Lyæ filia. Itẽqꝫ ſit ne-
Eccle.24 gotioſa,quippe cuius(vt eſt in ſcriptura)digiti fuſum apprehendãt. In quo imitetur beatam
Annam

Annam,vxorē beati Tobiæ ſenioris,de qua dicit ſcriptura:Anna verò vxor eius ibat ad opus
textrinum quotidie,& de labore manuum ſuaꝝ victum,quem conſequi potuiſſet,deferebat. Tobiæ.2
Sanè ſcimus ex nuper dictis, quantam occaſionem ad oīa vitia præbeat otium. Non eñ de-
bet mulier panem ocioſa comedere.Sanè nihil in domo melius vxore bona, quæ (vt ait Sapi- Puerb.vlt.
ens)ſolum à domino præparatur,id eſt,in ſpecialem alicui gratiam datur,cuius meritò vir bea Puerb.19.
tus ab eodem pronuntiat. Sapiens enim mulier ædificat domum,inſipiens vero deſtruit, to- Puerb.14.
tamq; familiā & ſubſtantiam diſperdit, veluti de peſſima Iezabel, vxore Achab regis Iſrahel 3.Re.21
lr̄is ꝑditū eſt. Inſup vxor ſuo tm̄ aīo & corpe adhęreat viro, quę velit potius diſcrimē mortis
ſubire q̄ adulteriū cōmittere,quēadmodū caſta Suſanna cōtra iſtos ſenes iniq̄s fecit. Sūmatim Daniel.13
debet vterq; cōiunx, ſe caſtè & honeſtè hr̄e tam ꝑpter pc̄tm̄ in deū,q̄ ꝑpter ſuam & filioꝝ fa
F mam bonam. ¶Et hæc quoad Mariam & Ieſum.i.quoad ea quæ matrimonij fidē & ſacra
mentū concernunt.Iam deinde de diſcipulis Ieſu.i.prole ipa,ob quam ꝑcipuè mr̄imoniū eſt
commēdabile,pauca ſubijciemus.Qua in parte parētes ambo æque dent opam, vt ꝑ virili co
nent efformare virtuoſos filios,pinde atq; ꝑcioſiſſimū matrimonij theſauꝝ, & vnicū miſeræ
vitæ & ſenectutis ſolatiū,& vnicam parentū gloriā. Hinc Sapiēs: Filius(inqt)ſapiens, lætificat Puerb.10.
patrē,& eius eſt gloria. Primo,igit oīm vterq; parens debet natura qdem filijs ſuis educatio-
nem,vti in brutis videmus vniuerſis. Et hinc ait Aplus: Non eñ debēt filij parētibus theſauri- 2 Cor.12
zare,ſed parētes filijs. Quibus dent victū ad ſuſtentationē nō ad luxuriā. Quod Paulus arguēs 1.Tim 6.
inqt:Habētes aūt alimēta,& qbus tegamur,ijs contēti ſimus. De q̄ plura nup,qn̄ de virginita-
te tuēda nobis eēt ſermo. Deinde illis debet inſtructionē,iubēte ſcriptura: Filij tibi ſunt,erudi Eccl.7
illos,& curua illos à pueritia eoꝝ. Et Paulus ait: Vos pr̄es educate filios vr̄os in diſciplina. In q̄ Ephe.6.
re ſunt in primis erudiēdi? Docet Protoplaſtus Adā,primus omniū parēs, cuius vterq; filius
adeò edoctus eſt cœli numē venerari, ſiqdem hęc diſciplina ſit primaria ſapīa. Obtulit itaq;
hic,q terræ cultor fuit,frugū primitias,alter q paſtor erat,agnos & qcqd eximiū ex toto gre- Gene 4
ge potuit,in holocauſtū dedit. Quē & reliq viri ſancti deinceps pinde vti primū pr̄em in ſuis Tobi.1.4
liberis iſtituēdis ſecuti ſunt,ex illiſq; maxīe Tobias,in q̄ nihil planè video deſiderari,q̄d eſt bo
ni pr̄iſfamilias,ideoq; eū ſępenūero allegauerim vt vobis in re domeſtica paſſim vti fulgēs ſpe
culū occurreret. Is à ſcriptura cōmendat,qm̄ filiū ſuū ab infantia timere deū docuerit,& abſti
nere à pc̄tō, inquiēs,paulopoſt ſe mori crediturus. Audi fili mi verba oris mei, & ea in cor-
de tuo,q̄ſi fundamētū cōſtrue &c. Oībus diebus vitę tuę in mente habeto deū,& caue ne aliqn̄
pc̄tō cōſentias,& ꝑtermittas ꝑcepta dei nr̄i. Pauperē qdē vitā gerimus, ſed mlťa bona habebi
mus,ſi timuerimus deū,& receſſerimus ab om̄i pc̄tō,& fecerimus bn̄. Qua in re Chr̄us dn̄s pri
mus & vnicus oīm pr̄,& doctor ſua nos vita(ipſe eñ eſt vera vita,ſine q̄ nemo viuit beatè)mox Luce.2
ab infantia docuit,qbus filij prio ſint inſtituēdi.ſ.in rebus diuinis,fide vera & bonis opibus: ni Iohan.14
mirꝝ,qui ſtudio,ſapīa,reꝝq; cœleſtiū cura ductus puer parētes reliquit,relicta matre,cui cha
riſſimus fuit,ꝑpinquoꝝq; cōitatu relicto,triduo requiſitus,nō in pueroꝝ cœtibus,ſed in ſapiē
tium viroꝝ conſeſſu,nō puerili intentus luſui,ſed diuinaꝝ reꝝ diſceptationi,non in ꝑphano,
ſed in auguſtiſſimo eſt tēplo repertus,teſtatus oportere ſe nō in ijs eē,q̄ hoīm ſunt,ſed quæ ſui
(q ſe in terrā miſit)pr̄is. Ex huius vnico & ſanctiſſimo exēplo(Eſt eñ vita Chr̄i abſolutiſſima Matt.6.
virtutis Idęa)facile docent parētes,vt ſuos liberos primo in rebus diuinis inſtituāt,eos veram
Chr̄i fidē doceāt,orōnes dn̄icas imbuāt,illoſq; in eis diſciplinis curent erudiendos, qbus ho-
neſtè hic viuere poſſint,& in dei laudem ſuccreſcere. Quo ſanè loco profuerit, vt cognoſcant
pueroꝝ ingenia,ne inuiti tradant artibus,quas ſuſcipere nolint.

G ¶Expedit itaque (ſi commodum fuerit parentibus) aliquot ex ijs tradere ludo literario,vt
inibi ingenuas quoq; liberaleſq; artes ad dei Max.decus,reipublicæ dignitatem & honorē Acto.22
diſcant,vt eorum deinceps prudentia & conſilio reſpublica tutius & rectius poſſit gubernari.
Sic Paulus apoſtolus,ad pedes Gamalielis legem Moyſi & prophetas didiciſſe ſe gloriatur, vt
armatus ſpiritualibus tęlis poſtea doceret confidenter. Qui & ſcribit Timotheum ab infantia 2.Timo.3
ſacris literis eruditum,hortaturq; ad ſtudium lectionis. Tito quoq; præcipit,vt ſcientiam ſcri Titum.1.2.
pturarum haud negligat. Sic Moyſes & Daniel omni ſcientia Aegyptiorum & Chaldæorum Dan.1.2.
eruditi fuerūt. Eſt autem inibi cura adhibenda,ne tam multa legantur quàm vtilia ſunt. Sanè
qualis rerum lectio,talis legentium profectus. Sunt etenim & à pueris diſcendæ ſeculares lite
ræ quo eas ad meliorem vſum adſumant, quandoquidem aliqua diſcuntur, vt non negligan-
tur, aliqua ne ignorentur, aliqua non vt teneantur, ſed vt repudientur. Debent adole-
ſcentes pro tempore ſtudia etiam externa amplecti, non vt ſequantur, ſed vt iudicent at-
que conuincant. Quomodo quiſpiam aduerſus mathematicos velit ſcribere imperitus Ma-
theſeos? Quomodo aduerſus philoſophos diſputet, ſi dogmata philoſophorum ignoret?
Quomodo conuincant hæreticorum ſcripta, ſi quis hæreticorum fallaces diſciplinas neſcit?
Quæ res vt liberis feliciter cædat, curent parentes vt probis iuxta atq; eruditis præcepto-
ribus illos committant, qui eorum non ſecus atq; filiorum curam in delectu diſcendi habeant.

Digitized by Google

Quales vero præceptores Germaniam hiſce annis habuerit pluſquàm notum eſt. Certè ne-
quaꝗ omnes neq; Chr̄ianos, neq; doctos, neq; probos, quū videmus nūc, re ipſa teſtante, oēm
apud nonnullos religionem & fidem, doctrinam & diſcip linam, ꝓbitatem & virtutem pror-
ſus exulare & interire prorſus cœptam. Studia q̄dem l̄raria vniuerſa tam triuialia q̄ reliqua om̄i
no peſſum eunt, nec eſt q ea reſtaurare contendat, ſuccreſcētibus interim pernicioſis dogma-
tibus hereticoꝝ, q ne ſuæ iniq̄tates & technæ latius iuulgenẜ modis oībus ab om̄ibus antiquo
more l̄rarijs ſtudijs dehortanẜ. Et ꝑfectò niſi dent operam Chr̄iani principes ac magiſtratus,
vt priſtina ſtudia eaq; Chr̄iana in priſtinū reſtituanẜ ſtatum, de tota Germania, eiusq; politi-
ca laude prorſus actum erit. Deſpectui interea habitis parentum filijs apud exteriores, quibus
antea barbari iam deinde erimus inſulſiſſimis barbaris tam moribus, q nobiſcum non amplì-
us docenẜ, quàm ſcientijs & ſacris & prophanis, quæ omnino negligunẜ, barbariores, hocq; I
ipſum paucis annis futurum ſentio. Quàm vero poſteri noſtri, re cognita, in huius ętatis prin
cipes, magiſtratusq; propterea ſint inuecturi, nemo eſt, q poſſit non euidenter conſiderare,
vt alias diffuſius tractauimus hanc calamitatē: quam vt ex parte declinent parentes, ſtudeant
ſuos liberos ſanctè & liberaliter erudire, virtutis atq; honeſtatis publicæ cum Dei gloria non
immemores. Memores (inquam) homines bene doctos & literatos fore intra parum tēporis
chariſſimos, quandoq̄dem eoꝝ futura ſit magna penuria. Dehinc ſciant & parētes, non modo
filios eſſe inſtruendos artibus bonis, ſed & ab oībus vitijs ad virtutes dehortandos atq; ipſos
Ephe.6, corrigendos Paulo præcipiente: Educate filios veſtros in omni diſciplina & correptōe dn̄i.
Heb.12 Non em̄ (ait Idem) diligit filiū pater, q ipſum non corrigit. Debent aūt (ait Scriptura) ipſos à
Eccl.7 pueritia incuruare, vt à teneris obedire aſſueſcant, ne rebellione poſt ea indurati, nullo pacto
1.Reg.2.3 flecti poſſint, & redundet deinceps filioꝝ malitia in culpam parentū, veluti de Heli legimus, q
& ſi ſanctus alioqui ſacerdos: q̄a tamen filios ſuos non erudierit in omni diſciplina & corre-
ctione, ſupinus cecidit, & mortuus eſt. Nec ab eo alienum eſt, quod aliàs de Dauide ſcribitur,
2.Reg.13, qui & ipſe ſatis fuit turbatus & punitus à Deo quoniam peccato filij Amon conniuit. Hor-
tanẜ ideoq; omnes ſcripturæ & ſanctoꝝ exempla, ne parentes nimium indulgeāt filijs, veꝝ in
Eccl.7, eas auſteri ſint, & non hilares. In quo tamen velim aliquam rōnem haberi parentibus, vtpote
omnia cum moderamine agentes, ne corripiendo filios ſæueriores ſint quàm oporteat, ne cō-
Ephe.6 tra Pauli præceptum illos ad iracundiam prouocent, ne teneros adhuc, puſillo reddant ani-
mo, vt ſemper deinceps ſint iuſto timidiores etiam ad omnes. Id quod fieri adſolet, quum ri-
gidiores verberibus ſint & plagis ipſi parentes, qui vtiq; plus admonendo quàm verberando
aliquoties proficiunt: quos oportet eſſe memores, non prorſus in ſua eē poteſtate efficere bo
nos pueros ſed & eſſe ipſorum puerorum ad ipſam ſe bonitatem diſponentium, imò eſſe pri-
1. mum Dei miſerentis. Sanè legimus optimum patrem habuiſſe peſſimum filium. Quis enim
4.Regū. ignorat quàm pius & bonus rex fuerit Ezechias, eundem tamen habuiſſe filium longè peſſi-
20.et.21 mum Manaſſen. Sancti fuerunt Iacob & Rachel, & Lya, filij tamen aliqui fuere mali. In mor-
Gene.37 tem Ioſeph fratris coniurantes.

¶ Hinc conſultum eſt coniugibus authoritate ſcripturarum, vt ſi velint habere probos ho H
neſtosq; ad Dei adq; ſuam laudem filios tota deuotōe ſacramentum matrimonij ineant, oran-
tes à Deo maximo eius ſacramenti grām ſibi communicatum iri, qua poſſint hactenus audi-
ta, tria coniugij bona, ſcilicet fidem, ſacramentum, & prolem ad bene beateq; viuendū obti-
nere, quæ certè obtinebūt coniuges ſi nuptias modo, quo diximus, auſpicati fuerint: deindeq;
à peccatis expurgati, ad eaſdem nuptias inuitauerint ſecumq; habuerint caſtiſſimam glorio-
ſiſſimamq; virginē Mariam cū filio vnigenito Ieſu dn̄o noſtro, eiusq; diſcipulos, quos habe-
bunt, qn̄ pro virili habere agereq; curēt, quæ hactenus ex ſacris ſcripturis euidēter docuimus.
Nec interim dubiū erit, quin ſi coniuges ad hūc, quē diximus modū, nuptias hoc in ſeculo ha-
buerint, tandē matrimonij vinculo, morte ipſa naturali ſoluto acturi ſint æternas illas, & iocun
diſſimas in cœlo nuptias, quales hæ, de q̄bus hodie locuti ſumus, figurant, in q̄bus vinū illud tē
Cant.5 poralis iocūditatis deficiet & æternę hilaritatis ſemp manebit, quo (vt eſt in Cāticis) niſi dei cha
riſſimi inebrianẜ. i. læti reddunẜ gaudio, q̄d plenū erit. Hinc illic agentes dicemus: Gaudea-
Apoca.19 mus & exultemus & demus gloriam Deo, q̄a venerūt nuptiæ agni, & vxor eius ꝑparauit ſe, &
beati q ad cœnam nuptiaꝝ eaꝝ, quę ipſius agni erūt, vocati ſunt. Cuius cœnæ vocatōe digni
erūt coniuges, q hic in ſuo coniugio Ieſum, matrē Mariā vnà cū Ieſu, eiusq; diſcipulis habue-
runt, q hodiernę diei nuptijs interfuere, de q̄bus hęc ꝓ loco & tp̄e fortaſſis ſufficiēter &c. Vti-
nam ea ſuſcipianẜ & notenẜ attentione, qua audiſſe videmini.

HOMILIA VNDECIMA DE EO, QVOD SCRIPTVM EST, Matth. 8. Marci. 1. Lucæ. 5. Domine, ſi vis, potes me mundare.

Dn̄ica ſecunda poſt octauas Epiphanie.

Recto

A RECTO Nimirum ordine hodiernum Euangelium ſequitur illud,
quod Eccleſia ſtatuit legendū pręcedente proximè dñica. In quo qui
dem Euangelio præcedētis dñicæ, catholica Eccleſia Chřm perinde
atq; ſpōſum ſuū introduxit, q ideò venit in hūc mundū, vt pditā hoīs Iohan.3.
naturam peccatis deformatam mutaret, ſibiq; in ſponſam ſanctifica-
ret Apl'o dicente: Viri diligite vxores veſtras, ſicut & Chřus dilexit Ephe.5.
Eccleſiā, & ſeipm tradidit p ea, vt illam ſanctificaret, mundans eam la
uacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam
non habentē maculā, aut rugā, aut aliqd hmōi, ſed vt ſit ſancta & im
maculata. Proinde is ad carnales quoq; nuptias vocari voluit, ſuoꝝq;
ſignoꝝ qbus ſe probarat Eccleſiæ ſponſum & ſaluatorē, inibi initia ordiri. In hac vero hodi-
erna dñica bonum ipſius matrimonij primū. ſ. fidem. ſ. ſponſę ad ſponſum commendat. Per-
inde atq; fundamentū cæteroꝝ bonoꝝ, prolis. ſ. & ſacramenti, ſiqdem vbi fides deficit, pro-
les certa eſſe nequeat, neq; ſacramentū, id eſt, indiuiſibilitas: licet em̄ viro vxorē dimittere, &
è diuerſo propter fornicationem, ſed non aliam ducere vtriſq; viuentibus. Ita nimiꝝ in ſpāli Matt.19
matrimonio animæ & Chři fundamentū eſt fides, qua deficiente, nec ſpes fructificare, ne cha- E. ſignifi.
ritas poterit vnire, imò neutrum ſine fide ſubſiſtere, dicente rurſus Apoſtolo: Sine fide aūt im- de diuoꝛt. Heb.11
poſſibile eſt placere Deo. Credere em̄ oportet accedentē ad Deum: qa eſt, & inquirentibus ſe 1.Mac.2.
remunerator ſit. Quam ſanè fidē Chřus nobis hodie in duabus perſonis commēdat: In lepro- Matt.8.
ſo vtpote, q ſola voluntate Chřm potuiſſe ſaluare confeſſus eſt. Et in Cēturione, q dñm vbiq; Marc.1
potenter eſſe cognouit. Cuius vtriuſq; conditio neceſſaria eſt ad veram fidē, & ad eam, qua Lucę.5.
Deus nos iuſtificat. Qua de quia aliàs in quodam noſtro ſermone nuper ad multoꝝ ſalutem ty
pis etiam excuſo multa, & in alijs quoq; paſſim locis, docuimus, non eſt q̊d hic pluribus, quaſi
Cramben bis coctam repetentes, agamus, hoc vnum ſolum hac in parte iterum monentes.

B ¶Et ſi ſacramentū matrimonij (de quo nuper plurima diſputauimus) cętera ſacramenta ſi
gnificando excedat, cæteris tamē alioqui eſt inferius. Sic & ſtatus coniugalis alios Eccleſiæ ſta
tus non excedit, ſed alijs eſt inferior tripharíam. Siqdem in præmio, q̊d oſtendit dñs de tripli
ci ſemine, veluti alio in loco dicemus: In qua ſnīa catholici omnes doctores ſunt, nec immeri- Matt.13
tò, q̊niam apertò probet in Apocalypſi, virgines tantū habituras in cœlo mercedis, quantum
nec coniuges, nec viduæ: quandoqdem virgines cecinerint coram throno Dei canticū, quod
nemo canere potuit, præter eos, q virgines erant. In conſilio: Dñs qdem non matrimoniū ſed Mat.19.
continentiam conſuluit, inquiens: Qui poteſt capere capiat, vbi laudat, q ſe Eunuchos faciūt.
Et Apl'us ait: De virginibus pręceptū nō habeo, conſiliū aūt do: quum is antea pręmiſerat, bo 1.Coꝛ.7.
nū eſt hoī mulierē nō tāgere. Et mox: Volo āt oēs eē ſicut meipm &c. ſp em̄ inibi virginitatē
coniugio præfert. In exemplo qdem Chři, q vtriq; perfectiſſimū habuit ſtatum, q & in ſe ele- Lucæ.1
git virginitatē, & in benedicta eius matre. In Ioſeph pře nutricio, & Iohanne cuſtode, quē & Matth.1
(vt adſerūt doctores) à nuptijs in Chana Galilææ, pinde atq; ſtatu impfectiore ad virginitatē Iohan.2
vti pfectiorē dñs vocaſſe tradit. Et (vt finiamus) ſicut dānare nuptias hæreſim ſapit Tacianam
& Martianam, ita æquare illas cōtinentiæ, errori fauet Iouiniani & Heluidij. Rectè vtrumq;
extollit, qui vtriq; quod eius eſt, attribuit. De quo nuper multa.

C ¶Supereſt paucis exprimamus qd ſibi Euangelij hodierni, hiſtoria clam voluerit. Intelli-
gimus em̄ in ea latere maiora q̄ qs putet. Sanè illa docet, quę verę ſunt fidei & oſ̄onis exaudien
dæ. Hiſtoria eſt, Chřus de monte deſcēdit. Venit leproſus in humilitate, q proſtratus in terrā,
adorauit dñm. In fide qa dixit: Dñe ſi vis, potes me mundare, q̊ etiamnū verbo ſe prorſus eius
voluntati ſubmiſit: quēadmodū orātes debemus. Hinc dñs ait καθαρίσθητι, id eſt, mūdus eſto.
Myſteriū eſt: Chřus deſcēdit, id eſt, venit: de monte .i. de cœlo, in planiciē .i. in mundū: ſecu-
tæ ſunt turbæ .i. q fidē Chři receperūt. Leproſus .i. pctōres reuertētes, & tales qdem q merean
tur à cōſortio ſanctoꝝ eijci. Quod vero leproſus adorat, pctōris humiliationem. Quod (inqt)
dñe, ſeruitutis agnitionē. Quod ſubijcit: Si vis, voluntati diuinæ ſubmiſſionē. Quod ſubdit, po
tes me mundare, omnimodā in dei ptātefidē. Extenſio manus Ieſu, Chři benignitatē & mīam
Tactus iuſtificationē. Silentiū benefacti, gloriā nō eſſe quærendā. Oſtēſio ſacerdoti, cōfeſſio-
nem. & ritu nouę legis peccati detectionē. Oblatio muneris, teſtimoniū diuini beneficij pce-
pti & grāꝝ actionis ſignū notat. Quæ ſanè oīa (vt ſuo loco partim docuimus, partimq; doce-
bimus) peccatori legitimè iuſtificādo neceſſaria ſunt, veluti ex noſtro nup de fide ſermone fa-
cile intelligi pōt, quē hic (quia typis excuſus eſt) à vobis repetendum velim.

HOMILIA DVODECIMA DE EO QVOD SCRIPTVM EST, Matthæi.8. Marci.4. Lucæ.8. Ipſe vero dormiebat.

Dominica tertia poſt octauas Epiphanie.

Hiſtoria

Digitized by Google

HISTORIA Hodierni Euangelĳ, quemadmodũ & omnia, quę de A
Chr̃o canonicis ſunt libris ꝓdita, ꝑ veritate geſta, aliud ſanè futuꝝ
indicabat ꝙ apertò ſonat. Profectò dubitari nequit interꝑtatõe etiã
oĩm catholicoꝝ expoſitoꝝ, nauẽ illã, de qua Euãgeliũ, Eccleſiã figu
Gene. 6 raſſe, figuratã & olim ꝑ archã Noe inſtar nauis, extra quã nemo ſal-
uari p̃t, quę nauigãtibus Apl̃is & eoꝝ, q in ipoꝝ vices ſucceſſere, dñ̃o
gubernãte, ſpũ ſancto flante ꝑdicatõis verbo vbiqꝫ diſcurrit: ſiqdem
Pſal. 18 In oẽm terrã exiuit ſonus eoꝝ, & in fines orbis terræ verba eoꝝ. In
principio parua ꝓpter paucitatẽ. In medio lata ꝓpter multitudinẽ.
In fine ꝓpter Antichr̃os rurſum & ob fideliũ paucitatẽ anguſta por
tat ſecũ magnũ & inæſtimabile ꝑciũ, quo totũ mundũ. ſ. ſanguine Chr̃i mercata eſt, dicẽte Pe
1. Petri. 1. tro: Sciẽtes ꝙd nõ corruptibilibus auro vl' argẽto redẽpti eſtis de vana vr̃a conuerſatõe pr̃næ
traditõis, ſed ꝑcioſo ſanguine, quaſi agni immaculati Chr̃i & incõtaminati. Mare vero ſeculũ
eſt, ꝙd à diuerſis pc̃tis & varĳs tentatõ. bus velut qbuſdã fluctibus æſtuat, adſerẽte Euangeli-
1. Iohan. 2 ſta. Qm̃ omne ꝙd eſt in mũdo cõcupiſcẽtia carnis eſt, & cõcupiſcẽtia oculoꝝ, & ſupbia vitæ.
Venti ſunt, nequitiæ ſpiritales, & immũdi ſpũs, q miniſterio maloꝝ hoim, vtpote hęreticoꝝ
& ſchiſmaticoꝝ ad naufragiũ Eccleſię ꝑ diuerſas ſeculi tẽtatões velut ꝑ fluctus maris deſæui-
Ephe. 6 unt, eam oppugnaturi & ſubmerſuri. Id ꝙd Apl̃us ait: Induite vos armaturã dei, vt poſſitis ſta-
re aduerſus iſidias diaboli: qm̃ nõ eſt nob̃ colluctatio aduerſus carnẽ & ſanguinẽ, ſed aduerſus
principes & ptãtes, aduerſus mũdi rectores tenebraꝝ haꝝ, cõtra ſpiritalia neqtiæ in cœleſti-
bus. In hãc nauim aſcẽdit Chr̃us ꝑ ſuã humanitatẽ, & cũ ipo diſcipuli eius. i. qui eũ fide & dile-
Pſal. 120 ctione ſequunt. Qui hodie dr̃ dormiĳſſe. ¶Sed qũo (ꝙ̃ſo) ille dormit, q is eſt, de ꝙ Dauid ait: B
Ecce nõ dormitabit, neqꝫ dormiet, q cuſtodit Iſrael? Nõ admodũ quæres, ſi duplicẽ eius, qui
dormiuit, naturã cõſideraueris. Dormiebat corꝑe ſcd̃m humanitatẽ, ſcd̃m quã nulla fecit mi
racula, vigilauit aĩo iuxta ſuã diuinitatẽ, vñ cuncta ꝓdigia & miracula ꝑfecit. Quo ſanè pacto
dormit in ſomnũ, q ppl'm ſuũ vigilia æterna cuſtodit. Dormiuit aũt hodie corporal'r primo,
vt ſuæ humanæ naturæ veritatẽ oñderet, qm̃ ipe in oĩbus miraculis ꝓpter ali qd agere conſue
rit, vnde eius humanitas, & aliquid, vñ diuinitas pateret. Sic cum alias clauſis ianuis ingreſſus
Lucæ. 24 eſſet, cũqꝫ ſuis diſcipulis ſubdubitãtibus loquereť, ait: Quid turbati eſtis, & cogitatões aſcendũt
in corda vr̃a? Videte manus meas & pedes: quia ego ipe ſum. Palpate & videte, quia ſpũs car-
Iohan. 11. nem & oſſa nõ habet, ſicut me videtis habere. Scd̃o vt diſcipuloꝝ fidẽ ꝓbaret, non ꝙd ipe cor
da eoꝝ ignoraret, ſed vt ipi ſeipos agnoſcerẽt: ſicut cũ eſſet Lazaꝝ ſuſcitaturus, dixit. Vbi po
ſuiſtis eũ? nimiꝝ ꝗſiuit, vt audiẽtes venirẽt magiſqꝫ ponderarẽt miraculũ. Sic hodie hoĩes ho
minẽ dormientẽ, Deũ imperantẽ & creaturã obedientẽ admirati ſunt. Tertio vt diſcipuli ma
gis timerẽt & timoroſi auxiliũ à Chr̃o orarẽt. Si eñ Chr̃us vigilaſſet vl' fortè tẽpeſtas facta nõ
fuiſſet vl' nõ timuiſſent, & ſic non rogaſſent. Exẽplo, nimiꝝ, vt quum à Deo affligimur, illius
memores in vera fide & charitate ad eum ꝑinde vnicũ noſtræ ſalutis confugiũ curramus, alio-
qui fortaſſis deſides Dei obliuiſceremur. Id ꝙd patet in Iob & Tobia ſanctiſſimis & patiẽtiſſi-
2. Tim. 12 mis viris, ſic Paulus ꝑ ſatanã ſtimulo carnis diuexatus ter ad dñ̃m clamauit: In argumentũ de-
niqꝫ, vt & ſi oĩa, quæ in nr̃am ſunt ſalutẽ, Deus nobis dare velit, dare tamẽ non vult niſi roga-
Matt. 6. et. 7 tus, quo ipm veꝝ Deũ & creatorẽ, nos vero hoĩes ĩpotẽtes & miſeras creaturas agnoſcamus.
Hinc hodie timẽtes diſcipuli & in ꝑiculo poſiti recurrentes ad Chr̃m, ſalutis authorẽ, clamãt:
O dñe ſalua nos, tu eñ potes, & nos indigemus, quia perimus, & in periculo conſtituti ſumus
Quos tamẽ meritò dñs arguit, dicens: Quid timidi eſtis modicæ fidei? Et iuſtè eos arguit, qui
timuerũt periculũ hñtes ſecũ ſaluatorẽ, ſoliciti de morte, qui ſecũ vitã verã habuerũt. Redar-
guit itaqꝫ duo in ipſis. Animi. ſ. puſillanimitatẽ, qa nõ debebãt timere eo pñte, quẽ viderãt tot
facere miracula, & cui qui adhæret, perire nõ põt. Et fidei modicitatẽ, qm̃ nõ crediderint, eum
Iudith. 9 poſſe tantũ in dormiẽdo, ꝗntũ in vigilãdo, vl' tm̃ in mari quantũ in terra facere, qui terræ erat,
ac maris creator & dñs, qui illũ putabãt neſcire, quid præſto eẽt, & nõ videre, quod agereť, qui
Eccl. 15 16 oĩa nouit, qui oĩa videt, & dormire eum, qui ſemꝑ vigilat. De quo ſcriptura inquit: Ipſe diſcre
Pſal. 33. tor eſt cogitationũ & intentionũ cordis. Et nõ eſt vlla creatura inuiſibilis in cõſpectu eius. Oĩa
Heb. 4 aũt nuda & aperta ſunt oculis eius. Qui & de ſeipo ait: Ego dñs ſcrutãs cor, & probans renes,
Hiere. 17. qui do vnicuiqꝫ ſcd̃m viam ſuam. Id ꝙd Euangeliſta teſte, ſæpius inter Iudæos, quũ in terra cõ
Lucæ. 6. 7 uerſareť, ꝓbauit, quoꝝ cogitatões non modo nouiſſe, ſed & vidiſſe tradiť. Nunc vero & illud
nõ eſt ſurda aure ꝑtereundũ. ¶Quod ſi hodie diſcipuli adeouſqꝫ redarguunť, ꝙd puſillani- C
mi, inqꝫ fide infirmi adhuc pia & deuota mente ad ipm currẽtes, deqꝫ ſomno ſuſcitãtes auxiliũ
in tãto ꝑiculo cõſtituti fide firma expoſtularũt, & quidẽ ſine murmure ſuſcitarũt & rogarunt,
quã putem⁹ aliqñ deus illos ſit acriter correpturus, (q vt nũc ꝓh dolor audim⁹ & videm⁹) ꝑicu
la ꝓpter oĩm pc̃tã ĩminere cõſpiciũt, deũqꝫ ipm nõ ſtatim eiuſmõi mala & ꝑicl'a ſubtollere vi-
dẽtes, e veſtigio nõ tm̃ dicũt deũ Max. ꝓrſus dormire, ſꝫ oĩo vl' ĩpatiẽtes vl' ĩfideles cũ iſtis apud
Prophe

Prophetam pc̄tōribus magno infideliꝗꝫ murmure obganniunt, clamantes: Non videbit dñs, nec intelliget deus Iacob, imò dicunt cū inſipiente: In corde ſuo, nō eſt deus: nimiꝫ conſpicientes pleroſꝗꝫ iuſtoꝝ egere & infirmos eē, flagitioſos & improbos abūdare, & deniꝗꝫ nō virtuti ſuū eē locū, neq; pc̄tō pœnæ malū, qui ꝓpterea aiunt vl deū hoīes nō curare vl hoīm actus neſcire vl ipm̄ prorſus vt mortuū dormire, & pinde nō eē, maximè hac miſera & calamitoſa tēpeſtate, qua nōnulli neq; deū neq; hoīem reuerent, quū vtrūq; negligant, & aiūt: Ipſe deus dormit. i. vl nō curat hęc inferiora vl nō eſt aliqs deus. Iſtos etenī natura primū arguit vt fatuos & ſceleſtos hoīes, qua liquet, nō fieri poſſe, vt opator negligat opis ſui curā, nec deſerit & deſtituit, q̄d ipſe cōdendū putauit &c. Hinc indignatus ꝓpheta regius ad iſtos malè de Deo ſentiētes, inq̄t: Intelligite inſipiētes in pplo, & ſtulti aliq̄n ſapite. Qui plantauit aurē nō audiet, aut q̄ finxit oculū nō cōſiderat, q corripit gētes nō arguit, aut ignoret, q docet hoīem ſciam. Dñs ſcit cogitatōes hoīm, qa vanę ſunt. Et rurſus idem excandeſcēs tāta hoīm iniqtate & malitioſa in Deū Max. iniuria, ad eundē exclamat, dicēs: Vſqꝫquo pc̄tōres dñe: vſqꝫquo pc̄tōres gloriabūtur: Effabunt & loquent iniqtatē, loquent oēs, q operant iniuſtitiā. Populū tuū dñe humiliauerūt, & hæreditatē tuā vexauerūt. Et dixerūt: Nō videbit dñs, nec intelliget deus Iacob. Qui demū rn̄dit, inquiēs: Et reddet illis iniqtatē ipoꝝ, & in malitia diſperdet eos, diſpdet illos dñs Deus noſter. Hinc caueāt leuiſſimi hoīes in Deū iocent, dicentes eum dormire, nec curare, nec videre, nec ſcire actus. Certè non poteſt non ſcire eos, quem nihil latet. Pſal. 93. Pſal. 52. Pſal. 93

D ¶ Cæteꝝ ait qſpiā: Cur ergo dñs in hac Eccl'iaſtica naui, in tātis inimicoꝝ pueríoꝝꝗꝫ hoīm malitijs adeò dormire videt, q ſuſꝗꝫ deꝗꝫ oīa pinde fert, nihil neqꝫ bona neqꝫ mala curans, nec (q̄d qa deus bene poſſit) malū punit, vl ergo ignorat, vl actus maloꝝ hoīm approbat, ſimulꝗꝫ bonos ſuo pſidio tandē deſerit: Abſit vnum aut alteꝝ ex duobus vl cogites ſolum, ſiqdem res longe aliter habeat. Videt ſanè aliqbus dñs in tanta reꝝ turbulentia dormire, ſed nō dormit, qui ſemp vigilat, quāuis in hoīm pc̄tā non illicò p ſua iuſtitia aniaduertat, nec ſtatim bonos à tribulatōe & diuexatōe eripit, nō q̄d ſibi mali tanq̄ bene agerent blandiri debuerint, boniꝗꝫ ſe à Deo derelictos putēt, quū certè idem iuſtus ſit æquè atꝗꝫ miſericors, veꝝ ideo nō actutum eſt in malos vindex & bonoꝝ liberator. Primo, vt hmōi preſſuris & tribulatōibus huius mundi nr̄am fidē & conſtantiam ꝓbet, tentatōeꝗꝫ varia fructū faciat: quandoqdem tentatio ſit periculū fidei, qua maximè neceſſaria eſt, in periculis, quæ qdem eſt victoria, q̄ vincit mundū, id eſt, mūdi picula, fides nr̄a, q̄ abijcit oēm puſillanimitatē & timorē, q ꝓuenit ex īfirmitate fidei Sic Deus ſinit bonos aliq̄n tribulari, pindeꝗꝫ tentari, vt p tentationē conſtātia ꝓbet, qua opus eſt ad ſalutē. Hinc Iudith: Corda (inq̄t) eoꝝ erigite, vt memores ſint, qa tētati ſunt pr̄es nr̄i, vt ꝓbarent, ſi verè colerēt deū ſuū. Memores eē debēt, qūo pr̄ noſter Abraham tentatus eſt, & p multas tribulatōes ꝓbatus, Dei amicus effectus ē. Sic oēs q placuerūt Deo p multas tribulatōes tranſierūt fideles. Eapropter homo nequaq̄ in Deū murmurare debet, vl aliq̄ mō dubitare de eius maieſtate, vbi q̄uis mō tētat, ſed potius eē memor eius, q̄d Petrus ait: Modicū nūc ſi oportet cōtriſtari in varijs tētatōibus, vt ꝓbatio vr̄æ fidei multo pcioſior ſit auro, q̄d p ignē ꝓbat, memor etiā ſcd̄m Apl'm: Tentationē nos nō apphendere niſi humanā: ſiquidē Deus fidelis ſit, qui nō patiet nos tentari ſupra id q̄d poſſumus, ſed faciet etiā cū tentatōe ꝓuentum, vt poſſitis ſuſtinere. Quod vero ſi nobis ſubiectis nequitię ſpiritalis ꝓcellis dñs æquo diutius dormire videbit, & ſi defectionē nr̄am ſubtimebimus, certè hodie monemur, vt ipm̄ quaſi pugiles nautæ gubernatorē excitemus deuoto corde orātes. Salua nos dñe, quia perimus. Exurge, quare obdormis dñe. Exurge & ne repellas ī ſinē. Ille enī iuſtos & pc̄tōres pmit, vt clamēt vt clamātes exaudiant, exauditi Deum glorificēt & admirent, viſo maniſeſto eius potētiæ auxilio. Ipſe vero exurget, & imperabit ventis, id eſt, dæmonibus, qui cōcitant fluctus, id eſt, malos huius mūdi ad mittendū perſecutōes ſanctis, facietꝗꝫ tranquillitatē magnā, pacem Eccl'iæ & ſerenitatē mūdi p ceſſationē tribulatōis conferēdo vl patiētiā tribulatis dando. In hmōi itaꝗꝫ tribulatōibus orandū ē ad dn̄m: Et ne nos īducas in tētationē &c. Et tūc fiet, q̄d Iacobus dicit: Btūs vir, q ſuffert tētationē, qm̄ cū ꝓbatus fuerit, accipiet coronā vitę, quā repromiſit deus diligētibus ſe. 1. Johan. 5. Judith. 8. 1. Pet. 1. 1. Coꝛ. 10. Pſal. 43. Matt. 6. Jaco. 1

E ¶ Abſit igit murmurem' tentati cōtra deū, ne exterminemur vt illi olim, de qbus Iudith dicēs: Illi aūt qui tentatōes nō ſuſceperūt cū timore dñi, & īpatiētiā ſuā, & improperiū murmuratōis ſuę cōtra dn̄m ꝓtulerunt, exterminati ſunt ab exterminatore & à ſerpētibus perierūt. De q̄ & Paulus hortat, inquiēs: Neq; murmurauerítis, ſicut qdā eoꝝ murmurauerūt, & perierūt ab exterminatore. Sic q̄qꝫ nō diffidamus de dei ꝓuidētia, neq; de vera fide Chr̄i dubitemus, etiā ſi eccleſia inimicoꝝ īfeſtatōe laboret, q̄uis tētationū fluctib' pulſet: nēpè quū naufragiū facere nō poſſit, q̄ filiū dei habeat gubernatorē. Licet enī (vt p allegoriā lectio Euāgelij hodierni teſtat) maximi turbines, crudeles fluctus, nauiculā Eccleſiæ obruere nitant, nō tn̄ ſubmerget: quippe quā Chr̄us in hoc mūdi pelago iactandā, ſed nunq̄ obruendā cōſtituerit, in qua ipſemet cū ſuis ſedēs, licet obdormire interdū ſoleat, pc̄tis & puaricatōibus nr̄is, inſurgēsꝗꝫ tēpeſtas excitat, tn̄ concuſſione & pœnia nr̄a, ac tum demū venti, & oīs æſtus conquieſcit. Judith. 8. 1. Coꝛ. 10.

¶ Scd̄o

Digitized by Google

¶Scđo videt dñs ipſis malis dormire, & neſcire, minusq́ꝫ attẽdere, nõ ꝗ iſti ſibi debuerint F
blandiri, ꝑinde atqꝫ boni eẽnt, quũ nõ manifeſto ſupplicio à deo caſtigari videanť: veꝶ, vt ipſi
Sapię.11. mali & impij ad pœniam ꝑueniãt, q̃s nolit, quantũ in ſe eſt perire. Qď ſcriptura teſtať, dicens:
Et.ſ.ò deus miſereris oĩm, q̃a oĩa potes, & diſſimulas pc̃ã hoĩm ꝑpter pœniam. Diligis eñ
oĩa q̃ ſunt, & nihil eoꝶ odiſti q̃ feciſti, neqꝫ eñ odiẽs aliq̃d cõſtituiſti aut feciſti. Qď & Paulus
teſtať, inquiẽs: Ignoras qm̃ benignitas dei ad pœniam te adducit. Sic igiť hodie admonuerim
Roma.2. ¶Primo, ne q̃s pc̃tõr ſibi blandiať in pc̃tis, quaſi vł bene agat vł deus nõ puniat: nempè ad G
quẽ ait Ap̃lus: An diuitias bonitatis eius, & patiẽtiæ, & lõganimitatis contẽnis? Scire eñ de-
Exod.14. bet, ſe vł hic vł alias luituꝶ ꝑ pc̃tis pœnã. Hic alterutrã vł corporalẽ & eã hoc ſæuiorẽ q̃ tar-
Geneſ.7 dior veniat. Queadmodũ deus Pharaonẽ credere nolentẽ, itemq́ꝫ eos q erãt tp̃e Noe & Loth
Gene.19 credere nolẽtes, acerbiſſimè puniuit, ꝓculdubio vt tpal̃r ita & ęternal̃r, q & ipſi negligebãt dei
2.Pet.2 illiusq́ꝫ ꝑconũ admonitões, ſibi in pc̃tis blandiẽtes, ſicut & Chr̃us in Euangelio teſtatũ reliq̃t.
Nec dubiũ eſt, q̃n in hoꝶ filibus ſilia ſit facturus. Sic eñ (inq̃t Petrus) deus angelis peccãtibus
Gene.19 nõ pepercit, nec originali mundo pepercit, ſed octauũ Noe iuſtitiæ ꝑconẽ cuſtodiuit, diluuiũ
mũdo impioꝶ inducẽs, & ciuitates Sodomoꝶ & Gomorrhæoꝶ in cinerẽ redigẽs euerſione
dãnauit: exemplũ eoꝶ, q impiè acturi ſunt, ponẽs. Punit & deus hic pc̃tõres alio mõ, nimiꝶ q
eoꝶ cor ꝑmittit indurari, vt amplius oĩno nihil curẽt pc̃tm̃, nec virtutẽ, beſtiaꝶ ſimillimi, ſe-
ipſos nõ cognoſcẽtes, q nec dignanť nec vellẽt audire veritatẽ, nec q̃q̃ modo à q̃piã in viã me
liorẽ reuocari. Cuiuſmodi ſunt indurati hæretici & hoc genus obſeſſi induratiq́ꝫ pc̃tõres, de q
Roma.1 bus Ap̃lus: Et ſicut nõ ꝓbauerũt deũ habere in notitia, tradidit illos deus in reprobũ ſenſum,
vt faciãt ea, quæ nõ cõueniãt, repletos omi iniq̃tate & malitia &c. Qui cum iuſtitiã dei cogno
uiſſent, nõ intellexerũt, qm̃ q talia agunt, digni ſunt morte, nõ ſolũ qui ea faciũt, ſed etiã q con
ſentiũt faciẽtibus. ¶Eapropter probi nõ debẽt ſcãdalizari, q̃ñ hm̃oi facinoroſos hoĩes aper H
tè nõ videãt à deo & corpal̃r caſtigari, ſatis eñ & ſuperq́ꝫ in ſeipſis hoc, quo dixi, mõ puniunť.
Romañ.2 Vnde ſequiť tertia pœna, cui in alio ſeculo certiſſimè obnoxij erunt, teſtimonio Ap̃li dicẽtis:
Ignoras qm̃ benignitas dei ad pœniam te adducit. Scđm aũt duritiã tuã & impœnitẽs cor the
ſaurizas tibi irã in die iræ, & reuelatõis iuſti iudicij dei, q reddit vnicuiq́ꝫ ſcđm opa eius. Ira eñ
erit & indignatio, tribulatio, & anguſtia in oẽm aĩam hoĩs operãtis malũ. Adde & deũ quoqꝫ
Num.14. illoꝶ pc̃ã etiã in poſteris & filijs filioꝶ ſerio punire in hoc mũdo, dicẽte Scriptura: Qui viſi-
tas pc̃ã pr̃m in filios in tertiã & quartam generationẽ. Hinc bene in cõſolationẽ bonoꝶ dixit
2.Pet.2 Petrus: Nouit deus pios de tentatõe eripere, iniq̃s vero in diem iudicij reſeruare cruciandos.
Daniel.4 Atqꝫ vtinã hi ĩ tp̃e redirẽt cũ ĩſenſato & ſupbo Nabuchodonoſor, deũq́ꝫ cęli & terrę facto ipo
1.Coꝛ.11. glorificarẽt, tpali hic ſupplicio caſtigati, ne cũ hoc mũdo alibi (vt Ap̃lus ait) dãnarenť: horren
Hebię.10 dum eñ eſt manus dei incidere. ¶Scđo & bonos monuerim, ne put ẽt ꝑperam dñm videri I
dormire, ſed vtiqꝫ, vt ipſos ſinat in ſalutẽ tẽtari, vt inde feruẽtiores orent, in fide ꝓbẽturq́ꝫ, me
Roma.8. mores ei⁹, q̃d Paulus ſcribit: Scimus ãt qm̃ diligẽtib⁹ deũ oĩa coopanť ĩ bonũ, his q ſcđm ꝓpo
Eccl.9 ſitum vocati ſunt ſancti. Quàmuis quũ ita vexamur & tribulamur ſatius ſit, vt credam⁹ eiuſmo
Judith.8. di mala ob pc̃ã nr̃a nobis infligi: ſiq̃dem neſciat homo vtrũ amore an odio dignus ſit. Hinc
ꝓfuerit dicere cũ ſancta Iudith. Et nos ergo non vlciſcamur ꝑ his, q̃ patimur, ſed reputantes
pc̃tis nr̃is, hæc ipſa ſupplicia minora eẽ flagella dñi, quaſi ſerui, q corripimur ad emendationẽ
1.Coꝛ.11. & nõ ad perditionẽ nr̃am eueniſſe credamus. Quod Paulus cõfirmãs ait: Quod ſi noſmetipſos
dijudicaremus, nõ vtiqꝫ iudicaremur. Dum iudicamur aũt, à dño corripimur, vt nõ cũ hoc mũ
do damnemur. Sin mõ erunt q (vt dixi) ſe putẽt ꝑinde ſupra vires ſuas tribulatõibus & pelagi
vndis, vẽtis & fluctibus tẽtari, deũq́ꝫ lõgius dormire, nõ deſperẽt, nec diffidãt, nec murmurẽt,
ſed plena fide cũ diſcipulis Ieſu ꝑ pias & deuotas ꝑces, ieiunia, caſtigatõẽs dñm excitẽt orantes:
Salua nos dñe, q̃a perimus, & is hauddubiò maturè ſurget tẽpeſtates tentationũ ſedaturus.

HOMILIA DECIMATERTIA DE EO, QVOD SCRIPTVM eſt. Matth.13. Sinite vtraqꝫ creſcere vſqꝫ ad meſſem.

Dñica quarta poſt octa. Epipha.



APIENTER DOMINVS IESVS Summa æterni patris A
ſapiẽa hodiernũ, ſicut & alia, exponit Euangeliũ, quo parabola nõ oĩ-
bus alioq̃ obuia cõtineť, data hauddubiò ad hoc opa, ne videlꝫ hęre-
tici alioqui contra veꝶ & germanũ ſenſum falſo interpretandi verba
Chr̃i anſam vſurparent. Id quod ſapientiſſimus doctor, ſicubi opus
fuit, ſemp fecit, & maximè loco hoc ſingula penè verba ſua breuiter
exponens. Sanè vult Chr̃us, magiſter ille noſter vnicus, ꝑ hoĩem q ſe
minauit, intelligi filiũ hoĩs, id ẽ, ſeipſm de ſe alias dicentẽ. Homo agri-
Zach.13 cola ego ſum. Per ſemẽ quod ſeminauit bonũ, accipi filios regni. Per
agrum

agrum,mundũ,& ita Chriſtianũ orbẽ. Per homines dormientes,negligenter in ea,q̃ dei ſunt Marc.13
intẽdentes. Hinc idẽ ait: Vigilate,ne cũ venerit,repente inueniat vos dormiẽtes,ſ in ꝓceptis
ſuis. Per hoĩem inimicũ,diabolũ. Per zizania,filios nequã,hæreticos,ĩpios,& oẽm eoꝝ corru
tiponẽ,hæreſim,ĩpietatẽ. Per triticũ ecõtrario hoĩes puros,pios & ſanæ doctrinæ,q̃s ſupra bo
nũ ſemẽ eſt interꝑtatus. Per herbã facere fructũ cœptã,opa tã pioꝝ q̃ hæreticoꝝ,ex q̃bus ap
parent & cognoſcuntur tã Chriſtiani q̃ hæretici,tã boni q̃ mali,Chriſto dicente: A fructib⁹ Matt.7
eoꝝ cognoſcetis eos. Nã omnis arbor bona facit fructus bonos,mala malos. Per ſeruos acce Lucæ.6
dẽtes,cœleſtes poteſtates,angelos,Apľo dicẽte: Nonne oẽs ſunt adminiſtratorij ſpũs? Quos Hebræ.1
intelligendos dñs met innuit,inquiẽs: Exibũt angeli,& ſeparabũt malos de medio iuſtorrum Matt.13
Per patrẽfamilias,Chriſtũ.i.ſeipm̃,quẽ ſupra dixit filiũ hoĩs. Per zizania colligi,eſt ipſa era- Gene.1.8
dicari à tritico.i.malos à bonis tolli. Creſcere eſt viuere. Sic aliàs: Creſcite & multiplicamini, Matt.9
&c. Meſſis aũt ſunt hoĩes,tã boni q̃ mali,& quidẽ etiãnũ collectio ipſa,adeo q̃ hoĩes colligen Lucæ.10
di. Meſſores ſunt angeli,q̃s ſupra dixit ſeruos. Tẽpus meſſis,eſt finis mũdi,in q̃ ꝑdicta fiet col Matt.13
lectio,in q̃ mali colligent in faſciculos ad diuerſa tormẽta ſcd̃m mẽſurã malitiæ ad cõburẽdũ.
B Triticũ cõgregari,eſt ipſos bonos in ipſo horreo.i.in cœlo colligi & vniri. ¶Ceteꝝ,quia
hac in parte dñs ſeruos nolit ire & colligere zizania ante meſſem,ſuboriunt nõnulli,ſibi plus
æquo blandientes ſchiſmatici,& aiunt perinde atq; firma & vera ſñia obfirmati. Ipſos hære-
ticos vel quãlibet peruerſos in hæreſi ſua nequaq̃ gladijs,ignibus ac mortibus è medio tollen
dos,ſed ſeruãdos ſuo iudici,cui pœnas aliq̃n ſint daturi. Hocq; ipſum eſſe q̃d paterfamilias di-
cit ad ſeruos. Sinite vtraq;.ſ.tã zizaniã q̃ triticũ creſcere vſq; ad meſſem. Et iſtoꝝ forte,q in
C hac ſunt opinatione,ſñiæ videtur hodie. ¶Primo arridere ſcriptura hodierni Euangelij. Se
cundo,dñi exemplũ,qui(vt ait Eſaias)ita venturus erat ad docendũ,vt calamũ quaſſatũ nõ cõ Eſaię.42
tereret,& linũ fumigans nõ extingueret,ſic nec principes debere ſæuire in hæreticos vel quã-
libet malos,niſi verbo charitatis. Tertio experientia eccleſiæ,qua conſtet nullum fuiſſe hære
ticum ſupplicio ſupremo vel punitũ vel combuſtũ. Quarto,mos apoſtoloꝝ,quo pariter non
inuenit,vt petijſſent à principibus prophanis hæreticos interfici. Quinto,Eſaiæ dictũ,quo is Eſaiæ.2
ait: Conflabunt gladios ſuos in vomeres,& lanceas ſuas in falces. Sexto,aliud eiuſdẽ dictum, Eſaiæ.11
quo inquit: Nõ occidẽt,& nõ nocebunt in vniuerſo monte ſancto meo. Septimo,q̃d apľus di 1.Coꝛ.11
xit: Oportere hæreſes eſſe,vt qui probati ſint,manifeſti fiant. Octauo,q̃ Chriſtus vnà cum Mat.18
apľo non voluerit vi & igne cogere hoĩes hæreticos,ſed ſolũmodo vitandos & pro æthnicis Tit.3
habẽdos. Hocq; ipſum maxime probari,q̃ Chriſtus increpauerit diſcipulos,ignẽ de cœlo de Lucæ.9
ducere volẽtes,& ciuitatẽ perdere,dicẽs: Neſcitis cuius ſpũs filij ſitis,nõ venit filius hoĩs ani-
mas ꝑdere,ſed ſaluare. Et in huius argumẽtũ dedit cõtra hæreticos gladiũ ſpũs.i.verbum dei.
His quidẽ argumẽtis hæretici pro ſe argutant,dicẽtes. Impie facere poteſtates,tã eccleſiaſti-
cas q̃ ſeculares,q̃d ab hæreticis ſumunt ſuppliciũ,ꝑſertim ſupremũ,ſed Chriſtianius illos fa-
D cturos,vt quẽlibet ad ſuũ votũ ꝑmittãt errare. ¶Sed q̃bus argutijs nõ obſtãtibus dixerim
hæreticos eẽ coercẽdos,& q̃dẽ neceſſitate cogẽte,ſuꝑmo ſupplicio,motus ſane primo,rõne,
qua cõſtat ipſos eẽ malos & facinoroſos,q̃n quidẽ & de ipſis dicat apľus: Mali aũt hoĩes & ſe- 2.Tim.3
ductores ꝓficiũt in peius,errãtes & in errorẽ mittẽtes. Si mõ hm̃oi mali,imò peſſimi hoĩes nõ
punirentur,ſed alij,eſſet vel maxima iniquitas & iniuſtitia,& daretur omnibus peccandi im- Roma.13
punè licentia,ſequereturq; male Paulum aliàs dixiſſe. Poteſtatẽ non ſine cauſa gladium por-
tare,ſed dei eſſe miniſtrũ,vindicem in iram ei,qui malũ agit. Secundo,authoritate Pauli,di- 1.Tim.5
cẽtis: Peccantes corã omnibus argue,vt cæteri timorẽ habeant. Peccant aũt manifeſte hære-
tici,quoniã contra veritatẽ ſcripturæ agunt & ſchiſma & ſeditionẽ ſtruunt,maxime perniti-
oſam. Tertio,authoritate Chriſti,dicẽtis. Impoſſibile eſt vt nõ veniãt ſcãdala. Væ aũt illi,per Lucæ.17
quẽ veniunt,vtilius eſt illi,ſi lapis molaris imponatur circa collũ eius,& proijciat in mare,q̃ Matt.18
vt ſcandalizet vnum de puſillis iſtis. Vides dominũ velle ſubmerſum iri eos,qui ſcandalizent, Marci.9
ne perpetuo damnentur. Quis autẽ(oro)plus ſcandalizat q̃ hæretici? Exẽplo ſunt ſchiſmatici
nr̃æ tẽpeſtatis,q̃ꝝ ductu infirmi pene ad omnẽ infidelitatẽ & irreligionẽ ſeducti ſunt,veluti
palã eſt. Quarto,authoritate apľi,q ait legẽ nõ iuſtis datã,ſed iniuſtis,nõ ſubditis,ĩpijs,homici 1.Timo.1
dis,mẽdacib⁹,piuris,& q ſanæ doctrinæ aduerſant. Sed q̃s nõ ex hoꝝ nũero ſunt hæretici,q̃s Johan.10
Chr̃s aliàs lupos rapaces noĩat,q incedunt in veſtimẽtis ouiũ,q mactãt aĩas,& plerũq;(vt vi-
ſum eſt)corpa? In eos igit poſita eſt lex.i.q̃ illos iuxta delictum coerceat. Quinto,authoritate Deute.17
ſcipturæ veteris teſtamenti,quæ ait: Qui autem ſuperbierit,nolens obedire ſacerdotis im
perio,qui eo tempore miniſtrat domino deo tuo,ex decreto iudicis morietur homo ille,&
auferes malum de Iſrahel,cunctuſq; populus audiens,timebit,vt nullus deinceps intu-
meſcat ſuperbia. Quis hæreticis rebellior,quis ſuperbior,quis contumacior? De quibus Tit.3
Apoſtolus ait. Hæreticum hominimem poſt vnam & ſecundam correptionem deuita,ſci-
ens,quia ſubuerſus eſt,qui eiuſmodi eſt,& delinquit,quum ſit proprio iudicio condẽna
tus: q̃s & alibi vocat elatos,ſuperbos,inobedientes,ſceleſtos,blaſphematores,criminatores, 2.Tim.3

Digitized by Google

1.Cor.5. proteruos,tumidos,&c.Sexto manifeſta authoritate apoſtoli dicentis: Et vos inflati eſtis, & non magis luctũ habuiſtis,vt tollatur de medio veſtro,qui hoc opus fecit.Et circa finem cap.Auferte,inqt,malum ex vobis.Manifeſtè præcipit, vt malus & ſcandaloſus homo tol
1.Cor.5. latur è medio.Septimo ex facto diui Pauli in eodẽ loco,qui eum,qui fornicator erat publicus, congregatis Corinthijs virtute dñi ſathanæ tradidit,in interitũ carnis, vt ſpũs ſaluus eſſet in die domini noſtri Ieſu Chriſti.Octauo ex facto dei omnipotentis (ne putes dictum apoſtoli in hęreticis nõ habere locum)qui ſchiſmaticos Chore Dathan & Abyron cũ omni-
Nume.16 bus eorũ complicibus aduerſum Moyſen & Aaron p os aperientis terræ deglutiẽdos curauit,& oĩa ad eos pertinentia interire,viuentesq; ad infernũ deſcendere fecit. Ex ijs modo vniuerſis & alijs,quę nũc breuitatis cauſa trãſeo,colligitur,q̃d poteſtates iure diuino(q̃d & leges pontificiæ & cæſareæ ſequuntur)in pertinaces rebellesq; hæreticos & ſchiſmaticos ſerio poſſint,& debuerint animaduertere,ſi alioqui incorrigibiles(vt ait Paulus) ſemper in peius proficiunt, errãtesq; alios in errorem contra omnem veritatẽ diuinam in pernitiem animarũ,corporũ,regionũ & ciuitatum mittũt,qui vtiq; debent è medio tolli corporaliter
1.Cor.5. vt ſpiritu viuant alibi,& ſic pœna corporali pœniteant,ne(vt ſolent)alioqui ſe & alios per-
Galat.5 dant;ſiqdem apoſtolus ait,modicum fermẽtum totam maſſam corrumpit: præſertim q̃d
2.Tim.2. huiuſmodi homines mali ſerpant & ſerpendo vt cancer inficiant:ſic putrida caro aliquãdo eſt decidenda ne & integra caro inficiatur & pereat.Quod ſi poteſtates ipſe eiuſmodi malos homines coercere neglexerint,cæperitq; miſero popello per eos noceri,profecto nihil
Hier.48. Geneſ.4 aliud habebũt audire q̃ vocem dei Max.minantis.Maledictus,q facit opus dñi fraudulẽter,
Matt.23 & maledictus,qui prohibet gladiũ ſuũ à ſanguine. Nec dubiũ eſt,quin ſanguis eorũ paupe-
Luc.11. rum,qui poteſtatũ culpa & negligẽtia ſunt perditi & ſeducti,cũ ſanguine iuſti Abel è terra ad cœlum indies & in extremo iudicio vindicta clamet: qñquidem deus per prophetã dicat.Ipſe quidẽ impius in ſua iniquitate morietur,ſanguis aũt eius de manu tua reqram. Ca-
Ezech.3 Hebr.10 ueant igitur poteſtates,ne hoc in caſu incidant in manus dñi,quod ſecũdum apoſtolũ,horrendum eſt,ſintq; veræ poteſtates gladio ſuo in timorẽ malorũ vtentes,& maxime hæreticorum & ſchiſmaticorũ ſeditioſorum de quibus dixi.Sed ait quiſpiã.Iure qdem in eos animaduertendũ non eſt.Imò eſt:Legibus enim humanis ſerio ſunt mulctandi. Diuinis q̃q; iuribus,vt audiuimus corripiẽdi.At rurſus ait aliqs.Habent enim & hæretici pro ſua defenſione iuridica fundamenta,& numero qdem octo vti audiuimus,quibus nõ cenſetur contra eundum.Reſponderim ea fundamẽta eſſe,prætextũ non veritatẽ cõtinentia.Sanè non obſtabunt,qui in iure in hæreticos pertinaces etiã gladio ſit animaduertendũ ex tot ſanctis ſcripturis per me adductis. ¶Reſpondendũ igit eſt ad eorũ fundamẽta.Primo hodiernũ E
Euangelium nolle malos tolli,quando ſine periculo,damno,ſcandaloq; bonorũ fideliumq; tolli nequiuerint.Quod ſit vbi vel mali nõ ſunt ſatis notorij & hæreſeos cõuicti,vel ſi multitudine complicũ, fidei religioniq; eccleſiæ pernitiẽ etiam cædis tumultuariæ facere poſ-
1.Cor.5. ſint.Alioqui,vt apoſtolus fecit,cũ publico fornicatore,&c.aliqui ſunt ab eccleſia ſeparandi,iudicioq; ſeculari relinquẽdi,vt exterminent per mortẽ,ne per eos totũ eccleſiæ corpus
Iohan.11. corrumpat,vt hoc Caiphæ à ſpiritu ſancto dictũ impleatur. Melius eſt,vt vnus moriatur, ne tota gens pereat.Id q̃d approbat hodie Chrũs,dicẽs.Ne forte colligentes zizania eradicetis ſimul cũ eis & triticũ:q.d. Sin vero zizania ſine detrimẽto & perditiõe colligi poſſent, non permitterent creſcere cũ tritico.Secũdo,dñi verbũ apud Eſaiam intelligit de Chriſto
Eſaię.42 qui in hũc mũdum vti agnus manſuetus & miſericors erat venturus, nõ turbulentus & clamoſus,q vocatione ad fidẽ calamũ quaſſatũ,id eſt,populũ gentilẽ varijs erroribus idololatriæ conquaſſatũ non cõtriuit,ſed magis p̃dicatione apoſtolorũ reſarciuit, nec extingit fumigans linum,id eſt,populũ Iudaicũ modicæ poteſtatis contra exercitũ Ro.& parũ adhuc in deũ credentẽ,ſed magis fide p manſuetudinẽ incendit & illuminauit. Tertio. Mentitur ſibi iniqtas contra eccleſiam vet.teſt.(eccleſia eñi dei ſemp fuit ab initio vſq; huc vel in fide de futuri vel p̃ſentis filij dei)qua conſtat ore dehiſcẽtis terræ deuoratos ſchiſmaticos Cho-
Nume.16 re Datan & Abyron,vt ſupra.Deinde nõ modo mentit iniquitas ſed et impietatẽ,infidelitatem,iniuſtitiamq; impingit oĩbus principibus & proceribus eccleſiæ & inprimis Germaniæ,q̃d falſo & iniquè & impiè comburẽdos conſtantiæ curauerint Hæreſiarchas Iohãnem Huſs,Hieronimumq; de Praga,hocq; genus alios quorũ damnationẽ cõtra tot chriſtianos eccleſiæ in cõcilio coadunatæ nequiuerim improbare. Viderint ipſi quid hic reſpondeãt pro hmõi infamia tergenda.Quarto,apoſtolos non potuiſſe à poteſtatibus & principibus emendationem petere,quando tũc ſecundũ prophetę oraculũ prophani ij principes
Pſal.2 aſtiterũt,& in vnũ conuenerũt aduerſus dñm & aduerſus Chriſtũ eius.Quis eñi illorũ apoſtolis pro pietate aduerſus impietatẽ tuliſſet auxiliũ: quum tam ſæui eſſent in apoſtolos,vt
Matt.10 Chriſtus dudũ eos de ijs admonuerat,,inquiens. Tradẽt eñi vos in concilijs & in ſynagogis
Marc.13 vapulabitis,& ante pręſides & reges ſtabitis propter me in teſtimonium illis,&c. & omnis
qui oc

Digitized by Google

qui occiderit vos,arbitretur deo ſe facere obſequiũ.Quãdo vero hoc prophetæ impleri cœ- Lucæ.12
pit.Et adorabũt eũ oẽs reges terræ,oẽs gentes ſeruient illi.ſ.Chriſto deo. Tunc à deo dictum Johan.16
eſt omnibus regibus & poteſtatibus.Et nunc reges intelligite,erudimini qui iudicatis terrã. Pſalm.71
Seruite dño in timore,& exultate ei cũ tremore.Quõ aũt id ij facient,niſi ea, quæ contra dñi
iuſſa fiunt,religioſa ſeueritate ,phibuerint atq; emẽdauerint.Tũ quidẽ veri reges ſunt,quũ le- 4.Reg.18
ges iuſta ꝑcipientes,& contra prohibentes recte ſancient.Sic Ezechias lucos & tẽpla idoloꝝ 4.Reg.23
& illa excelſa,q̃ cõtra dei ꝑcepta fuerãt cõſtructa,deſtruxit.Sic & Ioſias fecit.Sic Darius,ido- Dani.vlt.
lũ fregit,in poteſtatẽ Danieli dando,& inimicos eius leonibus ingerẽdo.Sic & Nabuchodo- Daniel.3
noſor,oẽs in regno ſuo poſitos à blaſphemando deo lege terribili prohibuit.Et recte quidem
tunc deo ſeruiunt reges & in timore in quantũ reges,qñ ea faciũt ad ſeruiendũ illi,q̃ nõ facere
poſſunt niſi reges.Sic & crediderim & Germaniæ principes ſeruiſſe deo,qñ hæreſim Huſſita-
F nã morte etiã Huſſitæ ſuppreſſerũt,q̃ nũc,ſed lõge irreligioſi or,in quibuſdam eſt reſuſcitata. Eſaiæ.2
¶Quinto,verbum Eſaiæ intelligitur vere de Chriſti natiuitatis tempore futuro, quo tanta
erat pax & cõcordia,vt imperante tũc Aug.imp.ſub ꝓſide Cyrino prima ſit ĩ orbe terraꝝ fa- Lucæ.2
cta deſcriptio,quæ antea propter cõtinuas gentiũ & regũ diſcordias & rixas eſſe nõ poterat.
Id q̃d facile ex T.Liuio & Vergilio cõijcere cõuenit.Oraculo igit̃ Eſaiæ nõ interdicit̃,quo mi
G nus de hæreticis,iuſtũ ꝑ ignẽ ſumat̃ ſuppliciũ. ¶Sexto,nihil hoc etiã dictũ facit,quo minus Eſaiæ.11.
hæretici nõ deberẽt affligi:ſiquidẽ quod ad literã intelligat̃ de regulo & aſpide, cæteriſq; ve-
nenatis aut feris animãtibus(de q̃bus ante locutus eſt propheta)Et eſt ſenſus,ijs,qui ſcientiam
habent dñi,nihil poteſt nocere aſpidis aut reguli venenũ,neq; tales regulus aut aſpis occidẽt
q̃diu velint eccleſiæ cohærere,Et adfirmauit Chrs hoc,demũ.At oro,q̃d p regulos & aſpides Marc.16
intelligi magis debeat q̃ hæretici,q virulẽto ſibilo fatuoꝝ & infirmoꝝ aĩos interimunt.
¶Septimo,Paulus nõ loquit̃ de ineuitabili,ſed cõſequẽti neceſſitate,ita dicere volens. Quia 1.Cor.11.
vos mutuo habetis ſciſſuras,ideo oportet eẽ hæreſes,& inde cõſequi,quũ eñ eiuſmodi cõdi-
tiones habetis,neceſſe ẽ etiã vos vſq; ad hæreſes ꝑuenire.Et eſt.q.dicat q̃s,q̃a tãtũ bibis,neceſ
ſum ẽ,vt inebrieris,nõ q̃a ebrietas ꝑ ſe ẽ neceſſaria,ſed q̃ neceſſario ſequat̃ ex tãta bibitiõe.Ex
ea ſane deinde hæreſi ſequit̃ vtiq; vtilitas nõ ꝑ ſeipam,quũ ea ſemp mala ſit,ſed ex parte dei eli
cientis ex hoc bonũ,q tã bonus eſt & oĩpotẽs,vt mala fieri nõ ſineret,niſi ex eis eliceret maio
ra bona,queadmodũ ex martyꝝ paſſione ipſoꝝ patiẽtiã ꝓmio cœleſti dignã elicuit. Sic quĩ-
dẽ dei potẽtia ex hæreſi elicuit primo hoc bonũ,q̃d argumẽtis hæreticoꝝ fideles excitant̃ ad
enixius q̃rendũ,q̃ faciũt pro fide,& q̃runt ea deuotis à deo orõnibus.Secũdo,qm̃ ꝑſequutiõe
hæreticoꝝ,fideles,vt auꝝ in igne probant̃.Sed finge mõ neceſſario eẽ hæreticos,nõ tñ conſe
quitur,ne extirpent̃ iuſte.Licet eñ natura ſuccreſcãt,zizania in agro,debent tñ,quoad fieri
poterit,extirpari,ne tritico noceãt:q̃ etſi cœpta ſunt,extirpari nunq̃ tñ penitus,ſicut nec om
nẽ hæreſim vnq̃ aliquis euellet.Naſcunt̃ quidẽ hæretici ex malo ſemine,q̃d diabolus in agro
eccleſiæ ſeminauit,nec demũ vnq̃ vſq; ad cõſummationẽ ſeculi totaliter extirpari poterunt.
Agãt magiſtratus quicq̃d velint,exurẽt & mactẽt hæreticos,nõ efficiẽt tñ,quin ex eoꝝ cine-
ribus naſcant̃ & alij.Sic nimiꝝ Paulus neq; iubet hæreſes tolli.ſ.prorſus,q̃a p inde impoſſibi-
le,neq; hæreticos ſuo ingenio ꝑmittendos,q̃a & bonos oẽs perderent.Nõ eſt igit̃ quod hære Matt.18
tici propter eã neceſſitatẽ putent ſe debere eſſe impunes:quũ & Chriſtus cenſuerit ſcandalizã Marci.9
tes ſubmerſum iri,quanq̃ idem ille dixerit,neceſſe eſt,vt eueniant ſcandala,ſed væ illi,per quẽ Luce.17
H ea veniunt. ¶Octauo,non fuiſſe hoc cõgruens in primordio naſcentis eccleſiæ, quãdo per
ſtultos cõuertere ſapientes, & per imbelles deus robuſtos ad fidẽ miraculoſe trahi voluerit. 1.Cor.1.
Nũc vero decet,vt ad fidẽ conuerſi,perſtẽt,& ſunt declinãtes & alios nequiter ſeducẽtes,ite-
rũ atq; iteꝝ admoniti tanq̃ cõtagioſa à corpore mẽbra gladio ſecularis poteſtatis,vt ſedicio-
ſi cum Barraba plectendi.Hinc non eſt,quod obijciunt de gladio ſpiritus.ſ.verbo dei,quum Tit.3
ipſi(vt ait Paulus)bis,imò & ſæpius admoniti ſint peruerſi & indurati more oĩm hæreticorũ
idipſum verbũ ad ſuũ libidinem contra ſpiritũ,id eſt,aduerſus omnẽ virtutem & honeſtatem
interpretent̃,& nolint eccleſiæ nec alterius vel quãlibet docti & ſancti iudicio ſtare,ſed rebel
I les & ſedicioſi vlterius ſemp vti cancer ſerpũt,alios perdẽtes. ¶At,inquis,ſunt habẽdi ꝑ ex- 2.Tim.2
cõmunicationẽ vt æthnici & vitãdi,teſtibus Chriſto & ap̃lo.Reſpõderim:Sed ne hãc excõi-
K cationẽ(vt in apto eſt)curãt,quin ſemp in peius ꝓficiãt. ¶At,inq̃s,nõ mortis,ſed leuiori pę
na mulctari deberẽt.Fateor,inquã,omnẽ iuſtitiã leuitate miſericordiæ cõditã eẽ debere,quã
& mixtionẽ maxime promittũt,& hactenus largita ſunt iura põtificia, veꝝ iſti eandem leui-
tatẽ & miſericordiam acceptare renuerunt.Conſtat eñ ex Auguſtino,viro fide digniſſimo,
primũ à ſancto,pijſſimæq; memoriæ Cæſare Theodoſio in oẽs hæreticos fuiſſe legẽ promul-
gatã,q̃ ſingulus q̃ſq; decẽ auri libris mulctaret.Poſt hũc & alios cõſtat grauiores adieciſſe pœ
nas,vt exilij & bonoꝝ oĩm amiſſionẽ,ſperãtes peſtẽ ita hãc reprimi poſſe.Cęteꝝ q̃a cõptũ eſt
cũ magna Chr̃ianoꝝ iactura,Chr̃iq; honore,hæreticos ſupbe cẽſuras ecc̃læ penit⁹ cõtẽnere,
nec reꝝ ſuaꝝ metu amiſſionis commoueri,quippe,q nec deũ nec hoĩem metuant,nec exilio

coerceri, quin literis ſuis hæreſes diſſeminēt, nec carceribus cōtineri, quin & cuſtodes crebro corrūpent, ſicq; fieri, vt iſtorū virus cū ingēte oīm aīarū & corporū clade ī chriſtianos ſerpat, nec aliq̄d interea ꝓficere medicamē, quin totus grex, iſtis ſupſtitibus, adhibita etiā vel qualibet paſtoris cura, ab hereſeos infectione peſtifera ſit ꝑdendus: neceſſariū fuit ob ſalutē fideliū pręſertim ſimpliciū, Chrīq; gloriā eiuſmodi hęreticos ſupplicio mortis auferre, ſicq; multorū experimēta morborū multas coegiſſe medicinas inuenire, & fuiſſe neceſſariū amplecti acerbiora medicaminibus ipſius mitioribus oīno neglectis: & hoc īpleri ꝓphetæ: qa

Psal. 108. noluit. ſ. hæreticus bñdictionē, ideo elongabiť ab eo, quū nec, iuxta eūdē ꝓphetā, intelligere voluerit, vt bñ ageret: Merito igiť ſuo iudicio cōdēnati hęretici vltimū ſubeūt suppliciū

Psal. 35. hoc ip̄m ſacris ſcripturis paulo citatis palā iure & ſctō ꝓbātibus & iubentibus. ¶ Quibus cōſtat falſum allegari nec Chrm nec aplos hmōi ſeueritatē ſeruaſſe, imò, inquam, illos & in minoribus aliqñ fuiſſe multo ſeueriores. Quid em̄ voluit illa ſeuera & terribilis dei Max. in L

Nume. 16 Datan & Abyron & alios ſchiſmaticos aīaduerſio? Quid voluit & Chrī indignatio, q̄ pmotus flagello de funiculis facto cecidit nūmularioss, ac e tēplo fugauit? verſis eorū mēſis & Ca

Matt. 21. thedris? Si is hoc Numularijs, qd nō hæreticis feciſſet, tot animarū necatoribus, q̄s & ipſe tā carè ſuo cruore mercatus eſt & morte amariſſima? Quid apli in vnicū fornicatorē mulcta?

1. Cor. 5. Quid, inquā, apoſtolorū vindicta in Ananiā & Saphyrā, qui ꝓpter fraudē puſillæ pecuniæ

Actor. 5. factā, morte ſubito mulctati ſunt? Certè Chrs & ei⁹ apli ipſo facto ſuis poſteris reliquerūt, vt & ipſi in malos, cauſa cogēte, ſerio, etiā vltimo ſupplicio aīaduertere queāt. ¶ Hinc nō eſt allegare, q̄d idip̄m nō neq; à Chro, neq; à Paulo ſcriptū ſit, q̄ſi propterea poſtea nō licuerit, qa Chrūs & apli non aptò ita corripiendū demandauerint, q̄nquidē ſatis ipſo facto vident pręcepiſſe: quanq̄ & id à diuerſo poſſit obijci. Nec Chrs neq; aplus fures ſuſpēdi iuſſerūt, qui tñ ſuſpendunť: ſiquidē liquet, niſi per leges in furtū animaduerteref, nulla eſſet ciuibus vel alijs tuta ſecuritas. Sic veluti neceſſitas exigit, vt fures furcis adiudicenť, ita & publica ſalus animarū poſcit, vt ignis ſupplicio vitā finiāt hæretici. ¶ Quāuis Chrs vetuerit diſcipulos igne de cœlo miſſo ciuitatē perdere: Siquidē prohibiti ſint à dño diſcipuli, q̄m hoc ip̄m vindicādi ſtudio fieri petierint, nō ob ſalutē animarū, nō aūt ita magiſtratus, qui de hęreticis eo ſolo intuitu ſuppliciū ſumūt, nę multarū animarū ſalus periclitetur, ſic & ipſi cum Chriſto dicere poſſunt. Nō venimus animas perdere, ſed ſaluare p ſuppliciū ab incurſu luporū hæreticorū. ¶ Sed aiūt & boni, licet infirmi, & mali, quur aūt Chrus tantiſper hmōi facinoroſos pmittit impunes, vñ ipſi ſe probos & puros iudicāt, boni aūt ſe à deo negligi, vel certe vtriq; exiſtimāt Chriſtū vel ignorare vel iniquū eſſe vel plus iuſto in naui dormire? Quur ergo adeouſq; dormit, vt nauicula iā prope ſit naufragio obnoxia, quur nō ſurgit, ſua maieſtate ventis & mari imperaturus? Quærentē remitto ad ea, quæ proxima dominica præcedente latius diſputauimus. Nunc ſinamus vtraq; creſcere, hoc eſt malos inter bonos quum illi non poſſint ſine incommodo horum extirpari. M N

HOMILIA XIIII. DE EO QVOD SCRIPTVM EST. Matth. 11. Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue.

Dominica quinta poſt Epiphanie.

3. Reg. 12 HIeroboam rex Iſrael, vt ſui regni populū auerteret à veri dei cultu, in tēplo Hieroſolymitano ſcdm diuinā ſanctionē exhibēdo, cōſtituit duos vitulos aureos in eiuſdē regni ſui finib⁹, vnū in Bethel, & alterū in Dan, ad q̄s adorādos, ꝑtermiſſo deo, cōflueret pplus Iſraeliticus. Sic certe nōnulli vt hoīes à vera religione, & ab oīmi deuotōe auerterēt, libertatē illis chrianā, & euāgelicā haud ſec⁹ atq; duo idola, & vitulos aureos ꝓpoſuerūt, ſpeciē q̄dē honeſti in propatulo ꝑferētes, ſed intus teterrimā occultātes aīarū peſtē, q̄nq̄dē hæc ip̄orū libertas, quā ꝑdicarūt, nihil ſit aliud q̄ duriſſima ſub iugo peccati ſeruit⁹, ex inobediētia cōtra deū & eccleſiā renaſcēs. In q̄ quidē libertate populo adſerēda planè ſequunť eos, q rebellionē excitare moliunť (vt ex rerum ſcriptoribus aīaduerti pōt) in bonū ac legitimū principē, alioſq; ad defectionē ſollicitare, ſe ꝓ libertate ppli, iniq̄ (vt aiūt) principis dñatōe oppreſſi decertare iactitāt, ſuoq; molimine bonū reip. curare, vt hac ſpecie virtutis & vmbra (libertatis. ſ. popularis, & boni publici) īducāt aliorū aīos in ſuas ptes, & in ſuæ factionis cōſortiū pelliciāt. ¶ Sic vtiq; nōnulli libertatē populo ꝓponūt, vtpote laxiorē viuēdi ſine cōſtitutionū eccłaſticarū obſeruatōe licentiā cauſantes eū dura ſeruitute pręmi, & graui iugo indigne onerari, ꝑter Chri legiſlatoris nri inſtitutū. Ad q̄d ſuū iſti ꝓpoſitū allegāt Chri in hodierno Euāgelio dictū. Iugū em̄ meum ſuaue eſt, & onus meū leue, dicētes, ea nimirū ſnīa Chrm nos ab oīm hoim ꝑceptorū ſeruitute ex- A B

tute exemiſſe, adeo ꝙ nos plane liberos eē voluerit, nec viteri⁹ ad aliquā eccleſiſticā, ſiue de ie iunio, ſiue de eſu carniū, ſiue de feſtis dieb⁹ agēdis, ſiue de decimis, ſiue de redditib⁹, aut hoc ge nus redditib⁹ reddēdis cōſtitutionē nos obligatos eē debere. Quā vero nō mō errarint, ſed & miſellæ plebi miſere impoſuerint, inde pateſcit, ꝙ ſub iſta ſpecioſa & deſiderata libertatis nomēclatura nihil aliud ꝗ tetrū occultarint virus, letaleꝗ toxicū, vt homines, alioqui natura ad libertatem proni, eius nomenclaturæ pulchritudine atꝗ imagine capti, imitentur ad iu randum iri ipſorꝫ verba, incautiꝗ ineſcenſ hamo in capturā iacto, & hauriāt exitiale venenū Id ꝙd facillime colligimus ex definitiōe, qua iſti libertatē Chriſtianā Euangelicam definiunt. Eam. ſ. eſſe effrenem viuendi conditionem, ſine lege, ſine regula, ſine freno eccleſiaſticarū con ſtitutionum, vt ferme quicquid libuerit, liceat, hocꝗ velle Chriſtū, quum dicit ſuū eſſe iugum

C ſuaue, & onus quidē leue. ¶ Atqui hac definitione rectius dices libertatē euangelicam eſſe, captiuitatem Babylonicam, & duriſſimā ſeruitutem ſub tyrannide carnis & peccati, quod per eam abducantur homines captiui in ciuitatem diabolicæ confuſionis, carcerēꝗ peccati. Sed abſit eam, quam iſti appellant, euangelicam credamus libertatem, qua nihil ſeruilius & alieni-

Ephes. 4 bra, habẽtes donatões ſcđm grãm, q̃ data ẽ nobis, differẽtes. Ideoq; ne regnũ noſtrũ deſoleť, ſimus inter nos cõcordes, q̃les erimus vbi (vt diximus) qſq; ſuũ operabiť actũ, in eoq; contẽtus fuerit. Caput ipm adeoq; rex ipſe ſupior regat virtute & ſapiã mẽbra illi mẽbra pareant. Sim⁹ mẽores Deũ eẽ noſtri oĩm verũ caput & regẽ, huiuſq; quęlibet in ſuo actu, ad quẽ deus ipſe eũ ſapiẽter ordinauit, eẽ miniſtrum & ſubiectum. Quod niſi cogitauerimus, certè regnum noſtrum diuideť, & ſic in ſeipſum diuiſum deſolabitur.

HOMILIA XXVI. DE EO QVOD SCRIPTVM EST MATTHÆI. 15. Marci. 7. Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei propter traditionem veſtram.

Feria. iiij. poſt. iij. dñicã quadrageſime

QVANTA FVERIT Hactenus inter nonnullos de traditõibus humanis digladiatio, & q̃ hæc Reipub. Chřianæ vľ apud Germanos nocuerit, q̃ dici põt notius eſt, & ꝑfecto nollẽ nõ tam cũ noſtri oĩm periculo nobis factũ fuiſſe notũ, plus hauddubiè nũc paſſim in Deũ Max. eẽt deuotõis, nec minus interim illi & ijs, q vices eius gerũt, veluti ſunt principes & prælati plus deferreť obediẽtiæ ac reuerẽtiæ, imò & plus eẽt verę pacis, cõcordiæ, necnõ publicę trãquillitatis. Fuere q̃d cõſtat, q voluerũt traditões hoĩm ſeruandas, fuere q reluctati manibus ac pedibus contẽderũt, oẽs humanas traditões ſine diſcrimine à Deo reprobari, ꝓindeq; oĩno nõ ſeruandas, ſed vnicum Dei A
Esa. 29. verbũ, q̃d in euãgelio clare exprimiť, optere ſeruari, ad ſuã adſertionẽ plus q̃ mordicus allegã
Matt. 15 tes hodier.nũ dictũ, ex Eſaia deſumptũ, & à Chřo in ſcribas & phariſæos adcitũ, Sine cauſa colunt me, docẽtes doctrinas & mãdata hoĩm &c. At Chřus iuſtus & æquus iudex oĩmq; cauſarum optimus cẽſor, ideq; dextimus moderator, totã illã iſtorũ digladiationẽ, ſcitè ſimulq; verè ac iuſtè mõ mõ diſcutit, verũetiã componit, interimq; de ea ꝓnuntiat ſnĩamq qua decernit, nec oẽs humanas traditões ſeruari, nec oẽs adſpernari & omitti oportere, verũ eas cum diſcrimine tam amplectẽdas q̃ reijciẽdas, interea neutri partiũ (eſt eñ nullius ꝑſonæ acceptor) ſed
Roma. 2 ſoli ſuæ diuinæ iuſtitiæ æquitatiq; addictus. ¶Primo igiť docet eas hoĩm traditões eẽ ſeruã B
Acto. 10 das, quæ Deo eiuſq; præceptis non aduerſanť, ſed potius alliciunt & cogunt ad illorũ obſer-
1. Theſſ. 2. uantiam. Sic Apoſtolus: Itaq; fratres (ait) ſtate & tenete traditões, quas didiciſtis, ſiue ꝑ ſermo
Acto. 16 nem, ſiue ꝑ epiſtolam noſtram. Et Chriſtus inqt: Sup cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ &
Matt. 23 phariſæi, omnia ergo quęcunq; dixerint vobis, ſeruate & facite, ſcđm opa verò illorũ nolite fa
Mar. 12. cere. Dicunt eñ & non faciunt. Sic idem hodie non docet ſeniorũ traditões infringẽdas, ſed ꝑ
Luc. 41 eas Dei mandata negligere prohibet, phariſæis à contrario reſpondẽs: Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei proter traditionẽ veſtram? nimirum clauo, iuxta adagium, extrudens clauum. ¶Vnde erant vehemẽter. Primo, qui aiunt multam prorſus humanam conſti- C
tutionẽ vľ quãmlibet etiam bonam debere ſeruari, q̃d ſi verum eſſet, vt nõ eſt, fruſtra dñs iam
Roma. 13. dicta dixiſſet, fruſtraq; paſſim Apoſtoli præcepiſſent, vt ſuperioribus obediremus, præpoſitiſq; noſtris (vt nup docui) ſubiaceremus. Et ſanè q̃d Paulus dixiſſet: Oĩs anĩa ptãtibus ſublimioribus ſubdita ſit. Qui eñ poteſtati reſiſtit, Dei ordinatõi reſiſtit, &c. Et paulopoſt: Ideoq; neceſſitati ſubditi eſtote non ſolum propter iram, ſed propter cõſciam. At quõ qs obediet poteſtati, ſi eius vľ legi vľ conſtitutõi ad Reip. vtilitatẽ latæ reluctabiť? Atqui ex iſtorũ paradoxo ſequereť, vt nullũ inter homines eẽt regimẽ, nullus ordo, nulla neq; pax, neq; tranquillitas, ſed omnia confuſione quadam Babylonica in diuerſum irent traherẽturq;. Sed dubium non eſt, natura vel ipſa ante ſcripturas docẽte, falſum eẽ, quod blaterant, fieri non poſſe, vt hominum conſtitutiones ſerueñt cum Euangelio, imò verum eſſe, quaſdam hominum conſtitutões eſſe neceſſarias, quaſdam vtiles: quanq̃ fortè conduceret ex ijs, quæ viderentur vel ſupflue vľ plus æquo onoroſæ, non nullas abrogare. Id q̃d fieri poſſet, quum conſtet, humana plerunq; ſtatuta pro loco, tempore, re, ꝑſonaq; decerni, proinde pñte in rem fieri ſi ſupflua abrogarenť, quopiam iſtorũ ceſſante, pręſertim cum ſecus vtilitas publica ſuadeat.

¶Vbi

D ¶Vbi aūt ſciendū eſt, in rebus nouis cōſtituēdis euidentē eſſe vtilitatē debere, vt recedat L. In reb
ab eo iure, ꝗd diu æquū eſt viſum, eāq; receſſionē nouāq; cōſtitutionē nō fieri niſi ꝑ eos, q̃ꝝ bo. ff. de cō
ex authoritate intereſt & officio ad vitandū in populo cōfuſionē & ſcandalū atq; tumultū. ſtitut.
Siquidē, ait iuriſcōſult⁹, nō eſt ſingulis concedendū, ꝗd ꝑ magiſtratū publice poſſit fieri, ne L. non eſt
occaſio ſit maioris tumultus faciendi. ¶Secūdo errāt dicētes, nullius eſſe hoīs aliquā face- ff. de reg.
E re cōſtitutōem. Id ꝗd refellit hodiernū Euangeliū, in q̃ non reprehendunt, qui fecerūt tradi iur. L. nul
tiones, ſed qui ꝑ illas dei mandatum faciunt irritū. Hominis aūt eſſe cōſtituere aliq̃d, primo lus C. de
teſtant dñi verba in p̄ſenti Euāgelio. Secundo exēplum ſcripturæ, q̃ tradit, dñm deū Iſrael Iudęis.
ad filios Ionadab ꝑ Hieremiā dixiſſe. Pro eo ꝗd obediſtis p̄cepto Ionadab p̄ris veſtri, & cu Hiere. 35
ſtodiſtis oīa mādata eius, & feciſtis vniuerſa, q̃ præcepit vobis, ꝓpterea. Nō deficiet vir
de ſtyrpe Ionadab filij Rechab, ſtans in cōſpectu meo cunctis diebus. Præceperat aūt is pa-
ter ſuis filijs, ne ipſi ipſorūq; filij vſq; in ſempiternū biberēt vinum, ꝗd tñ deus nuſq̄ p̄cepiſ-
ſe legit, niſi ab eo Ionadab, qui vtiq; homo fuit: etſi ꝓhibuerit creaturā maxime bonā. ¶Se-
cundo exēplo apl'oꝝ, qui proculdubio plura, nō principaliter ex dei cōmiſſione nec dño iu
bente p̄ceperunt, quum tñ & ipſi hoīes fuerint, apl'o teſtante ſimul & dicente. Nam cæteris
dico ego nō dñs. Si q̃s frater vxorē habet infidelē, & hæc cōſentit habitare cū illo, nō dimit-
tat illā. Clare hic audis Paulū nō vt dñm, ſed ſe vti hoīem præcipere Corinthijs, qui indu-
bie ad illud p̄ceptum, haud ſecus obſtricti fuere, acſi à deo oretenus habuiſſent, quia bonum
& in remp. futurū. Sic itaq; recte obſeruabimus nr̄oꝝ maioꝝ traditōes, ſi vel ad pietatem, Iacobi. 1
deuotionē, pacem, cōcordiā & deniq; remp. ſimulq; moꝝ honeſtatē faciunt: nimiꝝ ꝓinde Matt. 10
habendæ, acſi à dño latæ ſint, à q̃ ſunt oīa bona, qui ꝑ ipſos loqui p̄latos cenſet, eo ipſo di- Marc. 13
cente. Nō vos eſtis, qui loquimini ſed ſpūs patris vr̄i in vobis loquit. Ideoq; arbitramur tra- Lucæ. 12
ditiones poteſtatū, ſi vtiles ſunt, non niſi ſpū ſancto ſuggeſtore eſſe latas, ꝓindeq; merito à 2. Petri. 1
nobis obſeruandas, hoc ipm fermè Petro ſubindicāte, quū ille ait. Omnē prophetiā ſcriptu
ræ ꝓpriā interp̄tatōe nō fieri, qm̄ nō voluntate humana aliq̃n ſit allata ꝓphetia, ſed ſpū ſan
F cto inſpiratos loquutos eſſe ſctōs dei hoīes. ¶Definimus igit accumulatōe quadā epilogi
oēs hoīm traditōes, q̃ Euāgelio nō cōtradicūt, aut illi nō derogāt recte cū Euāgelio poſſe ac
debere ſeruari, Chr̄o Max. dicente. Hæc oportuit facere. ſ. hūana ſequi ſtatuta, & illa. ſ. diui Matt. 23
na p̄cepta nō obmittere: vtpote quū inter ſe nō diſſidēt, alioqui quō quis duobus poſſet in- Luc. 11
ſeruire dñis? Et ſic video ſuperioribus eſſe obediendū, in oībus ijs p̄ceptis, q̃ ſunt vel iure di- Matt. 6
uino mandata, q̃ vel per ſe vel propter ſe nec bona nec mala ſunt, aut diuina inſtitutiōe, aut Lucæ. 6
propria cuiuſq; profeſſione fixa nō ſunt, vt nō iuſſa quidē licet, vtrūlibet vel admittant, vel
obmittant, iuſſa vero citra culpā nō negligant, ſine crimine nō contemnant. Siquidē ſemꝑ
& vbiq; neglectus culpæ & cōtemptus dānationi obnoxius ſit, qm̄ inde charitas abſit, quā
G ſinguli ſingulis debemus. ¶Scd'o docet Chr̄s hodie eas hoīm traditōes nō obſeruādas, quę Romā. 13
Euāgelio, adeoq; dei mādato quis pacto repugnāt, aut illi detrahunt. Quale fuit, ꝗd ipſe q̃ꝗ 1. Iohan. 3
exemplo contra phariſæos inducit, ꝗd iſti prætextu ꝗdā bono ꝓ ſua auaritia, cupiditate &
queſtu introduxerant, interimq; per id dei mandata facientes irrita: quum tñ humanæ cō-
ſtitutiones non niſi propter dei præceptoꝝ obſeruationē propterq; publicā vtilitatem vel
tuendā vel augendā ferri debent, nō autem ex aliq̃ adfectu humano, repugnāte diuinis mā-
datis, quæ oīibus ſunt humanis cōſtitutōibus p̄ponenda, dicente Petro. Deo magis opor- Acto. 5
tet obedire q̄ hominibus. Qd' niſi q̃s fecerit, auditurus ſit vereor, ꝗd deus ad Adā dixit. Pro
eo, ꝗd obediſti voci vxoris tuæ plus q̄ meæ, maledicta terra in opere tuo. Qñquidē ait pro- Gene. 3
pheta. Declinantes autem in obligationes, adducet dñs cum operātibus iniquitatem. De- Pſal. 124
bent ea propter legiſlatores legē aliquā laturi magnopere curare, ne quid legi diuinę, bonis
moribus, reip. vtilitati cōtrarium cōſtituant. Timendus eſt deus p̄ omibus, ne quid peccet,
quo poſſit nobis indignari, ſemperq; curādum duco, nō quid nobis tm̄, ſed q̃d oīibus pro-
ſit. Apl'o dicente: Nemo ꝗd ſuū eſt, quærat, ſed qd' alterius: quēadmodū & ipſe alias ait ad 1. Cor. 10
Corinthios. Non em̄ quæro, quæ veſtra ſunt, ſed vos. Sic etiānum videre debent, vt nō ſo- 2. Cor. 12
lum ſuis legibus ſtatuant q̃ licet, ſed quæ expediunt, ſunt em̄, q̃ licent, nō etiam expediunt:
atqui oīs à deo eſt ꝑtās, & ab eo nō in deſtructionē, ſed in ædificationē data. Sit igitur nul 2. Cor. 13
la conſtitutio humana, quæ poſſit eſſe diuino p̄cepto cōtraria, ne illam obſeruātes, dominū
dicere audiremus. Et irritum feciſtis mandatū dei, propter traditionem veſtram.
H ¶Tertio docet Chriſtus, nihil prodeſſe ad ſalutē opera exteriora, adeoq; ipſas corpora-
les cęrimonias, niſi adſit & ſpūs atq; cor. i. niſi corde q̃q; fiant, quæ foris rep̄ſentātur, nimi-
rum quæ eatenus ſunt ſalutaria, quatenus cor intus acceſſerit. Cuius proculdubio gr̄a oēs
ſunt cærimonię latæ. Et hoc eſt ꝗd dñs in Eſaia dicit. Populus hic labijs me honorat, cor au Eſaiæ 29
tem eorum longe eſt à me. Sine cauſa autem colunt me docentes doctrinas & mandata ho Matt. 15
minum. Quaſi diceret, Nihil ad ſalutem faciunt humanę traditiones vel quamlibet ſanctæ
appareant, niſi ſub ijs cor ſit ſyncerum & pium, quod ſoli deo faciat, quod foris ſignificatur
Debet

Matt.5. Debet enim ſimul & corpus & ſpūs laborare. Quod facile alibi dn̄s præcipit, dicēs: Niſi iuſtitia
Matt.6 veſtra plus abūdarit q̄ phariſæorum, nō intrabitis in regnū cœlorum. Siquidē phariſæi, verè hypo
critę, putabāt ſatis eē, ſi opa etiam ſine ſpū corporal'r facerēt, at dn̄s, vult etiam ea à nobis ex-
pleri ſpū, quod corpore foris agimus, ne & ipſi ſimus hypocritæ, & ieiunantes, vt hominibus
ſancti appareamus, qbus alioqui apud deum non ſit merces, ſed hic p vanam gloriam vl' quæ-
ſtum recepta. Et ita nimirum innuit dominus, pleraq; omnia cerimonialia olim apud Iudæos à
nobis nunc debere potius ſpūaliter obſeruari, qppe quę ſine ſpū non proſint & corde, vnde p
cedunt bona & mala. Et hoc eſt, quod Chriſtus inqt. Tu cum oraueris intra in cubiculum tu-
Matt.6. um, & clauſo oſtio, ora patrē tuum in abſcondito. Quid eſt ita orare, niſi corde deum orare &
colere, non autem forinſecus ſolum exterioribus cerimonijs ad oſtentationem, vel quæſtum,
velaliam ob cauſam, ſicuti hodie Iudæi factitarunt, hypocriſim aucupantes.

¶ Quarto docet Chr̄us: Eum non rectè aliū accuſare, q ipſemet ſit vl' in pctō maiore culpan I
dus, decere potius, vt is ſe prius emēdet, deindeq; aliū corripiat. Hinc ait ad Iudæos, accuſan-
tes eius diſcipulos. Quare & vos tranſgredimini mandatū Dei, ppter traditionē veſtrā. Q. d.
Matt.6. deberetis qdē vos prio eē à vitio imunes, accuſaturi alios. Qd' ipe aliàs explanat. Hypocrita (in
Lucæ.6. quiēs) eijce primū trabē de oculo tuo, & tūc videbis eijcere feſtucam de oculo fratris tui. Qd'
Iohan.8. & abſolutōe adulteræ mulierculæ arguit, ad Iudæos accuſantes, dicēs: Qui ſine pctō eſt veſtrū
primus in illam mittat lapidē: nimirum non excuſauit pctm̄ mulierculæ ſed officiū eius oſtendens,
qui alios vult corrigere vt ipe nō ſit corrigēdus, interimq; damnās ſupbiam, odiū, inuidiam, &
1. Cor.9 alia ob quæ plerūq; corrigēdi potius corrigūt alios. Id qd & ſi in oēs eſt dictū, maximè tamen
in eos, q vti ſcribæ & phariſæi alijs officio & ſtatu præſunt, qd ex Paulo accepimus dicente:
1.Tim.4. Sed caſtigo corpus meū, & in ſeruitutē redigo, ne fortè cum alijs prædicauerim, ipe reprobus
efficiar. Hinc idē tam paternè hortat' Timotheū, dicēs: Sed exemplo eſto fideliū in verbo, in
conuerſatōe, in charitate, in fide, & caſtitate: nō ignarus ſed optime ſciēs, eum maximè dignū
accuſatōe, q doctrinæ authoritatē habēs, legē tranſgrederet', tum qa præuaricat', q alios corri-
gere debet, tum qa peccans maiori pœna dignus eſt ppter honorē, deniq; qa plus corrumpit
velut in ordine doctoris peccans, vnde ſubditi ſcandalizant', arbitrantes ſibi quoq; licere, qd
Matt.23 ille agit, vl' pctm̄ non eē, quod ille, q ſuperior & doctior maiorq; eſt, ppetrat, quod tamen ar-
Lucę.11 bitrari non deberēt, ſed potius Chr̄m ſequi, dicentē: Omnia quęcunq; dixerint vobis, ſeruate
Mar.12. & facite, ſecundum opera vero eorum nolite facere.

HOMILIA XXVII. DE EO, QVOD SCRIPTVM EST: IOhannis. 4. Qui aūt biberit ex aqua, quā ego dabo ei nō ſitiet in æternum.

Feria. vi. poſt dn̄icam. iij. quadrageſime.

QVIS Satis vnquam huius Euangelij hiſtoriam miretur vel propter A
plurimas ſnīas & doctrinas in ea. ¶ Primo Ieſu Chr̄i humilitatem
1.Tim.6. pluſquā excellentē qua ipe talis ac tātus doctor ſoluſq; ac vnicus ma
giſter, ideōq; cœli ac terrę dn̄s, adeoq; apud oēs virtutis diuinæ oiſq;
apiæ Propheta pclamatus, vnā paupereulā eamq; gētilē mulierē ſi-
mulq; peccatricē, adulterā alioq vl' ſolus & ſine comitatu diſcipulorum
Mat.11 & famulorum haud eſt dedignatus. In q certè facto ſe talē eē, qualem ſe
Iohan.13 verbo alias pnuntiarat, præſtitit, inquiēs: Diſcite à me, qa mitis ſum
Acto.10 & humilis corde, nō pſonarum acceptor: interimq; ad prælatos, dicēs:
Roma.2 Exemplū dedi vobis, vt queadmodū ego feci, ita & vos faciatis. Eſt eīm boni prælati, vt oībus
ſe parem, manſuetū, humilemq; interrogantibus exhibeat, ſeq; hoc humiliorē pferat, quo ſta
Eccl.3 tu eſt altior & maior, dicēte Solomone: Quāto magnus es, humilia te in oībus, & corā deo inue
Eſaie.10. nies grām: ſiquidē ait Eſaias: Sublimes humiliabunt'. Et depoſuit (Maria inqt) deus de ſede po
Lucæ.14. tētes, & exaltauit humiles, de qua quidē humilitate, nup multa. Quam ſanè vl' ideo humilitatē
Lucæ.1 Chr̄i erga paupereulā & Samaritanā demirati ſunt diſcipuli atq; clemētiā, quia cognouerūt ty
pū mulieris. Quid oro mulier deſignauit? Hauddubie (inquā) geſſit typū eccleſię de gētibus fu
turę, de qua adhuc īcredula dn̄s p Eſaiā aliqn̄ dixit: Inuētus ſum à nō quęrētibus me, palā ap-
Roma.10 parui his, qui me nō interrogabant. Qui & de ea olim p Oſeam dixit: Vocabo non plebē meā,
Romanā.9 plebē meam, & nō dilectā: dilectā, & nō miam conſecutā, miam cōſequutā. Qn̄quidē ſic deus
Eſa.49. pr̄ qndā de filio ſuo vnigenito Ieſu Chr̄o ordinarat, ad eū p Eſaiā, dicēs: Poſui te in lucē gētiū,
Acto.13 vt ſis in ſalutē vſq; ad extremū terrę. Hic Paulus & Barnabas apd̄ Iudęos pdicātes, maleq; acce
pti dixerūt, vobis oportebat primū loq verbū dei, ſed qm̄ repellitis illud, & idignos vos iudica
tis ęternę vitę, Ecce cōuertimur ad gētes. Sic enim nobis pcepit dn̄s. His ergo gētibus, qua-
rum mulier Samaritana typus fuit, dn̄s ipſe vltro hodie apparuit, dicens: Da mihi bibere, animi
rum, qui non tam naturalem propter laborem & æſtum more humano ſitim quàm, ſalutem
ſitiebat

ſitiebat, qui ꝑpterea venerat q̃rere & ſaluũ facere, q̃d perierat, venite, inquiens, ad me om̃es Luc.19
qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiã vos. Et iterũ: Si quis ſitit, veniat ad me & bibat. Matt.11
Quid bibat? Aquã illã Ieſu Chriſti viuam, de qua qui bibit, nõ ſitiet in æternũ, & in q̃ futurus Johan.7.
eſt fons aquæ, ſalientis in vitã æternam. ¶ Sed q̃ eſt illa Ieſu Chriſti viua aqua, q̃ de fonte
exit nõ de pluuia in lacunas aut in ciſternas de fluuijs collecta? Eſt, inquam, vera in Chrm fi
des, veraq́; dei cognitio, nulla errorũ caligine obnubilata, q̃ iuſtus viuit, q̃ viuificat, q̃ refrige Abacuc.2
rat, q̃ mouet, quã q habuerit, ĩ eo fit fons aq̃ viuæ ſalientis in vitã æternã. Quia hoc ſpũs ſan- Roma.2
cti donũ, hæc abundãs bonitatis, lucisq́; diuinæ infuſio, nunq̃ deficit, ſed pducit in vitã æter
nam, ſalitq́; ex hoc mundo in regionẽ æthereã, vbi mors nulla, ſed fine fine vita regnat, quẽ
eſt vita æterna, Dicente dño: Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcãt te ſolum deũ verum, & quẽ Johan.17
miſiſti Ieſum Chriſtũ: quẽ vtiq; hic fide cognoſcimus perinde rem ſpeculo. Quãdoquidẽ,
inquit Paulus. Videmus nũc p ſpeculũ in enigmate, tunc aũt facie ad faciem. De hac igitur 1.Cor.13
viua Chri aqua, quã ipſe dat (eſt em̃ Paulo teſte, Fides donũ dei: ſiquidẽ fine pœnia ſunt do- Ephe.2.
na & vocatio dei, Vñ apli dicebãt, Adauge nobis fidẽ. Et vir aliàs, dñe adiuua incredulitatẽ Roma 11.
meã) hodie eſt admirãda illa & ꝑfunda inter Chriſtũ dñm & mulierẽ Samaritanã diſputa- Luc.17
tio. Cuius. ¶ Secundo in huius Euãgelij hiſtoria ꝑfunditatẽ & vtilitatẽ nemo eſt pius q Marci.9
nõ debuerit admirari: nempe q̃ eſt de vera (vt audiuimus) in Chrm fide & dei vera cogni-
tione, Itemq́; inſtructione ſalutari eadẽq́; chriſtiana differta, q̃ nos vnà cum muliere Sama
C ritana ad tria euidenter inducit. ¶ Primo ad cõtemnendũ huius mundi amorẽ: qñ dicit.
Om̃is qui biberit ex aqua hac. ſ. materiali, ſitiet iterũ. Quæ eſt hæc aqua? Congeries bonorũ
mundanorũ. ſ. diuitiarũ, delitiarũ, honorũ, hocq́; genus aliorũ: q̃ ſitimus, q̃ etſi apprehẽdimus
ſitim tñ nõ ſedãt ſed augent. Hæc certe cõparant duabus ſanguiſugis filiabus. ſ. ſuperbiæ &
auaritiæ q̃ ſemper dicũt (vt eſt in prouerbijs) affer, affer, &c. Hinc eſt q̃d Dauid ait, Et ſub- Puerb.30.
ſtãtia mea tanq̃ nihilũ ante te. Veruntñ vniuerſa vanitas, at (vt alio in loco inquit) ſatiabor, Pſal.38.
cũ apparuerit gloria tua. Qñ apparebit? qñ vere deũ à facie ad faciem cognoſcemus in vita Pſal.16
æterna, in qua, vt eſt in Apoca. qui habitãt neq; eſurient neq; ſitient amplius, nimirũ oĩm Apoca.7.
bonorũ abundãtes: quæ igit ſi habere voluerimus, neceſſum eſt vt hãc terrenã bonorũ aquã
cõtemnamus, & petamus cũ Samaritana: dñe, da mihi hãc aquã, vt nõ ſitiã neq; veniã huc
haurire. Cogitemus quàm vani ſint diuites, voluptuoſi, itẽq; tpalia bona q̃ ſint vana. Sæpe
em̃ cui heri nõ ſuffecerat totus mundus, hodie breui cogit eſſe ſepultura cõtentus. Qui heri
theſaurũ de auro collegit, hodie aurũ theſaurũ facit de ipſo. Qui heri corpus ſuũ diuerſis de-
D litijs nutriuit, hodie à vermibus comedit. ¶ Secũdo inducit mulierẽ noſq́; cũ ea, ad deſide
randũ dei amorẽ, qñ inquit. Qui aũt biberit ex aqua, quam ego dabo ei. ſ. de grã ſpũs ſancti,
nõ ſitiet in æternũ. Quã vult petendã, dicẽs. Si ſcires donũ dei, & qs eſt, qui dicit, da mihi bi
bere, tu forſitan petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquã viuã &c. Nõne aũt magnũ dei eſt donũ,
q̃d ipſe, qui ex ſe ipſo ſolus bonus eſt, dignat venire ad nos, fatigat, quieſcit & expectat, vt
veniẽtes ad ſe vltro ꝑuocet ad petendũ, & ſe illis vltro pãdat & donet? Et vtiq; dei donum Apocã.3.
eſt vera in Chrm fides adeoq́; dei cognitio, quũ eius adminiculo & nõ aliter eũ cognoſcere Ephe.2
poſſimus, ipſo dño dicẽte. Nemo pt venire ad me, niſi pr, qui miſit me, traxerit eum. Sic ille Johan.6
nimirũ traxit Petrũ, dicentẽ. Tu es Chrs filius dei viui, vñ ei dicebat. Nõ tibi reuelauit caro Matt.16
& ſanguis, ſed pr meus qui in cœlis eſt. Et trahit vtiq; pr ad filiũ eos, qui ꝑpterea credũt in
filiũ, quia eũ cogitãt prẽm habere deũ, & qui cogitat fideq́; ſentit & ruminat equalẽ eſſe pri
eũ, in quẽ credit, ipm trahit pr ad filiũ. Trahit autẽ volũtatẽ hoĩs pinde ſua queq́; voluptas
trahit, & trahit homo, quũ vt aĩa terrenis delitijs, ita veritate, beatitudine, iuſtitia ſempiter
na trahit delectaturve. Quibus ſi quis trahit iã ſitit aquã illã viuã, quã nõ niſi petendo acci-
pit, Chro hic & alibi teſtãte. Petite & accipietis. Quã qui habuerit. i. vera fide deũ agnorit Lucæ.11
ipmq́; adorarit in ſpũ & veritate, nõ ſitiet in æternũ, Qñquidẽ ſit in eo fons aquæ ſalientis.
qui em̃ fontẽ intra ſe habet ſcaturientẽ ſiti nõ afficit. Sic & qui habet verã in deũ fidẽ, eiuſq́;
verã cognitionẽ amore ſpiritus ſancti repletus nõ ſitit amplius haſce mũdi res appetibiles,
. ſ. diuitias, delitias, voluptates, pompas, &c ſed totus in Chrm dirigit, ducit, trahit & rapit. Actorũ.9
Cuius quia vnicã tãtummodo guttulã hauſerat Saulus, ſtatim factus eſt Paulus, ex lupo ag- Phil.3
nus, in eoq́; extincta om̃is ſuperbia, omniſq́; mundi cupido, Qñ & ipſe ait. Veruntñ exiſti-
mo om̃ia detrimentũ eſſe ꝑpter eminẽtẽ ſciam Ieſu Chri, dñi mei, ꝑpter quẽ oĩa detrimen
tũ feci, & arbitror vt ſtercora, vt Chrm lucrifaciã. Eius q̃q; aquę vnica gutta potus Matthę Matt.9.
us mox in eo oĩm diuitiarũ, quarũ, quia publicanus erat ditiſſimus, rerũq; caducarũ ſitis ex- Marci.2
tincta eſt, relicta grãdi pecunia Chrm paupertatis magiſtrũ vltro ſequutus eſt, & qui prius Lucæ.5
rapuit aliena, deinde ꝑpria cõtẽpſit. A cuius aquę gutta pota Magdalena peccatrix, oĩs in Lucæ.7
ea luxurię libidiniſq́; ſitis extincta ẽ, & ipa ex cornicula nigra, facta cãdida columba adeoq́;
harũ rerũ ſitim nõ ſitiuit, vt triginta annos in Eremo fuerit, nec interim hoĩem viderit, aut
ipa ab vllo viſa ſit, cibus illi nõ hũanus, ſed cęleſtis, eoq́; ſuauior, q̃ maiore grã datus & acceptus.

Ea poti

Digitized by Google

Matt.19 Ea poti aqua Apoſtoli & eorum imitatores, omnẽ omniũ rerum ſitim extinxerunt: nimirum relictis
Johan. 6 oĩbus ſecuti ſunt Chrm, aliàs dicẽtes p Petrũ: Dñe ad quẽ ibimus? verba vitę æternæ habes. Et
Matt.16 nos credimus & cognouimus, qa tu es Chrus filius dei. Vides ergo q̃d illi aquã viuam .ſ. fidem
& Chri cognitionẽ habuerunt, ideoq́ ſaturati amplius hæc mundana non ſitiuerunt, ſed po-
ti ſunt intus fonte aquæ ſalientis in vitam æternam, quam nunc ſine eſurie ac ſiti fruuntur.

¶Tertio, inducit nos Chrus cum muliere ad ſuprẽmus agnitionẽ: ſiqdem mulier ad Chriſti E
cognitionẽ gradatim puenit, eum primo Iudæum, id eſt, vnius dei cultorẽ, q̃d magnum fuit:
deinde Prophetam, q̃d maius, deniq́ Chrm eſſe (q̃d maximũ fuit) credens, argumẽto hominẽ
Mar4 paulatim gradatimq́ à paruis ad maiora aſcẽdere debere, deũ intellectu. A timore qdem in-
Pſal. 110. ceptum, à pœnia profectum, in charitate nõ ficta finitum. Id q̃d Marcus alibi denotãs ait: VI-
Matt.3. tro terram fructificare. Primo herbam, deinde ſpicam, poſtea plenũ fructũ in ſpica. Sane her-
ba eſt principiũ ſpicę, qa timor dñi, principiũ ſapiæ. Spica vero ſcd̃m, qa delectati in peccatis
Romañ.3 iam deinde timẽtes, ſe debẽt p pœniam affligere, tunc appropinquabit regnũ cœlorum, q̃d eſt
Chrus. Quo comp̃henſo fide vera ſequit̃ fructus fidei & pœniæ, quæ eſt charitas, pinde vera
1.Johã.4 dei cognitio, ſiqdem plenitudo legis ſit charitas. Hinc Euangeliſta: Omnis (inqt) q diligit, ex
deo natus eſt & cognoſcit deũ: quia charitas ex deo eſt. Qui nõ diligit, nõ nouit deũ, q̃niam de
us charitas eſt. At nihil horum habebimus, niſi Chro eiuſq́ verbis crediderimus, ipſo hodie dicẽ
te: Crede mihi. Q.d. alioqui fruſtra à me diſceſveram dei adorationẽ, adeoq́ eius agnitionẽ: ſi
Eſa 7 quidẽ dixerit Propheta: Niſi credideritis, nõ intelligetis ſcd̃m tranſlationẽ ſeptuaginta virorum.
Heb.11 Et Apſus accedentẽ oportet credere: Et ſic q in Chrm credit eam habebit aquam, quæ omnẽ
Johan. 6. æternalr̃ ſitim extinguit, Chro dicente: Qui venit ad me, nõ eſuriet. Et q credit in me, nõ ſitiet
Ephe.2. in æternũ. At qui credit in illũ? vtiq; cui hoc donat̃, quia fides dei donũ eſt. At cui donat̃? Qui
petit. Ait enĩ Chrus: Tu forſan petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquã viuã, id ẽ, fidẽ de deo veram.
Ideoq́ mulier hodie: Dñe (inqt) da mihi hãc aquã, vt nõ ſitiã. Sic & nos iugiter petamus, vt ab
ea aqua in nobis fiat fons aquę illius ſalientis in vitam æternam &c.

HOMILIA XXVIII. DE EO, QVOD SCRIPTVM EST: IO hannis.6. Mat 14. Mar.6. Lu.9. Ipſe enĩ ſciebat quid eſſet facturus.

Dñica quarta quadrageſime.

QVVM Duos antea locos ex hodierno Euangelio nõ vulgari eruditõe differ A
tos collegerim, eoſq́ p loco & tpe in cõem oim ſalutẽ vtilitatemq́ pro virili
dudũ tractauerim, iam tertiũ offendo locũ prioribus nõ minore indagatõe di
gnum: nempè nõ pauca notatu digna cõplectentẽ. Hic vero locus eſt verbum
Euangeliſtæ, quo ait: Ipſe enĩ ſciebat, qd eſſet facturus. Sane ſciens Chrus ſuos
ampliore doctrina indigere diſcipulos, cũ ipſis nõ ſimplr̃ ſedit, ſed diligẽter loquẽs eis, eos ad
ſeipm conuertit, fide .ſ. & cognitõe in ſe vera firmaq́. Qui cũ videret multitudinẽ ad ſe maxi-
Johan.14 mam venire, interrogat Philippũ. Quẽ Philippũ? Eum qui poſtea dixit: Oſtende nobis patrẽ
& ſufficit nobis &c. Hunc ergo viſa ppl̃i multitudine interrogauit, inquiẽs: Vnde ememus pa
nes, vt manducẽt ij? ¶Sed quare quęrit dñs? Quia futuri ignarus? Non vtiq; rñdet Euange B
liſta, ſed hoc dicebat, tentans eũ, quid eſſet facturus. Sanè nõ ignorabat id q̃d ab ipo dici debe-
bat, nõ etiã vt ignorata diſceret, iterrogabat. Quã quidẽ ſuſpitionẽ, ne quis iſirmitate locutõis
minorationẽ aliquã ſuſpicaret̃, remouet Euãgeliſta, dicẽs: Hoc aũt dicebat tẽtãs, id ẽ, piculũ fa
ciẽs, eum. Ipſe enĩ ſciebat, qd eſſet facturus. Atqui humano more interrogat, interim nihil ali
Roma.8. ud innuẽs q̃ ſuam certiſſimã ſciam. Et eſt hæc ſimilis interrogatio eius, q̃d de deo Apſus dicit:
Qui ſcrutat̃ corda, ſcit qd deſideret ſpũs. Quo locutõis gñe nõ ignorantiæ, ſed certiſſimæ co-
Mat.18 gnitõis ſcrutationẽ arguit. Sed qd ore interrogat.? ¶Primo, inquam interrogat, vt diſci- C
Mar.9 pulo adhuc rudi, ppriam tarditatẽ oſtẽdat, quã ipe in ſe ppendere nõ valebat. Sic aliàs: quũ di
Lucæ.22. ſcipuli inter eundũ diſputarẽt, qs eorum eſſet maior? & tamẽ nemo eorum auderet dñm interro-
gare, dñs cũ Capharnaum cũ ipſis veniſſet, iterrogabat eos, dicẽs: Quid in via tractabatis? Ni-
mirum interrogãs oñdit, q̃ nihil eſſent oẽs, pindeq́ opus eſſe humilitate, inquiẽs: Si qs vult pri-
Marc.8. mus eſſe, erit oĩm nouiſſimus, & oĩm miniſter. Sic & pauloante ſuos diſcipulos cogitãtes, quũ
in via haberẽt niſi vnũ panẽ, vnde acciperẽt panes, dñs tarditatis arguẽs, quæſiuit. Quid cogi-
tatis, quia panes nõ habetis. Nondũ cognoſcitis nec intelligitis? adhuc cæcatũ habetis cor ve-
Pſal.113 ſtrũ? Oculos habẽtes nõ videtis, & aures habẽtes nõ auditis? Nec recordamini, q̃n quinq́ pa-
Johan.6 nes fregi in qnq; millia, & quot cophinos fragmẽtorum plenos ſuſtuliſtis? Nimirum prio docens
præceptorẽ Chriãnũ minus intelligẽtes debere interrogare, vt cognita illorum inſcitia reſpon
Acto 8 dendo poſſit veritatẽ intrudere atq; perfectius docere. Ita vt Philippus inſtinctu ſpũs audiens
Eunuchũ Aethiopẽ illũ potentẽ Candacis reginæ in curru Caput in Eſaia. III. legentẽ, quæſi-
uit. Putaſnẽ intelligis, quæ legis? Qui ait: Et q̃uo poſſum, ſi nõ aliqs oſtẽderit mihi. Rogauitq́
Philippũ,

Digitized by Google

D Philippū,vt aſcēderet & ſederet ſecū. Sic igit & Philippo interrogāte,ſimulq́ʒ reſpōdēte Eunuchus verā Chriſti fidē eſt pdoctus,ſtatimq́ʒ ex aqua in itinere baptizatus. ¶Secundo,vt interrogādo innuat neminē in verā dei ſcientiā,adeoq́ʒ ad verā ſapientiā puentur,niſi q̄ ſuā primo tarditatē,ignorantiā,ruditatēq́ʒ cognoſcat,depoſitaq́ʒ ſupba de ſeipſo,qui tamen nihil eſt,pſumptione, humilitatē induat,quæ ſola eſt prima & vnica ad accipiendā perfectā ſcientiā,via & methodus. Hinc Dauid. Sapientiā,inqt, pſtans paruulis. Et Iacobus vnà cū Petro ait. Similiter adoleſcētes ſubditi eſtote ſenioribus. Oēs em̄ inuicē humilitatē inſinuate,qa dn̄s ſuperbis reſiſtit,humilibus aūt dat grām. Id quod ipſe dn̄s alibi teſtatur,in ſpū gratulatus ait. Confitebor tibi pater,dn̄e cœli & terræ,quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentib⁹ & reuelaſti ea paruulis. Hinc Paulus,cū prius eſſet de ſe plurimū ſentiēs,propterq́ʒ ſecularē illā ſcientiā,qua abundabat,ſuperbus haudq́ʒ dubio inflatus, elatusq́ʒ, mox ſe cognoſcēs, ſuamq́ʒ paruitatē ppendēs p interrogationēq́ʒ Chri dicētis, Saule Saule qd me pſequeris, ſe humiliās q̄ fuerit dicēs. Dn̄e qd me vis facere? meruit grā ſpūs ſancti adeouſq́ʒ hūiliari,vt factus ſit Chriſto vas electionis,gentiū doctor,eaq́ʒ audire, q̄ homini phas loqui nō ſit,vtpote in tertiū cœlū raptus. Quàm vero is inter oēs claruerit diuinæ ſcientiæ profunditate,ex ipſius eſt epiſtolis cognoſcere apertius q̄ dici queat. At vnde iſthuc? nimirū talis & tātus,qm̄ ſe humiliauit,ſeq́ʒ vbiq́ʒ agnoſcēs,etſi magnus,ſe tn̄ humillimū reputauit,aliàs dicēs. Ego em̄ ſum minimus apoſtolorū,qui nō ſum dignus vocari aplus,qm̄ perſecutus ſum eccleſiā dei. Putaſné hoc ex corde ipſum ſenſiſſe,& facto pſtitiſſe? Vtiq́ʒ,q & ſuos vbiq́ʒ ad humilitatē hortās,Inter alia quodā in loco dicit. Nō alta ſapientes, ſed humilibus cōſentiētes. Nolite eſſe prudētes apud voſmetipſos. Qui propterea & aliàs in rebus altioribus,q̄ ſupra captū ſunt humanū,admonet,vt in captiuitatē redigamus omnē intellectū in obſequiū Chriſti,id eſt,vt in rebus ſcripturarū profundioribus cū ſumma humilitate verbo Chri Ieſu ſimplici obſequētes,ſine ſubtili rationū indagatione credamus:qn̄quidē ſint,q̄ intelligant minime,niſi prius humiliter credant, cuiuſmodi ſunt oīa,q̄ ad verā Chriſti fidem attinet:adeo,q̄ Eſaias dixerit,niſi credideritis,nō intelligetis. Hinc fratres dilectiſſimi,admoniti,noſmetipſos, q̄ vtpote imbecilles ſimus, noſtraq́ʒ ingenia q̄ prorſus cæcutiant, q̄ obtuſa ſint in rebus altioribus cognoſcamus,vt per humilitatē ſciæ diuinæ altitudinē capeſſemus:memores hodiernæ Chri ad Philippū interrogationis Itēq́ʒ memores ſcripturæ,q̄ dicit. Habe fiduciā in dn̄o ex toto corde tuo,& ne innitaris prudētiæ tuæ. Time deū & recede à malo, Ne ſis ſapiēs apud temetipſum. Hæc ſcriptura. Et veriſſime quidē,quū experiētia rerū magiſtra experti ſimus,nihil magis eē cauſam ignauiæ & erroris, q̄ elatā de ſeipſo pſumptionē,qua plerīq́ʒ miſere ſeducti ad extremā vſq́ʒ inſaniā venerunt,

Pſalm. 18 Iacobi. 1. 1 Petri. 5 Matt. 10 Act. 9. 22 Roma. 11. 2. Tim. 1. 2. Cori. 12 1. Cor. 15 Roma. 12 2. Cori. 10 Eſaie. 7 Prouer. 3

E oīs rōnis expertes. ¶Secūdo, Chrs Philippū interrogauit,vt ipſe non mō Philippus, ſed & vniuerſa turba corā palàq́ʒ miraculi magnitudinē videret,intelligeret,deindeq́ʒ vidēdo & intelligēdo crederet,credēs amaret,amāſq́ʒ ſaluus fieret. Magnitudo aūt miraculi euidēter patebat ¶Primo ex inopia Chri & diſcipulorū,q,vt elicit ex verbis Philippi, Ducētos denarios tantūmodo habuerūt. ¶Secūdo, ex paucitate panū & piſciū, qa quinq́ʒ tantūmō panes ordeaceos,& duos piſces habuerūt. ¶Tertio, ex multitudine hoīm, qa diſcubuerūt nūero q̄ſi quinq́ʒ millia virorū, Iuxta cōſuetudinē ſcripturæ,q̄ dūtaxat à viginti annis vſq́ʒ ad quinquaginta nūerat viros ad bellū aptos. Cū haud dubie plures nūero fuere pueri, ſenes ac mulieres, q̄

Numer. 1. Matt. 14

F vt plurimū in Chri verbo audiēdo,officioq́ʒ diuino frequētādo ſunt deuotiores. ¶Quarto ex reſiduorū collectiōe,qm̄ lōge plus collectū ſit,q̄ appoſitū, qa ex quinq́ʒ panibus ordeaceis, duobuſq́ʒ piſcibus ſupfuere duodecim cophini fragmētorū. Hāc igit miraculi magnitudinē voluit Chrs interrogādo fieri oīno & oībus notā:quēadmodū aliàs Lazarū reſuſcitaturus q̄ſiuit, vbi poſuiſtis eū? Nimirū nō ignarus interrogās,ſed vt populū,cui voluit dei gloriā fieri apertā,& inde illū fieri ad ſalutē credulū,ad miraculi magnitudinē prouocaret,quod vtiq́ʒ vel ideo miraculū maximū fuit, qa Lazarus mortuus manibus ac pedibus ligatus,iā quatriduan⁹

Iohan. 11

G iacuerat ſepultus,fœtereq́ʒ iā cœperat. ¶Ex his aūt eſt colligere. Primo, q̄ fuerit dn̄s ipſe nr̄æ ſalutis,q̄ p fidē à deo daī, cupidus,ſolicituſq́ʒ,q oēs hoīes ſaluos vult fieri,& q quod perierat, q̄rere venit:q adeo nihil ſuorū miraculorū latere voluit, quo oēs crederēt in ipm̄, q propter fidē miraculis & doctrinis aſtruēdā,ſimulq́ʒ p fidē ſalutē operādā è cœlo deſcēderat,ipſo dicēte. Sic deus dilexit mūdū,vt filiū ſuū vnigenitū daret,vt oīs q credit in eū,nō pereat,ſed habeat vitā æternā. Nō em̄ miſit deus filiū ſuū in mundū,vt iudicet mundū,ſed vt ſaluet mūdus per

1. Timo. 2 Lucæ. 19 Iohan. 3

H ipſum. ¶Secundo eſt colligere, quod nemo ſe poſſit ſuæ incredulitatis p ignorantiā excuſare, quū nihil, quod ad fidē ſolidā poſſit dirigere, clam fecerit, ſed q̄d palā fecit manifeſtius videri & intelligi voluit, Inde ipſe aliàs ait. Ipſa opera, q̄ ego facio, teſtimoniū perhibēt de me, qa pater miſit me. Et poſtea. Non creditis, quia ego in patre, & pater in me eſt. Alioqui propter opera ipſa credite. Et iterū. Si nō veniſſem, & locutus fuiſſem eis, peccatū nō haberēt, nūc autē excuſationē de pctō ſuo nō habēt. Si opera nō feciſſem in eis, q̄ nemo alius fecit, pct̄m nō haberēt. Nunc autē & viderunt & oderunt & me & patrē meū. Hinc eſt dilectiſſimi frēs, quare

Iohan. 5 Iohan. 14 Iohan. 15

Digitized by Google

Chrũs à Philippo interrogauit,nõ vt neſciret,nõ vt diſceret,ſed quo nos inſtrueret verã fidẽ, & verã ſciẽtiã & doctrinã,q fecit & docuit,operat' eſt virtutes,vt ſua ꝙꝗ operatiõe virtutes
Actorũ.1 Johan.13 nos inſtrueret,adeo vt ſemp dicere poſſit ad nos, Oĩs mea actio eſt vſa informatio. Exẽplũ dedi vobis,vt ipm imitaremini.Et hoc eſt,ꝗd prudẽs Euãgeliſta Iohãnes ſublimia à deo perdoctus,ne qs de dñi ſciẽtia ſuſpicaret,dicit.Hoc autẽ dicebat,tentans eũ.Ipſe eñ ſciebat,quid M
Hebręę.4 eſſet facturus. ¶Quo nimiꝶ verbo poſt oĩa alia ille primo declarat Chriſtũ veꝶ deum eſſe, quippe qui nullius rei ignarus etiã futura & intima apertiſſime nouit,de quo apl'us.Et non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius,oĩa autem nuda & aperta ſunt oculis eius:qui &(vt
Eccleſ.15 Euangeliũ paſſim habet)diſcretor eſt cordiũ & cogitationũ & cordis intentionum.Ipſe eñ, inquit aliàs ſcriptura,agnoſcit omnẽ operã hominis. ¶Secundo,vt tentati à deo per ipſum N in mente de re aliqua magna vel facienda vel depellẽda,noſtris omnino viribus non fidamus incepturi quod nobis videretur,adeoꝗ inniti noſtrę prudẽtię,veꝶ vt perpendamus quàm
Johan.15 Matt.10 Lucę.12. nihil ſit in noſtra poteſtate,ſed totũ eſſe in eo poſitũ,qui dixit:Sine me nihil poteſtis facere,ſine cuius nutu nihil vel tantillũ fit in terra,qui oĩa quo modo fiant,ſapiẽter ordinauit,qui oĩa ſcit anteꝗ ſunt futura,ipſo ad diſcipulos dicẽte.Nõne duo paſſeres aſſe veneunt.Et vnus ex illis nõ cadit ſuper terrã ſine patre veſtro,veſtri capilli capitis ſunt numerati. ¶Cogitemus O igitur à deo tentati,interrogando ne nobiſipſis aliqd in oculis nr̃is videamur vel deficiamus, ſed totũ illi acceptũ feramus,qui ſcit,quid facto ſit opus.In quo euidenter arguunt,qui ꝗ ſibi proponunt aut agũt dei obliti & ſuis vel opibus vel viribus ingenij vel robore populi confiſi prorſus ſe vel deo & hoĩe inuito perfecturos arbitrant:tum nimiꝶ errantes,vt vel ab æthnico
Vergil. 1.Aeneid Prouer.21 poeta corripiant,quũ canit.Heu nihil inuitis phas quemꝗ fidere diuis.Sileo ꝗ reprehẽdant à ſcriptura,quæ dicit.Nõ eſt ſapientia,nõ eſt prudẽtia,nõ eſt cõſilium contra dñm. Equus paratur ad diẽ belli,dñs autẽ ſalutẽ tribuit.Id quod publice teſtatus eſt legis ille doctor Gama-
Actorũ.5 liel,inquiens.Et nunc itaꝗ dico vobis,diſcedite ab hoĩbus iſtis,& ſinite illos.Qm̃ ſi ex hoĩbus cõſiliũ hoc aut opus,diſſoluet.Si vero ex deo eſt,nõ poteritis diſſoluere,ne forte & deo repu-
Esaię.46 gnare videamini.Quod adeo veꝶ eſt de deo,vt & ipſe de ſeipſo p Eſaiã dicit.Recordamini prioris ſeculi,qm̃ ego ſum deus,& nõ eſt vltra deus,nec eſt ſimilis mei,annuntiãs ab exordio nouiſſimũ,& ab initio,ꝗ necdũ facta ſunt,dicẽs:Cõſiliũ meum ſtabit,& oĩs volũtas mea fiet. Quàm igit rectius fecerimus,ſi aliqñ,vti Philippus,interrogati de aliqua re neceſſaria & difficili,vnde emamus panes,vt mãducẽt iſti? Reſpõderimus.Ducẽta denarioꝶ.i.oẽs noſtræ ſubſtãtię & vires non tantillũ ad rẽ ipſam faciunt,vt vnuſquiſꝗ modicũ accipiat.i.vt minimum noſtris viribus & diuitijs fieri queat.Tuũ igit eſt dñe,vt rẽ nobiſcum facias & perficias,qui(vt
Philip.2 apl'us ait)operaris in nobis & velle & perficere pro bona voluntate,tua ergo voluntas in gloriam tuam fiat,vt miraculoſe deus contra hoſtem pateſiat.

¶HOMILIA XXIX. DE EO QVOD SCRIPTVM EST, Iohan.19 Da gloriam deo. Nos ſcimus quia hic homo peccator eſt,&c.

Feria quarta poſt quartã dñicam quadrageſime.

DOCEMVR hoc breui verborum compendio ꝗ tetrum & letale venenum A ſæpenumero ſub mellis ſpecie lateat,& ꝗ pernicioſa deceptio ſub ſpecie veritatis,execrãdaꝗ impietas & blaſphemia ſub ꝑtextu veritatis occultetur,ſimulꝗ monemur,ꝗ nõ ſemp correctũ,ideꝗ pium ſubſit pijs ac ſanctis verbis, Itemꝗ ꝗ accurate ſit attendendũ,quo aliquid animo,& à quo ſit homine & in quẽ ſinẽ deniꝗ dictum.Sane breuis eſt hæc verboꝶ ſumma.Da gloriã deo Nos ſcimus,quia hic homo peccator eſt.At hac pia perinde pietate & ſancta increpatione ſumma continetur forinſecus iuſtitia,Intus vero ſumma econtrario iniquitas & blaſphemia, Quid eñ quæſo iuſtius ꝗ in oĩbus deo dare gloriã,vtpote omnis gloriæ vnico authori,pro-
Pſalm.28 Pſal.113 1.Cor.4 1.Corin.1 Johan.15 Philip.2 Roma.11 pheta & hoc ipſum monente & dicente.Afferte dño gloriam & honorem,afferte dño gloriã nomini eius.Et rurſus.Non nobis dñe non nobis,ſed nomini tuo da gloriã.Deus autem noſter in cœlo,omnia quæcunꝗ voluit fecit.Vnde apl'us admonet.Quid autẽ habes quod non accepiſti? Si autẽ accepiſti,quid gloriaris,quaſi non acceperis? Igitur qui gloriatur,in domino glorietur.Ille eñ eſt ſine quo nihil poſſumus facere,qui in nobis operatur velle & perficere: quoniã ex ipſo & per ipſum & in ipſo ſunt omnia:Ipſi honor & gloria in ſecula ſeculoꝶ,&c.

¶Pie igitur pinde & iuſte dictũ eſt à Iudęis hodie ad cæcũ illuminatũ,Da gloriã deo. Veꝶ B impiiſſime & iniquiſſime ſub pio verboꝶ ꝑtextu ſenſerunt ac ꝑtẽderũt.Quid prętenderunt? Profecto,vt luce clarius apparet,vt & ipſe illuminatus ſub eo ſancto prætextu vnà cum imperita plebecula Chriſtum peccatorem diceret.Siquidem non auſi fuerũt manifeſte dicere.Nega,quoniam Chriſtus te curauit,ſed ſub prætextu religionis ad hoc eum inducere voluerunt Da gloriam deo.Q.d.Confitere,quia hic nihil eſt operatus.Et vt vehemẽtius prouocarent, & indu

Digitized by Google

& induceret, addiderunt veritati per ſe malignũ maledicũq; mendatiũ, quo facilius deciperẽt Joban. 8
Si, ô perfidiſſimi Iudæi, ſcitis, quia Chriſtus eſt peccator, quur eũ peccati nõ arguiſtis, dicentẽ
Quis ex vobis arguet me de peccato? Atqui peccatum in eo nõ deprehẽdiſtis vnq̃, in quo pec Eſaiæ. 53
catũ fuit nullũ, propheta in hęc verba teſtãte, Eo q iniquitatẽ non fecerit, neq; dolus fuerit in
ore eius. Id q̃d & cæcus hodie illuminatus, vt neq; pateret calũniæ locus, neq; veritatẽ celaret
teſtatus eſt, eũ nõ peccatorẽ, ſed à deo eſſe, inquiẽs. A ſeculo nõ eſt auditũ, q̃ quis aperuit ocu
los cæci nati, Niſi eſſet hic à deo, nõ poſſet facere quicq̃. Senſit ergo à Chr̃o ſimul illuminatus
aĩo & corpore cæcus, q̃ ſubdole Iudæi perfidi ſe pio verbo℞ ptextu ad impiã blaſphemiã in
ducere ac cogere vellẽt, vt & ipſe Chriſtũ negaret. Ve℞ cur hęc tã fideliter, tãq; accurate Euã
I gelista, ſpũ ſancto doctore, pſcripſit? Q̃nquidẽ ait ap̃lus. Quæcũq; ſcripta ſunt, ad noſtrã do Roma. 15
ctrinã ſunt ſcripta. ¶Quid ergo nos his verbis? Da gloriã deo, ſcimus quia hic homo pecca
tor eſt, docere ſategit? Primo docere voluit, vt attendamus, in ijs pſertim, q̃ ſalutẽ aĩæ cõcer
nunt, quo quæq; ſint aĩo dicta. Siquidẽ latitent ſub pijs & religioſis verbis plerũq; impię de
ceptiões. Id q̃d ex Iudęis patet, q per verbũ, Da gloriã deo, nihil aliud ſibi voluerũt, q̃ vt à deo
deq; eius vnigenito Ieſu Chr̃o oĩs gloria ſumeret, ſibiq; contra deũ aſcriberet, quod tamẽ, ne Joban. 12
dolus aperto pateret, ſubobſcure, intermiſto mẽdacio, texerũt. Sic & Iudas Iſcarioth, dicebat
Quare hoc vnguentũ nõ venijt trecẽtis denarijs, & datũ eſt egenis? Nimi℞ ſub ptextu miſe
ricordiæ ſuã ptendens auaritiã, indigne ferens propter odiũ in Chriſtũ, propterq; amorẽ pe
cuniæ, & turpe lucrũ. Id q̃d Iohannes innuit, dicẽs: Dixit aũt hoc, non quia de egenis pertine
bat ad eum, ſed quia fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur, portabat. Sic nuper pſeu
doeuangelici, qui prætextu miſericordiæ in pauperes & libertatis in grauatos nihil aliud (vt
ipſo facto, non vulgari diſpendio ſumus experti) q̃ de ſacerdotibus, clericis, principibus, ciui
busq; omnibus bonis prædam & licentiam, nouamq; tyrannidem moliti ſunt: abuſi interim
verbo ſanctiſſimo Euangelij & euangelicæ libertatis, qua ſublatis bonis moribus & ritibus
deſpectisq; dei ſanctis, deinde deum pariter deſpicerent, quomodo iam ſatis re ipſa magisq;
in aĩo deſpiciebant, quod exitus aperto docuit, indiesq;, vt ſpero, clarius docebit.

K ¶Secũdo docet Euãgeliſta, q nõ ſemper ſancti ſint, ſed deceptores pnicioſiſſimi, q ſanctis
verbis ac pijs vtunẽ, quiq; ſanctis titulis apud imperitã multitudinem, ptextu tñ ſimplicitatis
ſuperbiũt: ſiquidẽ & peſſimi plerũq; pia, ſed citra animi rectitudinẽ loquunẽ: Q̃nquidẽ q̃d ſan
ctius p ſe, eo q Caiphas dixit: Vos neſcitis quicq̃, nec cogitatis, Quia expedit vobis, vt vnus
moriatur homo pro populo, & nõ tota gens pereat. Etenim ſc̃tã erat prophetia, q̃m Ieſus nõ
modo pro gente erat moriturus, ſed vt filios dei, q erant diſperſi, in vnũ cõgregaret. At q̃d in Joban. 11.
tentione Caiphæ eo fuit dicto ſceleſtius, q̃ iſte prorſus Chriſtũ voluit extinctũ, vel quãlibet,
vt erat, innocẽtẽ? Ita inq̃t Paulus, Satanas ipſe trãsfigurat ſe in angelũ lucis. Quod ſtatim à cõ 2. Cor. 11.
dito orbe exequutus eſt, quũ ſerpens callidior cunctis animantibus terræ mellifluo verborum
pioq; admodũ tenore ad mulierẽ dixit, Nequaq̃ morte moriemini. Scit eñ deus, q in quocũ Geneſ. 3
q; die comederitis ex eo, aperienẽ oculi vr̃i, & eritis ſicut dij, ſciẽtes bonũ & malũ. Quẽ itaque
(ait ap̃lus) ſequunẽ & miniſtri eius, hæretici. ſ. & pſeudoapoſtoli, operarij ſubdoli, trãsfiguran 2. Cor. 11.
tes ſe in ap̃los Chr̃i, perindeq; ſint miniſtri iuſtitiæ, quũ tñ opa℞ij ſint iniquitatis, ſeducẽtes & 2. Tim. 3
in errorẽ ducẽtes: nẽpe, habẽtes quidẽ ſpeciẽ pietatis, virtutẽ eius abnegãtes, q confitenẽ deũ Tit. 1.
L noſſe, factis aũt negãtes. ¶Tertio docet Euãgeliſta, ne iſtis adſentiamus vel quãlibet blãde,
pieq; loquẽtibus, ve℞ ſtudioſe deuoteq; in omni cõſtantia, vti cæcus hodie, probemus, admo
nẽte Iohãne. Chariſſimi, nolite omni ſpiritui credere, ſed pbate ſpũs, ſi ex deo ſint: q̃m multi 1. Iohã. 4
pſeudoprophetæ exierũt in mũdũ. At quũ difficiles ſint cognitu & pbatu propter ſpẽm bo
ni ſpũs, quem ſe habere pleriq; oẽs glorianẽ, quõ probanẽ & cognoſcunẽ? Reſpondet Chr̃s, à Matt. 7
fructibus. i. operibus eo℞ cognoſcetis eos: ſiquidẽ iſti de ſpinis vuas nõ colligunt, quũ oĩs ar
bor bona fructus bonos, mala generat malos: quũ & ij intus, q̃tũuis foris ſpecie tenusq; euãge
lici, ſubdoli ſint & mali, opari bñ ſancteq; non poſſunt, quũ (vt Paulus ait) hoĩes ſint corrupti 2. Tim. 3
M mẽte, reprobi circa fidẽ, abominabiles & icreduli, & ad omne opus bonũ reprobi. ¶Atq; Tit. 1.
vtinã, fr̃es chariſſimi, iſtos tandẽ Satanas cognoſcatis, q̃s videtis operibus ipſis tã lõge ab euã
gelio abeſſe, q̃℞ lęnificio pſuaſu nõ pauca millia (vt vereor) aĩa℞ perierũt, q̃℞ pditionis iſti ma 2. Cor. 11.
nifeſta cauſa fuerũt, quo℞ tñ finis (teſte ap̃lo) ſecundum opera ipſo℞ certe futurus eſt, quoni 2. Petri. 2
am (ait Petrus) illis iudicium iam olim non ceſſat, & perditio eo℞ non dormitat, qui ſibi pla
centes ſectas nõ metuunt introducere, blaſphemãtes, Chriſtũ diuidẽtes, verbo pietatis adeo
q; Euãgelica dictiõe pperã abutẽtes, oggãniẽtes cũ Iudæis hodie ad cæcã imperitãq; plebe
culã. Da gloriã deo, ſcimus q̃ hic hõ. ſ. Maria, Petrus, Iohãnes, pontifex, Cæſar, pctõr ſit, quũ
interim nihil aliud hoc pio verbo℞ ptextu agunt, q̃ vt Ieſum blaſphemẽt, negẽt, pſequentur,
qui adeo illis, q illius ſunt, in q̃bus ipſe fuit & eſt, perſequanẽ, gloriantes ſe eſſe filios Abrahæ,
Chr̃i, Moyſi, Itẽq; adſerũt ſe eẽ Euãgeliſtas, ep̃os, & Eccleſiaſtes, quũ forte nihil minus ſint, q̃
eiuſmodi: ſiquidẽ opera nõ mentiunẽ, Chriſto ſumma veritate dicente, Si filij Abrahæ eſtis, Joban. 8

Digitized by Google

Matt. 7 opera Abrahę facite. Ad hos aliq̄n Chrs,vbi ſe gloriabunt tractaſſe eius fidē,euāgeliū,nomen
Lucæ 13 &c.dicturus eſt,Quia nunq̄ noui vos. Diſcedite à me operarij iniquitatis. Igit dilectiſſimi frēs,
voſ tā verbo q̄ corde pio & ſyncero,date gloriā deo,dn̄o nr̄o Ieſu Chr̄o,quē ſcimus non eſſe
Marci. 7 peccatorē,ſed deū veꝝ & hoiem,q ſolus bonus oia bn̄ fecit,glorificātes & ipm̄,admonente
Pſal. 150 Dauide,in ſanctis eius,in quibus ille fuit,eſt,eritq̧ in perpetuum.

¶HOMILIA XXX. DE EO QVOD SCRIPTVM EST, Iohan. 11. Nonne duodecim ſunt horæ diei?

Feria ſexta poſt quartam dn̄icam quadrageſime.

NVNTIIS à Martha & Magdalena de infirmitate Lazari fratris A
earūdē duaꝝ ſoroꝝ Ieſus reſpōdiſſe tradit. Morbus iſte capitalis nō
eſt,ſed ideo accidere à deo pmiſſus,vt eius occaſione illuſtret gloria
dei,depulſoq̧ huius virtute malo,mutua gloria glorificet filius dei.
Qui etſi ambas ſorores vnà cū fratre Lazaro plurimū,& q̄dē famili-
ariter Lazaꝝ amarit, ipm̄ tn̄ paſſus eſt in morbū atq̧ etiā in mortē
incidere:vtiq̧ ne nobis indignū videret, ſi q̄n boni,veræq̧ pietatis
cultores,huius mūdi calamitatibus affligunt, deo veluti diſſimulāte:
quēadmodū & cū Tobia & Iob actū ſcriptura pdit,vel qa ſic expe-
Tobiæ. 2 Iob. 1. dit ipſis qui patiunt,quoꝝ virtus oporteat,iuxta Paulū,in infirmitate pficiat,q forte aliàs de-
2. Cor. 12 teriores redderent,quoꝝ alioqui tribulatio patiētiā(teſte eodē)operat,patiētia aūt probati-
Roma. 5 onē,pbatio vero ſpem,q̄ deīde nō cōfundit. Tū etiā ideo pati illos pmittit de⁹,qa ad illuſtrā-
dā eius gloriā ſic cōducit:nō ꝙ ille humanis malis ſuā procuret gloriā,ſed ꝙ mala,q̄ nobis iu-
xta cōditiōis humanæ legē,caſuúe obueniūt vel in noſtrā ſalutē vel in ſuā gloriā hoim̄ cauſa
Hebræ. 4 vertere ſoleat. Haud ſane ignorabat morbum amici ſui etiā priuſq̄ nūtiaret,qui oīa nouit,ſed B
ad miraculi futuri magnitudinē diſcipuloꝝ aīos expediebat pparari. ¶Poſtq̄ igit renūtiatū
eſt Ieſu de morbo amici,nō eueſtigio profectus eſt,ſed eodē in loco biduū adhuc cōmoratus,
haud quidē negligēs amici pericula,ſed expectās copioſius argumentū ædendi miraculi, quo
ſimul ipſe paulo poſt moriturus,diſcipuloꝝ adhuc imbecilliū aīos ad ſpem reſurrectiōis eri-
geret. Diſcipulis aūt metu tacētibus,quod nuper elapſus è manibus Iudæoꝝ,in deſerto tuti-
or eſſe videret. Ieſus ait illis. Redeamus in Iudæā. Audito nomīe Iudææ,diſcipuli memores,q̄
eſſet atrox phariſæoꝝ in illū odiū,& quoties ſuſtuliſſent in illū lapides,q̄ties conati fuiſſent illi
manus inijcere,nō ſolū dn̄o metuūt,ſed & ſibiipſis:nēpe,qui nōdū ſpm̄ ſanctū acceperāt,& Ie
ſum hūano q̄dā affectu proſequebant,ipſi q̧q̧ ob imbecillitatē à morte abhorrētes. Dehortā
tes igit à repetēda Iudæa dicūt. Dn̄e,nū excidit tibi,quod an̄ paucos dies illi Iudæi te lapidatu-
ri fuerāt,niſi te ſubduxiſſes? & iteꝝ eo vis proficiſci,aperto temet periculo obijciēs? At Ieſus
ænigmate formidinē illoꝝ cōſolatus eſt,ſignificās nihil metuendū ijs,q Chr̄o adhærēt,q eſt
lux mūdi. Nox em̄ habet inanes formidines,dies neſcit hmōi terrores. Nōne dies,inquit,ha-
bet horas duodecim? Quod ſane dictū vſq̧adeo eſt ænigmaticū, vt nō modo pauci idipſum
intellexerint ex interpretibus hactenus,ſed & nō paꝝ multi inde ſibi erroris anſam acceperūt
quo adſeruerūt:tēporis,qd̄ fit aſtroꝝ reuolutiōe, neceſſitate pleraq̧ oīa ſubijci & ex aſpectu
Lucæ. 24 aſtroꝝ,planetaꝝq̧,q̄s dicunt,hoībus recte q̄ futura ſint bona & mala poſſe prænuntiari, ſic
& Chriſtum pati oportuiſſe ſuo tēpore,non quo ille voluiſſet, ſed quod hora ſyderis depu-
taſſet ac coegiſſet,argumento,Chriſtum hodie dixiſſe. Nōne duodecim horæ diei ſunt. Q.d.
forte non ilicò,neq̧ in prima,neq; in ſecunda,&c. ſed forte vix in vltima diei hora vel in ea q̄
Iohan. 7 mihi deputata eſt ex aſtris,me ſunt interfecturi. Hocq̧ aiunt apertius probari dicto Euange
Iohan. 13 liſtæ,aliàs dicentis. Quærebant ergo eū apprehendere,& nemo miſit in illum manus, qa nō-
dum venerat hora eius. Et rurſus. Ante diē feſtū paſchæ, ſciens Ieſus,quia venit hora eius,vt
tranſeat ex hoc mundo ad patrē. Vides ergo,inquiūt, fato.i.neceſſitati,diſpoſitioniq̧ aſtro-
rum fuiſſe Chriſtū obnoxium ,indeq̧ fieri, vt & aſtra ſequamur, & inde futura prædici poſ-
ſunt. Atqui ego rem puto altius repetendā,ipſamq̧ pro virili admodum quæſtionis determi C
nandā. Qua quidē à multis hoc tēpore quæri audio. ¶An huius mūdi res vi aſtroꝝ gerant?
An inde futura hoībus certo pdici queant? An aſtrorum ſeu ſydeꝝ iudicia, quæ dicunt, recte
Chriſtiani ſequantur. Ad primum reſponderim,dubium nō eſſe,quin ſuus ſit naturalis effe-
ctus aſtris,& à deo in huius mundi reꝝ ſalutem ſapienter ab initio diſpoſitus,veꝝ eius virtu-
te eatenus eas res geri,quatenus ille Opt. qui eiuſmodi effectum diſpoſuit,voluerit. Quando-
Gen. 1. quidē dixit deus(creato iam cœlo & terra)die creationis tertio, Fiant luminaria in firmamen
to cœli,& diuidant diē ac noctē,& ſint in ſigna & tempora & dies & annos,vt luceant in fir-
Hebræ. 10 mamento cœli,& illuminēt terrā,&c. Et ppheta. Qui facit,inq̄t,terrā in fortitudine ſua,ppa
rat orbē in ſapiētia ſua,& prudētia ſua extēdit cœlos,ad vocē ſuā dat multitudinē aquarum in
cœlo

Digitized by Google

cœlo,& eleuat nebulas ab extremitatibus terræ. Fulgura in pluuiã facit,& educit vẽtũ de the- Pſal.134.
ſauris ſuis. Oĩa,q̃cũq; voluit dñs,fecit in cœlo & in terra,in mari,& in oĩbus abyſſis. Ex qbus
ſane duorũ prophetarũ verbis facile videmus,deũ Opt. Max. creaſſe,vti oĩa,ſydera atq; aſtra
vniuerſa,diẽ,noctẽq;,eaq; oĩa ad hoĩs vtilitatẽ:ſiquidẽ viderit eẽ bona,q̃cũq; ipſe creauit. Et Deute. 4
D vt ſcribit in Deute. q̃ creauit in miniſteriũ cũctis gẽtibus. ¶Primo,vt ea hoĩm viſui cõducãt
q̃ eſt directiuus in opibus hũanis,maximeq; ad rerũ cognitionẽ vtilis. ¶Secũdo,q̃ faciunt
viciſſitudinẽ tpis apti ad operandũ,& tpis apti ad quieſcendum:ſiquidẽ hõ cõtinuo laborare
nõ poſſit,ſed vt requiẽ noctis interponat,opus ſit ſomno. Id q̃d diuinus Pſaltes exprimit,di- Pſal. 103
cens. Poſuiſti tenebras & facta eſt nox. Et deinde. Ortus eſt ſol,exibit hõ ad opus ſuum,& ad
operationẽ ſuã vſq; ad veſperã. ¶Tertio,q̃ ex aſtris,adeoq; ex cœli luminaribus hoĩes di-
ſtinguunt diuerſas partes tpis,veris,æſtatis,autũni,& hyemis,in q̃bus varia ordinant & diſ-
E ponunt vſui hũano neceſſaria,veluti q̃tidiana cognouit hactenus experiẽtia. ¶Quarto,q̃
deus illis ad varios in his inferioribus effectus virtutẽ infuderit,hoc ipſumq; ad ſenſus nr̃os,vt ita
Roma. 13. denter docet Petrus, dicens: Serui ſubditi eſtote, in omni timore dominis, non tantum bo
1. Petri. 2 nis & modeſtis, ſed etiam diſcolis: ſiquidem ſubiecti ſimus omni humanæ creaturæ ꝓpter
deum, qui in om̄ibus prælatis ſuam poteſtatē propriam exercet ad vindictam malefacto-
rum laudem vero honorꝫ, &c. Huius memorabile exemplum reliquit diuus apoſtolus, qui
quū contra legem ex mādato ſummi pontificis ꝑcuteretur, & ipſe ignarus perſonæ ponti-
ficis quadamtenus in pontificē murmuraret, ſtatim ſe excuſans humillime dixit. Neſciebā
Actorꝫ 23 fratres, q̃ princeps ē ſacerdotū. Scriptū ē em̄. Principē populi tui nō maledices. Si vir tantꝰ
Exod. 22 tāq; ſctūs adeo pœnituerit, qđ ꝓphano pricipi parꝫ iterlocutꝰ fuerit, qđ putes, q̃ pricipi chri
Deute. 17 ano? Vñ etiānum in lege p̄ceptum legimus. Qui ſuperbierit, nolēs obedire ſacerdotis impe
rio, qui eo tempore miniſtrat dño deo tuo, ex decreto iudicis, morietur homo ille.

¶ Tertio, alicui homini, vtpote pontifici, ſacerdoti, diacono, &c. aliquid doni & gratiæ à E
deo ratione ordinis & characteris infundi, qđ cæteris, nō ordinatis, nequaq̄ infunditur, nec
aliquis præter ordinatū id gratiæ vel poteſtatis habere poteſt. Hodie quidē euidenter argu
it ſanctus Euangeliſta ſolūmodo propter ordinē & ſacramentum pontificatus Caypham,
vtcunq; malum ſacerdotem ꝓphetaſſe, dicens. Hæc aūt à ſemetipſo nō dixit, ſed quum eēt
pontifex anni illius, &c. Hinc eſt, qđ apoſtoli, cū Chriſti vice ſacerdotes & diaconos paſſim
cōſtituerent, cōſtituendis manus impoſuerint, eaq; impoſitiōe virtute diuina illis poteſtatē
& gratiā conferendorꝫ ſacramentorꝫ cōtulerint. Id qđ apoſtolus aperte ad Timotheū oſtē-
1. Tim. 4. dit, dicens. Noli negligere gratiā, quæ in te eſt, quæ data eſt tibi p prophetiā, cū impoſitiōe
2. Timo. 1 manuū presbyterij. Et iterꝫ. Reſuſcites gratiam, quæ eſt in te, per impoſitionem manuum.
Et ſic nemo poterat exercere ſacerdotij functionem, niſi adhoc ordinatus. Huius argu-
Actorꝫ. 8. mēto, quū Simon ille videret ſpiritū ſanctū non niſi impoſitione manuū apoſtolorꝫ haberi
obtulit illis pecuniā, dicens. Date & mihi hāc poteſtatē, vt cuicūq; impoſuero manus, acci-
piat ſpiritū ſanctum. Sic vere conſtat, viſibili ſigno. ſ. impoſitionis manuū donari gratiam
& ſingularē poteſtatem ijs, qui rite p eccleſiæ præſides in officio paſtorꝫ ordinātur, econ-
trarioq; conſtat, q̃ ſeditioſe & ignauiter nōnulli ſchiſmatici hactenus deblaterarūt, dicen-
tes. Omnes hoīes æquè eſſe & paſſim ſacerdotes & vnicuiq; eſſe chriſtiano poteſtatē tractā-
di ſacramēta & eccleſiæ munia, & quemlibet à q̄libet poſſe ordinari. Quod ſane ex præ di
Titum 1. ctis falſo eſt falſius. Et p̄terea ſi verum eſſet, quur Paulus admonuiſſet Titū, vt is cōſtitueret
Acto 14 per ciuitates p̄b̄ros? Et quid etiānum in Actis Apoſtolicis eſſet dictū de Paulo & collegis e-
ius, quod conſtituiſſent illis per diuerſas eccl'ias p̄byteros? Quid etiam Paulus, cum acciri
Acto. 20. curaſſet Miletū ex Epheſo maiores natu eccleſiæ, inter cætera ipſis conteſtatus eſſet, qđ eos
ſpūs ſanctus poſuerit ep̄os regere eccleſiā dei? Qui ſunt maiores natu vtiq; ſacerdotes? Nō-
ne ſi protinus om̄es, atq; baptizati ſunt, euaderent ſacerdotes, haberentq; indiſcriminatim
tractandi ſacramēta poteſtatem & dare gratiā om̄es poſſent, ſuperuacanea fuiſſet Pauli &
apoſtolorꝫ impoſitio & cōſtitutio? Quid etiamnū Paulus monuiſſet Timotheū, ne omnes
promiſcue aut ſine delectu ad gradus Eccleſiaſticos adſumeret, inquiens. Manus cito nemi
ni impoſueris, &c. Nōne hiſce verbis innuit, ſine manuū epiſcopaliū impoſitione nō con-
1. Timo. 5 ſtitui quempiam ſacerdotē, neq; ſolum ſufficere baptiſmū, ad huius officij rationē obtinen
dam? Sed qđ in re tam clara multis? Docemur & hodie. ¶ Quarto cognoſcere. Quanta F
ſit ſpūs ſancti virtus, quæ etiam à mente mala valuit proferre verba ꝓphetiæ. Quemadmo
dum & ſpūs dñi in ſilueto ſuper Saul, filium Cis peſſimū, & ille prophetauit in medio aliorꝫ
prophetarꝫ. Vñ & adagium dici eſt cœptum. Num & Saul inter prophetas? De eo dici ſo-
1. Reg. 10. litum, qui indoctus doctis adiungit, & qui repente in aliū virum mutatus eſt. Sic vtiq; ſpūs
dei p quos vult, prophetat, ſiue boni ſint ſiue mali, ſiue docti ſiue indocti, ſicuti & ſacerdo-
Hiere 23. tio quādoq; fungūtur ſceleſti, vti ait Hieremias. Propheta nāq; & ſacerdos polluti ſunt. Sic
Nume. 22 hodie & Cayphas ſacerdos & pontifex ſceleſtus, ſymoniacus, ꝓphetauit, ſed neſciens quę,
perinde vt neq; aſina Balaam cum loquuta eſt, quid loqueretur, neſciebat. At intelligentia
Cayphæ (vt ſolet malorꝫ) erat ab oraculi intelligētia prorſus diuerſa. Illa quidem ꝓphana,
peruer-

Digitized by Google

peruerſa & diabolica, quæ voluit Chriſtum innocẽtem perdere, vt Cayphæ & Iudæorum terrena ptãs & põpa maneret. Quę cũ ex malo eẽt ꝓpoſito & ſine bono fũdamẽto & ĩ blãdo falſoq; ꝑtextu prorſus verſa eſt: ſiqdẽ ſublato Chro p mortẽ innocẽtẽ, funditus p Titũ & Veſpaſianũ anno deinde. 42. Iudæoꝝ ptãs vnà cũ regno Iudaico ſublata ẽ, interimq; ꝓphetia p ſe ſctiſſima & diuiniſſ. ſat ſupq; verificata: nimiꝝ qa Chrs nõ ſolũ ꝓ pctis gẽtis Iudaicę credẽtis, ſed adeo totius mũdi paſſus ẽ, dicẽte Euãgeliſta: Et ipſe. ſ. Chrs eſt ꝓpitiatio ꝓ pctis nrĩs, nõ ꝓ nrĩs aũt tm̃, ſed etiã pro totius mũdi. Et ſic ſua ille morte nõ ſolũ redemit oues, q̃ perierunt, domꝰ Iſrael, ad q̃s principalr̃ & in pſona miſſus erat, ſed & eas. ſ. gẽtiles oues diſpſas, q̃s ipm(vt alibi dicit) adducere oportebat, vt vnũ vnius eẽt paſtoris ouile. In q̃ & ſcripturæ de Chro ad Abrahã ꝓphetia facta ẽ vera. In ſemine tuo bñdicenſ oẽs gẽtes terræ: nimiꝝ, in quo(vt aplus ſcribit) omnis noſtra eſt ſalus, benedictio, ſanctificatio, iuſtitia, & redemptio. 1. Iohã. 2 Matt. 15 Lucæ. 19 Iohan. 10 Geneſ. 22 1. Cor. 11

¶HOMILIA XXV. DE EO QVOD SCRIPTVM EST, Matth. 21 Marci. 11. Lucæ. 19. Oſanna filio Dauid, Benedictus qui venit in noĩe domini.

Dominica palmarum.

A Q Vanti hodierna, q̃ palmaꝝ dicit, dies, ab oĩbus pijs hoĩbus ſit habẽda, haud obſcure ſentiet, q expendet, q̃tus olim hac die Chrs corã palamq; vere ſit oſtẽſus & exhibitus. Quantus vero oĩbus tum fuerit declaratus, anno partim ſuperiore oſtẽdimus, interpretatione facti eoꝝ, q Chro Hieroſolyma ingredieti, partim in via ſtãtes ſua veſtimẽta loco auleaꝝ ſubſtrauere, partim antecedẽtes & ſeq̃ntes ramos palmaꝝ & oliuaꝝ ſubiecerũt: nimiꝝ Chrm Ieſum regẽ atq; dñm p ramos oliuaꝝ, vere mitẽ & pacificũ, p ramos palmaꝝ, victorioſum eẽ ſubindicãtes, & hoc ipm ſpũs ſancti hauddubie iſtinctu agẽtes. Quod & in hodiernã vſq; diẽ catholica eccleſia pijs ad hoc cerimonijs in ꝑpetuam rei veriſſimæ memoriã, & in Ieſu Chri Opt. Max. gloriã repſentare ſatagit, facto etiã ipſo exteriore, Chrm vere eẽ dñm atq; regẽ illũ mitẽ & miſericordẽ cõfitẽs, q dixit, Diſcite à me, qa mitis ſum & humilis corde, & pro nobis, vti ouẽ mitẽ & ſilẽtẽ ad occiſionẽ ductus, eſſeq; ipm cõfitẽs regẽ illũ pacificũ, q & in pace naſci, viuere & mori voluit, cuiuſq; in pace locus(vt canit Dauid) factus ſit. Iteq; eundẽ eſſe illũ fortẽ & victorioſum regẽ, q in Apocalypſi leoni cõparatus eſt, de q̃ illa Apoc. vicit, inquit, leo de tribu Iuda. Quis leo? Chrus de tribu Iuda prognatus, morte ſua innocẽte à deuicto hoſte diabolo victor à morte ad vitam redijt, &(iuxta Pauli teſtimoniũ) captiuã duxit ſecũ captiuitatẽ. Talẽ, inquã, & tantũ eccleſia adhuc hodie catholica ſuis cerimonijs nõ ſolũ eſſe Ieſum Chriſtũ cõfitef, ſed & vnũquẽq; admonet, vt & illũ in vera mãſuetudine, pace & animi cõtra diabolũ, mundũ & carnẽ victoria & fortitudine ſequaf, hortãte aplo: Eſtote inuicẽ benigni, miſericordes, donãtes inuicẽ, ſicut & deus in Chro donauit vobis. Eſtote imitatores dei ſicut filij chariſſimi, & ãbulate in dilectione ſicut & Chrs dilexit nos. Et aliàs. Si fieri pt, qđ ex vobis eſt, cũ oĩbus hoĩbus pacẽ habẽtes, Nõ voſmetipſos defendẽtes chariſſimi, ſed date locũ iræ. Scriptũ eſt eñ: Mihi vindictã, & ego retribuã, dicit dominus. Mat. 11. Eſaiæ. 53 Pſalm. 75 Apoca. 5 Epheſ. 4 Eph. 4. 5 Roma. 12 2. Cor. 8 1. Petri. 3 Deu. 32

B ¶Hoc ſibi voluntfrẽs chariſſimi, catholicæ eccleſiæ in die hodierna palmaꝝ & oliuaꝝ, rerumq; cæterarũ cerimoniæ, nihil prorſus abuſionis, ſed omnẽ(vt audiſtis) pietatem ſuadentes, in Chriſti Ieſu memorialẽ gloriã & noſtri omniũ ſalutẽ primitus inſtitutæ, nemini quicq; nocentes. Viderint ideoq; ſibi ſchiſmatici, ne quũ pij eſſe videriq; moliuntur in ſubmouendis eiuſmodi cerimonijs, re ipſa ſe impios maxime probent, Chriſti gloriæ non modo derogantes, ſed perinde ſupprimẽtes illum atq; abnegantes. Atq; vtinã perperdant, quæ anno tranſacto in hanc rem diximus, quum ex eis cerimonijs apertò Chriſti Ieſu gloriæ magnitudinẽ ex parte oſtendimus, partim hodie plauſibili turbæ, Chriſtũ, Hieruſalẽ incedẽtem comitantis cantu oſtenſuri: vtpote.

C ¶Oſanna, filio Dauid, Benedictus qui venit in nomine dñi, oſanna in altiſſimis. Hoc ſane præcoñiũ eſt illud longe reſonantiſſimũ & glorioſiſſimum, quo turbæ bipartitæ, ꝓcedẽtes. ſ. & ſequẽtes, hunc dñi noſtri Ieſu Chriſti hodierna die aduentũ cõmonſtrarunt glorioſum, ipſumq; aduentantẽ glorioſiſſimũ eſſe legatũ approbarũt alta, vnanimi, alacriq; voce filio Dauid occinentes & acclamantes. Benedictus, qui venit in nomĩe dñi, oſianna in excelſis. Hoc eſt, inquam, illud pium, oſianna, quod hodie puerile illud decus Hieroſolymis ingenti honore & publica veneratione occinuit, non minore deuotione, filio Dauid. Cuius Dauid? An eius, qui ꝑuaricatus eſt in Berſabe, qui elatus ſupra ſe populum ſibi ſubditum numerare voluit? Vtiq; eius ſecundũ humanam generationẽ, iuxta illud angeli ad Mariam. Et dabit illi dñs ſedem Dauid patris ſui. De domo eñ Dauid regis Chriſtus deſcendens: ſiquidem de Maria virgine Dauidica, de qua Eſaias. Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel. Et in pſalmis quoq; eſt, Iurauit dominꝰ Dauid veri- 2. Reg. 11. 2. Re. 24 Luc. 1. Eſaiæ. 7

 tatem,

Digitized by Google

tatem & nõ fruſtrabit eum, de fructu ventris tui ponã ſup ſedẽ tuã: At potius filio eius Da-
Pſal.118 uid acclamarũt, qui, teſte terreno Dauide, in excelſis habitat cœlis, q deus eſt vnus idẽq; oĩ-
Pſal.109. potens & dñs dominãtiũ, de q̃ tẽporaneus ille Dauid. (vt Chr̃us ipſe interp̃tatur) ait: Dixit
dñs dño meo, ſede à dextris meis. Quod nomen huic filio Dauid, cui cãtatũ eſt hodie? Ieſus
Nazarenus, qui dr̃ Chr̃s, Meſſias, q Dauid filius fuit ſcd̃m carnẽ & p̃ſapiã, deiq; Max. fili-
us ſcd̃m æternã illã eãdemq; ineffabilem gñatõem. Cuius eſt æternũ illud verbũ, de q̃ Euã-
Johan.1 geliſta. In principio erat verbũ, &c. Et Chr̃us in Pſal. ait. Dñs dixit ad me, filius meus es tu,
Pſalm. 2. ego hodie genui. Sic q̃q; vox patris de cœlo ad Chr̃m filiũ iam baptizatũ. Hic eſt filius me-
Matth.3 et.17 us dilectus, in q̃ mihi cõplacui. Huic Dauidis ſummi regis in altiſſimis cœlis filio dño nr̃o Ie-
Marci.1. ſu Chriſto nõ modo adulti p̃uectaq; ætate hoĩes ſed & infantes pueruli vſq; adeo acclama
Pſalm.8. runt Chriſto ingredienti, vt plane prophetæ oraculũ ſit adimpletũ. Ex ore infantium & la
ctentium pfeciſti laudem p̃pter inimicos tuos. ¶Quid aũt, q̃uo acclamarunt & occinu- B
erunt huic tãto Dauid filio? Hoſiahna in excelſis. Benedictus q venit in nomine dñi. Græcæ
ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ. Hæc eſt vox talis ac tãtæ à pp̃lo Iudaico laudis in Chr̃m Hieroſolyma
aduentãtem collatæ, q̃lis & quãta nulli vnq̃ alij regi Hebræorũ data eſt, ſed ſoli Chriſto pe-
culiaris erat, & ex ſpũ prophetico, q ſpũs ſanctus eſt, debita. Porrò qd̃ eſt Hoſiahna? vtiq;
Hieronymo teſte, dictio cõpoſita ex verbo Hoſi, q̃d eſt ſalua, & interiectiõe ahna, q̃ inter-
iectio eſt obſecrãtis, adfectũq; dep̃cãtis exprimit, pinde obſecro, ſed cũ ſingulari q̃dã læti-
tiæ energia nõ ſatis effabili. Et ſic erit Hoſiahna. Salua obſecro. Et putauerim hãc ipſam vo-
cem, ad deũ patrẽ rectius referendã, beneq; vouentis ĩprecãtiſq; eſſe, tuncq; id clauſulę filio
Pſal.97 Dauid à verbo Hoſiah, regi. Id qd̃ & apud Hebræos dãdi q̃q; caſui, aut certe q̃d ei reſpõdet
iungi adſolet. Vñ in Pſal. Saluabit ſibi dextera eius. Et ſi σῶζω q̃d eſt ſalua, apud Græcos vti
apud nos, ſalua plærũq; ſemp accuſatiuũ exigat. Vñ facile videmus, turbas hodie dicentes.
Hoſiahna filio Dauid, nihil aliud eſt dicere q̃ o deus ſaluũ fac, obſecro, filiũ Dauid. Saluũ, fac
inquã, tu q es in altiſſimis. Qd̃ vero interp̃s Matthæi & nr̃, reliq̃runt datiuum, dicentes ille.
ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ iſte. Oſanna filio Dauid, nõ perperã feciſſe videñ, quia verbũ retinu-
erũt, illũ depoſcens caſum, aut certe q̃d eius vice fungiẽ. At ſi verbũ illud hebræũ nõ ſeruaſ-
ſent ſed dixiſſent, ſalua, ſiue ſaluũ fac obſecro, vtiq; dtũs in accuſatiuũ mutãdus fuiſſet, dicẽ-
dũq;. Saluũ fac obſecro filiũ Dauid. Et p̃fecto Hoſiahna, populi eſt bona imp̃catio, q̃ (vt no
uo regi ſolet aliq̃n acclamari) bene p̃caẽ Chr̃o, pinde diceret. Salutẽ imperti, fortuna bene,
cõmoda filio Dauid. ſ. Ieſu Nazareno, q (vt diximus) Dauid filius credebaẽ. Haud ſanè vul
gus tũ norat Chr̃m, deũ eſſe ſimul: quãuis ſciebat redimendũ eſſe Iſraelem p hunc Chriſtũ,
tñ ei ſalutẽ precaẽ diuinitus, & vt homini gratulaẽ, acclamat, vt ſeruatorẽ in noĩe dñi veni-
entem. Et hæc quidẽ laus populiq; bona Chriſto Ieſu imp̃catio indubiè ſumpta eſt ex hoc
Pſal.117 Pſalmi. O dñe ſaluũ fac. O dñe bene p̃ſperare. Benedictus qui venit in noĩe dñi, olimq; ille
fuit pſalmus, ſcribente Hieronymo, in Iudaicis ſynagogis q̃tidie in expectatõem vẽturi ſal
uatoris decãtatus, in q̃ nõ minus p̃pheta q̃ hodie populus gratulaẽ, inter cætera clamans.
Hæc dies, quàm fecit dñs, Exultemus & lætemur in ea, &c. Quę quidem, inquã, bona & gra
tulatoria imprecatio tunc turbis & pueris à ſpũ ſancto eſt infuſa, vt ſpm̃ audientes Dauid
in ipſis loquentem, vere intelligerent eum eſſe filiũ Dauid ac vere Meſſiã. Et laudem eſſe ex
Luc.19. Luca cognoſcimus dicente, Cœperunt oẽs turbæ deſcendentiũ, gaudentes laudare deũ.
Accedit ad hoc q̃d interpres nõ vertit Hoſiahna, id q̃d ad Emphaſim p̃tinere dignoſcitur,
vocemq; illã plane eſſe acclamãtis populi triumphalem, p̃ptereaq; bis inſertã hiſtorię Ho-
ſiahna. i. ſalutem imperti filio Dauid. i. cõfirma regnũ eius: ſiquidẽ Lucas & Iohãnes hic vo
culã regis addiderint, q̃m nouus quidã rex feſtiuis iam acclamatõibus excipiẽ, q diaboli re-
gnum deſcindat & deuaſtet, cuius noui regni pinde hodierna die auſpitia deſcribuntur.

¶Sin eſt, qui malit (cui nõ admodũ refragor) dictionẽ Hoſiahna referri ad Chr̃m, opor- C
tet pſuadeat, vulgus ipm̃ habuiſſe & intellexiſſe Chriſtũ eſſe deum: q̃nquidẽ ea vox ſpũs ſan
cti motione facta Chriſtũ vere deũ eſſe ſignificarit. Et fuiſſet ſenſus. Et clamabant filio Da-
uid. Hoſiahna. i. ſalua nos obſecro, in altiſſimis. i. nobis da ſalutem nõ terrenã ſed cœleſtem
Et ſic reuera ſaluare in altiſſimis, dei eſt ſolius. Verum enim vero ratõibus p̃dictis vel etiam
hac ratione potius illa vox Hoſiahna videẽ dirigenda ad patrem, quàm ad filiũ, q̃d omnino
nõ videtur à populo Chriſtus fuiſſe deus creditus, licet Meſſias idẽq; ſaluator, & à deo miſ-
ſus, tum q̃d hodie addidit. Benedictus qui venit in noĩe dñi, &c quod peculiariter apertoq;
Chriſto eſt dictum. In quo vulgus planè fateẽ, hunc Ieſum Nazarenum eſſe Chriſtum, id
eſt, Meſſiã à deo in redemptionẽ Iſrael miſſum. Quod alias mulier dixit: Quia iã non pro-
Johan.4 pter tuã loquelã credimus. Ipſi eñi audiuimus & ſcimus, q̃a hic eſt vere ſaluator mũdi. Et a-
Johan.6. lias Iudæi, qui viderãt in quinq; panibus, duobuſq; piſcibus tantum effeciſſe ſignũ, dicebãt.
Johan.11. Quia hic eſt vere propheta, q̃a venturus eſt in mundũ. Et Martha. Credidi, quia tu es Chr̃s
Matt.16 filius dei viui, qui in hunc mundũ veniſti. At hæc profeſſio non omnium fuit, ſed paucorũ,
quibus

Digitized by Google

quibus non caro, & ſanguis, ſed ſpũs patris reuelauit. Illi ergo Ieſu Nazareno, qui dicit Chrũs, Matt. 16
hodie vulgus lætanter imprecatur, vt ſit benedictus, qm̃ ille ſit, qui venit in nomine dñi. ſ. dei
D Opt. Max. qui illũ ſe miſſurum dudũ promiſerat. ¶Quare benedictus? q̃a benedictus om-
niũ bonoꝝ vbertate pleniſſima & largiſſima, qui eſt benedictio plena. Sane benedicere, non
modo laudare eſt, ſed etiã benefacere & benedictum eſſe, bene accepiſſe. Cuiuſmodi fuit dñs Iohan. 1.
Ieſus, qui eſt æternum dei patris æterni verbum, de quo Euangeliſta. Et verbũ caro factũ eſt,
& habitauit in nobis. Et vidimus gloriã eius, gloriã quaſi vnigeniti à patre, plenũ gratia & ve Coloſſ. 2
ritate. In quo (vt apſus ſcribit) oẽs ſunt theſauri ſapientiæ & ſciæ abſcõditi. Quia ergo dñs Ie-
ſus omnẽ plenitudinẽ bonitatis & veritatis increatæ accepit à patre, vere eſt bñdictus ſecun-
dũ æternã generationẽ. Quia inſup omnẽ gratiã & gratiaꝝ diſtributionem accepit à trinita-
te ſecundũ temporaneã natiuitatẽ bñdictus eſt ſecundum illã, oĩm vbertate muneꝝ creatoꝝ Luc. 2
venit. Hinc in Luca. Puer autẽ creſcebat & cõfortabaẽ, plenus ſapiẽtia, & gratia dei erat in illo
Et rurſus: Ieſus proficiebat ætate & ſapiẽtia & gr̃a apud deũ & hoĩes. Si ergo bñdictus adeo
eſt dñs ab eo, in cuius noĩe. ſ. dei æterni patris venit, recte quoqꝫ & populus hodie illi p̃catus Iohan. 5
eſt, vt ſit bñdictus. i. laudabilis, inclytus, glorioſus, qm̃ nos ſaluare orator à deo miſſus venit, q
& ſua nos morte & cruce ab æterna morte redemit. Merito ergo bñdictus, iugiterq́ꝫ lauda-
tus, dñs Ieſus, Dauid filius, qm̃ venit miſſus diuinitus, rex aſſerturus Iſrael. i. in eum credentes
Eccleſia itaqꝫ catholica tãtæ gr̃æ, miſericordiæ, ſalutis, bñſicentiæq́ꝫ ex aĩo memor.
E ¶Hanc laudẽ, hodie humana voce depromptã, pia inſtitutione perpetuis tp̃ibus añ ſacro-
ſanctũ miſſæ diuinæ ſacrificiũ, celebri, deuotaqꝫ voce decantandã ſtatuit, acclamãs. Oſianna
in excelſis, Benedictus q̃ venit in noĩe dñi, oſianna in excelſis. Quo quidẽ laudis ſolidæ reſo-
nantiſſimo p̄conio, eccleſia ſacrũ dñicæ incarnationis myſterium explicat bipharia. Primo,
quia ſaluatorẽ mundi Chriſtũ eſſe demonſtrat, cũ ſemel & iteꝝ, ad exprimendũ maiorẽ dep̄-
cationis adfectũ dicit Hoſiahna in excelſis. i. ſalua nos obſecro in cœlis, qñquidẽ in terris con
ſummata ſalus & ſuprema haberi nõ poſſit, Chr̃o dicẽte: Hęc loquutus ſum vobis, vt in me pa Iohan. 16
cẽ habeatis, in mundo preſſurã habebitis, ſed cõfidite, ego vici mundũ. Et propheta. Satiabor Pſalm. 16
cum apparuerit gloria tua. Quo etiã verbo cõteſtaẽ eum, cui hanc acclamat laudẽ, eſſe verum Pſalm. 5
deũ, quũ ipſius ſolũ ſit propriũ, æternã & cœleſtẽ dare ſalutẽ: ſiquidẽ ait Dauid. Dñi eſt ſalus. Pſalm. 76
Et iteꝝ. Dñs nr̃, dñs ſaluos faciendi. Geminaẽ etiam propterea hæc vox laudis Hoſiahna, &c.
vt ideo docemur, nõ ſolum orãdum eſſe, animã in cœlo ſaluatũ iri, ſed & corpus noſtrum in
reſurrectione, nouiſſimoq́ꝫ die ſalutis æternę pro ſuo captu & modo particeps fore. Secundo
eccleſia ea voce, addito hymno, Benedictus qui venit in noĩe dñi, teſtaẽ, Chriſtum à deo patre Pſal. 117
eſſe miſſum ad ſalutẽ mundi iuxta prophetaꝝ oracula, illumq́ꝫ prophetæ verſum. O dñe ſal
uum me fac, o dñe bene proſperare, bñdictus qui venit in noĩe dñi, &c. in ipſo iã cõpletum, q
Meſſias ſit verus in lege & in prophetis olim promiſſus, cõpletã q̃qꝫ eſſe hoc Zachariæ. Exul Zacha. 9
ta filia Sion, iubila filia Hieruſalẽ, Ecce rex tuus veniet ſuper aſinam, manſuetus & ſaluator. Id
quod ipſe multoties Iudæis teſtatus eſt, & maxime in Luca, inquiens: Filius hoĩs venit quære Lucæ. 19
re, & ſaluum facere quod perierat. Et Iohannes ait: Pater miſit filium ſuũ, ſaluatorẽ mundi, p̄ 1. Iohã. 4
piciationẽ pro peccatis noſtris, & nos vidimus & teſtificamur, quẽ in mundum miſit, vt viua
mus per eum. Quandoquidem non ſit aliud nomen datum ſub cœlo hoĩbus, in quo oporteat Actoꝝ. 4
nos ſaluos fieri, q̃. ſ. nomen domini Ieſu Chriſti, qui venit nomine dñi. ſ. dei patris ſui æter-
ni, Cui hodie vnanimiter plauſibili voce, teſtibus quatuor Euangeliſtis, à populo Iſraelitico,
F puerilíqꝫ in primis cœtu acclamatũ eſt. Bñdictus q̃ venit in noĩe dñi. ¶Porrò, frẽs dilectiſ-
ſimi, quũ ipſi ſimus Iſrael. i. credẽtes, hodierno Chr̃i aduẽtu tã ad Hierl̃m q̃ ad paſſionẽ, p̄in-
deq́ꝫ p ip̃m atqꝫ regẽ nouũ à tyrãnide diaboli miſericorditer erepti, Chr̃m dñm noſtꝝ ſedu-
lo glorioſe ſua q̃tidie ad nos p̄uidẽtia & miſericordia veniẽti excipiemus, deuotaq́ꝫ gratitudi
ne gratulemur, dicẽtes. Bñdictus, q̃ venit in noĩe dñi, &c. dicẽtes, inquã, in ſignũ gloriæ eius,
noſtræq́ꝫ gratitudinis pro ſalute nobis impartita. Gloria, laus, & honor tibi ſit, rex Chr̃e re-
dẽptor, Cui puerile decus prompſit oſianna piũ. Iſrael es tu rex, Dauidis & inclyta proles, No
mine q̃ in dñi rex bñdicte venis, Cœtus in excelſis te laudat cœlicus oĩs. Et mortalis hõ, & cũ-
cta creata ſimul. Plebs Hebræa tibi cũ palmis obuia venit. Cũ prece, voto, hymnis, adſumus
ecce tibi. Hi placuere tibi, placeat deuotio noſtra, Rex pie, rex clemẽs, cui bona cuncta placẽt
Hi tibi paſſuro ſoluebant munia laudis, Nos tibi regnanti pãgimus ecce melos, Dicentes, Ho-
ſiahna in excelſis, Benedictus qui venit in nomine domini.

¶HOMILIA XXXVI. DE EO QVOD SCRIPTVM EST, Matth. 26. Lucæ. 22. Marci. 14. 1. Coꝛ. 11. Hoc facite in meam commemorationem.

In feriis cene dominice.

QVoties, dilectiſſimi frēs, ad vos verba de verbo dei facio, interimq́; A
noſtri tēporis hoīmq́; cōditionē cōſidero, toties ex aīo mœſtus in-
1. Cor. 10 gemo & infirmor: nimiꝝ, qui video tā vere q̃ doloroſe nos, qđ Pau
lus ſcribit, de nobis dicere poſſe. Nos ſumus, in q̄s fines ſeculorum
deuenerūt. In q̄ꝝ miſerabile tēpus adeò oīa cumulatim cōueniunt,
quæ Chrs dn̄s nr̄, ſumma veritas ad finē & cōſumationē huius ſecu
Mat. 24 li, ſerio nec minus fideliter futura p̄dixit. Vt eñ in p̄ſentia, horrēda
Marci. 13 per Chriſtianū orbē, bella & prælia vel inter eos, q vel maxime trā-
Luc. 21 quillitatē perinde vt ſumma poſt Chriſtū in terra nobis capita ha-
bere deberent, itemq́; lætales horribilesq́; corpoꝝ ægritudines vel
innumerabiles, itēq́; vel maxime in Germania peſtilentias, itēq́; dirā rabidamq́; famem, &
reliqua hoc genus mala ſileam, qs non euidenter videt, ac intelligit iam hoc ip̄m tēpus ſecu
li nouiſſimū adeſſe, in quo, Chriſto Ieſu prophetante, iniquitas vſq; adeo abundare cœpit,
tamq́; refrigeſcere multoꝝ charitas: vt niſi dei electi eſſent, ſalua caro fieret nulla, quū etiā,
ſi poſſibile eſſet, electi ipſi vitā adhuc agentes ſeduci à fide in Chriſtū vera videātur, qui, in-
quam modo nō ſolum video gentem contra gentē, & regnū contra regnū, ſed vel domum
contra domum, imò & patres in filios, filios in parentes, adeoq́; fratres in fratres crudeliter
cōſurgere conſpicio. Id qđ me vel ideo ſupra quàm dici pōt egre habet, qm̄ ij mutuo à cha-
ritate deſciſcūt, à ſeq́; ipſis pugnant, ſeq́; mutuo hoſtiliter perſequūtur, turpiterq́; in ſe ipſos
æquè atq; in p̄nitioſos, inimicos alienos ſæuiūt, qui nō modo frēs ſunt, q̄a ab vno æternoq́;
deo patre ſunt creati, veꝝ qđ gratia per fidē fratres ſunt, & in dei filios vocati, quos, iuxta
Galat. 6. Paulum, cum ſint domeſtici fidei vel maxime oporteret mutuo eſſe beneficos, mutuūq́; ſibi
bonum cooperari. Quos, inquā, Chriſtus dn̄s noſter idemq́; clemens redēptor, adeo cohor
tatus eſt ad mutuam dilectionē, tamq́; eā ipſis dilectionē fore teſtatus neceſſariā, vt ſine ea
Johan. 13. ne poſſint quidē cognoſci, eos. ſ. eius eſſe diſcipulos, nec re alia ab infidelibus q̃ mutua cha-
ritate diſcerni, inquiēs inter alia. Mādatū nouū do vobis, vt diligatis inuicē, ſicut dilexi vos
Johan. 15 & vos diligatis inuicē. In hoc cognoſcēt oēs, quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionē habueritis
ad inuicē. Hoc eſt p̄ceptum meū, vt diligatis inuicē, ſicut dilexi vos. Et rurſus. Hęc mādo vo
bis, vt diligatis inuicē. Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea.
At qūo dilexit nos Chriſtus? Quod vt ipſemet ait, animā ſuā pro nobis tradiderit, qua qui-
dem dilectione maiorē habere pōt nemo. Qđ & referunt apoſtoli in nullo non loco, &c.
1. Cor. 4. ¶ Cuius ſane ineffabilis erga nos ſuos dilectionis ineffabile reliquit poſt ſe argumentum, B
Ephe. 5 teſtimonium, perpetuūq́; memoriale, qđ ſe ip̄m nobis dedit cibū, factus cōuiuiū & cōuiua,
1. Johā. 3. et. 4. Dauide cōcinente. Memoriā fecit mirabiliū ſuoꝝ, miſericors & miſerator dn̄s, eſcam dedit
Pſal. 110. timentibus ſe. Etem̄ Chriſtus dn̄s, hunc auguſtū & ſuperuenerandū Euchariſtię ſacroſan-
ctæ ritū inſtituens, eſcā dedit timentibus ſe, & nos miſeratus, illū reliquit nobis in monumē
tum & recordationē non ſolū ſuæ in cruce pro nobis īmolationis, ſed & ijs, qui eū in timo-
1. Cor. 11. re venerant, amant & colūt, ſeip̄m dedit in cibū, veluti Paulus ait: Hoc facite q̄tienſcūq; bi
betis in meā cōmemorationē. Quotienſcūq; eñ māducabitis panē hunc & calicē bibetis,
mortē dn̄i annūtiabitis, donec veniat, verūetiā ineffabilis in nos charitatis, q̃ ductus pro no
bis amariſſimā crucē mortēq́; turpiſſimā ſubiuit, vn̄ & nobiſcū, vt antea, p̄petuo eſſet ſub ſa
Mat. vlt. cramēto futur⁹, iuxta p̄miſſum ipſi⁹ dicētis. Et ecce ego vobiſcū ſum oīb⁹ dieb⁹, vſq; ad cō
ſumationē ſeculi. Qđ etſi de ea p̄ſentia, qua ſua ptāte, gr̄a, diuinaq́; maieſtate ſemp nobiſcū
eſt, veriſimilius tn̄ videt̃ de ſacramētali p̄ſentia hoc ip̄m intellexiſſe, quū illa priore p̄ſentia
Joban. 6. eum diſcipuli alioquin defuturꝫ nullo tp̄e ſciebant, nō item de ſacramentali p̄ſentia, q̃ vſq;
adeò creditu & intellectu erat difficilis vt multi diſcipuloꝝ ipſius abierīt retro, & iā non cū
Exodi. 16 illo ambulabāt. Chriſtus igit̃ dn̄s noſter vt ¶ Primo ſatisfaceret ſcripturarum figuræ, ſe C
ip̄m nobis dedit eſcā. Sane figura fuit manna, de cœlo datū populo Iſrael q̄draginta annis,
quibus in deſerto ſunt demorati. Chriſto interp̄te, q dicit. Amen amen dico vobis, Non
Jobā. 6. Moyſes dedit vobis panē de cœlo, ſed pater meus dat vobis panem de cœlo veꝝ. Ego ſum
panis vitæ. Patres veſtri manducauerūt manna in deſerto, & mortui ſunt. Hic eſt panis de
cœlo deſcendēs, vt ſi q̄s ex ipſo māducarit nō moriat̃. Vn̄ aperto audimus māna in deſerto
1. Cor. 10. tantū fuiſſe vmbrā & figurā veri mānæ. ſ. corpis Ieſu Chr̄i nobis in cibū dādi, quū & ap̄lus
eā hiſtoriā & rē in figurā eſſe factā ſcribat, quā vtiq; īpleri oportuit. ¶ Secūdo, vt facto ſer
Mat. 24 uaret ap̄lis, quæ p̄miſerat verbis, quæ adeo firma & vera dn̄s eſſe voluit, vt dixerit, cœlum
Marci. 13 Luc. 21 & terra tranſibūt, nō aūt verba mea. Atqui Chriſtus carnē ſuā dare cibū promiſerat, inqui
Joban. 6. ens. Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi. Si quis mēducauerit ex hoc pane, viuet in
æternū. Et panis, quē ego dabo caro mea eſt pro mundi vita. Caro eñ mea vere eſt cibus,
& ſanguis meus verus eſt potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinē in
me manet & ego in illo. Vn̄ ¶ Tertio Chr̄s ſe ip̄m mirabiliter & ineffabiliter nobis eſcā D
dedit,

dedit, vt ſuã nobis oſtenderet charitatem immenſam, q̃ & corporaliter itemq́ ſpiritualiter
nobiſcũ perpetuo eſſe voluit, & quaſi incorporatione vnũ eſſe nobiſcũ, velut charitate fieri
adſolet: ſiquidẽ cõicatione corporis & ſanguinis Ieſu Chriſti vnũ cum Chriſto pinde non 1. Cor. 10.
ſolum ſed & nos om̃es vnũ corpus efficimur, ap̃lo probãte & dicente. Et panis, quẽ frangi-
mus, nõne participatio corporis dñi eſt? Qm̃ vnus panis & vnũ corpus multi ſumus, om̃es,
qui de vno pane & de vno calice participamus. Hinc Chr̃s dñs, idemq́ redẽptor vnicus nr̃
quo ſuæ in nos ineffabilis charitatis memoriã relinqueret, proq́ ipſius charitate & ip̃m nõ
modo ſed & nos, qui eius eſſe velimus, mutuo redamaremus vnaq́ eius amariſſimæ mortis
memores gratias ageremus, voluit & nobiſcũ etſi corporaliter tñ inuiſibiliter ſub ſacramẽ-
to eſſe pñs, eaq́ cõicatione pinde (vt diximus) vnũ eſſe nobiſcũ, adeoq́ ſuæ maximæ chari-
tatis pignus, arrãq́ poſt ſe relinquere p hoc ineffabile ſacramentũ Euchariſtiæ. Hinc eſt, q̃d Iohan. 13
Iohãnes cœnã hanc vltimã & in ea ſacrã illã ſacroſanctæ Euchariſtiæ inſtitutõem in ſignũ
amoris fuiſſe factã innuerit, quũ ait. Ante diẽ feſtũ paſchę, ſciẽs Ieſus, q̃a venit hora eius, vt
trãſeat ex hoc mũdo ad patrẽ, cũ dilexiſſet ſuos, q erant in mũdo, in finẽ dilexit eos. Et cœ-
na facta, &c. in q̃ hodie reſpõdet Lucas cũ alijs, dicẽs. Chriſtum in hac vltima cœna dixiſſe.
Deſiderio deſideraui hoc Paſcha mãducare vobiſcũ ante patiar, &c. Et paulopoſt. Et acce-
pto pane gratias egit & fregit & dedit eis dicẽs. Hoc eſt corpus meũ, q̃d pro vobis dať. Hoc
E facite in meã cõmemorationẽ. ¶Qũo in meã cõmemorationẽ? vt recordemini quã vos
& adeo oẽs in me credentes dilexerim, q vt præ nimia charitate ſemp vel corporaliter vo- Mat. vlt.
biſcũ eſſem vſq́ ad cõſumationẽ ſeculi, me vobis tradidi eſcã, corpus. ſ. meũ & ſanguinem,
ſub ſpecie tñ panis, adeoq́ ſub ſacramẽto, vt & interim vobis in mentẽ alia veniat maxima
charitas, qua p vobis mortẽ ſubire nequaq̃ dubitaui. Cuiꝰ ſanè mortis & charitatis cũ gra-
tiarũ actione memores eſſe debetis, quotiẽſcumq́ Euchariſtiã ex meo exẽplo & ſtatuto fe-
ceritis tractaueritisq́. Quod ap̃lus cõfirmãs ait, Chriſtũ in ea nocte, qua tradebať, accepiſſe 1. Cor. 11.
panẽ & calicẽ dediſſeq́ ſuis diſcipulis ac dixiſſe. Hoc facite in meã cõmemorationẽ. Quoti-
enſcũq́ eñ manducabitis panẽ hunc & calicẽ bibetis, mortẽ dñi annuntiabitis, donec ve-
niat, &c. Quã igitur paterna in nos dilectione Chr̃s hoc ip̃m ſanctiſſimũ Euchariſtię ſacra-
mentũ inſtituerit nemo eſt pius, qui ex his Chr̃i Pauliq́ verbis & ex ijs quæ ea tã præcedũt
F quàm ſequnť, nõ intelligit. ¶Quũ audit Chriſtũ dñm nr̃m nõ ſolũ ſuã in nos charitatẽ,
quã perpetuã voluit, in eo exhibuiſſe, q̃d noſtrã naturã adſumpſerit, q̃ hoĩes participatione
deos per fidẽ, vt eſt in Iohãne, deos faceret, hocq́ totũ, q̃d de nr̃o adſumpſit, totũ nobis ad Iohã. 1
ſalutẽ dederit, verũ etiã quia corpus ſuũ pro noſtra recõciliatione in ara crucis hoſtiam deo
patri obtulerit, ſanguinẽ ſuũ in pretiũ ſimul & lauacrũ fuderit, vt redẽpti à miſerabili ſerui
tute à peccatis oĩbus mũdaremur. Quocirca vt tãti beneficij iugis in nobis maneret memo
ria, & arctius huius tantæ charitatis immenſitas fideliũ cordibus infigereť, in vltima cœna,
vt eſt in Iohãne, qñ, paſchate cum diſcipulis celebrato, trãſiturus ex hoc mundo erat ad pa- Iohan. 13
trem, corpus ſuũ in cibũ, & ſanguinẽ ſuum in potũ ſub ſpecie panis & vini ſumendũ fideli-
bus reliquit, hoc venerabile Euchariſtiæ ſacramentũ inſtituens, perinde paſſionis ſuæ me-
moriale perpetuũ, figurarũ veterũ impletiuũ, miraculorũ ab ipſo factorũ verè maximum, &
de ſua cõtriſtatis abſentia ſolatiũ ſingulare. Q. d. Nõ relinquã vos orphanos, non q̃a ad vos
veniã, ſed & quia vobiſcũ mea mĩa & gratia ptãteq́ diuina, imò & ſub ſacramẽto corporis Acto 14
G atq́ ſanguinis mei vſq́ ad conſumationẽ ſeculi ero. ¶O admirandã ineffabilis charitatis
dulcedinem, O pretioſum & admirandũ cõuiuium & ſalutiferũ. O excellentiſſimũ ſacra-
mentum, O adorandũ, O venerandũ, colendũ, glorificandũ, precipuis magnificandũ lau-
dibus, dignis pconijs extollendũ, cũctis honorãdum ſtudijs, deuotis pſequendũ obſequijs.
Quid hoc ſacramẽto mirabilius, in q̃ panis & vinũ in corpus Chr̃i & ſanguinẽ vere cõuer-
tuntur, In q̃ Chr̃s pfectus ſub modici panis ſpecie contineť virtute verbi. Accipite, hoc eſt
corpus meũ: qui à Chr̃ifidelibus mãducať, interimq́ nõ lacerať, quinimo diuiſo ſacramẽto
integer ſub qualibet diuiſionis parte pſeuerat. O admirabiliſſimũ ſacramentũ & om̃i dile-
ctione adeo plenũ idemq́ mirabile, vt nihil in eius præconiũ quiſpiã rectius ſit exclamatu-
rus q̃ hoc apoſtoli ad Roma. O altitudo diuitiarũ ſapiẽtiæ & ſcientiæ dei, quàm incõprehẽ- Roma. 11.
ſibilia ſunt iudicia eius & inueſtigabiles viæ eius? Quis eñ cognouit ſenſum dñi, aut qs con-
ſiliarius eius fuit? O verè admirabile ſacramentũ, de q̃ vere dixiſſe videtur Eſaias, inquiens. Eſaiæ 7.
Niſi credideritis, non intelligetis. Quod Chriſtus adfirmãs ait ad Iudæos incredulos de tã- Iohan. 6.
to ſacramento. Sed ſunt quidam ex vobis, qui non credũt. Q. d. Ideo non intelligunt, pro-
ptereaq́ retro ſunt abituri & mecũ nõ ambulabũt, dicentes. Quomodo põt hic nobis carnẽ
ſuã ad manducandũ dare? Durus eſt hic ſermo. Et quis poteſt eũ audire? Et ait Euangeliſta
quid Chriſtus dixiſſet. Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus. Qui mãdu-
cat meam carnem & bibit meũ ſanguinẽ in me manet & ego in illo, &c. Ex hoc multi diſci
pulorum eius abierunt retro, & iam non cum illo ambulabant. Petro, quum à Chriſto ro-

Digitized by Google

gati eſſent, an & ipſi vellẽt abire, loco omnium reſpondente: Domine, ad quem ibimus, ver-
ba vitæ æternæ habes? Et nos credimus & cognouimus, quia tu es Chr̃us filius Dei & c. Quaſi
Heb.1, Pſal.32 diceret: Qui etiam omnia potes verbo q (vt Paulus ſcribit) portas omnia verbo virtutis tuæ,
Pſal.148, quo & cœli firmati ſunt, de quo Dauid: Dixit & facta ſunt.

¶ Et pinde, frẽs chariſſimi, qs hæc Chr̃i & Ap̃loꝝ verba, vt debet, ꝑpendẽs, non ex toto pe- I
ctore indoleat ſimulq; præ zelo charitatis non deteſtet maligni noſtri tp̃is conditionẽ, imò
Matt.26 verius hominũ malignantiũ impiã pfidiã, qua pleriq; Cacodæmone authore, hoc ip̃m Eucha-
Marc.14 riſtiæ ſacr̃m ſanctiſſimũ non modo nõ credunt Chr̃i aptiſſimo verbo, hoc eſt corpus meũ, &
Luc.22 cętera. Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus & cętera, repugnantes, verum
1.Cor.11, Johan.6 etiam omni ſyncera in Chr̃m Ieſum redẽptorẽ ſuũ gratitudine & dilectiõe eminus reiecta id-
ip̃m odioſe, impudẽter, impieq; cõtra oẽs ſcripturas, figuras, rõnes, totiuſq; Eccleſiæ catholi-
cæ ſnĩas blaſphemãt, dãnãt, deteſtanſq;, pedib⁹ ip̃m nõ min⁹ q̃ rabida lĩgua modis nõ dicẽdis
impudẽtiſſimè cõſpurcantes, itemq; conculcantes, interim oĩno immemores tam ſancti Ieſu
Acto.1 Chr̃i in vltima cœna verbi, ex immẽſa dilectiõe ꝓcedentis. Accipite, hoc eſt corpus meũ. Hoc
facite in meam cõmemorationẽ, mortẽq; meam hoc faciẽtes annũtiabitis donec aperto viſi-
biliq; corpore mundũ veniã iudicaturus, q interim ꝓ mea in vos charitate ſub hoc viſibili ſa-
cramẽto Euchariſtię vobiſcũ ſemp ſum futurus pindeq; vobis p ip̃m cõiõne facta incorpatus.

¶ Ah bone, ah optime, ah benigniſſime Ieſu, redẽptor optime, qs tuam in nos pluſq̃ maxi- K
mam patiẽtiam ſatis admirari poteſt, quos tã impunes ad hanc vſq; hoꝝ pmittis in hanc ſan-
ctiſſimã tuam de Euchariſtia inſtitutionem tam nefande debacchari? Eſt hæc noſtra tuæ in-
eloquibilis in nos dilectõis, qua nos vſq; in turpiſſimam mortẽ crucis dilexiſti, memoria? Eſt
Johan.5, hæc immenſoꝝ tuoꝝ in nos beneficioꝝ gratitudo & cõpenſatio? Væ nobis: Væ nobis Ieſu
Matt.16 Roma.2, optime & iuſtiſſime, q omne à patre habes iudiciũ, iuxta opa vnicuiq; iudicaturus, nullum bo-
Apo.22 num irremuneratũ, nullum malum impunitum relicturus, cui etiam de quocunq; verbo otio
ſo reddẽda ſit ratio. Quid obſecro nobiſcũ ages de tanto peccato, ſcelereq; pluſquàm nefan-
1.Cor.11 do, q (Ap̃lo teſte) eos q indignè corpus tuũ manducant, indigneq; ſanguinẽ tuũ bibũt reos eẽ
cenſueris corporis & ſanguinis, & non minori ſupplicio adficiẽdos, q̃ eos q cruci te odio du-
cti adfixerunt & pſecuti ſunt? Qui vt oſtẽderes corporis tui & ſanguinis veritatẽ, & quàm di-
1.Cor.11, gnè vnicuiq; inde eẽt manducandũ, paſſus es in multoꝝ correctionẽ & ſalutem, eos, qui olim
corpus tuum à reliquis materialibus (vt ita dixerim) cibis non dijudicarunt partim infirmari,
partim imbecilles fieri, partim dormire. Nunqd noſtris parces peccatis, niſi nobis emẽdatis?
Sapiæ.11 Haudquaquàm: Scio etenim te illum eſſe, ad quem ſcriptura ait: Et miſereris omnium, quia
omnia potes, & diſſimulas peccata hominum propter pœnitentiam.

Roma 2, ¶ Hanc igiť dilectiſſimi fratres, ſcripturæ veriſſimã ſnĩam attendẽtes, caueamus, Paulo mo- L
nitore, ne diuitias dñi Ieſu bonitatis & patientiæ & longanimitatis contẽnamus, pœniam de
1.Cor.11, tam nefando ſcelere agamus illi, cui peccauimus, cuius (vt Paulus ait) benignitas nos ad pœnĩ
tẽtiam adducit. A quo vtiq; & iudicabimur & condẽnabimur, ſi noſmetipſos iuxta Pauli ſentẽ
tiam, non dijudicabimus. Nec interim nobis tam ſupinè de Dei in nos patiẽtia blandiamur,
pinde is noſtroꝝ ſceleꝝ immemor, hoc venerabiliſſimũ ſacr̃m indignè tractantes nõ ſit corre
pturus ſuo loco & tpe, qui iuſtus eſt iudex. Quanq̃ quis ignorat haſce diras nunc in Germania
peſtilẽtias, ægritudines, diſſenſiones, ſuppreſſiões, & omnium ſtatuum diminutões, calamita-
1.Cor.11, tes, ac reliqua hoc genus mala penè infinita nec minus horrẽda potiſſimũ nobis à Deo immit
ti, ſi Paulo ſtandũ eſt, vti certè ſtãdũ eſt, ꝑpter indignam nefandamq; multoꝝ tã ſacroſctĩ Eu
chariſtiæ ſacramẽti tractationẽ, qua vix maius ſi nunc inuẽturus in Germania peccatũ vtcũq;
nulla non iniqtate ea ſcateat, quæ nup oĩm penè fuit nationũ facile religioſiſſima? Et profectò
niſi à tanta impietate deſtiterimus, certũ erit nos ſupra quã dici poſſit à Deo correptũ iri. Cu
1.Petr.2 ius (vt Petr⁹ ſcribit) nulla adhuc nec vnq̃ erit ĩpotẽtia, q nouit pios de tẽtatõe liberare, iniqs ve
ro in diem iudicij cruciãdos reſeruare. In quoꝝ numero ne ſimus, neceſſum erit, vt primo oĩm
ab hac pluſq̃ dira & nefanda tractatõe huius ſanctiſſimi ſacramẽti deſiſtamus, pœniam agen-
tes. Id qd futuꝝ ſperauerim. Vbi noſmetipſos probauerimus, de illo pane (vt Paulus vult) mã-
ducaturi, vbi corpus dñi à reliquis cibis dijudicauerimus, dignè idip̃m ſumpturi.

Matt.26 ¶ Ad quod neceſſarium eſt, vt, Primo, credamus ſimplici verbo CHRISTI, hoc eſt, M
Mar.14, corpus meum, eius verum eſſe corpus, quod pro nobis in cruce eſt datum, veluti Euangeli-
Lucæ.22, ſtæ omnes vnanimiter ſcribunt, nullam rationem inde poſcentes, cum Iudæis infidelibus
Johã.6, 1.Cor.11 interrogantes: Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum? Durus eſt
hic ſermo: Et qs poteſt eum audire, quemadmodum & ſchiſmatici cauillantur licẽtioſius. Qui-
bus negantibus ſimulq; ex nobis quærentibus? Quomodo poteſt ſub ſpecie panis eſſe Chriſti
Marc.9, corpus, & cętera, quid rectius reſpondebimus, q̃ illud cum Eſaia: Si nõ crediderítis non intelli-
Heb.11 getis. Et cũ Chr̃o credẽti oĩa ſunt poſſibilia. Oportet accedentẽ ad deũ credere. Chr̃us Thomę
Johan.20 dixit: Noli eẽ icredul⁹, ſꝫ fidel. Bti ſunt, q crediderĩt & nõ viderĩt. Qđ nõ capim⁹, qđ nõ videm⁹
anioſa

Digitized by Google

animoſa firmet fides, præter reꝝ ordinē. Cur nō Chriſtū pro nobis paſſum in Euchariſtia adoramus, quū ne hāc quidem horā ab om̄ibus quotquot ſunt & fuerunt, vel tantillum eſt adductum, vnde debeamus aut poſſimus recedere ab ea fide, quàm tota eccleſia catholica tot ſeculis & ſeruauit & approbauit, quā & Euāgelicæ & apoſtolicæ literæ tam euidēter perdocent, Chriſtū dixiſſe concorditer, perhibentes. Hoc eſt corpus meū, quod pro vobis datur, nec eſt vel tantilla ſcripturæ mica, qua apertè cōtrariū oſtendi poſſet, vel q̄ diceret, ibi non eſſe corpus dn̄i noſtri Ieſu Chriſti. Accedit q̄d idipm mirifice cōgruat ineffabili dei erga gēnus humanū charitati, q̄d quos redemit ſanguine & corpore filij ſui, illum & eos voluiſſe eiuſdem carne & ſanguine & corpore modo q̄dam ineffabili paſcere, & hæc arcana filij p̄- Mat.24
ſentia, ceu pignore conſolari, donec rediret glorioſus & omnibus conſpicuus. Marci.13

N ¶ Abſit igitur vel tantillum demus cōtra hoc ſacramentū om̄ibus omniū fucatis argutijs, q̄s antea tot ſolidis ſacraꝝ literaꝝ rationibus refutauimus, vt nemo hactenus fuerit, qui mini- 1.Johā.5.
mam ex illis vel impugnare ſolum potuiſſet: nimiꝝ quod veritate nihil ſit fortius, & hæc ſit Marci.9
fides quæ ſemper vincit, & qua omnia, Chriſto dicente, ſunt poſſibilia. Qua ducti plus vni Pſalm.32
verbo prophetæ credimus, dicentis. Dixit & facta ſunt. ſ. cœlum & terra, & omnia quæ in Pſal.148
eis ſunt ex nihilo, q̄ omnium Ariſtotelicoꝝ & Platonicoꝝ & oīm alioꝝ philiſophoꝝ & hæreticoꝝ fucatis, captioſis, doloſis argumentis & axiomatis. Sic & om̄ibus, q̄ vnq̄ poſſint adduci, rationibus apud nos p̄feratur dn̄i verbū. Hoc eſt corpus meū: nec enim fas eſt, vt verbo Act.5.
dei aliqua humana ratio poſſit aut debeat anteferri, maxime, quod, iuxta Petrū, plus oporteat deo credere & obedire quàm hominibus.

O ¶ Nec interim obſtabit dicere. Q̄d Chriſtus in cœlo ſedeat ad dexterā patris, nec citius nobiſcum eſſe q̄ venturus ſit iudicare in ex- Acto 1.
tremo iudicio. Reſponderim, ipſum, qui vbiq; eſt & ſemper, cui nihil eſt impoſſibile, in cœlo cum patre eſſe glorioſum & venturum corpore viſibili ad iudicandum, nobiſcum eſſe fo- Mat.vlt.
reꝗ, vt ipſe teſtatur, vſq; ad conſumationē ſeculi, non viſibili ſed ſacramētali ſub ſpecie panis corpore. Præterea dicant iſti, quō Chriſtus olim verè in terra, verè idemq; fuit in cœlo ipſo dicente. Et nemo aſcendit in cœlum, niſi, qui deſcendit de cœlo. Filius hominis, qui Johā.3
eſt in cœlo? Si hoc credunt, cur non & illud? Quid ſi neutrum, & deniq; prorſus nihil crederent, vt facile ex eorum fructibus eſt elicere? Nec obſtat dicere. Ridiculum videri atq; ſtultum, credere Chriſtum ſub tantilli panis ſpecie poſſe ac debere, latere, contineriq;. Tum nihil ipſum prodeſſe, &c. Reſponderim, ſi ita perrexerint, eos omnino nihil diſtare nec à perfidis Iudæis & olim reprobatis æthnicis, qui hoc pacto nihil noſtræ catholicæ fidei credere debent nec poſſunt: quum, Paulo ſcribente, Totus Chriſtus crucifixus, id ē, tota noſtra de 1.Cor.1
Chriſto fides deque verbo ipſius prædicatio Iudæis fuerit ſcandalum, gentibus autem Actorū.7
ſtultitia. Quis magis oro quàm Paulus deriſus, cum reſurrectionem ipſe Chriſti & mor- Johā.6
tuorum prædicarit? An non & Iudæi ſcandalizati Chriſtum ſtultitiæ arguerunt, quum ſe panem de cœlo & cibum diceret, dicentes murmurando. Nonne hic eſt filius Ioſeph, cuius nos nouimus patrē & matrem? Quomodo ergo dicit hic, quia de cœlo deſcendi? Rati ſunt vtiq; ſtultū, credere deū incarnari, &c. vel aliquem è cœlo ad terrā poſſe eſſe ſimulq; in cœlo? Sanè inquit Paulus. Verbū crucis pereuntibus q̄dē ſtultitia eſt, his aūt qui ſalui fiunt, id eſt, credentibus, dei virtus eſt. Vnde facile colligimus, credendū eſſe ſimpliciter dei verbo, 1.Cor.1
quo dixit, Hoc eſt corpus meū, q̄d pro vobis datur. Hoc facite in meā commemorationem Inde.

P ¶ Secūdo dignè corpus dn̄i ſumpturi, debemus in ſumendo & faciendo eē memores ineffabilis ipſius erga nos amoris, q̄ & pro nobis corpus ſuū in ara crucis tradidit, deindeq; ipſum ſub ſacramēto perinde pignus ac teſtimoniū eius amoris nobis ſpirituale cibū dedit, vt quaſi eiuſdē communione nobis dignaret incorporari, reſq; per participationem huius ſui corpis fieri nobiſcū vna. Id q̄d nō obſcurè colligit ex ap̄lo ad Corinthios, dicēte. 1.Cori.10
Panis quē frangimus, nōne participatio corporis dn̄i eſt? Q̄m vnus panis, & vnum corpus multi ſumus, om̄es, qui de vno pane, & de vno calice participamus. Et reuera non poſſit hic abſurdè credi in hoc auguſtiſſimo ſacramēto Chriſtū à patre fuiſſe ſemel exauditū paulo an- Johan.17
tē petentē. Nō pro eis oro tm̄, ſed & pro eis, q credituri ſunt per verbū eoꝝ in me, vt oēs vnū ſint, ſicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipſi in nobis vnum ſint. Ego in eis, & tu in me, vt ſint cōſumati in vnū, & cognoſcat mundus, quia tu me miſiſti, & dilexiſti eos, ſicut & me dilexiſti. At, obſecro, hæc illa vnitas adeoq; ineffabilis dilectio filij & patris in nos vbi (ſi verba Apoſtoli bene perpendantur) rectius intelligitur quàm in participatione huius corporis & ſanguinis domini ſacramenti? Vnde

¶ Tertio ad dignā ſuſceptionem ſequitur, vt 1.Cor.10
Q in eius ſuſceptionem ſeruemus veritatem, quæ nobis, vt Paulus ſcribit, in figura quaſiq; in 1.Cor.10
vmbra eſt notata. Primo manducaturi digne, ſimus ſuccincti. ſ. per mentis & corporis caſtitatem. Secundo baculos in manu, id eſt, rectæ fidei firmitatē habeamus. Tertio recti ſtemus, non iteꝝ ad vitia & vitioꝝ lutum inclinantes, vnde cōfeſſione & contritione ſurreximus. Quarto agnū iſtū immaculatū cū amaris lactucis nō aqua coctū, ſed igne aſſatū, id eſt cum

Digitized by Google

F cum amara pro peccatorꝫ contritõe, igniti charitate manducemus. Quinto pedes calceamus,
id ē, adſectus cordiũ in futuris carnalibus deſiderijs cuſtodiamus, & eos ad diligendũ dñm no-
1. Iohan. 3 ſtrum Ieſum cogamus, dimittẽtes, quæ illi ſunt cõtraria, q̃ grata facientes, & (hortante Iohãne)
nõ diligẽtes tãtũ verbo & lingua, ſed ope & veritate, ſicut ipſe nos dilexit, q pro nobis mortuus
eſt, & in eius dilectõis memoriam, hoc nobis ſacramentũ relinquẽs, dixit: Accipite, hoc eſt cor
pus meũ, q̃d pro vobis daſ, hoc facite in meam commemorationẽ. ſ. memores q̃ vos dilexit, q
mortuus pro vobis, cibus quoq; vobis & cõuiuium ſimul & conuiua eſſe volui.

HOMILIA XXXVII. DE EO, QVOD SCRIPTVM EST: Threnorꝫ primo: O vos omnes q tranſitis per viam, attendite & videte, ſi eſt dolor ſimilis, ſicut dolor meus.

In ferijs dñice paraſceues p̄o p̄fatiõe. A

DE INEFFABILI Simulq; ſalutari Ieſu Chriſti dñi ac redempto
ris noſtri paſſiõe nobis hodie (quatenus idem dederit) dicturis, ſtatim
à limine, & q̃dem nõ obiter, hæc occurrerint Chri Ieſu p Prophetã
verba: O vos oẽs q tranſitis p viam, attẽdite & videte, ſi eſt dolor ſi-
milis, ſicut dolor meus &c. haud dubiè eius ſcripturæ verba, quę (vt ē
2. Tim. 3. apud Apl'm) diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendũ veritatẽ contra
mẽdaces, ad arguẽdum falſitatẽ cõtra Apoſtatas, ad corripiẽdũ pctã
cõtra delinquẽtes, ad erudiẽdum. ſ. pficiẽtes & bonos in iuſtitia, vt
pfecti ſint, ad omne opus bonũ inſtructi. Vnde ſperamus hæc ipſa prę
adſumpta verba nr̃a, & ſi qua inde emanauerit oĩa, vſq; adeò in veſtri
1. Cor. 14 omniũ vtilitatẽ in primiſq; Dei laudẽ ceſſura, vt quadamtenus illis ſtuduiſſe videri poſſimus B
ad vr̃am ædificationẽ, & meritò q̃dem, quũ Deus ille optimus q̃cq̃d eſt ſcripturæ & doctrinæ
nobis in ædificationẽ & nõ in deſtructionẽ vr̃am cõtulerit. ¶Haud ſanè neſcij ſumus, q̃ nu-
per impiè nõnulli hallucinati ſint, impudẽter nec minus impiè deblaterantes incaſſum fieri,
iuxtaq; pperam agi, vt ex catholicæ Eccleſię inſtituto, dñica Ieſu Chri paſſio tantope homini
bus vl' hodierna die à diuini verbi præconibus exhibeaſ & inſigaſ, ſubridẽtes & ſubſannantes
interim piam Chriſideliũ cum Chro olim paſſo cõpaſſionẽ, pinde vti Chriano homini minus
accõmodam & neceſſariam. Porrò & ſi eiuſmodi deplorati hoĩes natura ipſa & rõne facile ſuæ
pſidæ ſtultitiæ, atq; impietatis temerarię, adeò cõuincanſ, vt penè ſanctius & iuſtius ſit ſuo
illos relinquere fatuo errori q̃ eius coarguere: nimirꝫ, q̃d iuxta Apl'm in ſuis cogitatõibus eua-
Roma. 1. nuerint, ſitq; cor eorꝫ inſipiẽs obſcuratũ, q incraſſato eorꝫ corde auribus grauiter audiũt, ocu-
Eſai. 6 los ſuos claudũt, ne quando videant oculis, & auribus audiãt, & corde intelligant & cõuertanſ,
Matt. 13 & ſanenſ, attamẽ q̃a hac in re nõ minus vnà cũ Aplo Græcis & Barbaris, ſapiẽtibus & inſipiẽ-
Acto. 28 tibus debitores ſumus, haud grauabimur, Deo dante, & p iſtis in Dei maximi gloriam in no-
ſtriq; oĩm ſalutẽ paucis rem agere, q̃bus ſi nõ oẽs ſaltẽ aliquot, Deo miſerante, ad ſuam men-
tem ſunt redituri. Nam & ipſi cum Paulo non recuſamus fieri infirmis infirmi, vt infirmos lu
1. Cor. 9. crifaciamus, qui & omnibus omnia fieri cupimus, vt omnes ſalui fiant. Quales certè futuros nõ C
dubitamus, ſi audire non neglexerint quæ verba noſtri thematis aperto habẽt & admonent.
¶O vos omnes qui tranſitis per viam, attendite & videte, ſi eſt dolor ſimilis, ſicut dolor me
us. Quibus etenim verbis Chriſtus dominus, de quo omnes ſunt ſcripturæ & prophetæ, per
Prophetam Hieremiam perinde atq; in ara crucis pro noſtra ſalute pendẽs, oẽs quotq̃t ſumus
in hac lachrymarum valle homines hortatur. Primo, vt eius attendamus & videamus paſſio-
1. Tim. 2. nem. Secundo, vt qualis ac quanta ſit perpendamus, flebili voce illo dicente: O vos omnes, qui
Lucæ. 19 tranſitis per viam & cętera. Qui tranſeunt per viam? Nimirum omnes homines, quos ille vult
1. Timo. 1 ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire, qui venit ſaluum facere, quod perierat, qui à
Eſa. 53 patre de cœlo miſſus, vt peccatores redimeret, qui peccata noſtra, vt ſcribit Petrus poſt Eſaiã
1. Petr. 2. 3 Hodie pertulit in corpore ſuo ſuper lignum, vt peccatis mortui, iuſtitiæ viuamus, cuius liuo-
re ſanati ſumus. Iſti nimirum ſumus, qui tranſimus per viam domino Ieſu Chriſto in cruce pẽ
2. Cor. 5. dente: quandoquidẽ (Apoſtolo ſcribente) Dum ſumus in hoc corpore, à domino peregrina-
Heb. 11 mur & tranſimus, locum hic manentem non habentes, qui & peregrini ſumus & hoſpites ſup
terram. Nos (inquam) monet hodie dñs, vt ſuæ recordemur paſſionis, nõ quidẽ obiter & pfun
ctoriè ſed ex aĩo ſil' & corpore. Id q̃d ſatis apparet ex verbis dñi, attẽde dicẽtis & vide, q̃ dictio
nes ſunt repẽtinæ, pter admonitõis vehemẽtiam. Sic ſanè Aplus Chri paſſionẽ attẽdit & vi-
dit, quũ ait: Ego em̃ gero ſtigmata dñi Ieſu Chri in corpe meo, q certè adeo ex aĩo ſemp ha-
Gala. 6. buit in memoria tandem paſſionem, vt ad Galatas dicere nõ dubitauit. Mihi autem abſit glo-
1. Cor. 2 riari, niſi in cruce domini noſtri Ieſu, q & ad Corinth. ait: Nõ em̃ iudicaui me ſcire aliq̃d inter
vos niſi

Digitized by Google

vos,niſi Ieſum Chriſtũ,& hũc crucifixum.Ille nimirũ rectè ac verò attendit & vidit, vtpo-
te corde & animo, Chri paſſionẽ, memor doloroſæ vocis Ieſu Chriſti,hodie dicẽtis. O vos
oẽs ,&c. quẽ & ipſi imitari debemus, maxime dño ipſo hortãte & quidẽ nõ fruſtra, ſed ꝓ-
D pter multa. ¶Primo ob naturã cõpaſſionis q̃ monemur, vt mẽbra membris cõpatiamur
quũ Chrs caput noſtrũ & ſic principale ſit mẽbrũ authore apl̃o, qui & ait. Et ſi qd patitur 1.Cori.12.
E vnũ membrũ, cõpatiunt̃ oĩa mẽbra. ¶Secũdo, vt Chriſti Ieſu immenſam ineffabilemq; Iohan.15
erga nos amorẽ agnoſcamus, qui nr̃a cauſa tanta paſſus ſit. Eo ipſo dicẽte. Hoc eſt ꝓceptũ
meũ, vt diligatis inuicẽ, ſicut dilexi vos. Maiorẽ hac dilectionẽ nemo habet, quàm vt ani- Iohan.10
mam ſuã ponat pro amicis ſuis. Ego aũt, inquit pauloante, ſum paſtor bonus, & aĩam meã 1.Iohan.3
pono pro ouibus meis. Hinc Euãgeliſta. In hoc cognouimus charitatẽ dei, q̃m ille animam
F ſuã pro nobis poſuit. ¶Tertio, vt tantã eius in nos charitatẽ agnoſcẽtes illi ſimus grati,
id q̃d maxime expoſtulat à nobis: q̃ſi quidẽ gr̃as illi agere debemus, q̃d tot & tanta ꝓ nobis
ſuſtinuerit. Hinc Dauid in ſpũ in pſona vniuſcuiuſq; hoĩs pij ad Chr̃m ait. Quid retribuam
dño, pro oĩbus q̃ retribuit mihi? Calicẽ ſalutaris accipiã, & nomẽ dñi inuocabo. Vota mea Pſal.115.
dño reddã corã oĩni populo ei⁹. Tibi ſacrificabo hoſtiã laudis, & nomẽ dñi inuocabo. Pro- Epheſi.5
pterea apl̃us inq̃t. Gratias agẽtes ſemp pro oĩbus in noĩe dñi nr̃i Ieſu Chri deo & patri. Et 1.Theſſ.5.
alibi. Sine intermiſſione orate, in oĩbus gr̃as agite. Hęc enĩ eſt volũtas dei in Chriſto Ieſu.
Pſal. 103, mirabili Chriſti reſurrectionis gloria mirificè inſigniuerit. Quod & catholica Eccleſia à ſpi-
1.Tim. 3, ritu ſancto inſtructa, veritatis iuxta Apoſtolum columna & fundamentum, animaduertens
hodie in ſacræ miſſæ officio alacris & lætabunda in altari canit & ſingularis huius diei lætitiæ
ac laudis rationem reddens, ait. C

¶ Aequum & ſalutare eſt, te quidem domine omni tempore, ſed in hac potiſſimū die glo-
Johan.1 rioſius prædicare, quum paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Ipſe enim verus eſt agnus,
qui abſtulit peccata mundi. Qui mortem noſtram moriendo deſtruxit, & vitam reſurgendo
reparauit. Et ideo cum angelis & archangelis, cum thronis & dominationibus, cumq́; omni
militia cœleſtis exercitus, hymnum gloriæ tuæ canimus, ſine fine dicentes: Sanctus, Sanctus,
1.Cor.5 Sanctus & cætera. Sanè catholica Eccleſia Apoſtolum ſequuta ſtatuit, hodiernam diem vel
ideò cæteris nobis debere eſſe iocundiorem, laudabiliorem, ſolenniorem q́;, quod in ea noſtrū
ſit paſcha Chriſtus immolatus. Qua quidem notabili ſententia Paulus & poſt ipſum Eccleſia. D

¶ Primo vult: Quæcunq; tempore legis antiquæ in figura contigerunt huius ſacræ diei
Heb.10, præſignificatiua, iure huic diei tanquàm veritati & præcipuo exemplari attribui oportere,
vt ad quam typus & vmbra tendebat, eodem Apoſtolo dicente: Vmbram habens lex futuro-
rum non ipſam imaginem rerum. Sic quemadmodum paſcha Iudæorum quondam, quod
erat eſus agni adeoq́; ipſe agnus rei veræ erat memoria & veritatis futuræ figura ita paſcha no
ſtrum, qui eſt Chriſtus immolatus, veritas ipſa olim typico paſchate præſignata, ſimul rei ve
ræ præteritæ eſt memoria, non etiam figura alicuius rei adhuc implendæ & præfiguratio. Id
quod Apoſtolus apertò innuit, dicens: Paſcha noſtrum, ne quis de paſcha Iudæorum putet
hic ſermonem haberi, quod erat agnus legalis atq; figuralis, Moſaico ritu immolatus & man-
ducatus, verum illud paſcha erat ſolum figura veri paſchatos Chriſtianorum, & agnus ille ty-
picus vmbra fuit & imago Chriſti veri agni, ad tollenda mundi peccata in ara crucis oblati, &
in myſterio eius immolationem, vt paulopoſt dicemus, vſq; ad conſumationem ſeculi offeren
di. Sic apertè Apoſtolus de futuro paſchate olim loquens: Et omnes eandem eſcam ſpirita-
1.Cor.10, lem manducauerunt, & omnes eundem potum ſpiritalem biberunt: mox ſubiungit: Hæc au-
Johan.1, tem omnia in figura contingebant illis, de quo Iohannes Baptiſta: Ecce agnus Dei, Ecce qui
tollit peccata mundi. Quemadmodum enim populus Iſraeliticus per eſum agni paſchalis, &
aſperſionem ſanguinis ipſius ad poſtes hoſtij & ſuperliminaria domus, ereptus fuit ab ange-
lo exterminatore & interfectorum primogenitorum Aegypti, inſuper & liberatus à dura
Exo.12 Pharaonis ſeruitute, per egreſſum ab Agypto, vt Exodi hiſtoria perdocet, ita Chriſtianus po
pulus per immolationem veri agni qui abſtulit peccata mundi, liberatus eſt à dæmone vaſta
Johan.1, tore, qui mortis habet imperium, & à grauiſſimo ipſius iugo exemptus, qui per Pharaonem
Heb.2 Aegyptium, vt figuram ſuam & membrum ſuum, deſignatus eſt.
Osee.13, ¶ Secundo Chrm̃ q per agnum paſchalem Iudæorū eſt deſignatus, ea ratōe, ipō tamen hoc E
veriore facto, dici paſcha, qua agnus olim paſchalis. Sanè paſcha q̄d hebraicè dicit̃ phaſe, non
à paſſione

à paſſione nonnulli opinanť, ſed à tranſitu nominať: qa olim Eſu eius notabať tranſitus, quo primũ exterminator vidẽs ſanguinẽ in foribus Iſrahelitaꝝ ꝑtranſijt, & Iudæos non percuſſit. Itemq́ꝫ quo populus Iſraeliticus ex Aegypto verſus terram ſibi ꝓmiſſam ꝑ mare rubrũ, Pharaone cũ omni ſuo exercitu ſubmerſo, tranſijt. Sic etiamnũ paſcha noſtrũ ſolet dici, Chr̄us. ſ. immolatus, tranſitus, nimiꝝ quo Chr̄us ꝑ paſſionẽ à morte ad vitã tranſiuit, nobiſq́ꝫ credẽtibus viam fecit in reſurrectiõe ſua, vt tranſeamus & nos de morte ad vitã, eo ipſo dn̄o dicente: Qui verbum meũ audit, & credit ei, qui miſit me, habet vitam æternam, & in iudicium non venit, ſed tranſiet à morte ad vitam. Et Paulus: Si aũt (inqt) mortui ſumus. ſ. peccato cũ Chr̄o, credimus, qa ſimul etiam viuemus cũ illo. Quandoqdem ſicut & Iſraelitæ aſperſione ſanguinis agni paſchalis tuti fuere ab exterminatore, ſicq́ꝫ erepti à Pharaone eiuſq́ꝫ captiuitate mare rubrũ tranſierũt, ita & veri Iſraelitæ, id eſt, Chr̄iani, (Iſrahel qdem credẽs eſt) effuſione ſanguinis Chr̄i agni paſchalis liberati ſunt à malo angelo, & ꝑ mare rubrũ (quo Paulus notat baptiſmũ) id eſt, ꝑ baptiſmũ iuerunt, nunc ſpe tunc re in terram promiſſionis, id eſt, cœleſtẽ patriam liberati à captiuitate Pharaonis, id eſt, diaboli, q morte Chriſti, ſua poteſtate ſpoliatus eſt & omnino ſubmerſus. Iuxta illud dictũ propheticũ: Ero mors tua ô mors, morſus tuus ero inferne. Et Ap̄lus: In qua (ait). ſ. gr̄a ſua, gratificauit nos in dilecto filio ſuo, in quo habemus redemptionẽ per ſanguinẽ eius. Et Petrus: Sciẽtes (inqt) quod non corruptibilibus auro vł argẽto redempti eſtis de vana veſtra conuerſatõe paternæ traditõis, ſed pretioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chr̄i & incontaminati. Et Ap̄lus: Quia ergo (ait) pueri cõicauerunt carni & ſanguini, & ipſe ſilr̄ participauit eiſdem, vt ꝑ mortẽ deſtrueret eũ, q habebat mortis imperiũ, id eſt, diabolum, & liberaret eos, q timore mortis ꝑ totam vitam obnoxij erant ſeruituti.

Exo.12. Pſal.5. Iohan.5. Roma.6. Exo.12. Hebre.11. 1.Cor.10. Oſee.13. Ephe.1. 1.Pet.1. Heb.2.

F ¶Tertio innuit Eccleſia cũ Paulo Chr̄ianos paſcha edẽtes, debere eorundẽ cũ ſolẽni gaudio & gr̄arum actõe eſſe memores reipſa, quoꝝ Iudæi in ſuo paſchate & re & quaſi ꝑ figuram recordabanť. Porrò Iudæi agnũ comedẽtes debebant cũ lætitia recordari ſuæ redemptõis à captiuitate Pharaonis, duplicisq́ꝫ mirabilis tranſitus, de quo ſupra: Dixit em̄ dn̄s Moyſi in pſona omniũ. Et comedetis. ſ. agnũ ipm̄ feſtinanter. Eſt em̄ phaſe, id ē, trãſitus dn̄i, quoniã tranſibo nocte hac, & cętera. Et habebitis hũc diem monimentũ, & celebrabitis eam ſolennẽ dn̄o in generatõibus veſtris cultu ſempiterno. Et cũ dixerint vobis filij veſtri. Quæ eſt iſta religio? Dicetis eis: Victima dn̄i tranſitus eſt, quando tranſiuit ſup domos filioꝝ Iſrahel in Aegypto, ꝑcutiẽs Aegyptios, domos noſtros liberans. Et egreſſi filij Iſrael fecerunt ſicut pręceperat dn̄s Moyſi & Aaron. Et in ea nocte facta eſt à Deo executio, & liberatis Iudæis pręfectiſq́ꝫ in mare rubrũ incolumibus, Cecinit Moyſes & filij Iſrael dn̄o liberatori carmẽ glorioſum cũ laudatoria commemoratõe miraculoſæ redemptõis, addẽtes ſemp principio & fini (vt claret ex Pſal. 110. & 117.) vocẽ Haleluia, vocẽ (inquam) laudatõe ſimul & gratulatõe lætitiaq́ꝫ plenam. Qua de nuper multa diximus. Sic & Chriſtiani ex Chr̄i inſtitutõe & Apoſtoli, agnum paſchalem comedẽtes & paſcha celebrantes recordari debẽt mirifici tranſitus Ieſu Chr̄i à morte ad vitam æternam, memores cũ gr̄arum actõe mirificæ redemptõis ſuæ, canẽtes dn̄o Ieſu liberatori carmẽ glorioſum cũ additõe in principio & fine Cantici gratulatorij Haleluia, id ē, laudate dn̄m. Sic em̄ admonuit Chr̄us exẽplo & verbo manducaturus agnũ ipm̄ veꝝ paſchalem, & archetypũ, ſe. ſ. ipſum conuiuium & conuiuam, accepit panẽ, gr̄as agẽs, benedixit ac fregit, deditq́ꝫ diſcipulis ſuis, & ait: Accipite & comedite, hoc eſt corpus meũ, quod ꝓ vobis tradeť. Hoc facite in meam cõmemorationẽ. Quotieſcunq́ꝫ em̄ manducabitis panẽ hunc & calicem bibetis, mortem dn̄i annuntiabitis donec veniat. Et ſic & ad finem hymno dicto, exierunt in montem oliueti: nimiꝝ vt miraculoſa ſubſequereť pro humani generis per effuſionem ſanguinis ſui redemptio. Vnde.

Exo.12. Exo.15. Pſal.110. Pſal.117. Mat.26. Marc.14. Luce.22. 1.Cor.11.

G ¶Quarto vult Paulus in verbo nr̄i prologi, imò Chr̄s dominus, æterna veritas, nos non modo verè ſicut olim Iſraelitas noſtrum paſcha. i. Chr̄m agnum immaculatũ ſub ſpecie panis comedere ſacramentalr̄, ſed & hoc q̃ Iudæos verius, comedere quo longius diſtat veritas à figura, & res à ſignatõe rei, imò quo ſol ab vmbra, eſſeq́ꝫ à nobis in nr̄is gn̄atõibus ꝑpetuo cultu longe maiore deuotõe. ſ. nõ modo cerimonialr̄, ſed ſpũalr̄ q̃ꝗ comedendũ. Et hoc eſt q̄d ipſe apto ait: Etẽ paſcha noſtrũ immolatus eſt Chr̄us. Itaq́ꝫ epulemur nõ in fermẽto veteri, neq́ꝫ in fermẽto malitiæ & nequitiæ, ſed in azymis ſynceritatis & veritatis. Sanè ꝑ fermentũ (vti & ſcripturæ vtunť) peccatũ intelligẽs, ſine quo vult nos manducare paſcha noſtrũ, ne ſimus alioq corporis & ſanguinis dn̄i rei, indignè ſumẽtes, & ne q̃ꝗ exterminemur ſicut exterminati ſunt, q indignè ſe geſſerũt, circa eſum mannę, q (vt Paulus vult) in figura eoꝝ ſunt puniti, q vt ipſi malè vtunť vero manna. Sicut enim ipſius Chriſti caro oblata eſt, vt azyma ſynceritatis, quia ſine fermento peccati, & tota ſancta fuit, nulloq́ꝫ modo peccati caro, ita & ipſam carnem eandem in cruce oblatam ſine fermento peccati debemus manducare, veluti Iudæi in typo quondam ſignificarunt.

1.Cor.5. 1.Cor.11. 1.Cor.10.

H ¶Hinc videre eſt, quàm iniqui ſint in Chriſti verbum ſchiſmatici, qui contra ſanctiſſimas eaſq́ꝫ penè infinitas ſcripturas earumq́ꝫ rationes contẽdunt, nos nequaquàm verè comedere

Chr̄m

Chriſtum, noſtrum paſcha ſed tantum eius ſignum: qui poſt Chriſti Ieſu verbum & multas ali-
as ſcripturas, tribus iam antea Homilijs à me adductis prorſus conuincuntur hodie mendacij
verbo Apoſtoli vnico. Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus, quem & nos vult ædere mo-
dumq; edendi perdocet. Atqui iſti nihil aliud conantur, quàm ſuppreſſo Chriſtianiſmo, cu-
ius fundamentum eſt & baſis hoc noſtrum paſcha, acceptemus Iudaiſmum, quod eſſet fundi-
Matt. 16 tus extirpare fidem ac Chriſti religionem, contra quam tamen portæ inferi non præualebũt
Lucæ. 22 nimirum pro qua dominus orauit, & in qua ipſe manere ſe promiſit (ſicuti in Euangelio habe
Matt. 28 tur) vſq; ad conſumationem ſeculi, nec interim ceſſare hoc paſcha noſtrum, de quo alibi plu-
ra: Admonitos igitur velim quoſcunq;, vt ab ijs non ſecus caueant quàm à pernicioſiſſimis
fidei religionisq; Chriſtianæ hoſtibus & impugnatoribus, ſeruantes, comedentesq; noſtrum
paſcha, quod eſt verè Chriſtus immolatus. Vnde. ¶Quinto colligitur Apoſtolum ſubin- I
dicare Iudæorum paſcha planè ſic ad Chriſtianorum ſe habere, quemadmodum figura ſe ha
bet ad veritatem, & ad corpus vmbra. Inde neceſſario ſequi, vt illorum paſcha legalis agni ſa-
crificium fuit, ita & noſtrum, hoc eſt Chriſtianorum paſcha, veri agni ſit ſacrificium. Et licet
is verus agnus in cruce pro nobis fuerit immolatus, non tamen in cruce ſed in altari dumta-
xat manducatus. Et agnus item ipſe verus, nempe Chriſtus Ieſus, qui in cruce paſſus fuit, in al-
tari quoq; ſit noſtrum paſcha. Neq; duo tamen paſchata ſunt, aut duo ſacrificia, ſed vnum
paſcha, vnumq; ſacrificium. Quandoquidem alterum alterius eſt repræſentatiuum, quum
in vtroq; verus & idem ſit agnus, ſcilicet Ieſus Chriſtus, qui vt olim in cruce per mortem fuit
immolatus, ita & nunc per myſterium immolatur quotidie: nimirũ, vt apud nos mortis Chri
ſti, modo, quo diximus, quotidie memoria renouetur. Et profectò cum Paulus inquit: Paſcha
noſtrum immolatus eſt Chriſtus: quãdo (obſecro) ſacrificium iſtud ędimus potius quàm vbi
ſumimus Euchariſtiã? Quare & neceſſario ſequit, Euchariſtiæ conſecrationem, verè ſacrifici-
um dici ac eſſe, quum illud olim in cruce factum ſacrificium, Euchariſtiam palam referat. Id
quod & in libro Miſcellaneorum noſtrorum multis rationibus ſcripturarum nuper, Deo au-
thore, oſtendimus, quas licebit huc referre, vt iuxta Pauli præceptum, expurgato ex nobis ve
teri fermento azymi noſtrum paſcha, qui eſt Chriſtus immolatus, epulemur non in fermen-
to veteri, neq; in fermento malitiæ & nequitiæ, ſed in azymis ſynceritatis & veritatis, Deo li-
beratori noſtro Ieſu Chriſto, qui eſt tranſitus noſter, carmen glorioſum decantantes ac di-
centes: Haleluia.

HOMILIA QVADRAGESIMA, DE EO, QVOD SCRI-ptum eſt Lucæ viceſimoquarto: Nónne ſic oportuit pati Chriſtum & ita intrare in gloriam ſuam.

In ſecundis ferijs paſchatos.

Iohan. 14 CHRISTVS DOMINVS, VERITAS IPSA, IN HO A
dierno Euangelio non obſcure arguit, ſe nihil præter verum eſſe lo-
quutum, adeoq; nihil eorum, quæ loquutus ſit euaneſcere, vt alias di-
Matt. 24 xit: Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt.
Marc. 13 Cuius hodie teſtimonium præbuit non vulgare. Qui enim vitam ẽn
Matt. 18 terris adhuc agens dixerat: Vbi ſunt duo vel tres congregati in no-
mine meo, ibi ſum in medio eorum, hodie ipſo facto probauit:
nimirum, duobus diſcipulis ex Hieruſalem ad ciuitatem (cui nomen
Emaus) euntibus, deq; ipſo rebusq; diuinis ex animo confabulanti-
bus non aparens modo, ſed inclytus doctor eoſdem inſtruens, iſtis
hoc ipſum euidenter explicans, quod ne dum apud ipſos tunc, ſed & iam inde nõ paucis in du
bium ſit verſum, interimq; quæſitum. Quur Chriſtus dominus, dei Opt. vnigenitus dominus
noſter vſq; adeò paſſus tam turpem crucis mortem ſubierit, quum hoc perinde fruſtra feciſſe
videri ſoleat. Quandoquidem Deus ille omnipotens ſolo nutu ſine filij ſui paſſione mundum
Pſalm. 32 redimere potuerit, quum ſua omnipotẽtia citra medium facere poſſit, quod cum medio facit,
Pſal. 148 dicente Propheta: Omnia quæcunq; voluit, fecit. Quid ergo fruſtra fit pluribus quod fieri po
teſt paucioribus? Sanè Chriſtus ſapientia Dei patris, idemq; verus & ſolus natura magiſter,
ſciens quod non didicit, ei quæſtioni occurrens perinde dicit.

¶Verum quidem eſſe abſolutè & nulla quidem ſuppoſitione facta, quod deus ſua oĩpotẽtiã B
genus humanum à ſuis peccatis citra filij ſui, domini noſtri paſſionem liberare potuerit, quip
Eſaię. 59 pe cuius manus (vt ait Eſaias) non ſit abbreuiata, vt ſaluare nequeat, veruntamen non eſſe, ali-
qua ſuppoſitione poſita, quod tum non potuerit nec debuerit, non tamen ſimpliciter, ſed ex
ſuppoſitionibus, quarũ aliquas Chriſtus apertò hodie ponit, & aliquæ inde eliciuntur. Siquidẽ
neceſſum fuerit Chriſtum pati, mortemq; ſubire.

¶Primo,

C ¶Primo, quod ab æterno Deus pater decreuerit definieritq́; ſe hominem morte filij ſalua- Malac.3
turum, qui de ſe ip̄o inquit: Ego Deus non mutor. Et rurſus in Eſaia: Qm̄ ego ſum Deus, & vl- Eſaię.46
tra me nō eſt Deus. Conſiliū meū ſtabit, & omnis mea voluntas fiet. Et Dauid ait: Conſiliū aūt Pſal.32
dn̄i in æternū manet. At Deū ſtatuiſſe filiū morte ſua hominē eſſe redemptuꝝ, Petrus teſtaſ,
inquiens: Viri Iſraelitæ, audite verba hæc, Ieſum Nazarenū, virū approbatū à Deo in vobis Acto.2
virtutibus & ꝓdigijs & ſignis, quę fecit Deus ꝑ illum in medio veſtri, ſicut ſcitis, hūc definito
cōſilio & præſcia Dei traditū ꝑ manus iniquoꝝ, adfigētes interemiſtis. Et Eſaias: Oblatus eſt Eſaię.53
quia voluit. Quā ſanè voluntatē definitam Chr̄us in Olueto fieri petijt. Qui & ad Petrū pcu-
tientē gladio dicebat: Calicē quē dedit mihi pater, nō vis vt bibā illū? Certè ſignificās ſe paſſu- Iohan.18
rū neceſſitate definitæ à pr̄e volūtatis. Id q̄d latius alibi declarat, dicēs: Et qdē filius hoīs ſcd̄m Lucæ.22
D quod definitū eſt, vadit. ¶Scd̄o, Propter de ip̄o ſcripturaꝝ impletionē, quę nō ſoluēdę ſed
implēdę erant ip̄o dicēte: Filius qdem hoīs vadit, ſicut ſcriptū eſt de illo. Et clarius ad Petrum
ferientē gladio. Qūo ergo (inqt) implebunſ ſcripturæ? Quia ſic oportet fieri. Veꝝ ſcriptura
dicebat: Oblatus eſt, qa ipſe voluit, & nō aperuit os ſuū. Sicut ouis ad occiſionē duceſ, & quaſi Eſa.53
agnus corā tondente ſe obmuteſcet, & non aperiet os ſuū. Ipſe aūt vulneratus ꝓpter iniqtates
nr̄as, attritus eſt ꝓpter ſcelera nr̄a. Et Chr̄us ꝑ ſcripturā: Et ego quaſi agnus māſuetus, q por- Hiere.11
taſ ad victimā. Et nō cognoui, qa cogitauerūt ſup me cōſilia, dicētes: Mittamus lignū in panē
eius, & eradamus eū de terra viuentiū. Sileo interim aliàs & maximè in diuino pſalte ſcriptu- Pſal.21 Pſalm̄.68
E ras de Chr̄i Ieſu paſſione, quas impleri oportuit. ¶Tertio, ꝓpter humanā redēptionē, q̄ fa-
cta eſt Ieſu Chr̄i paſſiōe adeoq́; eius morte, Angelo dicēte: Pariet aūt filiū, & vocabis nomen Mat.1
eius Ieſum. Ipſe eīn ſaluū faciet ppl'm ſuū à pc̄tis eoꝝ. Qd' certè ipſius morte factū eſt, vti ſu- Eſa.53
pra ex Eſaia claret. Et hodie ex verbis diſcipuloꝝ patet. Sic Apl'us ait: Dignus es dn̄e accipere Apo.5
librū & aperire ſignacula eius, qm̄ occiſus es, & redemiſti nos Deo in ſanguine tuo. Et Paulus: Titū.2
F Qui dedit ſemetipm̄ ꝓ nobis, vt nos redimeret ab oīni iniqtate. ¶Quarto, ꝓpter ipſius. ſ. Ie-
ſu Chr̄i glorioſam exaltationē, ip̄o hodie dicēte: Nōnne ſic oportuit pati Chr̄m, & ita ītrare Lucæ.24
in gloriam ſuam. Hinc Apoſtolus: Humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſq; ad mortem, Phil.2
mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod eſt
ſupra omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cœleſtium, terreſtrium, & infer-
norum, & omnis lingua confiteatur, quia dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris.
G ¶Quinto, ꝓpter nr̄i oīm informationē & conſolationē. Nos videlicet, nō ingreſſuros in
cęleſtē gl'iam æternāq́; quietē, niſi paſſiōe & imitatōe ipſius, Petro ſcribēte: In hoc eīn vocati 1.Pet.2
eſtis, qa & Chr̄s paſſus eſt ꝓ nobis, vobis relinquēs exēplū, vt ſequamini veſtigia eius. Sic & Roma.8
Paulus ait: Cohęredes aūt Chr̄i, ſi tn̄ cōpatimur, vt & cōglorificemur. Idē in actis Apl'icis. Qm̄ Acto.14.
H ꝑ multas tribulatōes oportet nos intrare in regnū Dei. ¶Sexto, vt figurę ſacrificioꝝ veritas
rn̄deret, cōueniētior fuit imò neceſſaria Chr̄i paſſio quā ꝑ ſolā miam. Siqdē ſcriptura appellat
Chr̄m redēptorē, in Eſaia dicēs: Veniet ad Syon redemptor. Cæteꝝ redēptio ꝑ ſacrificium Eſa.56.
Deo grata raro vl' nunq̄ facta eſt ſine ſanguīs effuſione, vt ſatis patet ex ſacrificio Noe poſt di- Gene.8
luuiū, Abrahę in filio immolando. Agni paſchalis Iſraelitaꝝ, Moyſi poſt dationē legis in eius Gene.22
cōfirmatione. Sic q̄d & Paulus notat, ſummus ſacerdos intrās ſemel ꝑ anno, in ſc̄tā ſc̄tōꝝ diſtil Exo.12
labat de ſanguine ſacrificioꝝ ſup ꝓpitiatoriū & coram ꝓpitiatorio. Quæ qdem ſacrificia quū Exo.24. Leuit.16.
eſſent ſacrificij Chr̄i figura, & hæc ſanguinis effuſione fiebant, oportuit vt & Chr̄i ſacrificium Hebrę.9.
quaſi res figurata paſſione fieret ſanguiſq́; effuſſione, & ſic eum pati oportuit, & eum intrare in
gloriam ſuam. ſ. cœleſtem non mundanam & vanam.

HOMILIA QVADRAGESIMAPRIMA DE EO QVOD SCRIptū eſt: Lucæ. 24. Et ſic oportebat prædicari in nomine eius pœnīam & remiſſionem peccatoꝝ in oēs gentes, incipiētibus ab Hieroſolymaꝝ.

In tertijs ferijs paſche

A SVMMOPERE NOBIS ESSE Lætandum in hac die paſchatos ob glorioſam Ieſu Chr̄i reſurrectionē, exēplo etiamnū creaturæ inanimatæ ſat ſuperq́; arguiſ: nec qdem illud ſine ratiōe, quæ eius lætitiæ vl' maxima in ipſius vtilitate nunq̄ ſatis ęſtimāda à Chr̄o hodie exprimitur, dicente: Et ſic oportebat Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis die tertia, & prædicari in nomine eius pœnīam & remiſſionem peccatoꝝ in omnes gētes. Quo nimiꝝ dicto Chriſtus apertò declarat, quid fructus ſua poſt mortē tertia die reſurrectio nobis attulerit. Vtiq; inæſtimabilem fructum eius ſumus glorioſa reſurrectione conſequuti, quod in ipſius nomine nobis non ſolum pœnīa ſit & pc̄tōrum remiſſio, ſed & oībus toto terraꝝ orbe prædicata & ad finē vſq; ſeculi ꝑdicāda, q̄ ſe deum eē eoꝝ probaret,

Digitized by Google

Matth.9 qui plus ſua ptāte &non delegata remittit peccata, eo ipſo aliàs dicēte: Vt aūt ſciatis, quia filius
Marci.2, hoīs habeat ptātē in terra dimittēdi pctā, ait paralytico: Tibi dico, ſurge. Et in Eſaia ait: Ego
Luce.5 ſum ego ſum ipſe, q deleo iniqtates tuas ꝓpter me. Et quare? Quia (inquā) illi ſoli peccauimus,
Eſa.43 eius mandata ſolius fregimus, q̊d eſt peccare. Eapropter Dauid de pctīs ſuis pœnitēs orabat.
Pſalm.50 Miſerere mei deus ſcd̄m magnam miam tuam &c. & dele iniqtates meas &c. Quia tibi ſoli pec
caui, & malū coram te feci. At ille hanc dimittēdi pctā poteſtatē Apl'is tantūmodo & eorum
Johā. 20, ſucceſſoribus delegauit in cœlū aſcēſurus inquiēs: Accipite ſpm̄ ſanctū. Quoꝝ remiſeritis pec
cata remittunt eis, & quoꝝ retinueritis, retēta ſunt. Et hoc eſt q̊d hodie ait dn̄s, ſe oportuiſſe
Acto.5 mori & reſurgere, vt hoc pacto prędicaret. ſ. p Apl'os remiſſio peccatoꝝ. Qd' & Petrus à Chr̄o
dictū adfirmat, dicēs: Deus pr̄m noſtroꝝ ſuſcitauit Ieſum, quē vos interemiſtis, ſuſpendētes
Ephe.1 in ligno. Hunc principē & ſaluatorē Deus exaltauit dextera ſua ad dandam pœnīam Iſrael &
remiſſionē peccatoꝝ. In quo (vt Apl'us ſcribit) habemus redēptionē p ſanguinē eius, remiſſio
nem peccatoꝝ ſcd̄m diuitias gratiæ eius. ¶ Ad quoꝝ peccatoꝝ? Proculdubio omnium & B
Pſal.102, actualiū & originaliū, quæ & fecimus & facturi ſumus ex ībecillitate naturæ. Qui em̄ (ait Pro-
pheta) ꝓpitiat oībus iniqtatibus tuis, q ſanat oēs īfirmitates tuas &c. Q̄uo miſeret pr̄ filioꝝ,
miſertus eſt dn̄s timētibus ſe, qm̄ ipſe cognouit figmētum noſtrū. Recordatus eſt, qm̄ puluis ſu
Matt.18 mus, homo ſicut fœnū. Dies eius tanq̄ flos agri ſic efflorebit. Hinc Petro roganti, quoties pec-
Lucæ.17, cabit in me frater meus, & dimittā ei? vſq; ſepties? dn̄s rn̄dit: Non dico tibi vſq; ſepties, ſed vſ-
q; ſeptuagies ſepties. Sanè hæc numeroſa pctōrum remiſſio prædicanda eſt. ¶ Sed qbus do C
nata eſt hæc remiſſio & prædicanda. Nunqd vni nationi tm̄? Reſpondet Chr̄us, in oēs gētes,
Roma.2 & vſq; ad fines terræ orbis, in ipm̄ Ieſum Nazarenū credētes, vtpote ſe noīe eius eam habere,
Acto.10 & non ex ſeipſis. Quandoquidē dn̄s Deus acceptor pſonaꝝ non ſit. Et Chr̄us in hunc mūdum
Lucæ 2 miſſus non ſolū Iudæoꝝ, ſed & gētiū fuerit expectatio, & Symone adfirmante: Lumē ad reue
latione gētiū & gloriam plebis Iſrael, q̊d parauit Deus ante faciē oīm ppl'oꝝ. Siquidē Chriſtus
Johan.1 dedit poteſtatē filios Dei fieri oībus, q ipm̄ in fide recipiūt, q credunt in noīe eius. Hinc Apo-
Roma 3, ſtolus: Iuſtitia aūt (inqt) Dei p fidē Ieſu Chr̄i, in oēs & ſup oēs, q credunt in eum. Non em̄ eſt di
Acto.3, et ſtinctio. Omnes em̄ peccauerūt, & egēt gloria Dei. Et Petrus: Vobis em̄ eſt repromiſſio, & fi
5. et.10, lijs veſtris, & oībus q longè ſunt, quoſcūq; aduocauerit dn̄s Deus noſter, q filiū ſuū Chr̄m, do-
minū noſtrū, quē occiderūt ſuſpendētes in ligno, hunc Deus ſuſcitauit tertia die, & dedit eum
manifeſtū fieri nō omni ppl'o, ſed teſtibus præordinatis à Deo, nobis, q manducauimus & bi-
bimus cū illo poſtq̄ reſurrexit à mortuis. Et præcepit nobis prædicare & teſtificari, q̊d ipſe ē,
qui conſtitutus eſt à Deo Iudex viuoꝝ & mortuoꝝ. Huic oēs prophetæ teſtimoniū phibēt,
1.Johan.2 remiſſionē peccatoꝝ accipere p nomē eius, oēs q credunt in eū. Qui (vt Iohannes ſcribit) eſt
ꝓpitiatio ꝓ peccatis noſtris, non pro noſtris aūt tm̄, ſed etiam ꝓ totius mūdi. O admirāda, ò
ineffabilis, ò immenſa ex Ieſu Chr̄i reſurrectōe vtilitas, ò ineſtimabilis fructus in oēs homines
credētes transfuſa. Quæ em̄ (obſecro) illa eſt & tanta vtilitas? Nimiꝝ peccatoꝝ oīm remiſſio.
Pſalm̄ 31, ¶ Quid eſt remiſſio peccatoꝝ? Beatitudo eſt (Dauide dicēte) Beati quoꝝ remiſſæ ſunt iniq- D
tates, & quoꝝ tecta ſunt peccata. Beatus vir cui dn̄s nō imputauit pctm̄. Hęc eſt illa remiſſio
pctōꝝ, hæc beatitudo illa, quę iuſtificatio eſt noſtra, reſurrectōe Ieſu Chr̄i tandē impleta & cō
Roma.4, ſummata, Apl'o ſcribēte: Qui ſuſcitauit Ieſum Chr̄m, dn̄m noſtrū à mortuis, q traditus eſt pro
pter delicta noſtra, & reſurrexit ꝓpter iuſtificationē noſtrā. At qd aliud eſt iuſtificatio q̄ bea-
titudo, quæ eſt à morte ad vitā, & à morte ad veram beatamq; vitā reſurrectio? Eſt vtiq; Ie-
ſu Chr̄i reſurrectio vt noſtra vita & reſurrectio ad vitā, qui in Chr̄o reſurgēte, q reſurgentium
Roma.6, fuit primitiæ, reſurreximus & ipſi tam ſpū vitæ q̄ re ipſa in nouiſſimo die. Qd' Apl'us teſtat, di
cens: Conſepulti em̄ ſumus, cū illo p baptiſmū in mortē, vt quō Chr̄us ſurrexit à mortuis per
gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si aūt mortui ſumus cū illo, credimus,
quia ſimul etiam viuemus cū illo. Sciētes qd' Chr̄us reſurgēs à mortuis, iam nō moritur, mors
vltra illi nō dn̄abit. Et iteꝝ: Non aūt Chr̄us reſurrexit à mortuis primitiæ dormiētium, q̊niā
1.Cor.15, quidē p hoīem mors, & p hoīem reſurrectio mortuoꝝ. Et ſicut in Adam oēs moriunt, ita &
in Chr̄o oēs viuificabunt. Hæc eſt (inquā) illa ineſtimabilis ex Chr̄i reſurrectōe vtilitas, vtpo-
te redēptio, ſalus, iuſtificatio, reſurrectio, vitaq; noſtra, quā dedit Chr̄us à morte reſurgēs per
remiſſionē peccatoꝝ in oēs gētes prædicandā. ¶ At quo medio peccatoꝝ hæc fit remiſſio? E
Roma.4, Nimiꝝ fit p fidelē nomīe Ieſu Chr̄i pœnīam, qua pœnitētes de pctīs noſtris credimus ea ipſa
pctā, hanc ipſam pœnīam Chr̄o miſericorditer & gratioſe ſuſcipiēte, prorſus remitti p Ieſum
dn̄m noſtrū, q traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit ꝓpter iuſticationē nr̄am, qui
(inquam) credimus hanc ipſam noſtram pœnīam vl' quàmlibet alioqui magnā nequaq̄ ſuffe-
ciſſe ad remiſſionē pctōꝝ, niſi morte & reſurrectōe Chr̄i interueniēte. Et hoc eſt, qd' dn̄s ho-
die dicit. Et ſic oportebat p̄dicari in noīe eius. ſ. Chr̄i, nō in noīe alicuius hoīs vl' opeꝝ etiā q̄li-
Acto.4 bet moraliter bonoꝝ, q̄ certè nullius eēnt momēti ſine Dei mīa, quā nobis in filio ſuo exhibu-
1.Pet.2 it pr̄, quū (vt Petrus ait) aliud nō ſit nomē ſub cœlo datū hoībus, in q̊ oporteat nos ſaluos fieri.
Hinc

Digitized by Google

Hinc recte veritas ipſa hodie dicit prædicari pœnitentiā in noīe ſuo,& non alterius. Et qui-
dē dicit eā. Primo p̄dicari,& deinde remiſſionē pctoꝝ,nō verbotenus tantū p̄dicari,ſed & ab
ijs,qui volūt ſibi remitti peccata,fieri. Vnde omnis fidei remiſſionisq; peccatoꝝ prædicatio
noui teſtamenti(ſileo vetus teſt.)tam Iohan. Baptiſtæ,q̄ Chriſti & apoſtoloꝝ à pœnitentia
cœpit,quam Chriſtus nomine ſuo pro peccatis noſtris virtute ipſius mortis & reſurrectiōis
vult acceptare miſericorditer,alioqui nullius noīe acceptandā,nec alicui proficuā. Sic Iohan Matt. 3
nes p̄curſor in deſerto Iudææ p̄dicās,dixit: Pœnitentiā agite,appropinquabit eīm regnū cœ- Luc. 3
loꝝ. Et Chrs baptizatus,exq; deſerto veniēs clamauit: Pœnitētiā agite, appropinquabit eīm Matt. 4
regnū cœloꝝ. Qd & apoſtoli clamerūt. Petrus rogatus à Iudæis qd agerēt,vt ſibi fides ad ſa- Marci. 1.
lutē ſubueniret,reſpondit. Pœnitentiā agite,& baptizetur vnuſquiſq; veſtrū in nomine Ieſu Actorū. 2
Chriſti in remiſſionē peccatoꝝ veſtroꝝ,& accipietis donū ſpūs ſancti. Sic & aliàs ſcribit de Marci. 6
oībus apoſtolis. Et exeuntes p̄dicabant,vt pœnitentiā agerēt. Quare? Quia à dn̄o mādatum
ceperant: quoniā nō ſit ſine pœnitentia remiſſio peccatoꝝ,pœnitētibus eīm peccata remit-
tuntur,& hoc gratis,& per grām Ieſu Chriſti. Hoc ſatis claret ex hoc Petri dicto. Ergo & gē Actorū, 11
tibus pœnitentiā dedit deus ad vitam: nēpe ꝙ erant,qui putabant gentilibus minime pro-
deſſe,ſed tantū Iudæis,vnde ſatis liquet fidē non ſuffeciſſe ſine pœnitentia informem,nec fide
ſola informi peccata remiſſum iri,ſed bene ea fide,qua creditur per pœnitentiā nomīe Chri-
ſti,virtuteq; adeo eius paſſionis & reſurrectionis peccata remitti,non etiā ſola pœnitentiæ
per ſe virtute & merito. Hinc euidenter patet remiſſionem fide peccatorum omnino debere Lucæ. 13
præcedere pœnitentiā authoritate omniū ſcripturaꝝ,vel maxime Chriſto dicente. Sed niſi
F pœnitentiā habueritis,oēs ſimiliter peribitis. At inquis. ¶ Quid eſt pœnitētia? Eſt doloro- Matt. 7
ſa ex amore pro peccatis cōtra deū,tā ſpūalis,corporaliſq; ſimul cōtritio & afflictio. Quæ ſit Pſalm. 36
cū reiectis vitijs carnalibus opera ſpūs vitijs cōtraria,q̄ crucis ſunt & duræ viæ ad cœlum am Matt. 21
plectimur. Quod vno verbo propheta expreſſit. Declina à malo & fac bonum, Non vtiq; ſuf- Marc. 11.
ficit reſipiſcere à malo,niſi faciamus bonū,q̄d Chriſtus tum per ficum ſterilē,arguit,cui ma- Lucæ. 13
ledixit,quia ſine fructu ſolum folia habebat,tum per conductos in vinea operarios. Huius au Matt 20
tem definitionis ratio fundat ex Chriſto,dicente. Væ tibi Corozaim,væ tibi Bethſaida,quia Matt. 11.
ſi in Tyro & Sidone factæ eſſent virtutes,quæ factæ ſunt in vobis,olim in cilitio & cinere pœ Lucæ. 10
nitentiam egiſſent. Vnde ſat ſuperq; innuit,pœnitentiam eſſe pro peccatis doloroſam & ani
mi & corporis afflictionem. Sic Dauid,inter alios,qui pœnituerunt,pro peccatis ſuis gemi-
tibus,& lachrymis,ieiunijs & vigilijs,variaq; id genus maceratione,carnem afflixit ſuam,Ali Pſalm̄. 6
bi dicens. Lauabo per ſingulas noctes lectum meum,lachrymis meis ſtratū meū rigabo, tur-
batus eſt à furore oculus meꝰ. Vnde ſole clarius patet,q̄ falſo,q̄q; doloſe,ſimulq; pnitioſe nō-
nulli ijs temporibus docuerint,qui dixerunt,pœnitentiā nihil aliud eſſe,q̄ reſipiſcentiā à car-
nali conuerſatione,ſiquidem, quæ à Græcis dicitur, μετάνοια,id eſt,reſipiſcentia, Et μετανοεῖν
aliud non eſſe,q̄ reſipiſcere & tranſmutari & fieri nouā vitam,quaſi ipſi ſingulari à deo inſtru
cti,interpretandi gratia iam tandem cognoſcant magis q̄ priores patres vita & eruditione,
virtuteq; miraculoꝝ probati,quotquot ante nos ingenti numero præceſſerunt. Illi certe (q̄d
veriſſimum eſt) dixerunt μετάνοιαν eſſe pœnitentiam,& μετανοεῖν,pœnitere,& non ſolum re-
ſipiſcere,ſed vitam inchoare nouam,veteriſq; pœnitere & pro noxis prioribus in ſe ſeuerius
vlciſci: quandoquidem pœnitere ſit,quaſi pœnam tenere,eumq; vere pœnitere & pœnā te-
nere,qui ſemper punit,quod commiſiſſe dolet. Sane oportet pœnitentem non iraſci,neque
ſæuire,ſed conteri, tanquā condemnatum,tanquā non habentem fiduciā,tanquā iudicatum
reum,tanquam ex ſola ſaluari miſericordia debentē,tanquā ingratum erga benefactorem re-
dargutū,tanq̄ reprobū,tanq̄ dignū innumeris ſupplicijs,& nunq̄ ſui peccati obliuiſci,ſed deū
quidē rogare,ne eius velit reminiſci,orareq; impēſius & rogare,diē luctu tranſigere,vigilijs
noctes ac fletibus ducere,tēpus omne lachrymoſis lamētatiōibus occupare,ſtratos ſolo adhæ
rere,cinere ac cilicio volutari & ſordibus,& nihil prorſus ſibi cōfidere,q̄ſi ſatis ſit factū,ſe nō Eccle. 9
poſſe dānari,p̄inde ac certo ſit in grā,q̄nquidē hō neſciat an ſit amore an odio dignus. Et apl̄s 1. Cor. 4
iā fidelis & hauddubie citra pctm̄ ait. Nihil eīm mihi cōſcius ſum,ſed non in hoc iuſtificatus
ſum. Norat vtiq; tātus apl̄us,pœnitentiā nō eſſe reſipiſcētiā ſimplicē,ſed & reſipiſcētiā verbo
& facto cōmōſtrare acerbeq; dolere, Quēadmodū ipſe de ſuo pctō ſp doluit,dicens, Minimꝰ 1. Cor. 15
ſum apoſtolorum,& indignus vocari apoſtolus,quia eccleſiam dei perſequutus ſum, propte 1. Cor. 9
rea caſtigo corpus meum,& in ſeruitutem redigo. Quod & alios vel etiam non peccatores,
ſed lauacro baptiſmi mundatos facere voluit poſt peccatum dudum perpetratū, dicēs. Sicut
exhibuiſtis mēbra veſtra ſeruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatē,ita exhibete mēbra Roma. 6
veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationē,ſcribens ad Romanos,q vtiq; iā baptizati fidē plene
acceperant,quos tamen re ipſa voluit acerbe pœnitere pro pctīs. Cuius veræ pœnitētiæ Da-
uid vbiq; formā exhibuit,ſanctiſſimus Chriſti præcurſor palam præſtitit, nimirū pœniten- Matt. 3
tiæ prædicator,pilis camelorum veſtitus, zona pellicea cinctus,in deſerto melle & locuſtis Marc. 1.

Digitized by Google

Luc.3. nutritus, aquã dũtaxat bibẽs. Maria q̃q; Magdale. vſq; adeo pœnitẽtiæ cõtulit ſpeculum,
Luc 7. vt ex amore pro pc̃tis tã lachrymata ſit, vt dñi pedes lachrymis rigarit, capillis terſerit, ore
Marc.19 oſculata ſit, vnguẽtoq; vnxerit. Et Petrus apl'orũ princeps, pſ pœnitentium pro vnico ſuo
Lucæ.22. pc̃tõ, recordatus verbi dñi, Egreſſus foras, fleuit amarè. ¶ Illi nimirũ oẽs ſciebãt pœnite- G
Iohan.18 re eſſe pro pc̃tõ valde animo & corpe dolere pindeq; excruciari, & nõ ſimpliciter reſipiſce-
Pſalm 36 re, vt q̃dam errarũt. In quorũ errorẽ, ne incideremus, ſpũs ſanctus omnino cauit puidens, In
Matt.3. diuino pſalte, dicẽs. Declina à malo & fac bonũ. In Iohanne. Facite ergo fructũ dignũ pœ-
Luc.3. Mat.11 nitentiæ. Et in Chriſto. Si in Tiro & Sidone factæ eſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis,
olim in cilitio & cinere pœnitentiã egiſſent. In Paulo: Redigo corpus meũ in ſeruitutẽ, ca-
Luc.10 Acto.20. ſtigoq; ipm. In eodem. Quãdo adfirmat ſe gentibus annuntiaſſe, quatenus pœnitentiã age-
rent, & couerterent ad deum, digna pœnitentia opera facientes. Vides ergo pœnitentiam
non ſolũ eſſe in declinando malo, ſed in faciendo bonũ, & agere fructum pœnitẽtia dignũ,
cuiuſmodi ſunt, pro amore dei compunctione pc̃tõrũ intus & foris acerbe dolere, carni re-
ſiſtere, vigilare, ieiunare, orare, hocq; genus alia facere. Sanè ſpiritus ſanctus in ijs prædictis
omnibus docuit & verbo, exemploq; p ipſos teſtatus eſt, non ſatis eſſe reſipiſcere, perq; fi-
dem ad deum conuerti, niſi digna pœnitentiæ opera ſimul accumularentur.

¶ De huiuſmodi pœnitẽtia Chr̃s hodie loquit̃, inquiẽs: Sic oportebat prædicari in noĩe H
eius pœnitentiã & remiſſionẽ pc̃tõrũ in oẽs gentes. Quõ in noĩe eius prędicari? quod pro
nobis oĩbus proq; pc̃tis noſtris Chriſtus pœnitentiã egerit & remiſſionẽ pc̃tõrũ fecerit,
non adcurrente aliq̃ noſtro pro pc̃tis dolore, & hoc ſolũ ac prorſus credere, q̃d Chriſtus id
fecerit, nec opus eſſe aliqua noſtra pœnitẽtia vel animi vel corporis, quẽadmodũ aliqui ha-
ctenus ſcriptitarũt & loquuti ſunt? Nequaq̃. Q̃nquidẽ is eſſet intellectus cõtra oẽm omniũ
ſcripturarũ intellectũ, nec ſciret quid eſſet pœnitere, ad q̃d omnes ſcripturæ hortantur, nec
quiſq̃ admoneret ad aliq̃d bonum opus. Præterea quid ſtultius, quàm pdicare, q̃d Chriſtus
reſipuerit pro nobis, vt illi volunt, à quo malo reſipiſcet, qui nil mali fecit? Eſt ergo prædi-
Eſaiæ.53 care pœnitentiã, nomine Ieſu Chriſti. i. dicere. Declinate à malo & facite bonum propter
peccata veſtra cõmiſſa, & hoc noĩe Chriſti, cuius nomine, paſſione, morte, reſurrectiõe, be-
neficio & gratia, & nõ alterius noĩe, hæc ipſa propter pc̃tã veſtra cõtritio, pœnitentia, bo-
na operatio ad veſtrã valebit iuſtificationẽ & ſufficiet noĩe Ieſu Chriſti, qui pro pc̃tis vr̃is
natus, paſſus & deniq; mortuus eſt, vobiſq; adeptus pc̃tõrũ remiſſionẽ, quod ſi credideritis
vitam æternam habebitis. Sanè ſine eius noĩe vel gratia prorſus nulla valet pœnitentia vel
2.Cor.6 actio etiam quamlibet bona. Et hoc eſt, quod apoſtolus confirmãdo perinde ait. Ecce nũc
tempus acceptabile, ecce dies ſalutis nũc: hoc eſt, Iam agite pœnitentiã & habebitis planè
veſtrorũ pc̃tõrũ remiſſionẽ, quam iam noĩe Ieſu Chriſti deus pater acceptat, quæ prius & al-
terius nomine nõ acceptabilis fuit, nec eſt. Igit̃ (vt ipſe ait) nemini dantes vllam offenſio-
nem, vt nõ vituperet̃ miniſteriũ veſtrũ, ſed in oĩbus exhibeamus nos ſicut dei miniſtros.
In multa patiẽtia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtijs, in plagis, in carceribus,
in ſeditionibus, in laboribus, in vigilijs & ieiunijs, in caſtitate, in ſciẽtia, in longanimitate,
in ſuauitate, in ſpũ ſancto, in charitate nõ ficta, in verbo veritatis, in virtute dei. Et iterum.
Et hoc ſciẽtes tẽpus, quia hora eſt iã nos de ſomno ſurgere. Nũc eñ proprior eſt nr̃a ſalus q̃
Roma.13 cum credidimus. Nox pceſſit, dies autẽ appropinquauit. At q̃d eſt de ſomno ſurgere, niſi à
peccati otio ad bonũ opus declinare & pœnitere iã tempore ſalutis, ſed q̃d aut quõ pœnite-
re? Reſpõdet apl'us. Abijciamus opera tenebrarũ, & induamur arma lucis, ſic vt in die hone-
ſte ambulemus. Nõ in comeſſationibus & ebrietatibus, nõ in cubilibus & impudicitijs, nõ
in cõtentione & ęmulatione, ſed induimini dñm Ieſum Chriſtũ, & carnis curã ne feceritis
in deſiderijs. Hinc Paulus, Gentiũ prædicator recte prædicauit pœnitentiam & remiſſionẽ
pc̃tõrum, ille vere intellexit Chriſti hodie verbum. Sic oportebat prædicari pœnitẽtiam,
& in nomine eius remiſſionem pc̃tõrum in omnes gentes.

HOMILIA XLII. DE EO, QVOD SCRIPTVM EST. Iohã.20. Beati qui non viderunt & crediderunt.

In octaua Paſche.

DVO INTER Penè infinita potiſſimum ex hodierno Euãgelio ſunt haud A
parum diligenter cordi percipienda. Quorum eſt primum.

¶ Mira dei Opt. erga nos clementia: nimirũ quæ dum ſtudioſe indagatur B
ſemp maior atq; maior inuenit̃. Magna vtiq; dei fuit benignitas, q̃d ille ſolũ
ex mĩa ad redimendũ nos filium ſuũ vnigenitũ, dñm nr̃m è cœlo demiſerit,
Titum.3 ac in vtero glorioſe naſci incarnariq; dignatus ſit, Paulo ſcribente. Cũ autem benignitas
& humanitas apparuit ſaluatoris dei, nõ ex operibus iuſtitiæ, quę fecimus nos, ſed ſecundũ
miſeri-

Digitized by Google

miſericordiam ſuã ſaluos nos fecit, vt iuſtificati gratia ipſius hæredes ſimus ſecundũ ſpem vi-
tæ æternæ. Id q̃d Chrũs confirmãs, ait. Sic eñ deus dilexit mundũ, vt filium ſuũ vnigenitũ da- Iohan. 3
ret, vt omnis, qui credit in eũ, non pereat, ſed habeat vitam æternã. Quod Euangeliſta dein-
de repetẽs, inquit. In hoc apparuit charitas dei in nobis, quoniam filium ſuum vnigenitum 1. Iohã. 4
miſit deus in mundum, vt viuamus per eum: non quaſi nos dilexerimus deum, ſed quoniam
ipſe prior dilexit nos, & miſit filium ſuũ propiciationem pro peccatis noſtris. Maior vtiq; be
nignitas, quod eundẽ filium ſuũ pro nobis in mortem crucis turpiſſimã iri traditum non fue- Iohan. 15
rit dedignatus, Chriſto dicente. Maiorem hac dilectionẽ nemo habet, quã, vt animã ſuã po-
nat quis pro amicis ſuis. Quẽ Iohannes ſequitur, dicens. In hoc cognouimus charitatẽ dei, q̃m 1. Iohã. 3
C ille animã ſuam pro nobis poſuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. ¶ Maxima
vtiq; dei fuit clemẽtia, quod ille dñs noſter Ieſus ſe poſt ſuã reſurrectionẽ à ſuis tractari per-
miſerit pijſſima tractatione: nimirũ non contentus, q̃ nobis ſuis filijs, fratribus, amicis gratiam
ſuã tam copioſe largitus ſit, ſed qui & laborauit, ſategitq́;, vt tantæ gratiæ donũ recipere non
negligeremus, ſed omnino agnoſceremus: quippe, qui poſt mortẽ, poſt reſurrectionẽ, poſt
omnis ſatisfactionis complementum, nimis ſolicite egit, vt ipſius nos acceptaremus beneficia
in noſtramq́; tranſirẽt vtilitatem per firmam & perfectã charitatem. Adeo vt vere per Eſaiã Eſaiæ. 5
dixit. Nunc ergo habitatores Hieruſalem, & viri Iuda, iudicate inter me & vineam meã. Quid
eſt, quod vltra debui facere vineæ meæ, & non feci? Sic igitur ille reſurgens ex mortuis, locũ
ſupremi cœli corpori ſuo glorioſo debitum adſumere quadraginta diebus diſtulit, angelis in
cœlo adſiſtentibus, viſionem ſuæ humanitatis in proprio genere ſubtraxit, vt ſuam reſurre- Actorũ. 1.
ctionẽ, vt ſcribit poſt Lucam Paulus in multis argumentis ſuis diſcipulis nimiũ incredulis de 1. Cor. 15
monſtraret, cicatrices vulnerum ſuorũ nedum videri, ſed & tangi permittens diſcipulis, vt in
eis fidem plantaret & in futuris vſq; ad finem mundi hominibus, omne dubietatis vulnus am
putaret. Et profecto videri non potuerit ſine mira domini diſpẽſatione factum & benignita
te, ſimul ad noſtræ fidei confirmationẽ, quod ipſe poſt reſurrectionẽ anteq̃ cœlos aſcenderet
per dies quadraginta diſcipulis apparuerit, præbueritq́; ſeipſum viuum in multis argumentis
quo reſurrectionis in ſe factæ veritas ſolidaretur in cordibus apoſtolorũ, & ad nos vſq; pro-
tenderetur, vt qui quadraginta horis fuerat pro nobis mortuus, pro hora diem compenſans,
quadraginta diebus manifeſtis indicijs ſe viuere declararet, Quocirca & illis & nobis præſen-
tem ſe fecit, illis in ſpecie, nobis in fide, & quem illi viderunt facie, oculo corporis, nos in literis
videremus ſcripturæ, oculo mentis, & ſic nos quoq; beatificaremur, de quibus hodie dixit.
D Beati qui non viderunt & crediderunt. ¶ In quo quidem verbo dominus. (Et eſt ſecũdum,
in hoc Euangelio, fidei. ſ. cõmendatio) Primo corrigit eos qui tardi ad credendum non niſi
viſis ſignis & auditis rationibus de re credenda credere volunt. Sic hodie increpando ad
Thomam ait. Noli eſſe incredulus, ſed fidelis. Thomas vero perinde ex obiurgatione domi-
ni perterritus, reſpondet, Dominus meus, & deus meus: vtpote ſimul intus ſuam culpam de-
precans, verboq́; ipſo non minus quàm animo credens, & vere quidem credidit Chriſtum
Ieſum eſſe & hominem & deum, illum, dicens, Dominus meus, hunc, inquiens, Deus meus
poſt lateris tactum optimus theologus duplicem in Ieſu naturam, vnicamq́; hypoſtaſim Lucæ. 24
confeſſus eſt. Sic & increpauit diſcipulos Emautem euntes, dicens: O ſtulti & tardi corde
ad credendũ in omnibus, quæ loquuti ſunt prophetæ. Sic & aliàs ad ſuos diſcipulos corripiẽs, Matt. 17
inquit: O generatio incredula & peruerſa, quouſq; ero vobiſcũ? vſq; quo patiar vos? Sic quia Marc. 9
Zacharias verbo domini incredulus, de ſigno quopiã quærens, obmutuit donec ſit natus fili- Luc. 9
us Iohan. Bapt. vnde Chriſt⁹ plane oſtendit, nos de ijs, quæ ad fidẽ ſuã attinent, nullam neq; Lucæ. 1.
rationem neq; viſionem expoſcere, ſed ſimplici eius verbo adſentiri debere, vtpote conten-
tos ſcripturis, quæ de ea fide ad nos poſteros relictæ ſunt, & in hoc ſcriptæ, vt credamus Euã-
geliſta hodie dicente. Hæc autẽ ſcripta ſunt vt credatis, quia Ieſus eſt filius dei, vt credentes vi Iohan. 20
tam habeatis in nomine eius. Quibus ſi quis non credit, nec etiam rationibus neq; ſignis neq;
viſionibus facile crediturus eſt, Chriſto aliàs teſtante, quum ait. Habent Moyſen & prophe- Lucæ. 16
tas, audiant illos, ſi hos non audiunt, neque, ſi quis ex mortuis reſurrexerit, credent. Et rurſus
alibi. Si eñ crederetis Moyſi, crederetis forſan & mihi, de me eñ ille ſcripſit. Si autem illius Iohan. 5
literis non creditis, quomodo verbis meis credetis? Sic itaq; hortatur dominus, vt increduli
non ſimus, ſed de ſe ſcriptis omnino ſtemus, nullam expoſcentes rationem ſeu viſibilem pro
bationẽ: quandoquidẽ vera & viuifica fides, authore apoſtolo, ſit ſperãdarũ ſubſtãtia rerũ, ar
gumentum non apparentiũ. Qui igitur niſi re oſtenſa ſeu viſo eius argumento credere non Hebræ. 11.
vult, fidei meritũ deperdit: quippe qui citra fidẽ ſit, q̃ ſit habitus mentis, idemq́; voluntarius,
quo inchoatur vita æterna in nobis, faciens intellectum ſponte non apparentibus adſenti-
re, authoritate ſolum diuina adeo innixa: ſane nullus credit niſi volens. Perſuaſus itaq; ſignis
E & rebus recte dici nequit credulus aut fidelis. ¶ Nec obſtat, quòd Thomas à domino
hodie dicatur credere & fidelis eſſe. Quoniam reſpondendum eſt, Thomã aliud vidiſſe & ali-

 udcre-

Digitized by Google

ud crediſdiſſe, qui humanitatē vidit, & deitatē credidit, ꝗ in pñti, niſi ſ ænigmate ꝗdam & ꝗſi
Exodi. 33 per ſpeculū videri nequit, vnde & merito fidelis fuit, eáq́ ob rem beatus dici meret, quãuis
1. Iohã. 4 ideo à dño beatus nõ prædicat, quod experimentũ q̃ſiuerit, ſed ij quidē ab eo dicti ſint beati
1. Cor. 13. qui nõ viderũt & crediderũt, in ꝗ arguit dñs. ¶ Secundo fidei ꝑinde veræ definitionē, in- F
terimq́ fructũ ineffabilem, qui eſt beatitudo: vult eñ fide nos beatos reddi. nimiꝝ, qui nõ
vidimus ipm in ꝑſona, nec verba eius corã palamq́ vidimus, ei tñ & illis ſponte credimus.
Sic & diuã virginē, quæ verbo dñi per angelũ credidit, nec ſignũ ſeu experimentũ rogauit,
Lucę. 1 Eliſabetha beatam pronũtiat dicens. Beata, ꝗ credidiſti, qm̃ oñia in te perficientur, ꝗ tibi à
dño per angelũ dicta ſunt. Ita Chrs hodie: Beati, qui crediderũt, inquit, & nõ viderũt. ſ. me
meaq́ verba corã. Valde eñ nos hoc ſaluatoris dictũ lætificare debuerit. Beati. qui non vi-
derunt & crediderũt, quæ. ſ. de me ſunt. Nimiꝝ ꝗ nos ſpeciatim ſignat, qui eũ, quem carne
Titum. 1. nõ vidimus, mēte tenemus, ſi fidē operibus ſeq̃mur: quum verè credat, q exercet operando
ꝗd credit, & reprobi ſint atq́ abominati increduli iuxta apl'm, qui cõfitent ſe noſſe deũ, fa-
ctis aũt negant, ꝗꝝ quidē fides ſine operibus mortua eſt. ¶ Conſolatur proinde hoc Ieſu G
Iacobi. 2. dictũ. Beati qui nõ viderũt & crediderunt, eos, qui dicunt, vtinã illis fuiſſemus tēporibus &
vidiſſemus Chriſtũ miracula facientē. Cogitēt beatos eſſe eos, qui nõ viderũt eum corã &
abſentē ꝑinde ſcripturis viſum crediderũt: Sciãt igit ipm voluiſſe eos vere btõs, qui ſibi nõ
viſo credũt ꝑ ſcripturas, ꝗ vtiq́ (vt Euãgeliſta ait) ſcriptæ ſunt, vt credamus, q̃ Ieſus eſt fi-
lius dei, & vt credētes vitã habeamus in noĩe eius: ad ꝗs hodie & nõ prorſus ad Thomã dñs
dicit. Beati q nõ viderũt & crediderũt. ¶ Ex ꝗꝝ tñ numero Thomas vel ideo nõ excludi- H
tur, ꝗd is rei nouitatæ inauditæ ſtupefactus diuinæ pietatis diſpenſatõe dubitarit, qui audi-
ta reſurrectiõe dubitauit, dubitãs palpauit, & palpãs credidit, vt à nrĩs cordibus oẽm expel
leret dubitationē, & dũ in magiſtro vulnera palparet carnis, in nobis vulnera ſanaret infi-
delitatis. Huius eñ in nobis incredulitas plus ad fidē q̃ alioꝝ credulitas ꝓfuit, ꝗ mentem no
ſtrã oñi dubitatõe poſtpoſitã in fide ſolidauit, interimq́ nõ mõ fidē noſtrã roborauit, ve-
rũetiã hęreticoꝝ errorē dicētiũ, Ieſum veꝝ corpus nõ habuiſſe, cõuicit & cõfutauit. Suffe-
cit ea propter Thomę ad fidē ꝓpriã vidiſſe, ꝗd viderat, ſed nobis opatus ē, vt tãgeret ꝗd vi-
debat. Merito ergo in eoꝝ ē nũero Thomas, ꝗs Chrs btõs dixit, qui ꝗd nõ viderũt, credide
Marci. 1. rũt. Pęniteamus igit & credamus Euãgelio. i. dei verbo, ꝗd nobis oñe bonũ & veꝝ denũ-
tiat, nec quæramus de ijs, quæ fidei ſunt, rationem & experimentum.

HOMILIA XLIII. DE EO QVOD SCRIPTVM EST.
Iohã. 10. Bonus paſtor animã ſuã dat pro ouibus ſuis.

Dominica prima poſt octauas Paſche.

VIderi põt & recte qdē eccleſia hoc euãgeliũ hodie legi inſtituiſſe vel A
ideo, vt Chri Ieſu in ſuos ineffabilē charitatē & ſingularē curã itēq́
prouidētiã magis atq́ magis argueret: nimiꝝ q nõ cõtētus, ꝗd iu-
Ezec. 34. xta ꝓphetã, oues ſuas req̃ſiuit, & vt paſtor gregē ſuũ viſitauit, ſed
& ꝓuidus memorq́ poſt ſuã aſcenſionē tpis, ne ſuæ deinde oues ſi-
ne vicario aliq paſtore errarent & à lupo rapaci diſpergerētur, illis
ſuo loco ſubpaſtores cõſtituit, Id ꝗd aplus teſtatus ait. Qui deſcēdit
Ephes. 4 ipſe eſt q & aſcēdit ſuꝑ omnes cœlos, vt adipleret oĩa. Et ipſe dedit
ꝗſdã qdē aplos, ꝗſdã aũt ꝓphetas, alios vero Euãgeliſtas, alios autē
paſtores & doctores, ad cõſumationē ſctõꝝ, in opus miniſterij, in
1. Petri. 5. ædificationē corpis Chri. Quoꝝ. ſ. ſubpaſtoꝝ, Chrs, paſtor princeps dr̃ à Petro. Ipſe eñ
primus eſt & vnicus natura paſtor, q ex ſe ſolo ſuas oues. i. nos hoĩes, paſcit & regit quē no
Ezech. 34 et. 37. bis deus pater olim ſe daturꝝ promiſit, inquiēs. Et ſuſcitabo ſuꝑ ea paſtorē vnũ, q paſcat ea.
Ezec. 34. Et rurſus. Et paſtor vnus erit oĩm eoꝝ. ſ. ver⁹, naturaliſq́ & priceps. Qui & ꝓmiſſus & da-
Psal. 78. tus inibi ad nos dicit. Vos aũt greges mei, greges paſcuę meæ, hoĩes eſtis. Hinc & Dauid ad
Psal. 79 eum in ꝑſona noſtri oĩm ait. Nos aũt populus tuus, & oues paſcuæ tuæ, cõfitebimur tibi in
Psalm. 22 ſeculũ. Et paulopoſt. Qui regis Iſrael intēde, qui deducis velut ouem Ioſeph. Sanè is eſt ille
paſtor, à quo ſi quis paſcit & regit, idem nõ poſſit nec eſurire nec errare, adfirmãte prophe-
ta, qui ait. Dñs regit me, & nihil mihi deerit in loco paſcuæ, ibi me collocauit. Super aquam
refectionis educauit me, animã meam cõuertit. Q. d. Dominator & redēptor meus paſcit
& educat me, neq́ vllis priuabor bonis, in paſcuis diuinæ alimentatõis, in quibus ad carpē-
da diuina, ſpũaliaq́ pabula me locauit. Quod & ipſe de ſe ipſo alibi profeſſus inqt. Per me ſi
Iohan. 10 quis introierit ſaluabitur, & ingrediet & egrediet & paſcua inueniet. Et Apoc. Agnus, q in
Apoca. 7. medio throni ē, reget illos, & deducet illos ad vitæ fontem. Pauit ãt verbo dei, ꝗ viuit hõ &
Deuter. 8 Matt. 3 nõ ſolũ in pane. Qd vt ſui ſubpaſtores. ſ. ꝓlati, regētes, p̃res familias, hocq́ genus alij itidem
facere

facere ſatagant ſe hodie proponit, perindeq; dicere velit. Ego ſum paſtor bonus, qui pono animam meam pro ouibus meis, &c. Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Ita nimirum, vt qui paſtor eſſe velit, ſuam pro omnibus animam ponat. Non eſt enim bonus paſtor, niſi qui animam ſuam dat pro ouibus ſuis. Ad quod hortatur Iohannes, dicens. In hoc cognouimus charitatem dei, quoniam ille animam ſuam pro nobis poſuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Hoc certe dominus Ieſus fecit, hodie inquiens. Ego ſum paſtor bonus, qui animã meam pro ouibus meis pono. Et aliàs p prophetam. Reliqui, inquit, domũ meam, dimiſi hæreditatem meã, in manus inimicorum meorum, dedi dilectã animam meã. ¶ Atq; vtinam ò Ieſu paſtor bone, tam te ipſa re tui vicarij ſequerentur paſtores, q̃ nomine ipſo. Atqui vereor perpaucos eſſe, qui ſimus, te exemplo vitã corporalem (quæ hic anima appellatur) in ſalutem ouiũ dare parati, quum, ne rem quidẽ damus temporalem pro ipſis. Video, prohdolor, video pauciſſimos eſſe paſtores, at econtrario non parũ multos mercenarios, qui (contra verbũ principis paſtoris) oues potius mactant & perdunt, ſeipſos paſcẽtes, non etiã oues, ſed earum lac comedentes, lanã deglubẽtes. Interim vſq; adeo ouium immemores ac negligentes, vt oues perinde citra paſtorẽ diſperſæ factæ ſint in deuorationem omniũ beſtiarum, id eſt, inimicorum. ſ. diaboli, ſeculi, carnis. Ad quos ideo dñs per prophetã ait, quia voſmetipſos pauiſtis, & non oues meas, ſed & eas dereliquiſtis, ego requiram gregẽ meum de manu eorum, & ceſſare faciam, vt vltra non paſcant gregẽ meũ, nec paſcant amplius paſtores ſemetipſos. Sic & aliàs: Fiat, inquit, cõmoratio eorum deſerta, & nõ ſit qui habitet in ea, Et epiſcopatũ eius accipiat alter &c. Quod ne dñs faciat nobis, neceſſum erit vt ipſum ſequamur, aĩas & ipſi noſtras pro ouibus ponentes, apud eas manentes, lupo veniente. ſ. tyranno, nõ fugientes, ſed in medio ſtantes, eaſq; virga doctrinæ, vitæq; defendentes vſq; ad mortẽ. Quod faciunt, qui pro ſalute ouium ſuarum, omnia, quæ habent. ſ. res, propinq̃s, & perſonã propriã, ſicubi neceſſitas expoſtulet, exponũt. Sic animã ſuã pro ouibus non ponunt, q tẽporalia eis nõ tribuunt, cõſanguineos promoueri faciunt, malis nõ reſiſtunt. Ad q̃d tñ obligant exẽplo Chriſti, veri paſtoris, q propter ſalutẽ omniũ, domũ & familiã. ſ. angelos, hæreditatẽ. ſ. ſubſtantiã cœleſtẽ, & animã ſuã in manus inimicorum reliquit. Qui certe propter vnã pditã ouẽ in deſerto. ſ. hominẽ, reliquit nonagintanouẽ. i. nouẽ choros angelorum, & vt eã inueniret, labores, ærũnas, malaq; huius vitæ momentaneæ infinita paſſus eſt, inter phariſeorũ inſidias & pericula multa, euãgelizans regnũ dei, ciuitates circuiuit, & caſtella, noctes duxit in oratione peruigiles, nec phariſæorum veritus murmur & ſcandalũ, publicanis ſe pbuit affabilẽ, adſerẽs propter malehabẽtes ſe veniſſe in mundũ, ad pœnitẽtes q̃q; paternũ prętendit adfectũ, aptum eis oſtẽdens diuinę miæ ſinũ. ¶ Audite hęc paſtores audite, paſtorẽ principem ſequamini, & ab vno paſtore boni paſtores eẽ diſcite, q̃d ipſe fecit, hoc & vos, ſi neceſſe fuerit facite. Nã & ipſe ait: Exemplũ dedi vobis, vt ipſe feci, ita & vos faciatis, nolite eſſe mercenarij, ſed paſtores, ad q̃s Petrus, primus à Chro vicarius paſtor, inquit. Paſcite qui in vobis eſt, gregem dei, prouidentes non coacte, ſed ſpontanee ſecundũ deũ, neq; turpis lucri gratia, ſed voluntarie, neq; vt dominantes in cleris, ſed forma facti gregis ex aĩo, vt cũ apparuerit princeps paſtorum, percipietis immarceſſibilem gloriæ coronam. Et Paulus ex Mileto Hieroſolyma abiturus, ait. Et nunc ecce ego ſcio, quia amplius non videbitis faciem meam, vos omnes, per quos tranſiui prædicans regnum dei. Quapropter conteſtor vos hodierna die, quia mundus ſum à ſanguine omniũ. Non eñ ſubterfugi, quo minus annuntiarem omne conſiliũ dei vobis. Attendite vobis, & vniuerſo gregi, in quo vos ſpũs ſanctus poſuit epiſcopos regere eccleſiam dei, quã acquiſiuit ſanguine ſuo. Ego ſcio quoniã intrabũt poſt diſceſſionẽ meã lupi rapaces in vos, non parcentes gregi. Et ex vobis ipſis exurgẽt viri loquẽtes peruerſa, vt abducãt diſcipulos poſt ſe. Propter quod vigilate, memoria retinẽtes, q̃m per triennium nocte ac die non ceſſaui cũ lachrymis, monens vnũquemq; veſtrũ. Argentũ & aurũ aut veſtem nullius concupiui, ſicut ipſi ſcitis. Hæc ille. At vnde talia Paulus? Vtiq; à Chriſto principe paſtore edoctus hæc dixit: Hauddubie bonus paſtor, oues ſuas cognoſcens, animamq; ſuã pro ouibus ſæpenumero, varieq; opponens: Non immemor ſe (vt alibi meminit) eſſe ex numero paſtorũ, præpoſitorumúe, quorum eſt, pro ouibus vigilare, quaſi rationẽ pro animabus earum deo olim certò redditurum. Atq; vtinã noſtri temporis paſtores hunc apoſtolũ poſt Chriſtũ tam attendant q̃ debent, haud tũ dubitarem eos gregi ſuo melius attendere. Sin non attenderint, vereor plurimum, ne dominum in ſe ſint ſerio audituri. Væ paſtoribus, qui diſpergunt & dilacerant gregem paſcuæ meæ. Ecce ego viſitabo ſuper vos malitiam ſtudiorum veſtrorum. Quod præcauebunt, vbi habuerint, quæ Chriſtus verus paſtor habuit, de quibus latè anno ſuperiore: Habebunt autem, vbi ſe ita geſſerint verbo & vita, eorum vocem oues mutuo agnoſcant, ipſiq; pro eis animam ponere, ſicubi neceſſariũ fuerit, non neglexerint, Chriſtum paſtorem imitantes. ¶ Nec hoc ipſum dumtaxat eos, qui nomine ipſo ſunt & re paſtores, veluti, regentes reipublicæ ſiue ſeculares, ſiue eccleſiaſticos admonuerim, ſed & vni-

Iohan.13
1.Iohã.3
Hiere.12
B
Ezec.34
Pſal.108
Hiere.12
Lucæ.15
C
Iohan.10
1.Petri.5
Acto.20
Hebr.13
Hiere.23
D

uerſos & ſingulos homines, nam & ij aliquomodo paſtores ſunt omnes, curam de ouibus
1. Tim. 5. habentes & habere debentes, ſi nõ multis, ſaltẽ de ſuis domeſticis. Quãdoquidẽ apl'us inqt.
Eccle. 17. Si quis ſuorũ maxime domeſticorũ curã non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior.
Eccle. 15. Mandauit vnicuiq; dñs de proximo ſuo. Saltem animã ſuã quilibet à dño paſcendam & regendã
ſuſcepit, vñ ſcriptura. Deus ab initio conſtituit hoiem, & reliquit eũ in manu conſilij
ſui, &c. Nec proinde homo nõ paſtor eſt, quia paucorũ aut vnius curam gerat, quũ procul-
dubio pro hac vna oue cõmiſſa. ſ. ſe ipſo, ratio hoc aliqñ diſtrictior exigat, quo minus in alio
Matt. 16. rum cura occupatur, & q̃ ſit anima cæteris rebus pſtantior, p qua nemo dubitet hãc vitam
Marci. 8 corporalem exponere. Hinc dñs. Qui voluerit animã ſuã ſaluam facere, perdet eã. Qui autẽ
Luc. 17 perdiderit animã ſuã propter me, inueniet eam. Quid eñ prodeſt homini, ſi mũdum vniuerſum
lucraret, animæ vero ſuæ detrimentũ patiatur? Aut quã dabit homo commutationem
pro anima ſua? Videat igitur homo, vt animam ſuam. i. vitã pro ſalute animæ ponat,
eiq́; bene præſit, videant parentes & patresfamilias vt familiæ animabus bene pſint, videant
Ezech. 3. rectores reip. maxime, qm̃ tot animarum erũt rei, quot ſuæ cuſtodiæ ſunt datę, illarum
quidem ſanguinem de manu eorũ dñs in nouiſſimo die requiſiturus eſt, quoniam ipſum q
paſtor bonus eſt, non ſint imitati.

HOMILIA XLIIII. DE EO QVOD SCRIPTVM EST.
Iohã. 19. Et gaudiũ veſtrum nemo tollet à vobis.

Dominica ſecunda poſt octa. Paſche



Lementiſſimi ac pientiſſimi dñi nr̃i Ieſu Chriſti ad diſcipulos ſuos A
adeoq́; ad nos oẽs in nouiſſima cœna ſunt verba, cõſolatione in
vere pios hoies differta, qbus ille ex hoc mũdo ad patrẽ iturus patris
fideliſſimi functus officio, memorq́; malorũ, q̃ ſui poſt ſuã in cęlos
aſcenſionẽ vſq; ad finẽ ſeculi eſſent paſſuri, ſuos ſimul malorũ pmonuit,
itẽq; ad eorundẽ cõſtantiã cohortatus eſt, inquiẽs. Amen
amen dico vobis, qa plorabitis & flebitis vos, mũdus aũt gaudebit
Vos ãt cõtriſtabimini, ſed triſtitia vr̃a vertet in gaudiũ. Et gaudiũ
vr̃m nemo tollet à vob: nimirũ ſuos i hodierno euãgelio duplicis
triſtitię, duplicisq́; gaudij pmonẽs. Siqdẽ illi, modico tpe triſtes
erãt futuri ex dñi p mortẽ ſepulturã abſentiã, ijdẽq; p' eã triſtitiã modicũ gauiſuri ex glorioſa
eius reſurrectiõe poſtq̃ eundem, vt nuper audiuimus, ſæpenũero leti viderunt, futuri q̃q;
erãt triſtes modico vitæ huius tẽpore poſt illius in cœlũ aſcenſionẽ, ijdẽq; poſt eam triſtitiã
habituri hoc ipm gaudiũ, de q̃ hodie ait. Iterũ aũt videbo vos. ſ. in regno celeſti, & gaudebit
cor vr̃m, inibi. Et gaudiũ veſtrũ nemo tollet à vobis. Quibus ſanè verbis adiuncto & reliq̃
Euãgelij cõtextu dñs Ieſus arguit. ¶ Primo nihil prorſus eſſe in hoc mũdo veri gaudij, ſed B
Iob. 7. ſemp ac vbiq; eſſe merorẽ & dolorem, nimirũ, vt ſciamus, nos hic nõ eſſe ciues ſed aduenas
Iob. 14 & peregrinos, alio ſtatim pfecturos, vtq; hoc citius ad eũ locũ, vñ ſumus depulſi, tẽdamus,
hſce ſeculi rebus ex aĩo neglectis. Id q̃d ipſe dñs adfirmat p Iob, dicens: Militia eſt hominis
vita in terra. Itẽq; homo natus de muliere breui viuens tpe, replet multis miſerijs. Qui quaſi
flos egredit & conterit, & fugit velut vmbra, & nunq̃ in eodẽ ſtatu pmanet. Et ego inquit
Eccleſ. 1. Eccleſiaſtes fui rex Iſrael in Hieruſalem, & propoſui in animo meo q̃rere & inueſtigare ſa-
et. 2. pienter de oĩbus quæ fiunt ſub ſole. Et vidi, quæ fiunt, & ecce vniuerſa vanitas & afflictio
Iohan. 16 ſpũs. Cuncti dies hominis doloribus & ærumnis pleni ſunt, nec p noctem mente requieſ-
1. Iohan. 2 cit. Et dñs alibi. In mũdo habebitis pſſurã, in me aũt pacẽ. Et hoc eſt, q̃d Iohãnes ait. Omne
Heb. 13. q̃d eſt in mũdo, cõcupiſcẽtia carnis eſt, cõcupiſcẽtia oculorũ, & ſupbia vitæ. Et mũdus trãſit,
& cõcupiſcẽtia eius. Hinc apl'us. Nõ eñ habemus hic manentẽ ciuitatẽ, ſed futurã inqui
2. Cor. 5. rimus. Et iterũ. Scimus eñ, qm̃ ſi terreſtris domus nr̃a huius habitatõis diſſoluat, q̃d ædificationẽ
ex deo habemus, domũ nõ manufactã, ſed æternã in cœlis. Hæc ille. Fruſtra igit, imò
ſtultẽ homo ſibi hac in vita ppetuã ſperat lætitiã, quũ nec minutũ ſibi citra merorẽ promittere
poſſit, deo ſic ordinãte. ¶ Scdo dñs oſtendit, maxime eos, quos diligit, & de numero C
ſunt beatorũ, hoc in ſeculo tribulationẽ & pſequutionẽ paſſuros, nec aliter in cœlũ ingreſſuros.
Actor. 14. Vñ in actis Apl'icis. Qm̃ p multas tribulatões oportet nos intrare in regnũ dei. Et apl'us
2. Tim. 3. Oẽs, inquit, q pie volunt viuere in Chr̃o Ieſu, pſequutionẽ patient. Idẽ rurſus. Fili mi, no
Heb. 12 li negligere diſciplinã dñi, neq; fatigeris, dũ ab eo argueris. Quẽ eñ diligit dñs, caſtigat, flagellat
Prouer. 3 aũt omnem filiũ, quẽ recipit. In diſciplina perſeuerate. Tanq̃ filijs vobis offert ſe deus.
Quis eñ filius, quem nõ corrigit pater? Nemo itaq; exiſtimet ſe à dño haberi odio, quũ
uiderit ſe tribulari, diuexari, anguſtiari, imò memor ſe vel hoc deo eſſe in memoria, Itemq́;
memor hanc eſſe verã ad cœlos viã, quo nec Chriſtus dñs (quo nequaq̃ ſumus meliores) ſi
1. Petri 2. ne paſſione intrare potuit, nobis teſte Petro, exemplum relinquens, vt veſtigia eius imitaremur.

Digitized by Google

remur. Ad q̄d hortať apoſtolus. Curramus, inquiens, ad propoſitū nobis certamen: Aſpici
entes in authorē fidei, & cōſumatorē Ieſum, qui ꝑpoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucē, confu- Heb.12.
ſione cōtempta atq; in dextera ſedis dei ſedet. Recogitate enī eum, q talē ſuſtinuit à pc̄tōri-
bus, aduerſus ſemetipm̄ cōtradictionē, vt ne defategemini animis veſtris deficientes. Vnde
D ¶ Tertio Chr̄s docet, nobis oīa huius mūdi mala, ſi ea noīe eius patienter ſuſtinuerimus, Luc.21
in verā ſalutē prouentura & vtilitatē. Vñ idē aliàs. In patiētia vr̄a poſſidebitis aīas veſtras. Roma.8.
Et ap̄lus. Scimus aūt, q̄m diligentibus deū oīa cooperanť in bonū, ijs, qui ſecūdum ꝑpoſitū Tobiæ.2
vocati ſunt ſancti. Huius ꝑcipua ſunt exempla, ſcriptura adfirmāte. Tobias & Iob ſanctiſſi- Tobiç et
mi duo viri ijdemq; patientiſſimi, quibus tentatōem deus euenire ꝑmiſit, vt poſteris dareť Iob, vlti.
exemplum patientiæ & cōſolationis, q̄m mala, quæ iſti acerbius perpeſſi ſunt, in magnam
E ſunt deinde vtilitatē cōuerſa. Hinc ¶ Quarto, dn̄s hodie docet, vel ideo nos debere huius
mundi tribulationē patienter & conſtanter ferre, q̄d pro ea modica triſtitia nobis ſit datu-
rus maximum & incōparabile gaudiū, tantoq; maius, quanto diſtat à tēpali res æterna,
inquiens. Vos cōtriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium, q̄d nemo tollet à vo- Heb.12.
bis. i. q̄d erit firmum & immenſum ſimulq; æternale. Hinc ap̄lus. Omnis, inquit, diſciplina
in præſenti quidem videť nō eſſe gaudij, ſed mœroris, poſtea aūt fructum pacatiſſimū exer Roma.8.
citatis per eam reddet iuſtitiæ. Et idem aliàs. Exiſtimo enī, q̄d non ſunt cōdignæ paſſiones 1.Cor.2
huius tp̄is ad futurā gloriā, quæ reuelabiť in nobis. Et iterū alibi. Quod (vt ſcriptum eſt) ocu Eſaiç.64
lus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, q̄ præparauit deus ijs, qui dili- 2.Cor.4.
gunt illum. Nobis aūt reuelauit deus per ſpiritum ſuum. Et iterū. Id enim, q̄d eſt in præſen-
ti momentaneum & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternę gloriæ
pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis, q̄ videtur, ſed q̄ non videnť. Quæ
enī videnť, temporalia ſunt, quæ aūt non videnť æterna ſunt. Et hoc eſt q̄d dn̄s hodie ad-
firmans inquit. Et gaudiū veſtrum nemo tollet à vobis. Quandoquidem, quos ille ad ſuam
viſionem recipiet, nemo de manu ſua recipere poteſt. Ipſo dicente. Ego vitā æternam do Iohan.10.
eis, & nō peribunt in æternū, & non rapiet eas quiſquis de manu mea. Pater meus, q̄d de-
dit mihi, maius oībus eſt. Et nemo poteſt rapere de manu patris mei. &c. Abſterget enī Apoca.21
deus omnem lachrymā ab oculis eorū, & mors vltra non erit, neq; luctus neq; clamor neq;
F dolor erit vltra. ¶ Ecce igiť, fratres dilectiſſimi, triſtitiā modicā & breuem terminat gau-
dium fine fine. Eſtote ideoq; ſemper memores hodierni Euangelij, q̄d vtiq; pariter ad vos
dictum eſt, patiēter Chriſti nomine huius ſeculi aduerſitates tribulationesq; ſuſtinete, pro
peccatis veſtris & alienis, pro huius mūdi incolatu, & dilatione regni cœleſtis cū Dauide ex Pſalm.119
animo triſtes plorate, & p huius mūdi tribulationes ad æterna cœli gaudia cōtendite, me-
mores ē cōtrario æterni ſupplicij, q̄d æquè, qui hic lætantur & ob huius mūdi tēporalia bo
na plus æquo gaudent, ſunt paſſuri, Chr̄o aliàs dicente in perſona Abraham. Fili recorda- Luc.16
re, q̄a recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala. Nūc autē cōſolatur, tu vero cru
ciaris. Hæc certe ad omnes dixit, qui hic immemores hodierni Euangelij, omnino ſecuri in
omnibus huius ſeculi voluptatibus & delitijs viuūt gaudentes & lætantes, qui proculdubio
dictante iuſtitia, Iuſtis & tribulatis ad vitam æternam euntibus, Chr̄o teſte, ibunt in ſuppli Matt.25
cium æternum, vbi erit pœna ſine termino, & fletus & ſtridor dentium. Vbi illi, ſed fruſtra, matt.8.13.
clamabunt. Errauimus à via veritatis, & iuſtitiæ lumen non luxit nobis. Quid nobis profu 22.24.
it ſuperbia noſtra, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? tranſierunt oīa illa tanq̄
vmbra, & nuntius, præcurrens. In malignitate aūt noſtra conſumpti ſumus, dicentes deo, Sapiç.5.
Recede à nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus. Quis eſt omnipotens, vt ſeruiamus ei, Iob.21
& quid nobis prodeſt ſi orauerimus eum? Venite ergo & fruamur bonis, quæ ſunt tāquàm Sapiç.2.
in iuuentute celeriter. Vino pretioſo & vnguentis nos impleamus, & non prætereat nos
flos temporis. Vbiq; relinquamus ſigna lætitiæ, quoniam hæc eſt pars noſtra, & hæc ē ſors
noſtra. Quia ex nihilo nati ſumus, & poſt erimus tanq̄ non fuerimus. Hæc illi, &c. Et dein-
de in inferno ſupra quàm dici poſſit anguſtiati ad dn̄m vociferabunt. Pater Abraham mi- Luc.16
ſerere noſtri, & mitte Lazarum, vt intinguat extremū digiti ſui in aquam, & refrigeret lin-
guam noſtram, quia cruciamur in hac flamma. Quibus dominus. Filij recordamini, quia
recepiſtis bona in vita veſtra, & Lazarus ſimiliter mala. Nunc autem conſolatur, vos ve-
ro cruciamini, vt impleatur quod dixi ad meos, in vita aduc agens. Vos contriſtabimi-
ni, mundus autem gaudebit, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium, & gaudium veſtrum
nemo tollet à vobis.

HOMILIA XLV. DE EO QVOD SCRIPTVM EST. Iohan.16. Expedit vobis, vt ego vadam.

Dominica tertia poſt octa. Paſche.

Digitized by Google

VERBIS HODIERNI EVANGELII DOMINVS IE A
ſus ad ſuos vſus eſt diſcipulos in illa nouiſſima cœna iam paulopoſt,
hinc ad patrẽ abiturus,nihil planè prætermittẽs,qđ ad ſuoꝝ ſalutẽ
ſit opus:nimiꝝ pientiſſimi p̃ris in filios officio fungẽs, cuius tota in
2.Cor.12 filijs ſaluandis glorificandiſq́ꝫ cura pẽdet,illoꝝ æquè ſalutẽ atqꝫ ſuã
exiſtimans,non tam ſibi q̃ ſuis diu noctuq́ꝫ eſt quicqd eſt honoris,
famæ,ſubſtantiæ theſaurizans,cui nec aliud in voto magis eſſe poſ-
ſit,q̃ ſui illos in omni virtutũ, fortunaꝝq́ꝫ genere futuros eẽ perquã
ſimillimos: qua de cauſa ſemper ſolicitus, nunc illos verbo,nunc
exemplo,nũc promiſſo,nunc præmio paternè cohortaſ,quos & ꝑ-
pterea,etſi chariſſimos habeat,alio diſcendæ virtutis gr̃a mittit, vt apud exteros qđ ſibi deſit
vtq́ꝫ ſe agnoſcant,facilius experianſ.Id quod totum vel multoplus tum alias tum in hodierno
Euangelio Chr̃us pius & miſericors pater ac dñs noſter ſatagit non in ſuos tantũ,q̊s coram pa
lamq́ꝫ & facie ad faciẽ tenuit,diſcipulos ſed & in omnes, qui ipſum ore ac corde confitemur.
Marc.13. Johan.17 Quandoquidem alibi dixerit.Quod vobis dico,oĩbus dico. Et aliàs ad patrẽ orans. Non pro
eis(inqt)autem rogo tantum,ſed & pro eis, q credituri ſunt ꝑ verbum eoꝝ in me. Ex quoꝝ
numero vtinam tam eſſemus ope quàm ſumus nomine.Quos euidenter hodie dominus ipſe
docet,quàm non conducat plerumq́ꝫ, vt filij ſemꝑ in domo paterna ꝑſeuerent, iſtic mollius
voluptuantes,nec aliò diuertentes,vt obliti maternę adulatõis aliquando rectius ad virtutum
Gene.41. culmina ꝑueniant,quo aliter domi blandis voluptatibus irretiti, vel tardius,vel nũquàm, vel
certè cum magna parentũ cura & ſolicitudine ſint ꝑuenturi. Sic Ioſeph à fratribus in Aegy-
Exod.3.4 ptum diuenditus,inibi factus eſt primarius regis Pharaonis pręfectus,appellariq́ꝫ ſaluator mũ
Gene.28. et 29. di cœptus ob ſingularem eius virtutẽ & prouidẽtiam. Sic moyſes in terra Madian alienige-
Geneſ.12 na,factus eſt deinde à Deo dux populi Iſraelitici.Sic Iacob in terram orientalẽ profectus, be
Joſephꝰ. lib.1. nedictionẽ ſibi & ſuis à deo obtinuit. Sic Abrahamꝰ Aegyptũ ingreſſus,cęleſtiũ & humanaꝝ
rerum ſcientiſſimus,breui in eam dignitatẽ venit,vt ne principibus qdem eius ordinis cæde-
ret,cultu & veneratõe,ꝑ quos regi inſinuatus ,non ſolũ domeſtico pudore integre regem co
luit,ſed agrũ etiam,quem coleret,dono accepit.Non eſt igiſ conſultũ parentibus, vt apud ſe
domiq́ꝫ filios foueant indulgẽtius & cõtineant,quos longe vtilius foras,honeſto comite, ſunt
Lucæ.15 delegaturi,vt malum experianſ,miſeriſq́ꝫ ſuccurrere diſcãt, & meliores alioꝝ exemplis red-
diti cum laude reuertanſ.Quibus exemplo ſit filius ille perditus, qui cum malè vixiſſet reuer-
ſus ab extraneis acclamauit:Peccaui pater in cœlum & coram te, cum nõ ſum dignus vocari
filius tuus &c.Ita prius perditus,foris didicit, vt reuerſus ſit melior & ſaluatus. Nec eſt, quod
Tobiæ 5 mater ipſa cũ matre iunioris Tobię propter diſcedentẽ filiũ fleat,dicẽs: Baculũ ſenectutis nr̃ę
tuliſti,& tranſmiſiſti à nobis.Vtinã nunq̃ fuiſſet ipſa pecunia ꝓ qua miſiſti eum.Sufficiebat
nobis paupertas noſtra,vt diuitias computaremus hoc,q̊d videbamus filium noſtrũ.Sed huic
matri dicendũ eſt cum ſeniore Tobia.Noli flere,ſaluus perueniet filius noſter,& ſaluus reuer-
tetur ad nos,& oculi tui videbunt illũ. Credo enim quod angelus Dei bonus comitetur ei, &
bene diſponet omnia,quæ circa eum geruntur, ita vt cum gaudio noſtro reuertaſ ad nos.

¶Id quod totum dictum velim,vt primũ notetur quantũ noceat carnalis ipſa affectio, ſi- B
mulq́ꝫ parentum erga filios indulgẽtia.Secundo,vt reali(vt ita dixerim)hoc exemplo facilius
intelligaſ argumentũ noſtræ Homiliæ,vnà cum toto Euangelio, quod eo quaſi totum referſ,
quo dictum eſt.Expedit vobis,vt ego vadam.Circa quod tria potiſſimũ in quæſtionem ve-
Matt.11. niunt.Primũ cur filius promiſerit alium conſolatorem ſpiritũ ſanctũ, perinde ipſe non ſuffi-
Johã.1 ceret,qui tamen dixit:Venite ad me omnes,qui laboratis & onerati eſtis,& ego reficiam vos.
Secundum,cur non venerit ſpũs ſanctus,niſi filio abeunte? Nunquid filij præſentia ſpũs ſan-
cti pręſentia impediuit, quum tamen contentus ſit manſione pectoris ipſius.Tertium ſi tam
eſt neceſſarius ſpũs ſancti aduẽtus,qbus ſignis deprehẽdiſ ſpũs ſanctus. ¶Ad primũ rñdeas, C
Johan.10 oĩno deũ eſſe trinũ & vnũ,trinũ ꝑſonis, vnũ eſſentia,& triũ eſſe ꝑſonaꝝ vnã eſſentiã vnamq́ꝫ
1.Johã 5. deitatẽ,itẽq́ꝫ vnã opationẽ, quũ tres ſint vnũ, Iohãne dicẽte: Qm̃ tres ſunt q teſtimoniũ dant
in cœlo,pr̃,verbũ & ſpũs ſctũs,& ij tres vnũ ſunt.Hęc ille:Et haꝝ triũ ꝑſonaꝝ,vt vna ẽ deitas
ita vna opatio forinſecus vľ(vt alij dicũt)ad extra:ſiqdẽ opa trinitatis(q̊d Aug.dicere ſolitus
eſt)indiuiſa ſunt.Nec obſtat Chr̃m dixiſſe:Rogabo patrẽ meũ,& aliũ paracletũ dabo vobis.
Johã.14. Rñdeo,qa aliũ in ꝑſona,& aliũ ab hũanitate,quã videtis & auditis,vñ qlibet triũ ad oĩa ſufficit
& tñ,nullus ſine alio,q̊d nullus ſit ſine alio,nec opatur ſine alio.Scriptura tñ vni q̊d nõ alteri tri
buit:nimiꝝ ꝑſonas diſcernẽs:pr̃i authoritas aſcribiſ,qm̃ pricipiũ ſit totius trinitatis, q à nullo
pricipiũ eſt ſine pricipio,vñ filius & ſpũs ſctũs ab ęterno.Itẽ filio redẽptio,qm̃ ipe ſolꝰ hũanita
tẽ adſumpſerit,etſi redẽptionẽ pr̃ & filiꝰ & ſpũs ſctũs fecerit.Itẽ ſpũi ſctõ iuſtificatio,& pctõꝝ
remiſſio,& īterna anĩ cõſolatio,quũ ſit ipe donũ p̃ris,q̊ glorificaſ aĩa in amicitiã dei adſumpta.
Nec daſ donũ illud,qđ eſt gr̃a,ſine ſpũ ſctõ.Siqdẽ donũ ſit amoris ad voluntatẽ ꝑtinẽs,ideoq́ꝫ
ſpiritui ſancto attribuitur.

¶Ad ſcđm

Digitized by Google

D ¶Ad ſcd̃m rñdeas, pſentiã filij nequaq̃ ĩpedire ſpũs ſancti pſentiã, quũ ille ſine prẽ & filio nõ veniat, hinc alias. Si qs diligit me ſermonẽ meũ ſeruabit, & pr̃ meus diliget eũ, & ad eum veniemus, &c. nec vtiq; diuiſibilis vt particulariter dari poſſit. Sed reuera non veniſſet ſpũs ſctũs, niſi filio iã ad patrẽ recepto, tale qdẽ erat diuinũ decretũ, arcanũq; conſiliũ, vt filio dei in mũdo pñte mũdo ſpũs ſe nõ manifeſtaret, & filio dei abſente ſe ſpũs mũdo inſinuaret, tãquã ſpũ ſctõ cũ prẽ manẽte, cũ filius pſens eẽt in mũdo, & filio cũ prẽ itentidẽ manẽte, cum ſpiritus pñtia ſua mũdaret, abũdeq; effunderet in mũdo, nõ qd̃ vnq̃ ſpũs aut filius abſuerit à prẽ, aut pr̃ ab ipſis, ſed hęc myſteria ſunt, vt cũ nobis pñtes nõ adſunt, eos apud patrẽ eẽ intelligamus, & duoꝶ ſimul ex diuino decreto prĩs pſentiã nõ fuiſſe mũdo exhibẽdã. Sanè (vt breuiter dicã) plenitudo ſpũs ſcti nõ erat viſibiliter pręſtanda niſi facta plena reſtauratione deꝑditoꝶ, q̃ fuit cõſumata p dñi aſcẽſionẽ. Siqdẽ ait apl̃us, Aſcendens Chr̃s in altũ, captiuã duxit captiuitatẽ, dedit dona hoĩbus. Aſcẽdit eñ ſup oẽs cœlos, vt adipleret oĩa. Quia vero diſcipuli nõ erãt diſpoſiti in tãta plenitudine ac donoꝶ cumulo accipere, vt eis totiq; mũdo ſufficeret, qbus pdicare debebãt. Ideo ait. Si nõ abiero. Diſponebant aũt magis p corporalẽ Chr̃i abſentiã, Ideoq; ait. Si aũt abiero, &c. Credi eñ par ẽ, illos corpali Ieſu affectu delectatos & cõuerſatõe, min⁹ curaſſe diuĩa ei⁹ myſteria ĩtelligere, min⁹ etiã in deũ amoris adfectibus ferri, ſ; carnaliter cognouiſſe, carnaliter & dilexiſſe, cõtẽtos cũ eo ſp manere ĩ terris. Id qd̃ claret in Petro dicẽte. Abſit à te dñe, qñ ſe paſſurũ pnũtiaret, eũ retrahere volẽs. Iteq; in trãſfiguratõe. Dñe bonũ eſt nobis hic eſſe. Et in Thoma dicẽte. Vadamus & moriamur cũ illo. Ita nimiꝶ dilexerũt corporalẽ pñtiã, vt ſine illa viuere nõ delectarent. Subtracta autẽ forma hũana iã ad cœleſtia, q̃ caput ſuũ migraſſe cognouerãt, deſiderio aſpirauerũt, Chr̃oq; viſibiliter ſubtracto iã ſpũalia noſſe cœperũt: queadmodũ Paul⁹, qui iã cœperat, ſpũ inqt. Etſi cognouimus ſcd̃m carnẽ Chr̃m, ſed nũc iã nõ nouimus, qm̃ etiã Chr̃i carnẽ iam ſecundũ carnẽ nouit, qa verbũ fct̃m carnẽ ſpũaliter nouit. Sublato ergo dño, vbi theſaurũ ſuũ eẽ cognouerũt, illic & cor ſuũ eẽ deſiderarũt, aplo dicẽte. Igit ſi cõſurrexiſtis cũ Chr̃o, q̃ ſurſum ſunt qrite, vbi Chriſtus eſt, in dextera dei ſedẽs, &c. ¶Et hoc eſt, qd̃ dñs hodie ait. Expedit vobis, qd̃ vadam. ſ. ad patrem. i. proderit vt ſpiritualiter me cognoſcatis, & iã carnaliter me noſſe deſiſtatis, ne verbo carnẽ facto q̃ſi lacte cõtenti ſitis. Si hac carnalẽ dilectionem à vobis abire nõ fecero, nõ eritis digni, vt paracletus veniat ad vos. q̃uſq; eñ de me carnaliter ſentietis, nõ eritis idonei, vt ſpm̃ ſanctũ recipiatis, vt q̃ magis ſpirituales effecti, hoc magis ad cœleſtia in amplectenda mea deitate rapiamini. In tm̃ quidẽ mundus eſt ſpiritus, vt niſi in eo, q̃ omnino ſpiritualis eſt, nulloq; carnali ſolatio ppeditus haud quieſcat. Hinc Paulus. Ideo, inqt, nõ ceſſamus pro vobis orãtes, & poſtulãtes, vt impleamini agnitõe voluntatis eius in oñi ſapiẽtia, & intellectu ſpirituali. Vñ Chr̃s plane docet, queadmodũ ſpũs ſanctus nõ erat dandus in plenitudine gratiaꝶ ante ſuã aſcenſionem, Ita nõ dari inuiſibiliter manente cõſolatione inuiſibili & ſenſuali. Nõ eñ ſe cõpati cõſolationẽ diuinã & ſenſualem ac ſecularẽ. Cauendũ ergo, ne ſi pſentia carnis filij dei impedit ſpũs receptionem, tanto magis carnalis affectus in nobis eandẽ impediat. Nulla ergo niſi à deo petende eſt cõſolatio Vnde, ppheta. Iacta ſup dñm curã tuã, & ipẽ te enutriet, & nõ dabit in æternum fluctuationem iuſto. Abiciamus q̃q; carnales adfectus, ſcientes ex dicto dñi, carnẽ nihil prodeſſe, ſed ſpm̃ viuificare. Cuius gratia expediuit, qd̃ ſe nobis carnali viſione ſubtraxerit, q ſub ſacramento viſibili nobiſcũ eſt inuiſibilis vſq; ad conſumationem ſeculi futurus.

[Right margin: Iohã. 14; Eſaiæ. 4.; Matt. 16; Mat. 17.; Marc. 9.; Luc. 9.; Iohan. 11.; 2. Cor. 5; Matt. 6.; Coloſſ. 3.; Coloſſ. 1.; Pſal. 54.; Iohã. 16; Matt. 28]

HOMILIA XLVI. DE EO QVOD SCRIPTVM EST, Iohã. 16. In illo die in nomine meo petetis.

Dominica quarta poſt octa. Paſche.

A QVO dñs noſter Ieſus Chr̃s nihil prorſus obmitteret, qd̃ ad piũ attinet patrẽ, qui à filijs abiturus quæq; optima diſpoſuit, q̃ eis in abſentia erant ad ſalutẽ agenda, vt pr̃ reuerſus ad voluntatẽ ſuã ipſos ſaluos eſſet inuenturus, proinde, inquã, dñs noſter, verus, ideq; pientiſſimus patri, hinc p mortẽ ad patrem ſuũ iturus nobis in terra relictis ea pſcripſit, quæ facto ſunt ad ſalutem omnino opus, qbus obſeruatis ipſe nos paratos ſibi eſt & inuenturus. Et ſanè hodie q̃ſi ſupremũ idemq; oĩm maxime neceſſariũ ad temporalẽ & æternalẽ ſalutẽ pſcripſit. ¶Et qd ẽ eſſe, inquã docet orandũ & quidem, vt alias pariter monet frequenter. Petite, inquiẽs, & accipietis. Et iteꝶ. Petite & dabit vobis, qrite & inuenietis, pulſate & aperiet vobis. Et rurſus. Qm̃ oportet ſemp orare, & non deficere. Et apl̃us ideo ait. Sine intermiſſione orate, in oĩbus gratias agite.

[Right margin: Iohan 16.; Matt. 7.; Luc. 11.; Lucæ. 18.; 1. Theſſ. 5]

B ¶Quare tãtopere orãdũ eſt, tãq; cõtinue? Nimiꝶ, vt cognoſcamus nos nihil eſſe, nec quicq̃ à nobis eẽ, nec haberi, ſed plane totũ qd̃ ſumus, qd̃q; habemus, aliunde pendere. Quando-

Digitized by Google


2.Cor.3, Quandoquidem Paulus ait: Non ſufficientes ſumus cogitare aliquid à nobis. ¶Vnde pe- D
Roma.8, tendum? A Deo (inquam) non à creatura, quum iuxta Apoſtolum, omnis ſit creatura vanitati
ſubiecta. A Deo igit ſolo & vnico, indeficiēte & pfecto petēdum eſt, in quo (vt in Actis ſcribi
Acto.17, Iaco.1 tur Aplicis) viuimus & mouemur & ſumus, ille diues eſt in oēs, à quo, ex quo, & in quo ſunt oīa
& ſine ipo eſt nihil. Vnde (ſcribēte Iacobo) omne datū optimū, & omne donū pfectū deſur-
2.Cor.3 ſum eſt deſcendēs à patre luminū, ex quo (inquit Paulus) oīs noſtra ē ſufficiētia. Vnde præſidi
Pſal.120, um petere debemus, qd' & Propheta fecit, dicēs: Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet
Matth.6 auxilium mihi. Auxilium meū à domino, qui fecit cœlum & terram. Ille ergo etſi qd' & Chri
Lucæ.12, ſtus alibi adfirmat, planè nouit quid nobis proſit, quodq; & dare vult, non tamē cum meritò
vult dare, niſi petitus, nimirū, quo quum nihil nobis obligef, nec alicuius eſt debitor, oſtendat
ſe noſtrum eſſe dominum & creatorē, interimq; noſtram agnoſcamus humilitatē & inſuffici
Eſaie.46 Phil.2 entiam, de ſeipſo apud Prophetam loquēs: Recordamini prioris ſeculi, qniam ego ſum Deus,
Iohan.15 & non ē vltra Deus. Is nimirū eſt (Aplo teſte) qui in nobis opatur velle & pficere iuxta bonam
voluntatē, ſine quo nihil facere poſſumus, nec ſine eo aliqd habere, qui nec nobis ad aliqd dan
Pſal.99, dum obligaf, ſed qd' largif, ex ſua mera miſericordia & bonitate impartit. Hinc Dauid: Iubila-
te Deo omnis terra, ſeruite domino in lætitia. Scitote quoniam dominus ipſe ē Deus, ipſe fecit
1.Cor.15, nos, & non ipſi nos. Id qd' Apoſtolus vnico arguit verbo, inquiēs: Gratia Dei ſum id, qd' ſum.
Rogandus ē itaq; quū eius ſit cœlū, & terra, & quicqd vtroq; continef, nec aliqd inde niſi ex
mīa nobis debet. ¶At cuius interceſſione petēdum eſt à Deo? Ieſu Chri (inquam) vt ho- E
minis, non vt Dei interuētu à patre orandū eſt, qd' ipſe hodie met ſuo petēdum præcipit no-
1.Tim.2, 1.Iohan.2 mine: quandoquidē ait Paulus: Vnus ē Deus, vnus & mediator Dei & hoīm, homo Chrus Ie-
ſus, q dedit ſemetipm pro oībus redemptionē. Vnde Iohannes: Filioli mei, hæc ſcribo vobis,
Heb.4 vt non peccetis. Sed & ſi qs peccauerit, aduocatum habemus, apud patrē Ieſum Chrm iuſtum
Ille (inquam) verus eſt pro nobis apud Deū interceſſor & pontifex: qui (vt Apoſtolus inqt) po
teſt compati infirmitatibus noſtris, tētatus & p omnia ipſe pro ſimilitudine abſq; peccato.
Ad huius thronum grē cum fiducia adeamus, vt mīam conſequamur, & grām inueniamus in
Matth.1 auxilio opportuno, & obnixè petamus & accipiemus. ¶Quid petamus? Reſpondet Chri- F
ſtus, vt gaudiū noſtrū ſit plenū, id ē, vt nobis ſit vera ſalus, quæ intelligif petēda in nomine Ie
ſu, qd' ſalus eſt, Ieſus qdē ſaluator dicif, quia ſaluauit nos à peccatis. At hoc gaudiū nulli quàm
Pſalm.16 in cœlo plenum eſſe poteſt. Vnde Propheta: Satiabor cum apparuerit gloria tua. In cœlo q-
Iaco.1, Apo.21 dem apud Deum nulla eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio, neq; dolor, neq; lu-
ctus vltra, ſed omnium bonorū abundantia, ſed quæ fiunt ſub ſole cuncta & vniuerſa vanitas,
Eccle.1, & afflictio ſpiritus, ſiquidē tranſit mundus, & concupiſcētia eius. Et homo in eo breui viuens
1.Iohan.2 tēpore multis repletur miſerijs. Qui quaſi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut vmbra,
Iob.14 & nunquàm in eodē ſtatu pmanet. Sic quoq; (inquam) nullum in eo gaudium ē verum & con
ſtans, quum vt ſcribitur, hic gaudij riſus dolore miſcetur, & extrema plerumq; luctus occu-
Puerb.14, Iaco.1 pat. Igif docet Chrus petendum, vt noſtrū ſit plenum gaudium, ſcilicet in cœlo, quod vbi pe
tiuerimus, certè nihil in fide dubitantes accipiemus, haud enim haud dare poteſt, quod Deus
ſe daturum promiſit. Hinc Dominus inquit: Propterea dico vobis, omnia quæcunq; orantes
Mar.11, petitis, credite quod accipietis, & euenient vobis. Sic Iohannes: Et hæc ē fiducia, quam habe-
1.Iohā.5 mus ad Deum, qa quodcunq; petierimus, ſcdm voluntatē eius, audit nos. Quando ſcdm vo-
luntatē eius? quando petimus, vt gaudium noſtrum ſit plenum, & certo quicquid etiam tēpo-
raliū petef, ea petēdum ē conditōe, vt ad illud gaudij proſit. Et ſic profectò vl' dabit quod pe-
timus, vl' quod nouit eē nobis vtilius. ¶At petemus efficacius ſinguli & pauci, aut vniuer- G
ſi & plures? Efficacius (inquam) plures quàm ſinguli & pauci: nimirum qd' adaugeaf inter nos
Matth.6 charitas & fraterna dilectio, nobis toties à Chro inculcata, quæ communis charitas Deum no
Lucæ.11, bis reddit fauorabilē & gratioſum. Hinc eſt, quod Chrus nobis orationē illam dñicam nume-
ro vbiq; multitudinis præſcripſit, dicēs, orate: Pater nr, qui &c. dimitte nobis &c. ad ſignifi-
Iaco.5 candum, vt plures in charitate petamus, vnus pro altero. Vnde Iacobus: Orate pro inuicem,
vt ſaluemini. Multum enim valet deprecatio iuſti aſſidua. Et certè Deus ille Maximus nos to-
tius vniuerſos & plures quàm ſingulos vult exaudire, Chro dicēte: Iterum dico vobis: quia
ſi duo ex vobis conſenſerint ſup terram de omni re, quacunq; petierint, fiet illis à patre meo,
Matt.18, qui in cœlis eſt. Vbi enim ſunt duo vl' tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorū.
2.Cor.1, Cuius penè Apoſtolus rationē reddit, inquiēs: Qm & adhuc eripiet, adiuuātibus vobis in oro
ne pro nobis, vt ex multarū pſonis facierum eius, quæ in nobis ē, donatōis, p multos grē agan
tur pro nobis. Quaſi diceret: ideò ſpero me orationibus veſtris multorū ereptum iri, quod de-
inde vos multi obligabimini ad gratias agendum Deo. Siquidē quando Deus dat bñficiū ali-
cui ad pces multorū, non ſolū, qui recipit bñficiū, ſed & oēs, quorū oratōibus hoc daf, & plerū-
q; in oim vtilitatē, obliganf. ¶Exaudit itaq; deus facilius pces multorū q̄ vnius, tū pptermu H
tuā multorū charitatē, tum ppter copioſiorē grārū actionē. Vñ & in vet. teſt. quū vellēt quid
magni

Digitized by Google

magni à deo petere, cõuentũ populi totius coegerunt, & rogãtes ſunt exauditi. Et pro Pe- Iohel. 2.
tro q̃q fiebat oratio ab vniuerſa cõgregata eccleſia. Inde p̃motæ recta eccleſia catholica læ- 2. Par. 20
I tanias. i. ſupplicatões q̃tannis fieri ſtatuit, de q̃bus anno ſuperiore multa. ¶ Verũ hoc lo- Actor. 12
co quærit, An & diui, qui cũ deo nũc viuũt, iure à nobis poſſint admoneri, vt & ipſi deũ no-
biſcũ petant, adeoq́ pro nobis orent? Hactenus q̃ falſe nõnulli id ipm negarint, anno trã-
acto abunde partim oſtendimus, partim Chrs hodie ſumma veritas eos aperto mẽdacij cõ-
uincit, dicens. In illo die in noie meo petetis? Quis eſt ille dies in q̃ petent? Eſt, inquã, ſeculũ
futurũ, q̃d etſi, quid ſit æternitas, vix dici tempus poſſit, diem à ſcriptura recipit, de q̃ Petrus 2. Petri. 3
ait. Vnũ vero hoc nõ lateat vos chariſſimi, quia vnus dies apud dñm, ſicut mille anni, & mil
le anni ſicut dies vnus. In illo igit̃ die eſt hora, in qua dñs ſuis non loquitur in parabolis, ſed
palam de ſuo patre annuntiat, nimirũ oĩni velamine retecto eis patrẽ manifeſtãs, & ita non Exodi. 33
in prouerbijs, nõ in ænigmate nõ velatẽ, ſed palã loquens & patrẽ demõſtrãs, quẽ nemo, q̃ Iohã. 5. 6
viuit, niſi fide videre põt, quẽ apertiſſime apli cæteriq́ diui & facie ad faciẽ vident. Q̃d du- 1. Iohã. 4
dũ eſt teſtatus Paulus, videmus nũc, inquiẽs, p̃ ſpeculũ in ænigmate, tunc aũt facie ad faciẽ. 1. Cor. 13.
Nunc cognoſco ex parte, tũc autẽ cognoſcã, ſicut & cognitus ſum. In eo itaq; die & ſeculo
deus iam ſuos videt, ſeq́ aperto eis facie ad faciẽ mõſtrat, q̃rũ ideoq́ cor gaudet, eo gaudio
quod nemo ab eis tollet, quia firmũ, æternũ, ſolidumq́ & verum, quale hoc in mũdo eẽ ne-
quit. Eſt ergo dies ille, in q̃ apoſtoli petent, nõ aliud tẽpus q̃ æternitatis, in altero ſeculo.
K ¶ Sed cui petent apoſtoli in cœlo? Sibi? Nequaquã quum inibi ſint & in eo beatitudinis
ſtatu, vbi nulla re indigent, vbi plenũ eſt gaudiũ, vera ſalus & gloria, de qua oĩnis ẽ oĩm re-
rum ſacietas. Vñ Dauid. Satiabor cũ apparuerit gloria tua: nimirũ ibi nulla eſt tranſmuta- Pſalm. 16
tio, vbi oẽs ſunt vt angeli, non eſurient neq; ſitient amplius, & ab oculis eorũ eſt abſterſa Iacobi. 1.
omnis lachryma. Ideo qui inibi ſunt ſibi plane nihil petũt nec petere poſſunt, quibus nihil Apoca. 7.
deſit. Petunt igitur cũ Ieſu Chriſto hoie, confratre & aduocato noſtro, petuntq́ ipm adeo Matt. 22
verũ in trinitate deũ pro nobis, vt & mutuã erga nos ex p̃cepto dñi obſeruent charitatẽ, quæ
neq; in cœlo, quia nunq̃, excidet. Illic ideoq;, teſte dño hodie, in eo tempore & ſeculo nihil 1. Cor. 13.
petunt in noie Ieſu pro nobis & nobiſcũ, in quo non exaudiantur: quum nõ ſit ſeculum, in
quo aliquid petatur, quod nõ ſit exauditione dignũ, ſed oĩa in dei, & Chriſti filij eius ho-
norem & gloriam petũtur. Quin & ipſorũ tanta eſt apud patrẽ gratia, vt non opus ſit eis, ſi
quid petere velint, vt filius pro eis intercedat, ſed nullo mediatore petentes exaudiant, ob-
tineantq́. Id quod euidenter ijs verbis innuit dñs. Et nõ dico vobis, q̃a ego rogabo patrem
de vobis. Ipſe enim pater amat vos, quia vos me amaſtis, & credidiſtis, quia à patre exiui.
Quandoquidem quos rex aliquis amat, non opus ſit eis, vt filius regis roget pro ipſis, vt à re
ge obtineant petita, & maxime ſi tales ſint, vt nõ niſi patris & filij gloriã & honorem inten
dant, neq; aliquid aliud petere velint aut poſſint. In illo igitur die. ſ. alterius ſeculi peetnt
apoſtoli, adeoq́ oẽs dei ſancti nõ ſibi, nihilo indigẽtibus, ſed nobis. Quod & tribus antea
Homilijs oſtendimus cõtra ſchiſmaticos, qui falſo ſanctorum ſuffragia in futuro ſeculo, &
eorum, qui adhuc viuunt, pro nobis interceſſiones negant, q̃s, & hodiernum Euangelium
cum multis alijs ſcripturis omnino mendatij arguit.

HOMILIA XLVII. DE EO QVOD SCRIPTVM EST. Marci 16. Adſumptus eſt Ieſus in cœlũ, & ſedet à dextris dei.

In feriis dominice aſcenſionis.



A HANC eſſe, fratres dilectiſſimi, totius lætitiæ atq; iubilatõis diem,
nulliq́ non mortaliũ in Chriſtũ credentiũ ſumma iocunditate p̃- Pſal. 46.
agendam, partim ex Dauide, partim ex Luca facile intelligimus.
Quãdoquidẽ, Dauide concinente, hæc illa ſit dies, in qua dñs Ieſus
deus idemq́ homo temporali æternaq́ morte oĩmq́ huius ſeculi
ærũnarum paſſione pro nobis deuicta plenus felicitate, plenus ma-
ieſtate, plenus deitate cœlos in iubilo & in voce tubæ p̃pria quidẽ
virtute & oĩm primus aſcẽdit, eiuſq́ ẽ magnificẽtia ſup̃ cœlos ele- Pſalm. 8.
uata, & cui⁹ à ſummo cęlo fuit egreſſio, ei⁹ hodie recurſus ad ſum- Pſalm. 18
mũ fuit cęlũ ipſius verbũ plane cõpletum, q̃ vitã adhuc agẽs dixit. Iohan. 3
Et nemo aſcẽdit in cœlũ, niſi qui deſcendit de cœlo, filius hoĩs, q̃ eſt in cœlo. Et aplus: Qui,
inquit, deſcẽdit, ipſe eſt, & qui aſcẽdit ſup̃ oẽs cœlos. Sic & Lucas, inquã, hãc lætitiæ diem Epheſ. 4
eſſe arguit, dicẽs. Eduxit aũt eos foras in Bethaniã & eleuatis manibus ſuis benedixit eis. Et
factum eſt, dũ benediceret illis, receſſit ab eis, & ferebat̃ in cœlum. Et ipſi adorantes regreſſi Lucæ. vl.
ſunt in Hieruſalem cũ gaudio magno, & erãt ſemper in templo laudantes & benedicentes Actor. 1
deum. Quando proinde illi ſcilicet Apoſtoli cum matre Ieſu reliquiſq́ ſanctis mulieribus, Actor. 1

quas

Digitized by Google

quas adfuiſſe idem aliàs notat, gaudio magno iam viſa & glorioſa aſcenſione perſpecta re die-
rint, qd aliud nobis ſuggerunt, q̃ qd' dudũ Propheta vaticinatus eſt, dñm. ſ. Ieſum in Iubilo &
voce tubæ, id eſt, in angelica Harmonia, eaq̃ ineffabili cœlũ aſcẽdiſſe, hancq̃ nobis diẽ gau-
dia reſurrectiõis dñicæ nequaq̃ terminare ſed plurimũ augere, in eaq̃ magnopẽ nos debere &
Roma 12 ex aĩo lætari, ſimulq̃ exultare & tripudiare. ¶ Primo, ob pceptũ Apli, quo mandat, inquiẽs: B
Gaudete cũ gaudẽtibus, & flete cũ flentibus, & qdẽ maximẽ, qd' ſi qd patit vnũ membrũ, com
1. Cor. 12. patiunt oĩa mẽbra. Siue gloriat vnũ membrũ, congaudẽt oĩa mẽbra. At corpus & mẽbra vni
us corpis ſumus cũ Aplis quiq̃ oẽs in Chrm credẽtes, q(vt dictũ eſt) hodie pter letũ Chri-
ſti ad cœlos aſcenſum gauiſi ſunt. Itemq̃ lætati ſunt ſancti pres longo antea tpe in lymbo de-
Matt. 27 tẽti, qui cum domino (teſte Euangeliſta) reſurgẽtes ſimul aſcenderũt, Paulo poſt Prophetam
Pſalm. 67 Epheſ. 4 aſſerẽte. Chrus aſcendẽs in altũ captiuã duxit captiuitatẽ. Et rurſus: Expolians principatus ac
Coloſſ 2. ptãtes, traduxit confidẽter, palàm illos triumphãs in ſeipſo. Et alius Propheta teſtatus ait. Et
Miche. 2 tranſibit rex eorũ corã eis, & dñs in capite eorũ, ſic & pter illos meritò colletemur. ¶ Scdo, C
qd hec dies anſa fuit datõis donorũ ſpũs ſancti, qbus ad omnẽ ſalutis agnitionẽ veritatisq̃ ſciẽ
Johan. 16 tiam euehi licuit, nec qdẽ alr, Chro prius dicẽte: Sed ego veritatẽ dico vobis, expedit vobis vt
Johel. 2 ego vadã. Si eñi nõ abiero, paracletus nõ veniet ad vos. Si aũt abiero, mittã eũ ad vos, q doce-
bit vos omnẽ veritatẽ, & quæ futura ſunt, annũtiabit vobis. Id qd dudũ p Prophetã pmiſerat
Pſal. 67 inquiẽs: Effundam de ſpũ meo ſup omnẽ terrã. Qd' vtiq̃ niſi aſcẽdiſſet factũ nõ fuiſſet. Et hoc
Ephe. 4. eſt, qd Paulus ait: Chrs aſcendẽs in altũ captiuã duxit captiuitatẽ, dedit dona hoĩbus. Quę do-
na? Vtiq̃ larga ſeptiformis ipſius chariſmata, quæ regreſſus in cœlũ in totũ orbẽ abundẽ diffu D
Roma. 6. dit. Qua de re ſuo tpe multa. ¶ Tertio, qd queadmodũ (vt Aplus ſcribit) Chrus traditus eſt
pter delicta nra, & reſurrexit pter iuſtificationẽ nram, ita hodie vt eã nram iuſtificationẽ,
id eſt, vt nos ſua gra dignos cœlo redderet, & oĩa quæ ad nram ſalutem ptinẽt, deq̃ ſe ſcripta
Ephe. 4 erãt, adimplerent cœlũ aſcẽderit, Paulo atteſtãte, q ait: Qui deſcẽdit ipe eſt, & q aſcẽdit ſuper
1. Cor. 15 oẽs cœlos, vt adimpleret oĩa. ¶ Quarto, qd queadmodũ Chrus à morte primus reſurgens E
& nos (vt Aplus ſcribit) certò reſurrecturos pbauit, ita q̃q̃ hodie aſcendẽs nos q̃q̃ cœlos aſcẽ
dere teſtatus eſt: nẽpe q præcedẽs viã nobis notã fecit, adeoq̃ in cœlis locũ quietis pparauit.
Miche. 2 Propheta olim prædicẽte. Aſcẽdit, iter pandẽs ante eos, qa etẽm ipe eſt caput nrm, oportet
Johã. 14 & illic eẽ nos eius mẽbra. Qd' ipe dñs teſtat, inquiẽs: Quia vado parare vobis locũ. Et ſi abiero
& pparauero vobis locũ, iterũ venio, & accipio vos ad meipm, vt vbi ſum ego, & vos ſitis. Ve
nit aũt Chrus ſuos recipiẽs nõ pñtia corporali, qñ illorũ anĩas à corpibus exutas ad btitudinis
locũ euehit, quas in nouiſſimo die vnà cũ corpibus recipiet, vẽturus ad iudicãdũ in ea qdẽ for-
Acto. 1 ma, qua aſcẽdit. Hinc plurimũ & impiẽ errãt, dicẽtes: neminẽ ſanctorũ niſi poſt nouiſſimũ diẽ F
in cœlos venturũ. Id qd contra omnẽ eſt veritatis ſcripturã. ¶ Quinto, nobis hodie lętãdũ
eſt, qd Chrus hodie ppetuus cœperit nobis eẽ apud Deũ prem ſuũ & nrm aduocatus & patro
1. Johan. 2 nus, q tum inde Deus interpellat & vt homo p homĩe interpellat. Sic Iohãnes ait: Filioli mei,
hęc ſcribo vobis, vt nõ peccetis. Sed & ſi qs peccauerit, aduocatũ habemus apud prem, Ieſum
Roma. 8. Chrm iuſtũ. Et Paulus: Chrus Ieſus, q mortuus eſt, innocẽs, q & reſurrexit, q eſt ad dexteram
Dei, q etiã iterpellat p nobis. Et rurſus: Vnus eñi Deus, vnus & mediator Dei & hoĩm, homo
1. Tim. 2. Chrus Ieſus, q dedit redẽptionẽ ſemetipm p oĩbus. Hic (inquã) dñs Ieſus primũ factus ẽ in cœ
Pſal. 109 lo p nobis apud patrẽ interpellator cœpitq̃ primũ pater eius noĩe peti, qñquidẽ q primũ ho
die ſedere à dextris pris cęperit, ĩeoq̃ Dauid verificatus. Dixit (ĩquiẽs) dñs dño meo, ſede à de G
xtris meis. ¶ At audio hic, quõ ergo Chrus ſedet ad dexterã pris, q à vobis adfirmat eſſe ſub
Johan. 1. ſacro Euchariſtiæ, & qdẽ ſub ſpecie panis & vini cõtineri? Rñdebo: Chrm Deũ & hoĩem, vti
Deũ in principio cũ Deo pre fuiſſe & eẽ vt hoĩem cũ Deo vnitũ hodie primũ cœlos aſcẽdiſſe,
& ad Dei pris dexterã ſedere cœpiſſe, nõ qdẽ vl' corporalr vl' localiter, quũ Deus incõprehẽſi-
bilis incircũq̃ ſcriptus ſit, ſed ſpũs ſup oĩa ſublimis. Verũ ſpiritalis eſt hęc ipſa ſeſſio, & dextera
ſpiritalis, quã nõ hõ carnalis ſed ſpũalis diſcutit. Sanè ſedere ẽ habitare, vt is ſedit tres annos in
Pſal. 28 hac terra. Hinc dr. Et ſedebit dñs rex in æternũ. Sic & dexterã Dei dicimus, ptãtem diuinam,
cuius eſt, in nullo eẽ loco ſolo ſed vbiq̃ totã & nihil aliud ẽ q̃ deus met, q vbiq̃ totus ẽ & in oĩ
Hiere. 23 bus idem. Sic ipe de ſeipſo. Nunqd nõ cœlũ & terrã ego impleboꝰ Sic Dauid in ſpũ inqt: Quo
Pſal. 138. ibo à ſpũ tuo, & quo à facie tua fugiã. Si aſcẽdero in cęlũ tu illic es, ſi deſcẽdero ad ĩfernũ ades.
Si ſumpſero pẽnas meas diluculo, & habitauero in extremis maris. Etẽm illuc manus tua de
ducet me, & tenebit me dextera tua. Ita Chrus deitati vnitus nõ hodie mõ ad dexterã dei ſe-
dere cœpit, ſed ad illã & in illa vt Deus caro factus ab æterno eſt, & erit q cum pre vnũ eſt, ſic
certò eſt certius, Chrm eſſe ſimul & ſemel in cœlo & terra adeoq̃ in ſacramẽto viſibili inuiſi-
bilis & qdem ſua diuina potẽtia, qua oĩa põt, corpalr vtcũq̃ nõ rõne humana pſuaderi poſſit.
Johan 3 Hic alias in terra adhuc dicebat: Et nemo aſcẽdit in cęlũ, niſi priꝰ deſcẽdit de cęlo, filius hoĩs, q
eſt in cœlo, p vnitatẽ eñi pſonæ, qua vtraq̃ ſubſtãtia vnus eſt Chrus & filius dei, ambulabat in
terra, & idẽ ipſius filius hoĩs manebat in cœlo. Eſt & diuinæ dũtaxat ptãtis iudicare oẽs in die
nouiſſi

Digitized by Google

nouiſſimo, vti apl'us vocat deū omniū iudicē, & Dauid ait, qm̄ deus iudex eſt. Hanc vero poteſtatē deus pater filio Chriſto hodie vti homini primū contulit, ideoq́ʒ hodie iuxta hāc poteſtatē vti hō primū cœpit habere & ad dexterā dei ſedere. i. habitare in ea diuina ptāte & dextera iudicādi in die nouiſſimo viuos & mortuos, quā accepit ipſe hō à deo, vt veniat hō iudicaturus, q venerat primo iudicādus, Luca dicēte: Hic Ieſus, q adſumptus eſt à vobis in cœlū, ſic veniet, quēadmodū vidiſtis eū euntē in cœlū. Sic apl'us, Teſtificor, ait, corā deo & Ieſu Chro, q iudicaturus eſt viuos & mortuos. Sane, ſic dicit, hodie Chriſtus propria virtute adſumptus in cœlum & ſedere in dextera, id eſt, poteſtate dei demū ad iudicandū venturus viſibiliter in maieſtate, qui vſq́ʒ eo inuiſibiliter ſub ſacramento eſt Euchariſtiæ. Hebre. 12 Pſal. 49 Actoꝝ 1. 2. Tim. 4 Mat. 28

¶HOMILIA XLVIII. DE EO QVOD SCRIPTVM EST, Iohā. 16 Et abſq́ʒ ſynagogis facient vos.

Dominica poſt aſcenſionem.

A QVI huius tēporis hæreſes imitant, ſeq́ʒ Euāgeliū & ad cœlos viam, quò dūtaxat p Euāgeliū peuenit, docere, vel ſoli gloriant, molliſſima queq; & q̄ carni adeoq́ʒ ſenſui, q (vt ſcriptura ait) ab adoleſcētia ſua ad malū pronus eſt, adblādiunt, mox à principio ſuoꝝ ſermonū docēt, in medio ſuadēt, in fineq́ʒ cōcludūt, dicētes, nihil opus eſſe ad vitā æternā cōſequendā tāta reꝝ carnaliū abſtinētia, & tāta corporis caſtigatiōe, tātoq́ʒ diu noctuq́ʒ labore: qn̄quidē ſufficere fidem in Chriſtū, vel ſolā, q morte ſua quæq; pctā nr̄a ſuſtulerit, cœlūq́ʒ nobis aperuerit, ſimulq́ʒ acquiſierit, nec proinde opus eſſe nr̄o conatu, nr̄oq́ʒ tā vehemēti ſtudio in bonis, q̄ appellāt, operibus: nimiꝝ vehemēter cōtra veritatē primo, & cōtra veritatis modū errātes. Gene. 8

B ¶Primo qdē veritas ait, Intrate p anguſtā portā, q̄a lata porta, & ſpacioſa via eſt, q̄ ducit ad pditionē, & multi ſunt, q intrant p eā, Atq́ʒ anguſta porta & arta via eſt, q̄ ducit ad vitā, & pauci ſunt, q inueniunt eā. Hęc illa ab æterno veritas. Cui etiā æthnici, lumine ſolum naturæ incedētes vſq́ʒ adeo adſtipulati ſunt philoſophi, vt dixerint ad virtutē, in qua beatitudinē & ſummā felicitatē collocarunt (q & certe beatitudinis adeoq́ʒ ipſius eſt dei, perinde imago & ſpeculū & cooperimentū & veſtimentū) viam plane eſſe durā, lapidoſam, & arduā, qua niſi ſummis laboribus non poſſet quiſpiam proficiſci, econtrario aūt ad vitia eſſe viam voluptuoſam & delectabilem & blandam qua non multo conatu aliquis eſſet deuenturus. Sic Cicero poſt Prodicum rhetorem apud Xenophontem, tradit Herculem, quū primum pubeſceret, exiiſſe in ſolitudinē, atq́ʒ ibi ſedentem diu ſecū multumq́ʒ dubitaſſe, quū duas cerneret vias, vnā voluptatis, alterā virtutis, vtram ingredi melius eſſet: Sic & Baſilius Magnus ſcribit, &c. Et reuera non eſt niſi laborioſa ad cœlum via. Quod pene poeta videtur ſenſiſſe, canens: Per varios caſus, per tot diſcrimina rerū Tendimus in Latium. Sed quid eſt tendere in Latium: Niſi in patriam promiſſionis, in quā certe (vt ſcribit) per multas tribulationes ingrediendum eſt, & ſummis ac duris laboribus Siquidem via ad beatitudinem anguſta & arcta ſit, adfirmāte Chriſto, ſumma veritate, cōtra quā errāt ſchiſmatici, in eoq́ʒ ſe plane arguunt eſſe Antichroſ. De quibus Petrus ſcribit. Hoc primum, inquiens, ſcientes, quod venient in nouiſſimis diebus in deceptione illuſores iuxta proprias cōcupiſcētias ambulantes, magiſtri mendaces, qui introducent ſectas perditiōis, & ſuperinducentes ſibi celerem perditionem, & multi ſequentur eorum luxurias, qui poſt carnem in concupiſcentia immunditiæ ambulant, dominationēq́ʒ contemnūt, audaces ſibi placentes ſectas non metuunt introducere, per quos via veritatis blaſphemabitur, & in auaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur, quæ difficilia intellectu in epiſtolis Pauli ſicut & cæteras ſcripturas ad ſuam ipſoꝝ perditionem deprauant. Hæc ille. Quod q̄ verum nunc reperiatur in nonnullis, plus q̄ notum eſt. Ab iis dehortatur dominus, dicens. Attendite à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. Eſt igit bonorum parentum, vt ab iſtis & ab eoꝝ doctrinis omnino amoueāt ſuos pueros, ſi eos volunt aliquando ad virtutē & ab ea ad vitam æternā peruenturos, quo certe molles & carnales non perueniunt: veluti errātes garriunt contra veritatem. Matt. 7 Luce. 13 Cic. lib. 1. officio. Baſil. ad Nepotes. Uer. li. 1. Aeneid. Actoꝝ 14 2. Pet. 2. 3 Matt. 7 1. Cor. 6

C ¶Secundo, contra veritatis modum docentis viam ad cœlum. Falſus nimiꝝ & erroneus & deceptorius eſt eoꝝ docendi mos ad cœlum, quo primum carnalia, blanda molliaq́ʒ docendo proponunt, nihilominus interim ſummam felicitatē promittētes: ſiquidem longe aliter & verius poſt Chriſtū apoſtoli viam ad beatitudinem docuerint, qui primū, vt oportet, difficilia, horrēda, eademq́ʒ dura propoſuerunt, & eis ſuperatis, blanda, hoc eſt, æterna gaudia veræ quietis & æternæ vitæ promiſerunt dicētes: Pœnitentiam agite, appropinquabit em̄ regnū cœloꝝ. Et Petrus. Pœnitentiā, inqt, agite, & baptizetur vnuſquiſq́ʒ veſtrum in noīe Ieſu Chriſti in remiſſionē pctōꝝ veſtrorum. Matt. 4 Mar. 1. 6

 Et Pau-

Digitized by Google

Actoꝝ.2 Actoꝝ.20 Et Paulus adfirmat ſe gentibus annuntiaſſe, quatenus pœnitentiã agerent, & conuerterentur
ad deũ, digna pœnitẽtiæ opera facientes: nimirum qui verus beatitudinis docẽdæ doctor ſem
Roma.8 per primũ amara & deinde ꝙ dulcia ex illis eſſent euẽtura perdocuit, aliàs dicẽs: Exiſtimo eñ
ꝙ non ſunt condignæ paſſiones huius tẽporis ad futurã gloriã, quæ reuelabiẜ in nobis. Et rur
Hebrę.12 ſus. Omnis autẽ diſciplina in præſenti quidẽ videtur nõ eſſe gaudij, ſed mœroris, poſtea autẽ
fructũ pacatiſſimũ adfert. Sic & Chriſtus alibi, ad diſcipulũ multas poſſeſſiones habentẽ dicit
Matt.19 Marc.10 Si vis ad vitã ingredi, ſerua mandata, &c. Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia, quæ habes
Lucæ.18 & da pauperibus, & habebis theſauꝝ in cœlo, & veni ſequere me. Sane dura proponẽs, dul-
cia poſt illa promittens futura, Innuens rationẽ docendæ virtutis, quæ ducit ad beatitudinem
Cic.1.off. Hanc æthnicus lumine naturæ rationẽ arguit exẽplo Herculis. Cui ſcribit duas fœmines vir-
Diſſimas tutẽ ac voluptatẽ apparuiſſe. Alterã forma quidẽ conſpicua, molliore facie, laſciuis oculis, ſer
gnus ad mone blando. Omnia fauſta faciliaꝗ ad vitæ ſolatia tendentia per otiũ pollicendo, illum de
Nepo. ſe trahere conatam fuiſſe. Alterã vero vultu rigido, ſqualenti mœſtoꝗ ore, magnam fiduciã
Prodicus atꝗ conſtantiã præ ſe tuliſſe, nihil iucundũ, nihil amœnũ oſtendiſſe, ſed mille pericula, labo-
Chius in reſꝗ immenſos, terra, mariꝗ ſubeundos. Prẽmiũ tamẽ hoꝝ immortale, ad extremũ vero mo
Xenophõ nuiſſe Herculẽ ſecuturã, & inter deos collocaturã ſe recepiſſe. Sic & eandẽ virtutis rationem
te.
Verg de docendæ, Pythagoras perbelle per literã græcam ὑψιλον, quæ eſt y expreſſit, quem luculen-
lra Pytha ter, ſimulꝗ grauiter retulit Vergilius hoc carmine: Littera Pythagorę diſcrimine ſecta bicor
goræ ni, Humanæ vitæ ſpeciem præferre videtur. Nam via virtutis dextrum petit ardua callem,
Difficilemꝗ aditum primum ſpectantibus offert, Sed requiem præbet feſſis in vertice ſum-
mo. Molle oſtentat iter via lata, ſed vltima meta Præcipitat captos, voluitꝗ per ardua ſaxa.
Quiſquis eñ duros caſus virtutis amore Vicerit, ille ſibi laudemꝗ decuſꝗ parabit, At qui de-
ſidiam, luxumꝗ ſequetur inertem. Cum fugit oppoſitos incauta mente labores, Turpis, in-
Ver.1.æñ opſꝗ ſimul miſerabile tranſigit æuum. Hæc ille, qui & aliàs introducit Aeneam loquentem.
Per varios caſus, per tot diſcrimina rerum Tendimus in latium, ſedes vbi fata quietas Oſten-
dunt, illic, phas regna reſurgere Troiæ, Durate & voſmet rebus ſeruate ſecundis. ¶ Si hæc D
æthnici, quid nos Chriſtiani? An non longe magis eã rationẽ vẽ maxime in ſobole noſtra ad
vitã beatã inſtruendã ſequemur, qui tã vbiꝗ habemus Chriſtũ, vnicũ illũ magiſtrum, Vnde
omnis ſcientia & doctrina, & quidẽ hodie exemplo ſuo huiuſmodi vitæ docendæ rationem
tam ſuis diſcipulis ꝙ nobis omnibus præſcribit? Qui eñ ſuæ ſanctæ eccleſiæ, quã ſuo ſangui-
ne redemit, fundator ideꝗ fundamentũ ſuos docendæ ad verã vitã viæ rationẽ docturus pri
mo omniũ proponit, quæ illi peſſima ſint paſſuri noĩe ſuo ad vitã, & quãta illis ſuperatis gau-
dia ſint habituri, ideoꝗ eos debere in tã duris pſeuerare, dicẽs: Et abſꝗ ſynagogis facient vos
.ſ. Iudæi, &c. Eſſe autẽ ἀποσυνάγωγος, id eſt, à ſynagoga alienos & à cõmunione Iudæorũ eie-
ctos, grauiſſima erat omniũ opinione, ignominiæ, & maledictiõis nota, quã vt duriſſimã dñs
ſuis diſcipulis ante ſuã mortẽ propoſuit, ne deficerẽt aliàs nõ admoniti. Cuius quidẽ uerbũ vel
ideo hodierna die loco thematis adſumendũ duximus, vt & admoneremus periculoſæ, igno-
minioſæꝗ notæ, quã nobiſcũ excõmunicatus incurrit, q idẽ eſt hoc tẽpore, q olim erat ἀπο-
συνάγωγος, & hoc quidẽ in maiori periculo detẽtus ꝙ extra ſynagogã eiectus, quo maior eſt ve
ritas, quæ eſt Chriſtiana eccleſia, ꝙ vmbra, quæ fuit ſynagoga eccleſiæ. Sane fuit ſynagoga eo
rũ Iudæoꝝ. qui in vnũ deũ & Chriſtũ aliquando futuꝝ crediderunt coadunatio & cõgregatio
Græcè συνάγωγη, quæ vel ipſa ad hunc modũ eccleſia appellari potuit, ſicut & peſſimi in ſacris
Pſalm.73 literis eſt appellata, & tum eſſe incepta, qñ mundus, adeoꝗ humanũ genus eſſe cœpit, prophe
ta dicente. Memento congregationis tuæ dñe, quã congregaſti ab initio. Siquidẽ prima con
gregationis eccleſiæ fundamenta ſtatim ab initio ſunt poſita: Vnde & aplꝰs ait, Aedificari ec
Ephes.2 cleſiã, nõ ſolũ ſuper aploꝝ fundamenta, ſed & etiã prophetaꝝ. Inter prophetas aũt numeraẜ
Ephes.5 & Adã, qui magnũ myſteriũ prophetauit in Chr̃o, & in eccleſia, dicẽs: Propter hoc relinquet
hõ patrẽ ſuũ & matrẽ ſuã, & adhærebit vxori ſuæ, & erũt ambo in carne vna. Euidẽter eñ de
ijs dictis eius dicit aplꝰs, qa hoc myſteriũ magnũ ſit. Ego aũt dico in Chr̃o & in eccleſia, &c.
Ephes.5 Colloſ.1. Iã vero (qm̃ de illa aliàs forte dicemus) eccleſia eſſe peculialiter intelligiẜ nõ cõfuſa, ſed ordina-
tiſſima fideliũ & in Chr̃o renatoꝝ cõgregatio & cõmunio & cõmunitas, ꝙ myſticũ Chr̃i Ieſu
corpus diciẜ, cuius & ipſe (Paulo ſcribẽte) caput eſt. Hinc excõmunicare, eſt aliquẽ extra illã
eccleſiã, id eſt, Chriſti fideliũ cõmunionẽ collocare, & eijcere, illũꝗ prorſus quaſi putridũ mẽ
brũ à corpore Chr̃i excindere. Id ꝙd fit, quũ delinquẽs ſuperbus, ideꝗ cõtumax ꝑ aplꝰos olim
Iohan.20 nũc vero ꝑ eos, q eccleſiæ ꝓſident, & poteſtatẽ habẽt, nõ ſolũ ſoluẽdi, ſed & ligandi de eccleſia
1.Cor.5 pellitur & pro delicto ſuo à Chriſti corpore ſeparaẜ: nimiꝝ, vt notatus ab oĩbus erubeſcat, &
conuerſo eueniat illi, quod ſequitur, vt ſpiritus ſaluus fiat in die dñi noſtri Ieſu Chriſti, &c.

¶ Quã quidẽ excõmunicationẽ Chriſtus dñs eccleſiæ fundator & caput ſerio ſtatuit & ſan
Matt.18 ciuit, inquiẽs: Si aũt peccauerit in te frater tuus, vade corripe eũ inter te & ipm̃ ſolũ, ſi te audie-
Lucæ.17 rit, lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum vel duos,

vt in

Digitized by Google

vt in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum. Quod ſi non audierit eos, dic eccleſiæ
id eſt, præſidi eccleſiæ. Si autẽ eccleſiã nõ audierit, ſit tibi ſicut æthninus & publicanus, id eſt, à
cõmunione & corpore eccleſiæ oĩno ſeparatus & abſciſus. Hac deinde, quod ſatis cõſtat, ſeria
Chr̃i cõſtitutione & ptãte vſus eſt Paulus in Corinthiũ illũ inceſtuoſum, de quo ad Corinth. 1. Cor. 5
ſcribit, inquiẽs: Ego quidẽ abſens corpore, pſens aũt ſpũ iã iudicaui, vt præſens eũ, qui ſic ope-
ratus eſt in noĩe dñi noſtri Ieſu Chriſti, congregatis vobis & meo ſpũ cũ virtute dñi Ieſu tra-
dere huiuſmodi hominem Satanæ in interitum carnis, vt ſpũs ſaluus ſit in die dñi noſtri Ieſu
Chriſti. Idemq́ apoſtolus excõmunicatione vſus eſt in Hymenæũ & Alexandrum, quos ſe 1. Tim. 1
ait Satanæ tradidiſſe, vt diſcant non blaſphemare. Et ſcias velim, neminẽ debere excõmunica
tione facile vti, nec niſi in eũ, qui in mortali crimine pertinax eſt, & incorrigibilis, nolẽs pare-
re mãdato prælati iuſta præcipiẽtis, nec item debere à quopiam ſubito contra aliquẽ peti ex-
cõmunicationẽ, niſi contra quẽ illa petitur, ſpes ſit, vt excõmunicationis timore ad ſatisfacien
dum velit aut poſſit induci, nam alioqui ſi animo faceret nocendi eius ſaluti, peccaret contra
charitatem proximi, vindictam ex liuore cupiens. Eſſe itaq́ putauerim omnia prius tentan-
da medicamenta, quàm exeratur excõmunicatio, propter grauiſſima & varia damna & ſup-
F plicia, quæ inde certe obueniunt iuſte excõmunicato. ¶Primo quidẽ, ꝙ excommunicatus
quũ ſit à corpore Chriſti, adeóq́ ab ipſo Chriſto, vera, viuificáq́ vite, quaſi palmes abſciſus,
nihil plane ad ſalutẽ ſuã operari poteſt, nec ſpiritu eius vegetari, donec in excommunicatiõe
eſt, in ipſius eſt Satanæ poteſtate ſecundũ Paulum, à quo, permittente deo, vſq́ ad ſummũ in- Johan. 15
teritum diuexari queat. Hinc Chrũs ait. Ego ſum vitis vera, & vos palmites. Sicut palmes nõ
poteſt ferre fructũ à ſemetipſo, niſi manſerit in vite, ſic nec vos, niſi in me manſeritis, quia ſine
me nihil poteſtis facere. Si quis in me non manſerit, mitteť foras ſicut palmes & areſcet, & col
ligent eũ, & in ignẽ mittent & ardet. Palmes vtiq́ exciſus, eſt excõmunicatus.
G ¶Secundo, excõmunicatus, quũ ſit extra eccleſiã, priuatur omni eccleſiæ ſacramẽto, nec ali
cuius capax eſt, niſi prius ſoluatur, quoniã quũ ſacramenta tantũ ſint eccleſiæ, oportet, vt ne- 1. Cor. 5
mo ſit eoꝝ compos, niſi qui eſt in eccleſia, ſed foris ſunt iuxta Paulum excõmunicati, & dicen Mat. 18
H te Chriſto, æthnicoꝝ ſimiles. ¶Tertio, excõmunicatus priuať omni eccleſiæ ſuffragio, nec Pſal. 118
ſit, vt Dauid, omniũ timentiũ deũ particeps: quandoquidẽ, ſcribente aplo, omnes ſimus vnũ Roma. 12
corpus in Chriſto, conſtat membrũ à corpore ſeparatũ, nequaq̃ poſſe partẽ nutrimẽti, quod
per cibũ adſumitur, recipere. Id quod alij malo peccatori per peccatũ à deo, ſicut eſt vnuſqſ-
q́ peccator, ſeparato fieri non adſolet. Quãdoquidẽ is ſit nec viuaciter coniunctus, nec tamẽ
penitus à Chriſto diuiſus, quũ per fidem nonnullã vnionẽ habeat, veluti & mẽbrũ aliquod ex
pers vitæ, quod tñ corpori per neruos & pellẽ cõiungitur, & nonnullo fouetur calore corpo
ris. Hinc cõſtat malis quibuſdã & tamen nõ excõmunicatis bonoꝝ conuerſationẽ & opera-
tionẽ plurimũ profuiſſe, non etiã excõmunicatis. Sicut eñ bonus (vt Iohãnes ſcribit) poteſt 2. Johan. 1
operibus cõmunicare malignis, ita poſſunt viciſſim & mali bonoꝝ operibus aliquouſq́ com-
municare. Sic oratio pro lapidãtibus Stephani, Saulo tñ Chr̃i inimico profuiſſe ad cõuerſio- Actorũ. 7
nẽ creditur. Quinetiã adiumẽto fuiſſe cõſtat cuidã mortuo, ꝙ inter Heliſæi fuerit oſſa ſepultꝰ. 4. Reg. 13
Id q̃d excõmunicatis nunq̃ factũ legimus, q tũ per excõmunicationẽ à totius eccleſiæ corpo-
re abſciſi, ab omni bonoꝝ ſpũalium ope ſeparanť, quos & interim diabolus, cui traditi ſunt, ad
nutũ, deo permittẽte, etiã corporaliter & alioqui varie vexare poteſt. Hinc errant, obganni-
entes excõmunicato, quũ alioqui ſuo ſit pctõ à deo ſeparatus, nihil plus mali q̃ cuipiã alij pec-
catori obuenire, eſſeq́ excõmunicationẽ, niſi ſignũ, quo ſignificať animã eſſe diabolo traditã
& eccleſiæ cõmunione ſpũali priuatã propter eius peccatũ. Nã quid (vt cætera taceã) alioqui
Paulus Corinthiũ excõmunicaſſet, qui (vt liquet) etſi ſpiritualr̃ in ſe mortuus, quũ charitate ca 1. Cor. 5
ruit, erat tñ ante excõmunicationẽ adhuc ꝑ fidẽ eccleſiæ mẽbrũ, & myſtico corpori cõiũctus,
vt Satanas nõ eatenus potuit, quatenus voluit in ipſum ſæuire: ſiquidẽ obſtiterint eccleſiæ pre
ces & opera bona, quoꝝ erat adhuc particeps, quoꝝ deinde nõ erat, qñ fuit excõmunicatus,
ſiquidẽ in ipm̃ Satana ad voluntatẽ ſeuiente. Cui vtiq́ etſi excõmunicatio à Paulo ſit inflicta,
vt eo pacto reſipiſcens in die iudicij ſaluus fieret, maior tñ pœna ſucceſſiſſet, nõ iuſta pœnitu-
dine emundato. Sic pariter legimus bis Satanæ poteſtatẽ in Iudã veniſſe, tũ. ſ. quũ concepit
animũ tradendi Chriſtũ, atq́ iteꝝ qñ buccellã accepit à Chriſto: quũ certe ille nõ dedit Iudæ Lucæ. 22
in animæ eius detrimentũ, ſed potius ut Iudas tanta beneuolentia reſipiſceret. Et tamen acce Johan. 13
pta buccella, mox intrauit in eum. ſ. non emendatũ, neq́ cõpunctũ Satanas ad mali ſui cumu
lũ, ſicut & in quẽcunq́ excõmunicatũ. ¶Quarto, excõmunicatus ſeparať, ſepariq́ debet ꝑ
I poteſtatẽ etiã ſeculare, ſicubi opus fuit, ab omni fideliũ tã viuentiũ quam ſepultoꝝ conſortio, 2. q. 1. mlť. 11. q. 3. Si cut apl̃s.
adeóq́ vt cũ ijs etiam (demptis quibuſdã caſibus à iure notatis) cõuictus. ſ. edẽdi, bibendi, &c.
ab apoſtolo prohibeatur, dicente. Nunc aũt ſcripſi vobis non cõmiſceri. Si is, qui frater nomi- 1. Cor. 5
natur, id eſt (interprete diuo Auguſtino) excommunicatur inter vos eſt fornicator, aut aua-
rus, aut idolis ſeruiens, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax, cum huiuſmodi nec cibum ſu-

Digitized by Google

mere,&c. Auferte malum ex vobis. Quare? Reſpondet, neſcitis, quia modicum fermentum
totam maſſam corrumpit? cõparat eũ (& merito) excõmunicatũ veneno, cuius eſt alios infi-
2. Iohã. 1. cere & lædere. Adde, ꝙ excõmunicatus nõ habeat Chriſti doctrinã, qui à Chriſto vt æthni-
cus eſt ſeparatus, illi, ꝑcipiente Iohãne, ne Aue quidẽ dicendũ eſt, nec is in domũ recipiendus.
qui eñ dicit illi aue, cõmunicat operibus eius malignis. ¶Quinto, excõmunicatus, à cœlo ẽ, K
Matt. 18 quouſq; abſoluet, omnino ſeparatus & excluſus, Chr̃o dicente. Quæcũq; ligaueris ſuper terrã
Apocal. 3 erunt ligata in cœlo, id eſt, à Chriſto & à curia cœleſti: etiã iniuſte ligatus, ſed cõtemnẽs, quã-
Iohan. 5 doquidẽ eccleſiæ vinculũ nemo debuerit vel ideo cõtemnere, qm̃ non hõ, ſed Chrũs ligat, qui
Iohan. 20 habet clauẽ. ſ. regni cœloꝝ, claudit & nemo aperit excommunicato, niſi abſoluto hic. Omne
Roma. 13 vtiq; iudiciũ dedit pr̃ filio, à filio totũ eſſe cõmiſſum ſacerdotibus nõ dubitamus, dicẽte. Quæ-
cũq; ligaueritis. Habẽt ꝗq; & mũdi principes vinciẽdi aliquã poteſtatẽ, ſed q̃ in ſolis corpori-
bus vti licet, vinculũ vero, ꝗd ſacerdotibus eſt cõmiſſum, ipſam cõtingit animã, trãſitq; cœ-
los, vt ea, q̃ operati fuerint ſacerdotes deorſum, deus cõfirmet in cœlis, ſummãq; ſeruoꝝ dñs
ipſe corroboret. Sunt itaq; ij perinde tranſlati in cœlũ, & humanã tranſcẽdẽtes naturã, q po-
teſtatẽ acceperũt, quã neq; angelis à deo traditã legimus. ¶Et hæc de excõmunicatiõe, vt L
cõſtet modus ea vtendi, & q̃ ſit ipſa corpori & animæ dãnoſa, vbi fuerit ab excõmunicato ne
glecta. Et ſane cauendũ eſt ſpirituali medico. i. epiſcopo, ne præceps excommunicet & feriat
tã horrendo excõmunicationis gladio. Et maximopere caueat hõ, ne eo gladio feriat. Etenĩ
nihil vſq; adeo eſt metuendũ Chriſtiano, quàm à Chr̃i corpore ſeparari, à quo ſeparatus, eius
Roma. 8 nõ ſit deinde mẽbrũ, ſi membrũ nõ eſt, eius non vegetat ſpũ. Quiſquis autẽ (ait apoſtolus) ſpi-
ritum dei non habet, hic non eſt eius. Modo proinde timenda eſt excõmunicatio, modiſq;
omnibus (vt dictũ eſt) fugiẽda tanq̃ gladius, tanq̃ occiſio, tanq̃ ipſa mors, quæ pertinacẽ pro-
culdubio ſeparat à Chriſto, neq; ſinit eum bonoꝝ eccleſiæ ſpiritualiũ eſſe participem, in ea
moriens, extra eccleſiã, vbi non eſt ſalus, moritur, perpetuis gehennæ cruciatibus adiudican-
dus. Quum itaq; excõmunicatus in tanto vel aĩæ ſolius periculo verſetur, & de vita ſua nemo
certus eſſe poſſit, quis non videt, q̃ ſit metuendum vel ad vnam horam excommunicari? Et
hoc eſt, quod diſcipuli Ieſu hodie, audito verbo. Et abſq; ſynagogis facient vos, &c. adeo q̃ſi
ex maximo periculo & dãno fuerint triſtes ac metuentes: nimiꝝ non neſcij, quod extra ſyna
gogam aliquãdo non fuiſſet ſalus: Quanq̃ tum non erat periculũ vel timor, ſi quis eorũ eijce-
retur ex ſynagoga, quæ iam tum propter incredulitatem Iudæoꝝ dei ſynagoga eſſe deſierat,
Apocal. 2 fieriq; cœpta Satanæ, Vnde apoſtoli inſtructi, deinde ſua ſponte erant exituri aliam & veram
ſynagogam, quæ eſt Chriſti eccleſia, fundaturi, à qua tam foret periculoſum eijci & quidem
periculoſius q̃ olim ex veris ante Chriſtum ſynagogis propelli, quo durius eſt amittere veri-
tatem quàm vmbram.

¶HOMILIA XLIX. DE EO QVOD SCRIPTVM EST, Iohan. 14 Ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia, quæcunq; dixero vobis.

In feriis dominicę pentecoſtes.

NON poteſt hæc dies hodierna nõ eſſe vel maxime feſta, eadẽq; ſo- A
lennis omnibus probe Chriſtianis, in qua ineffabilis iteꝝ atq; iterũ
dei maximi patris clementia apparuit: nimiꝝ cui nõ ſatis viſum eſt
ſuũ ad nos, noſtri cauſa filium è cœlo mittere, quos docẽdo ab erro-
ribus reuocaret, moriẽdo redimeret, reſurgẽdo releuaret, aſcẽdẽdo
cõfortaret, & quò illũ ſequuturi eſſemus oſtẽderet, ſed & ſpm̃ ſuum
ſanctũ ſibi coæternũ & ſecũ vnàq; cũ filio cõſubſtantialẽ (q ab vtro-
q; ſimul procedit) ſup eoſdẽ mittere dignatus ſit, q in linguis igneis
ſe illis oſtẽderet & virtutẽ daret. Vnde doctrinã filij fide ſuſceptã te
nere ſine dubio, docere ſine formidine, operari ſine fatigatiõe ſuffice
rent, Ita cuius virtute ſpũs in vtero virginis dei filius vnigenitus verus deus factus eſt homo
Roma. 8 perfectus, eius quoq; beneficio hoĩes effici per adoptionẽ dei filij meruerunt. Sane ſi quis ſpi-
Galat. 4 ritũ Chriſti (inquit apl̃us) non habet, eius nõ eſt. Ille quidem (Luca ſcribẽte) hodie ſuper apl̃os
Actoꝝ. 4. 2 veniens, ſuper ſingulos eoꝝ ſedit, & diuini amoris flamma eorum corda ſuccendit, vt iam in
deum ex toto corde peramantes, illi ſe in omnibus & per omnia eſſe obſequẽtiſſimos ad mor
tem etiam vſq; duriſſimã exhiberent. Linguis quoq; eoꝝ inaudita repleuit, incredibiliq; facũ
dia. Vnde vna lingua & voce perſonantes, auditoribus vel quamlibet barbaris, ſibiq; inuicem
loquendi ratione diſtantiſſimis, haud minus efficaciter q̃ aperte ſuas ſingulis linguas, ſua idio-
mata, patrios ſermones audiendos, intelligendos, retinendoſq; tradiderunt.
Sapiẽ. 1. ¶Eſt igitur hodie illud Sapientiæ impletũ: Spiritus dñi repleuit orbẽ terrarum. Et hoc ꝗd B
Iohelis. 2 cõtinet omnia ſcientiam habet vocis. Et hoc quoq; Iohelis. Et erit, poſt hoc effundã ſpiritũ
meum

meum ſuper omnẽ carnem,& prophetabunt filij veſtri,& filiæ veſtræ. In hac eñ hodierna
quinquageſima, quæ pentecoſte dicitur, poſt reſurrectionẽ dñi die cõpleta, quũ pariter om̃es Actorũ. 1.
eſſent apoſtoli cũ Maria matre Ieſu in eodẽ loco cõgregati (illis quidẽ iã antea erat à dño cœ-
lũ aſcenſuro ꝓceptũ, ne ab Hieroſolymis diſcederẽt, ſed expectarent promiſſionẽ patris: ſiqui Actorũ. 2
dem accepturi eſſent virtutem ſuperuenientis ſpũs ſancti) ſcribit Euangeliſta factũ eſſe ſubito
de cœlo ſonum perinde aduenientis ſpũs vehementis,& repleſſe totam domũ, vbi erant ſe-
dẽtes, apparuiſſe'ꝗ illis diſpartitas linguas,& varijs linguis. ſ. magnalia dei cœpiſſe loqui, pro-
ut ſpiritus ſanctus dederit eloqui illis. Et hoc eſt, quod Chriſtus dominus eius ſpũs promiſſor
& miſſor, hodie ait. Ille. ſ. ſpiritus ſanctus, paracletus vos docebit omnia,& ſuggeret vobis
omnia, quæcunꝗ dixero vobis. Ad ea ſane verba plenius accipienda ſciendum eſt.

D ¶Primo, Spiritum ſanctũ eſſe deum latũ in ſuam eſſentiã per amorem à patre, filio'ꝗ proce
dentem. Deus etem̃ pater amat eſſentiã ſuam, quã & filius eandẽ amat, quæ amoris latio paſ-
ſiue ſumpta, id eſt deum patrem & filiũ latum eſſe ad eſſentiam ſuam per amorẽ vnicum, ſub-
ſtantia eſt, non etiã accidens, ſed dei natura, qa quum non niſi vna ſubſtantia in deo ſit (quod
facit eius infinitas) quicquid eſt in deo, dei eſt natura. Atqui oportet hanc ipſam lationẽ à pa
tris, filijs'ꝗ perſona diſcerni, quum nequeat intelligi, qui fert,& latum eſſe nullo diſtare modo.
Sic intelligimus hoc totum per amorẽ latũ eſſe deum patrem & deum filium in dei ſubſtan-
tiam ſiue eſſentiam, quum habeat conditiones ad perſonæ diuinæ rationem neceſſarias, per-
ſonam eſſe in diuina natura tertiã, ideo recte ſpiritum dici. Primo, à ſpirare, quod eſt ſubtili-
ter officio aeris huc atꝗ illuc ferri, iuxta ſaluatorem dicentem. Spiritus vbi vult ſpirat,& vo- Iohan. 3
cem eius audis, ſed neſcis vnde veniat, aut quo vadat. Si modo ſpiritus interſit ferre, præſer-
tim ſi amor accedit, ſequi conſtat eam, de qua diximus, paſſiuam lationẽ dici ſpiritum. Nã vn
de putes ſuſpirare amantes niſi quia ferre non valentes amatorum abſentiam incaleſcunt deſi-
derio,& ideo refrigerandi cordis gratia, frigidũ aerem ſolito copioſius attrahentes,& iam ca
lefactum emittentes ſuſpirare coguntur. Sic itaꝗ quum ſpirare tandem nihil aliud ſit, ꝙ ore fla
tum emittere vel cauſare, Vnde aliàs ſcriptura. Formauit dominus deus hominẽ de limo ter- Geneſ. 2
ræ,& inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ,& factus eſt homo in animam viuentem. Et
rurſus. Et qui inſpirauit illi animam, quæ operatur,& qui inſufflauit ei ſpiritum vitalem. Sapiẽ. 15
Qua etiamnum ratione putamus hunc ſpiritum ſanctum, de quo ſermo noſter, non eſſe aliud
(vt omnia clarius doceantur) quàm quendam ineffabilem ab ore, corde'ꝗ patris & filij flatum
procedentem, qui nobis non intelligentibus inſufflet, inſpiret, doceat, inſtruat,& quæ ad ſa- Iohan. 20
lutem attinent, reuelet. Vnde Euangeliſta alibi. Hæc quum, inquit, dixiſſet, inſufflauit,& di- 2. Petri. 1.
xit eis. Accipite ſpiritum ſanctum. Ad hunc modum Petrus ſcribit. Sanctos dei homines ſpi-
ritu ſancto inſpiratos eſſe loquutos: quoniam prophetia non voluntate humana aliquando
fuerit allata. Hic vero non erit ſcrutandum de natura eius inſpirationis & inſufflationis, vtpo
te quæ ſit humano ſenſu ac humana ratione incomprehenſibilis. Quis enim generationem fi Eſaię. 53
lij, quis etiam ſpirationem illam ſpiritus enarrare poſſit, quæ propter noſtram hauddubie fra
gilitatem ſimilitudinario perinde exemplo cœpit hoc nomine appellari, quum ijs loquendi
modis plerunꝗ ſemper Chriſtus ſit vſus, vt aliquo modo diuina ipſa per hæc humana intel-
ligeremus, vnde & verbum eſt dictum,& caro factum, vt nobis humanitus loqueretur, quæ Roma. 1.
diuinitus ſunt ineloquibilia, quemadmodum & inuiſibilia, inquit apoſtolus, ipſius à creatura
mundi per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoꝗ eius virtus & diuini-
tas. Sic Chriſtus ferme cœleſtia & quæ dei adeo'ꝗ cœli ſunt omnia nobis conatus eſt ſenſibi-
libus exemplis oſtendere, vt quæ aliquando certò (vt Paulus teſtatur) facie ad faciem ſumus 1. Cor. 13
viſuri, hic ſaltem, quatenus noſtra interſit, per ſpeculum in ænigmate videremus: Nam ſi, in- Iohan. 3
quit Ieſus, terrena dixi vobis,& non creditis, quomodo ſi dixero vobis cœleſtia credetis? Sa-
ne non ſapere queunt elemẽtata ſupra (vt ita dixerim) elementa. Quum autem illuc peruene-
rimus, hoc corporis onere ſoluti, omnia vti ſunt in ſe intelligemus, nec tunc in parabolis lo- 1. Iohã. 4
quetur dominus: quippe, cui, quum apparuerit, ſimiles erimus,& (teſte Iohanne) eum, ſicuti ẽ,

E videbimus. ¶Sic etiam (vt redeamus vnde digreſſi ſumus) hodie ſuffecerit ſcire, Spiritum
ſanctum eſſe deum latum in ſuam eſſentiam per amorem à patre, filio'ꝗ procedentem, dici'ꝗ
potiſſimum propter nos ſpiritum à ſpirando, quod velut incognitus halitus quiſpiam à pa-
tre filio'ꝗ deo, ſubtili mirabili'ꝗ modo procedens, progrediens, aduenienſ'ꝗ nobis, vt ventus
aliquis ſecretiſſimus, maxime'ꝗ ſubtilis pertranſiens ac penetrans inſpiret, ſufflet, immittat'ꝗ
quæ ad ſalutem ſunt neceſſaria,& ſingulis, vt vult, vt oportet, pro loco quidem & tempore & Sapiẽ. 7
perſona quæcunꝗ diſpenſans: ſiquidem ille ſit, adfirmãte ſcriptura, ſpiritus domini ominum 1. Cor. 12
artifex, omnem habens virtutem, omnia proſpiciens, qui (vt apoſtolus ſcribit) idem dominus
& deus operatur omnia in omnibus, alij dans ſermonem ſapientiæ, alij ſermonem ſcientiæ,
alteri fidem, alij gratiam ſanitatum, alij operationem virtutum, alij prophetiam, alij diſcreti-
onem ſpirituum, alij genera linguarum, alij interpretationem ſermonum. Et hæc quidem

omnia operatur vnus atq; idem ſpiritus,diuidēs ſingulis prout vult. Hinc & aliàs ſcribit idem
Roma.12 apoſtolus. Dico enim per gratiam,quæ data eſt mihi,omnibus,qui ſunt inter vos,non plus ſa
pere quàm oportet,ſed ſapere ad ſobrietatem,& vnicuiq;, ſicut deus diuiſit menſuam fidei.
Sicut eñ in vno corpore multa membra habemus,omnia autem membra non eundem actū
Actorū.2 habent,ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto,ſinguli autem alter alterius membra haben
tes donationes ſecundundum gratiam,quæ data eſt nobis,differentes. Ideo & Lucas hodie
ait. Apoſtolos ſpū ſancto repletos varijs linguis loqui cœpiſſe,prout ſpūs ſanctus dedit elo-
qui illis. ¶Vnde plane & ſatis ſuperq; ſatis impletū hodie accipimus,quod Chriſtus in cœ- E
na nouiſſima dixit: παράκλητος autem ſpiritus ſanctus, quem mittet pater in nomine meo,ille
vos docebit omnia,& ſuggeret vobis omnia,quæcunq; dixero vobis,nimirū qui non hodie
Matt.10 tantum per apoſtolos,ſed & deinde per ipſos & alios Chriſtifideles illorū ſucceſſores,quæ ſa
Marc.13 lutis fuere,ſuggeſſit & loquutus eſt & loquuturus,Chriſto dicente. Et cum duxerint vos tra-
Lucæ.12 dentes,nolite præcogitare,quid loquamini,ſed quod datum vobis fuerit,in illa hora id loqua
εἶπον mini. Non eñ vos eſtis,qui loquimini,ſed ſpiritus patris veſtri, qui loquitur in vobis. Quod
vero nonnulli hic malint verbum εἶπον,pro dixi aut dixerim per præteritum,q̃ dixero,per
futurum transferre,quoniā pauciſſima vel prorſus nulla ſuperfuerint à Chriſto ipſis dicenda,
Johan.16 non omnino probo:quandoquidem deinde Chriſtus ad eoſdē euidēter dixerit. Adhuc mul
ta habeo vobis dicere,ſed non poteſtis portare modo. Cū autē venerit ille ſpiritus veritatis,
docebit vos omnē veritatē. Recte igitur(vt hactenus eſt lectū) dixero,putatim legendū. Ita
nimirum,vt deinde ſpiritus ſanctus ſuggeſſiſſe & commemoraſſe intelligatur quæcunq; do-
minus dixerat,ſed obſcuritatis cauſa vel intellectus tarditate commendare memoriæ nō po-
Johā.20 tuerunt. Cuiuſmodi ſunt pleraq; omnia,quæ ab Euangeliſtis ad poſteritatē literis ſunt tra-
et vltimo dita,de quibus Iohannes. Multa quidem,inquit,& alia ſigna fecit Ieſus in conſpectu diſcipu-
lorum ſuorum,quæ non ſunt ſcripta in libro hoc. Et rurſus. Sunt autem alia multa, quæ fecit
Ieſus,quæ ſi ſcribantur per ſingula,nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos, qui ſcriben
di ſunt, libros. ¶Hæc igitur & alia,quæ intellectu difficilia à Chriſto diſcipulis dicta fuere F
ſpiritus ſanctus comprobatur ſuggeſſiſſe & ad memoriam,ſimulq; intellectum retuliſſe, & ab
ijs tandem eodem authore ſcriptis mandata. Quæ vero vel Chriſtus non dixit vti intellectu
difficilima vel dicta literis tamen non omnia tradita,idem ſpiritus ſanctus intelligitur Apo
ſtolos nedum,ſed eorum ſucceſſores,vtpote eccleſiam vere ac recte docuiſſe,hodiernaq; die
docere, docturusq; vſque ad conſumationem ſeculi. Quandoquidem ipſe dominus teſte-
tur ſpiritum ſanctum eatenus à patre,filioq; miſſum, quatenus apud nos in æternum mane-
ret,conſolator eccleſiæ contra hæreſes,futura nobis prædiceret ac annuntiaret,verba Chri-
ſti nobis interpretaretur,noſq; in omnem veritatem duceret, Docturus, inquam, eccleſiam
in cunctis quæ ad fidei neceſſitatē pertinerent,eaq; idē ſemper deus ſpiritus diuerſa pro loco
& tempore & [illegible] ona diſpenſaret:vnde proculdubio factum,quod ob hanc perpetuam ſpi-
1.Timo.3 ritus ſancti præſentiam Paulus ipſam eccleſiam (quæ vt plurimum concilio repreſentatur,)
columnam & firmamentum veritatis appellarit:nimirum quod hoc ſpiritu veritatis tam ſo-
Actorū.15 lide fulciatur,vt nequeat in errores aliquos impingens diutius in eis perſeuerare. Sic ſpiritu
1.Corī.11 ſancto authore vltra hæc,quæ Chriſtus docuit,apoſtoli in Hieroſolymitano Concilio edo-
1.Corī.7 cti decreuerunt,abſtinendum eſſe ab immolatis ſimulachrorum & ſanguine & ſuffocato. Sic
indubie Paulus,ſpiritu ſancto ſuggeſtore, quod dominus non dixit, docet mulierem vela-
to capite orare debere. Et rurſus. Nam cæteris dico, inquit, ego,non dominus. Si quis vxo-
rem habet infidelem, & hæc conſentit habitare cum illo, non dimittat illam. Et ſic hoc
genus alia,quæ non leguntur à Chriſto dicta,apoſtolis adeoq; ipſi eccleſiæ à ſpiritu ſancto
creduntur tradita,reuelata & ſuggeſta,quæ haud ſecus ſunt ſeruanda quàm ſi à domino præ-
1.Theſ.4 ſente dicta fuiſſent:quandoquidem ait apoſtolus,qui hæc ſpernit,non hominem ſpernit, ſed
deum,qui etiam dedit ſpiritum ſuum ſanctum in nobis.

¶Ex ijs modo perſpicuum euadit,quum peccant in deum,qui ſpernunt & floccifaciūt de- G
creta in Concilio eccleſiæ,quum non aliunde q̃ à ſpiritu ſancto proficiſci & profecta eſſe cō-
probent. Nō eñ ſolū propter apl'os,q tū p̄ſentes erāt,ſed ꝑpter oēs Chr̄ianos,q̄tq̄t eſſent futu
ri(q̃diu militat in terris eccleſia)pollicitationē hāc hodiernā,adeo factā apte intelligimus, vt
Johan.14 expreſſim dixerit. Et ego rogabo patrē & aliū paracletū dabit vobis,vt maneat vobiſcum in
æternū,ſpm̄ veritatis. Propter q̊s maneat in æternū.i.ad cōſumationē ſeculi,quſq; etiā dn̄s ꝑ
Mat.vl. miſit ſe apud eos manſurū. Vtiq; nō propter apl'os ſolū,qui dudū vita defuncti ſunt, ſed pro-
pter eccleſiam ab ijs vſq; ad finem mundi propagandam,inſtruendam,conſumendam. Nam
alioqui quid ageret ſpūs ille,ſi pro loco & tēpore veritatē ad eccleſiæ vtilitatē haud diſpēſaret
quum certe ocioſius eſſe non poſſit,qui ad tantum negotium,tam inclytus,à tam eximijs per-
ſonis, patre videlicet & filio miſſus eſſe non ambigitur, ſed indefeſſus negotium, ob quod
miſſus eſt, agere credendus ſit, maxime, quod eius gratia, & infuſione opus ſit vſque
ad con

ad conſumationem ſeculi pro gubernanda Eccleſia, ad cuius vtilitatẽ Deus (teſte Apoſtolo) Ephe. 4.
quoſdam qdem Apoſtolos, quoſdam vero Prophetas, alios vero Euangeliſtas, alios paſtores & doctores dedit, vtiq; ait Paulus, in opus miniſterij, in ædificationẽ corporis Chri, donec occurramus oẽs in vnitatẽ fidei, in mẽſuram ætatis plenitudinis Chri, vt iam non ſimus paruuli fluctuantes & circũferamur omni vẽto doctrinæ, in neqtia hoĩm, in aſtutia ad circũuentionẽ erroris. Ad hoc igiť, q̃d vſq; ad finẽ ſeculi futuꝝ eſt, Chrũs dñs ſpiritum ſuum miſit: nimirum q vel hæreſi aliqua incũbente vel neceſſitate aliqua cogẽte, ipſam Eccleſiam, quę ab Apoſtolis vti fundamẽtis cœpit, doceret omnia, quæ ipſe dominus vel difficiliora paulò vitam adhuc agens dixit, & quæ difficillima reſeruauit, idem pro loco & tpe ſuggereret, diſpẽſaturus ad ſuum votũ. Id qđ tantũ abeſt, vt Eccleſiæ (quæ vt plurimũ, concilio reprǽſentať) non certò Matt. 18
totũ ſuggerat & infundat, vt Chriſtus etiamnũ aliàs dixerit: Vbi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eoꝝ. Si hoc, quanto igiť magis in medio eſt totius Eccleſiæ, ſimul adunatæ in concilio generali, per ſpm̃ ſuum illam docens omnia, & ſuggeret omnia quæ dixit, & dici vult, docturuſq; omnẽ veritatẽ, credendoꝝ ſcilicet & agẽdoꝝ ad rectam Eccleſiæ ædificationẽ, hocq; non modo Eccleſiæ toti eidemq; ſimul coadunatæ, ſed & ſingulis Acto. 1.
nobis, vti Apoſtolis hodie, faciet, ſi & nos cum Apoſtolis ipſis perſeuerauerimus vnanimiter in oratione, cum Eccleſia deuoti orantes: Deus qui corda fidelium ſancti ſpiritus illuſtratione docuiſti, da nobis in eodem ſpiritu recta ſapere, & de eius ſemper conſolatione gaudere. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum.

HOMILIA L. DE EO, QVOD SCRIPTVM EST IOhannis. 13. Qui autem non credit, iam iudicatus eſt.

Feria ſecunda pentecoſtes

A NON EST, QVOD PLERIQVE MIRANTVR CVR Eccleſia hac altera pentecoſtes adeoq; feſta ſpũs ſancti die hoc Euangelium cenſuerit præcipuè legendum: In quo nulla planè fit mẽtio de ſpiritu ſancto. Quibus reſpondendum exiſtimo, hoc ipſum Euangelium vľ ideò rectè in ſingulare prǽconiũ ſpũs ſancti hodie legi, quoniam inibi agatur de ineffabili Dei Opt. Max. erga mundum charitate & dilectione, qua ille ductus proprio filio ſuo, vt Apoſtolus ait: nõ pe Roma. 8.
percit, ſed pro nobis oĩbus tradidit illum. Porrò & ſpũs ſanctus charitas eſt (Iohanne ſcribẽte) Deus charitas eſt, & q manet in c[illegible]tate, in 1. Iohã. 4
deo manet, & deus in eo, & idẽ quoq; charitas adeò [illegible]charitatis, Acto. 2.
amoris & pacis author, vt in die pẽtecoſtes vľ ideò in ſpecie ignis apparuerit, quo intelligeret, ſe intus in cordibus diſcipuloꝝ ardorem charitatis opari, quẽ viſibili ſigno demonſtraret, q & ꝑpterea ignis à dño appellať, dicẽte: Ignẽ veni mittere in terram, & qd volo, niſi vt accẽ- Lucæ. 12
dať? quũ is oẽm in hoĩem potẽs ſit dilectõis verę ac ſanctę pacis ardorẽ vſq; adeò exuſcitare, vt Roma. 8.
nihil terroris eũ, in quo ſit hęc ipſa charitatis fauilla, à charitate dei, vt eſt apud Aplm̃ dimouere poſſit, quo factũ, vt igne charitatis ſpũs ſancti apli ſuccẽſi nihil pęnaꝝ amore Ieſu timuerit Acto. 5.
ſed tã itrepidi añ pręſides & reges ſteterunt, vt aliàs gaudẽtes à cõſpectu cõcilij iuerint, qm̃ digni eẽnt habiti ꝑ noĩe Ieſu contumeliã pati: quẽ ideoq; Paulus deũ pacis & dilectõis vocat, & 2. Cor. 13
alijs adeſſe optat, & Epheſios ſeruare vnitatẽ ſpũs in vinculo pacis cohortať: nempè, qđ is ſit Ephe. 4.
charitas & pax, & charitatis & pacis infuſor, ſine quo nulla eſt charitas, neq; pax, nec eſſe põt inter litigantes & diſcordes. Hinc (inquam) non immeritò Eccleſiam ſtatuiſſe hoc hodie Euãgelium legendum, in quo de dilectione Dei, quæ ſpũs ſanctus eſt, eiuſq; præcipuus author mẽtio habeť.

B ¶ Præterea, quũ hactenus Eccleſia ea ſtatuit legẽda Euangelia, quæ potiſſimũ de vera in Ieſum Chrm̃ fide diſſeruerunt, & quæ ad humanæ Chriſti Ieſu incarnationis & vitæ diſpenſationẽ attinẽt, docuerunt, hodie actutũ ſubiungit Euangelium, quo contineť ſalus credentium: nempè, qui habent vitam æternam, & diſpẽdium non credẽtium, q nunc ſunt iudicio obnoxij, dicẽte dño: Qui autẽ non credit iam iudicatus eſt. Terribile vtiq; verbum & quo non eſt aliud magis tremendum, & non aliud magis à multis peruerſe vſurpatum.

C ¶ Circa quod fortaſſis paulò ſimplicior quidam ſuſpicatur ſcripturas ſibi contrarias, quarum vnã hodie dicit, Chriſtum non miſſum, vt mundum iudicet, ſed vt mundus ſaluetur per Iohan 3
ipſum. Et alibi: Non veni vt iudicem mundum, ſed vt ſaluificẽ mundum. Altera vero ait: Quo Iohã 12 Pſalm. 95
niam venit. ſ. dñs iudicare terrã. Iudicabit orbẽ terræ in æquitate, & populos in veritate ſua. Et rurſus: Deus aũt annuntiat hominibus, vt omnes vbiq; pęniam agãt, eo q̃d ſtatuit diẽ, in q̃ Acto. 17.
iudicaturus ẽ orbẽ in æqtate in viro, quẽ ſuſcitat à mortuis. Et iteꝝ: Teſtificor corã deo, & Ie 2. Tim. 4.
ſu Chriſto, qui iudicaturus eſt viuos & mortuos & cętera. Rñdendũ ẽ: Scripturas priores loqui de primo Ieſu Chriſti in hunc mundũ per natiuitatẽ aduentu, quo non iudicaturus, ſed vt ſal-

Digitized by Google

Matt. 1. Acto. 1 uum faceret mundum à peccatis eorum, vnde & Ieſus, id eſt, ſaluator dictus venit. Secundas vero loqui de ſecundo poſt huius ſeculi conſumationem aduentu, quo in ſua maieſtate, vti cœlũ aſcendit, ita in ea forma venturus eſt ſeculum iudicaturus, & vnicuique ſecundum opa eius redJohel. 2 3 diturus, vnde & ſimul ſaluator eſt idemque iuſtus iudex. Iudex (inquam) in ea die, ſecundũ ProMat. 24 phetam, magna & terribili valde, in qua cœli & terra mouebunt. Et apparente iam ſigno filij Marc. 13 hominis in cœlo, plangent omnes tribus terræ, & videbunt filiũ hoïs, venientem in nubibus 1. Theſ. 4 cœli cum virtute multa & maieſtate: nimirum q veniet (ait Apl'us) in iuſſu & in voce archangeli & in tuba Dei ſtrenuus & tremẽdus iudex iudicaturus mundum, quẽ prius vnà ſaluatũ venit.

Marc. 16 Joban. 3 ¶ At (inquis) quem mundum eſt iudicaturus? Incredulum reſpondet Chr'us: Qui em̃ crediderit & baptizatus fuerit, hic ſaluus erit: Perit em̃ duntaxat, q non credit in nomine vnigeniti filij Dei. Ergo inquis (ita enim nunc nonnulli ſibi contra Dei iuſtitiam & veritatẽ blandiuntur) ſolus infidelis, vt eſt Gentilis, Sarracenus, Iudæus, Turcus, hocque genus alius à Chriſtiano nomine alienus iudicabit & cõdẽnabitur, nõ etiam aliqs nomine Chr'ianus vel quãmlibet peccator, modo in Chr'i miam fidat? Atqui reſpondeo, non mõ eum dici infidelẽ & ſine Chr'i fide, q à Chr'i nomine eſt alienus, vti Iudęus, ſed & eum q factis. ſ. malis & improbis, & à Chriſti vita atque mandato alienis Deum Ieſum Chr'm negat, cuiuſmodi ſunt improbæ vitæ Chr'iani, Titum. 1. & quos verbales dixerim non oparios Chr'ianos, de qbus Apl'us: Confitent (inqt) Deum noſſe factis autem negant, cum ſint abominabiles, & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi, Galat. 5 quorum. ſ. infideliũ factis coinqnatæ ſunt mẽs & cõſcia. Vides ergo quod iſtos Paulus non fideles eſſe dicit, quandoqdem hæc ſit vera iuſtificatõis fides, quæ (eodem authore) p dilectionem opatur & in finẽ vſque pſeuerat. Et ſic nimirum licet mali Chr'iani (vt apertius loquar ſimplicioribus) infidelitatis non præcipuè iudicabunt, operum tamen malorum grauiorẽ ſuſtinebũt pœnam 2. Pet. 2. & grauius iudiciũ, Petro dicẽte: Melius em̃ erat illis non cognoſcere viam iuſtitiæ, quàm poſt Mat. vl. agnitionem retrorſum conuerti ab eo, quod illis traditum eſt ſancto mãdato. Sanè inqt dñs: Euntes ergo docete omnes gẽtes, baptizantes eos in noïe pr'is & filij & ſpũs ſancti, docẽtes eos ſeruare oïa, quęcunque mandaui vobis. Non eſt ergo qd aliqs ſibi hodie blandiat confiſus mia, eaque voce abutens dñi, dicentis: Non em̃ miſit Deus filium ſuũ, vt mundũ iudicet, ſed vt ſaluet mundus p ipm &c. Etem̃ hoc de priore locutus eſt aduentu, quo clemens & miſericors dñs remiſſionem oïm peccatorum per baptiſmum primo, & poſtea per pœniam fecit, qui ſi non hoc Roma. 2. pacto feciſſet, vniuerſi ſimul (vt etiam adfirmat Chryſoſtomus) perditi eſſent. Omnes qdem peccauerunt & egent gloria Dei & gr'a. Ne igit quiſpiam crederet ſe impunè peccare, ſubdit de pœna non credẽtis. Qui credit in eum, non iudicat, nõ vtique iudicat ſcd'm hoc quod credit, Matt. 12 Lucæ. 11. ſed operum malorum grauiorem pœnam luet, quum illius nouiſſima ſint prioribus facta peiora, quàmuis verè in eum credat, qui adhæret ei, vt membrum capiti, & ſic non iudicabitur.

¶ Sed rurſus (aiunt) nullũ ideò erit in nouiſſimo die iudiciũ, quando oïs incredulus (vt Dñs hodie ait) ſub quo & malus Chr'ianus contineri ſolet, iam iudicatus eſt, alibi non iudicandus? Reſpondeo, quatuor forè ordines in nouiſſimo iudicio. Electorum qdẽ primũ eorum, q non iudicandi ſed ſimul pinde iudicantes ſaluabunt, vt quorum bona nullis ſunt malis pmixta, veluti fueMatt. 9. re hic pfectè viuẽtes. Ad quos alibi Chr'us: Vos q reliquiſtis oïa, & ſecuti eſtis me, cũ ſederit fiLucæ. 22. lius hoïs in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſup ſedes duodecim, iudicantes duodecim triTobię. 4 bus Iſrael, vtpote approbantes vti adſeſſores ſñiam. Secundum, eorum, qui iudicandi ſaluabunt quorum opera bona aliquot ſunt malis venialibus pmixta, q perinde reſiduis maculis non plenè purgati vitæ maculas lachrymis tergunt, operibus miſericordiæ peccata redimentes. Ad Matt. 25 Lucæ. 3 quos Chriſtus: Eſuriui, & dediſtis mihi manducare: ſitiui, & dediſtis mihi bibere. Reproborum pariter genus: Primũ eſt eorum q & dñiudicabunt & damnabunt, vti ſunt quorum mala videntur bonis permixta, q Chriſtianæ fidei myſterijs initiati fidei opa negligunt: ſuam fidem adeò Titum. 1. mortuam faciẽtes, vt Apl'us eos (vt pauloante diximus) inter planè incredulos collocauerit, Jaco. 2 vtpote factis Deũ negantes, ad qs dñs: Eſuriui & nõ dediſtis mihi manducare. Sitiui & nõ deMat. 25. diſtis mihi bibere &c. Diſcedite à me maledicti in ignẽ æternũ, q paratus eſt diabolo & angeLuc. 13 lis eius. Bonũ em̃ ingt Iacobus, ſciẽti & nõ faciẽti pctm̃ eſt &c. Scd'm eorum eſt, q nõ propterea Jacob. 4. iudicabunt, quũ iam ſint iudicati ſed damnabunt, de qbus hodie dñs & ſunt, quorum mala nõ reperiunt permixta bonis, vtpote q vel prorſus nõ crediderunt, vel à fide oïno apoſtatarunt, q Roma. 2. em̃ (teſte Apl'o) ſine lege peccauerũt, ſine lege peribũt: ſicut ij (inquam) nõ iudicantis ſñia, ſed Gene. 1 rei natura iudicati: queãdmodũ protoplaſti die, qua de ligno comederũt, mortui ſunt. Atqui Pſalm. 1 infideles impij (ait Propheta) non reſurgent in iudicio ſed tormentum luent: vtpote, qui tenebris infidelitatis prçiudicati non merẽtur argui ab eo, quem deſpexerunt. Quemadmodũ princeps Rempub. regens, aliter punit ciuem interius delinquentem, aliter hoſtem exterius rebellantem. In illo quidem iura ſua conſulit, contra hoſtem vero bella mouet, dignaque eius malitię tormenta retribuit, de malo vero eius. quid lex habeat non requirit, neque em̃ lege perimi neceſſarium eſt, qui lege nunquàm potuit teneri.

¶ Rectè

Digitized by Google

E ¶Rectè igit à dño dictum accepimus, eum q non credit, iam eſſe iudicatum, nec iudicandũ
ſed condemnandũ cum cæteris malefactoribus. ſ. malis Chr̃ianis in ea iudicij die & hora, quã
do libri conſcĩarum aperientur, videbitq́ȝ vnuſquiſqȝ mira celeritate (Deo ita ordinante) oĩa Johan.8
ſua facta, non ſecus atqȝ aliàs Iudæi, Chriſto in terram digito ſcribente, ſua creduntur omnia
ſcelera quaſi ex libro vidiſſe. Quandoquidem ait Paulus: Omnes nos manifeſtari oportet, an- 2.Cor.5
te tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſqȝ propria corporis prout geſſit ſiue bonum ſiue ma- Apoca.3.
lum, tunc quoqȝ (vt ſcripturæ teſtantur) dabit Deus vnicuiqȝ ſecundum eius opera. Et ibunt Matt.25
(domino dicente) mali in ſupplicium æternum, iuſti autem in vitam æternam. Johan.5

F ¶O iuſtum ſine miſericordia, ò tremendum ſine conſolatõe iudiciũ, malis ex omni qdem
parte ſimul horrendum. Supra quidem videbunt iudicẽ iratum, ſubtus, inferos patentes, intus
conſcĩam remordentem, extra, mundum ardentẽ, à dextris, peccata accuſantia, à ſiniſtris, in-
finita dæmonia terrentia, circa, bonos angelos ad inferna loca depellentes, & malos eò pertra Matt.13
hentes: qui & propterea proculdubio eiugulantes & vlulantes exclamabunt ad montes, &
petras: Cadite ſuper nos, & colles cooperite nos, abſcondite nos, à facie ſedentis ſuper thronũ Lucæ.23.
& ab ira agni. Vos itaqȝ fratres dilectiſſimi, huius Euangelij memores ſæpenumero eius tam Apoca.6.
tremendi iudicij recordamini, nec vobis ſit tanta huius temporis lætitia, quæ à veſtra memo-
ria eius iudicij amaritudinem dimoueat, verum ſcripturam ſequentes, quæ dicit: Recordare
nouiſſima tua & in æternum non peccabis. Eccl.7.

HOMILIA LI. DE EO, QVOD SCRIPTVM EST, Iohannis. 10. Per me ſi quis introierit, ſaluabitur.

Feria tertia pentecoſtes

A SERVATOR NOSTER IESVS CHRISTVS VT PRO 1.Timo.3
immenſa ſua erga nos benignitate & clementia eos quos omnes ſaluos
fieri & ad cognitionem veritatis venire voluit, facilius & iucundius Johan.6.
citraq́ȝ inuidiam ſineq́ȝ aliorũ detractione ad ſe, id eſt, ad veram ſalutẽ
quæ erat ipſe, & quidem vehementius alliceret, vſus eſt ſæpenumero
ſermone ſimilitudinario: nimirum modo ſe panem vocans cœleſtem
vnde qui veſceretur, viueret in æternum, modo aquam viuam, vnde Johan.4.
qui biberet conciperet in ſeſe fontem aquæ ſalientis in vitam æternã, Johã 8.9
modo lucem mundi, quæ illuminaret omnium mentes, modo filium Johan.3
ac legatum Dei patris, cui qui fidem haberet, ſalutem æternam conſe- Johan.10
queretur. Id quod & agit hodie vt qui ſe nuper bonum paſtorem certis rationibus appellauit,
nũc oſtiũ ad ouile, & qd tale oſtiũ appellat, quo q ĩgredit ſaluus certo ſit futurus, dicens: Amẽ
amen dico vobis, quia ego ſum oſtium ouium, per me ſi qs introierit, ſaluabitur. Sanè in con
feſſo eſt, appellatione ouium venire homĩes, qui vel in fide ſunt, vel ad eam aliquandò venturi
vocabulo autem ouile intelligi Eccleſiam ipſam adeóq́ȝ congregationem ſaluandorum, vnde Johan.10.
ipſe dominus paulò ſuperius. Et fiet vnum ouile & vnus paſtor, ſiquidem vnum ſit ouile, id eſt, Cant.6.
vna Eccleſia, quę vno eodemq́ȝ ſpiritu ſancto regitur, per vnam illam in ſcripturis columbam Ephe.4.
aperto pręfiguratam & deſignatam, extra quam nemo ſaluari poteſt. Vnus eñ (inqt Paulus)
dñs, vna fides, vnũ baptiſma eſt, eius. ſ. vnius Eccleſiæ adeóq́ȝ ouilis, quo Chr̃us ait ſe hodie eẽ
oſtiũ, p quod ſit ſaluando intrandũ, qa p eum ſi qs fuerit ingreſſus, ſaluaf. Cæterũ q oſtiũ ea
ſit pars domus & ouilis, quę claudit ac aperit, id eſt, qua ingredimur, & qua vl' intrare vel exire Johan.14
phibemur, haud abs re videt, vt doceamus, q̃le ſit oſtiũ Chr̃us, quo (vt ipſe ait) ad ouile intraf, Roma.5.
& (vt Apl'us ſcribit) acceſſum habemus ad grãm in patre cœleſti: quandoqdem, ait ipſe domi-
nus: Nemo venit ad patrẽ niſi p me, ad quẽ & idẽ (eo ipſo teſte) via eſt. Videamus igit quale eſt
hoc oſtiũ, vt & diſcamus quales eſſe debeant & paſtores & oues, q intrent p ipſm, & acceſſum

B habeant ad grãm, qua ſalui ſint ppetuo. ¶Atq inueniemus hoc oſtiũ. ſ. Chr̃m, eſſe veracem
adeóq́ȝ ipſam veritatẽ, non poterunt itaqȝ ingredi mẽdaces. Dñe (quęrit Propheta) qs habita- Pſal.14.
bit in tabernaculo tuo, aut qs requieſcet in monte ſancto tuo? Qui loquit (reſpondet) veritatẽ 1.Cor.1
in corde ſuo, q non egit dolũ in lingua ſua. Oſtiũ hoc eſt, iuſtitia, & nobis (authore Paulo) factũ Pſal.14
iuſtitia, ergo nec iniuſti intrãt. In mõte eñ ſancto inqt Dauid, habitat, q opaf iuſtitiã, iuſtus ãt Johan.3
eſt, q facit iuſtitiã: hoc eñ oſtiũ, porta dñi ẽ illa, in quã (eodẽ Dauide canẽte) iuſti dũtaxat in- Pſalm.114
trabũt. Hoc oſtiũ humile ẽ & mãſuetũ de ſe aliàs inquiẽs: Diſcite à me, qa mitis ſum & humilis Matt.11.
corde. Igit nec p ipſm ſuperbi nec elati nec iracũdi intrant. Supbis qdem deus reſiſtit, humili- Jaco.4
bus aũt dat grãm. Hinc dñs: Amen (inqt) dico vobis, niſi cõuerſi fueritis & efficiamini ſicut par 1.Johã.5.
uuli, nõ intrabitis in regnum cœlorũ, ſanè paruulorũ eſt dei regnum. Eſt oſtium hoc nitidum Mat.18
& purum: ſiquidem cum Chriſtus (Eſaia teſte) iniquitatem non fecerit, neqȝ dolus fuerit in ore Marci.9 et 10
eius. Sic & qs q p hoc ipſm oſtiũ introire voluerit, purus ſit neceſſum ẽ & immaculatus, qñ quidẽ Lucæ.9

Prophe

Pſal.14 Popheta inquit:Domine,qui ingredit ſine macula,habitabit in tabernaculo tuo.In ipm em̄,
Apo.21 ait Apocalypſis,non intrabit aliquid coinquinatũ aut abominationẽ faciens,& mendacium. C
¶Per oſtium igit,q̊d eſt Chrus,veritatis,iuſtitiæ,humilitatis,manſuetudinis,adeoq; puri-
tatis & munditiæ non intrabit,neq; mẽdax,neq; iniuſtus,neq; ſupbus,neq; immundus,ſed q
Mat.22 eſt à vitijs purgatus p bona opa,alioqui oſtiũ non patiet eum intrare,vl certè fruſtra ingreſ-
Lucæ.14 ſum verus paſtor propellet ipſum indignabundus,dicẽs:Amice,quomodo huc intraſti,non
habẽs veſtẽ nuptialẽ,quẽ obmuteſcentẽ iuſſit ligatis manibus & pedibus,mitti in exteriores
tenebras,ibi erit fletus & ſtridor dentiũ.Etem̄ hoc oſtiũ continuo claudit malis,nec ſinit trãſi
re p ſe diſſimiles ſibi.Hoc nimirũ eſt,q̊d & illis quinq; inſipiẽtibus virginibus accidit,quæ qm̄
Origenes oleũ bonorũ operũ in vaſculis ſuis non collegerant, veniẽtes poſt moram,clauſum oſtiũ inue
libro.4.in nerũt.Nec em̄ poterant (inqt Origenes) inſipiẽtes animæ p oſtiũ introire ſapiæ,& acceſſum
Rho.Ep. habere in grãm. ¶Hinc hodie ſeriò monemur,ſi volumus in ouile.ſ.Eccleſiæ,primo mili D
tantis,deinde triũphãtis ingredi,& p oſtiũ qd' eius ẽ propriũ,ſaluari,neceſſum eẽ,vt p oſtium
Johan 13. ipm prius igrediamur tales,q̃le ẽ ipm oſtiũ doctrina & exẽplo,hoc ẽ,Chrm,q oſtiũ eſt,virtu-
Matt.16 tibus imitari,eo ipſo dicente:Exemplum dedi vobis,vt quemadmodum ego feci,ita & vos fa
Marc.8. Lucæ.9. ciatis.Et rurſum:Si quis vult venire poſt me,abneget ſemetipſum,& tollat crucem ſuam & ſe
quatur me.Qui ideoq; ad hunc modum ingreditur idem regredietur & paſcua inueniet,pri-
mo per ſtudium contemplationis,ſecretum oratõis,exercitium boni operis,exemplum bo-
næ actionis,ſecundo ex hoc militante ouili egredietur ingreſſurus ad triumphans ouile,& in-
ueniet paſcua,ſcilicet gaudij & gloriæ,ſanè egrediet ab hac ad gloriam & ęternam vitam,& ſal
Acto.4 uabit ingreſſus p oſtiũ,id eſt,p Chrm,quũ ſolus ſit ille,quo ad patrẽ pueniri poſſit,deputatis
ad hoc medijs opibus bonis,quæ nos ſuo exemplo docuit Chrus.Cuius ſolius nomen ſub cœ
lo datum eſt hominibus,in quo oporteat nos ſaluos fieri.

HOMILIA LII. DE EO, QVOD SCRIPTVM EST IO hannis.3.Tu es magiſter in Iſrael & hæc ignoras?

Dñica ſanctiſſime Trinitatis

SANCTA Nimirũ & nunq̃ ſatis extollenda nobis hæc eſſe dies de- A
buerit,in qua catholica Eccleſia tanq̃ pijſſima mater nos filios ſuos
eam pdocere fidẽ ſatagit,eiusq; fidei nos admonere conat,qua vl ſo-
Lact.li.1. la ſaluamur & ab alijs oĩbus gẽtibus oĩno ſeparamur:nimirũ ſoli fide-
1.inſti.c.4. les & ijdẽ Chriani.Sanè deorũ pluralitatẽ nõ mõ qui legẽ vl veterem
1.Cor.8. vl nouã receperũt Iudæi & Chriani,ſed & gẽtiliũ reprobarũt philo-
ſophi,lumine quaſi ſolo naturæ adiuti haud obſcure ſenſerunt,nihil
planè eẽ idolũ:quod & Aplus adfirmãs ait:Quia nihil eſt idolum in
Acto.17 mũdo,& nullus deus niſi vnus,ex quo oĩa,& nos in illo pater,& vnus
dñs Ieſus Chrus p quẽ oĩa,& nos p ipm.At vnus ille Deus(vt idẽ aliàs
alloquit Athenieñ.)q fecit mundũ,& oĩa,quæ in eo ſunt,cœli & terræ dñs,oĩbus dans vitam,
& inſpirationẽ,& oĩa,fecitq; ex vno omne genus hoĩm,inhabitare ſup vniuerſam faciẽ terræ,
definiẽs ſtatuta tpa,& terminos habitatõis eorũ,in quo viuimus & mouemur & ſumus.Et re-
Deuter.6 cta ẽ illa de vno deo ſnĩa adeoq; fides,quã & deus ipe adfirmat,inquiens:Audi Iſrael,dñs Deus
Eſai.46 veſter,Deus vnus eſt.Et rurſus:Recordamini prioris ſeculi,qm̄ ego ſum Deus,& nõ eſt vltra
Deus,nec eſt ſilis mei,annuntians ab exordio nouiſſimũ,& ab initio quæ futura ſunt,docens:
¶Porro Deũ illũ eẽ vnũ eundemq; eẽ trinũ,vnum.ſ.in eſſentia & trinũ in pſonis vſq;adeo B
nullus niſi pius Chrianus vnq̃ credidit,ſicut & certo indubitatoq; credere debet,vt eius in ſim
plici vnitate trinitatis indiuiduæ credẽdæ difficultate Sabellius olim & Arrius,Chriani antea
nõ cõtemnendi,&(ſi ſcd̃m hoĩem ſenſerimus)doctrina & ingenio excellẽtes,vnà cum ſuis ad
ſectatoribus in pniciosiſſimã hæreſim lapſi,& ab Eccleſia catholica pinde vt palmites ex vite
Johan.15 exciſi in æternũ ignẽ traditi ſunt:nempè,quorũ Sabellius ſublata diuinę vnitatis diſcretõe pſo
nali,eandẽ prorſus dixit eſſe pſonã patris & filij & ſpũs ſancti.Alter vero Arrius,ſubſtantiã di-
uinitatis diuiſit,q aliã & diuerſam poſuit ſubſtantiã patris & filij & ſpũs ſancti:quũ tamẽ neu-
1.Johan.5 ter horũ attenderit. ¶Primo ſcripturã in Iohanne ſcribentẽ:Tres ſunt,q teſtimoniũ dant in
cœlo,pater,verbũ,& ſpũs ſanctus,& ij tres vnũ ſunt,id eſt,nulla prorſus re à ſe inuicẽ niſi p-
Dani 5 ſonarũ pprietate,diſcreti. ¶Scd̃o figurã in Daniele:De tribus digitis vnius manus ſcribẽtis C
in pariete contra faciẽ Balthaſar regis in Babylone,cõuiuãtis cũ ſuis.Nimirũ tres digiti pinde
diſcreti,tres ſunt pſonæ diuinę,pater.ſ.& filius & ſpũs ſanctus,in vna manu,id ẽ,in vna eadẽq;
Eſa.40 deitate,æqualiq; maieſtate & gloria atq; potẽtia,de qbus digitis alibi ſcribit:Quis appẽdit tri
bus digitis molẽ terrę,& librauit in põdere mõtes,& colles in ſtateræ? Vtiq; deus,q vnus idẽq;
eſt in tribus pſonis Deus,vna manus,vna virtus,vna eẽntia mundũ ſuſtẽtat,vt Solomon in p-
uerbijs

Digitized by Google

E uerbijs diſſerit. ¶Tertio creaturã,& ex oibus creaturã ignis, q lucidus eſt, in quo cõſidera- Prouer.8
bis eẽntiam,ſplendorẽ,calorem'q;,neq; eẽntiam ꝓcedentẽ à ſuo ſplẽdore ſed ecõtrario qdẽ,
& calorẽ à ſua eẽntia & ſplẽdore. Ita nimirũ intelliges patrẽ à nullo,filiũ à pr̃e gigni & ſpm̃ ſan
F ctõ ab vtroq; ꝓcedere. Et certẽ hi tres vnũ ſunt, ¶Quũ itaq; poſt hæc humana & terrena ex-
empla hereticus iſte ſiue Arrianus ſiue Sabellianus cũ Nicodemo,q̃uis longẽ diſſimillimo ho-
die à nobis trinitatẽ deitatis in diuina vnitate eadem'q; prorſus ſimplici adſeuerãtibus quęſi-
uerit,dicẽs:Quo poſſunt hęc fieri.ſ.vt vnus ſit Deus idem'q; trinus? Nõnne cum Chr̃o ſummo
nr̃o doctore r̃nderimus rectiſſimè dicẽtes:Tu es magiſter in Iſrael,& hęc ignoras? Erat aũt Ni
codemus ex ꝓcipuo & ſublimiore Iudæorũ ordine,nimirũ phariſæus,& qdẽ Iudęorũ princeps Joban.7
Idem'q;(vt aliàs ſcribit Euãgeliſta) Galilæus,nec improbus,q dixit,ꝓ Ieſu defendẽdo corã Iu-
dæis.Nunqd lex nr̃a iudicat hoiem,niſi prius audierit ab ipſo,& cognouerit qd faciat? q & in ſe Joban.19
pulturã Ieſu Chr̃i attulit mixturã myrrhæ & aloes quaſi libras centũ. Hinc maxima eſt conie
ctura Chr̃m minimè Nicodemi hoc in loco neqtiam,quæ nulla erat,ſed inſipiẽtiam,ruditatẽ
adeo'q; quaſi humanam ſupbiam amaſſe,& formã in negotijs rerũ diuinarũ tractandarũ docu-
iſſe,quũ ait:Tu es magiſter in Iſrael,& hæc ignoras? In quo qdem dicto dñs noſter docet. Jacob.4
G ¶Primo,eum q alijs vt magiſter præeſt docẽdo,humilẽ eẽ oportere:quandoqdem Deus 1.Pet.5
ſupbis reſiſtit,humilibus aũt dat grãm. Sic ipſe dñs ait: Diſcite à me,qa humilis ſum corde. Matt.11
Sic qa idem voluit Nicodemũ naſci de ſpũ,ei q ſibi aliqd eſſe videbat,quũ erat doctor Iudæo-
rum,inſinuat humilitatẽ,dicẽs:Tu es & cętera,quando nemo,niſi humilis,à ſpiritu naſcatur, Roma.2
eſt, in vobis habitare. ſ. hic per fidem meā & gratiā, de qua manſione ipſe alibi ait. Si quis dili- Iohā.14
git me, ſermonē meum ſeruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & apud eum
faciemus manſionem. Et ſane Chriſtus dominus iuſſit. ſ. ſua gratia & inſpiratione virtuoſa,
vt capeſſeremus fidem, & per ipſam ſibi eſſemus domus & manſio: quandoquidem non no-
ſtra virtute, neq; vi, neq; merito noſtro ad fidem peruenimus, ſed Chriſtus pariter ad eam
gratioſe nos traxit. Ideo Chriſtus alibi. Nemo poteſt venire ad me, niſi pater qui miſit me tra
xerit eum. Hinc aliàs apoſtoli dicunt. Adauge nobis fidem. Sic nimirum tractus fuit Petrus,
dicens: Tu es Chriſtus filius dei viui, Cui dominus: Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & ſan
guis nō reuelauit tibi, ſed pater meus qui in cœlis eſt. Et pater obſeſſi ait: Dn̄e adiuua incredu Ephes.2
litatem, ſiquidem ait apoſtolus. Gratia enim eſtis ſaluati per fidem, & hoc non ex vobis. Dei Iohan.6
enim donum eſt, non ex operibus, vt ne quis glorietur. Lucæ.17

D ¶Quis igitur hodie non ſummam illam Ieſu Chriſti in nos charitatem & ineffabilem pieta Matt.16 Marci.9
tem veneretur & admiretur, quod ille, qui neq; noſtri, neq; bonorum noſtrorum eget, nos Psalm.15
ad ſe, id eſt, ad noſtram veram ſalutem, quæ ipſe eſt & non alius, ſponte ſua prouocauit, ad ſe

Digitized by Google

Apocal.3 venire iuſſit? Inquiens. Zachæe deſcende feſtinans, quia oportet me hodie manere in domo tua. Et alibi. Ecce ſto ad oſtium & pulſo. Si quis audierit vocẽ meam, deſcendens. ſ. & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo & ipſe mecum. O bone ſaluator, qui inſons cum inſontibus conuerſari non dedignatus es, & fons iuſtitiæ cum auaritia, quæ prauitatis eſt materia, habitare non recuſaſti, qui ingreſſus domum publicanorum nullam ex auaritiæ nebula iniuriam paſſus es, ſed fulgore iuſtitiæ auaritiam deleuiſti. O veriſſime, o fideliſſime medice, quàm vere teſtatus es te non propter bene, ſed ob male habẽtes aduenisſe, quorum profecto vulneribus ita condoluiſti, vt ex nimia charitate in vulneratos nos peccatores fœtidiſſimam ſaniem peccatorum & ægrotorum, quod vtiq; fidelis eſt medici, pati non recuſaſti. O fidelis ſermo & omni acceptione dignus, quia Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum, peccatores ſaluos facere, qui omnes homines vult ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire, neq; (vt ait Petrus) aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti. Venite, inquiens, ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Zachæe feſtinans deſcende, quia oportet me hodie manere in domo tua.

Matt.9 / Marci.2 / Luc.5 / 1.Timo.1 / 1.Tim.2 / 2.Petri.3 / Matt.11

¶Quis te cogit optime ſaluator, ad manendum hodie in domo noſtra? Nimirum ſola illa eximia tua charitas, qua profecto ita pater tuus dilexit mundum, vt te filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis qui credat in te, non pereat, ſed habeat vitam æternam, inquiens ad nos: Zachæe deſcende feſtinans, quia oportet me hodie manere in domo tua. O feliciſſima, o lætiſſima dies hodierna, qua primũ dñs in fide nos ſibi ita deſponſauit, vt velit manere in domo noſtra, perinde atq; ſponſus in thalamo ſuo. Sane hodie Iohannes ille in ſua Apocalypſi vidit ciuitatem ſanctam Hieruſalem, nouam deſcendentem de cœlo, à deo paratam tanquam ſponſam ornatam viro ſuo. Quæ eſt illa fratres ciuitas ſancta Hieruſalem, quæ illa ſponſa viro ſuo ornata? Domus eſt, inquam, Zachæi, eius familia, quæ nos fuimus, quum ex iuſſu ſaluatoris per fidem noui & parati perinde vt ſponſa deſcendimus, cum qua manere ſe dixit idem ſaluator ſponſus. Hinc ad nos Apoſtolus. Deſpondi enim vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto. Sumus & illa Hieruſalem, quæ (propheta canente) ædificatur vt ciuitas, vnione ſcilicet ciuium in fide vna, baptiſmate vno, domino & deo vno. Sumus & illa domus, quã decet ſanctitudo, in qua oportuit Chriſtum hodie manere. E

Iohan.3 / Pſalm.18 / Apoca.21 / Luc.19 / 2 Cor.11 / Pſal.121 / Ephes.4 / Pſal.92

¶O vere decet ſanctitudo eam domum, in qua manere vult, qui eſt ſanctus ſanctorum, qui eſt ſine macula, qui peccatum non fecit, nec dolus in ore eius eſt inuẽtus. ſ. dominus Ieſus Chriſtus. Cuius ſane ſanctitatem Petrus olim ex animo conſiderans in nauicula, in qua & Chriſtus erat exclamans, ait. Exi à me domine, quia homo peccator ſum. Et Centurio quoq; ille. Domine, inquit, non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum, ſed tantum dic verbo, & ſanabitur puer meus, propter quod & indignum iudicaui me, vt ad te venirem, ſed miſi Iudæorum ad te ſeniores. An non fratres cum & Petro & Centurione olim potuiſſemus dicere, quum adhuc idolatræ reprobi, & impij iubebamur deſcendere, vt in domo noſtra Chriſtus maneret? Vtiq;. Sed ipſe dominus piiſſimus ſe ſubmittens, ſua ſponte nos ſibi domum per fidem reddidit ſanctam & ſe dignam, vt per eam fidem in cordibus noſtris (Apoſtolo teſte) habitaret, nimirum (vt ait Petrus) fide purificans corda noſtra. Fide vtiq; non mortua, quæ ſine operibus eſt, ſed quæ, definitore Paulo, per charitatem operatur, qualem Zachæus olim habuit, mox vt audiens Chriſtum ad ſe venire, ſtuduit à malo declinare & facere bonum, inquiens: Ecce dimidium bonorum meorum domine do pauperibus. Etſi quid aliquem refraudaui, reddo quadruplum. Cui Chriſtus. Hodie ſalus huic domui facta eſt, eo, quod ipſe ſit filius Abrahę. ſ. per fidem: qui & ipſe domini verbo credens, terram, domumq; paternam deſeruit, gaudens videre diem domini, vidit. ſ. fide, & gauiſus eſt. F

Daniel.9 / Eſaiæ.53 / Luc.5 / Matt.8 / Luc.7 / Ephes.3 / Actor.15 / Iacobi.2 / Galat.5 / Pſalm.36 / Geneſ.15 / Iohan.8

¶Sed quorſum hæc, fratres chariſſimi? Eo nimirum, vt cogitemus, quàm & ipſi olim renati pulchra Chriſto domus fuimus, fide purificati & ipſi: quandoquidem domum domini deceat ſanctitudo, quia ipſe ſanctus eſt, nec habitat niſi cum eis, qui ſunt ſancti, nunc vero (quod plurimum ſuſpicor & vereor) coinquinationibus mundi rurſus implicati, & à iuſtitiæ via diſcedentes & à ſancto mandato retrorſum abeuntes, facti ſumus ſpelunca latronum ex domo orationis, in qua minime Chriſtus dignatur inhabitare, immundo iſto ſpiritu eam occupante cum ſeptem ſpiritibus nequioribus ſe, adeo, quod forte poſteriora nobis facta ſunt deteriora. G

2.Petri.2 / Matt.12 / Marci.3 / Luc.11

¶Quid igitur faciemus? Reſipiſcamus oportet per pœnitentiam, ſtudeamus Chriſtum videre tranſeuntem & clamantem. Zachæe feſtinans deſcende, quia oportet me hodie manere in domo tua. Deſcendamus fratres, vt antea per veram fidem, charitate operantẽ, ſtudeamus nos denuo dedicare domum domino noſtro, vt eam ſua gratia hic, & alibi per gloriam inhabitet. Sanctificemus, inquam, ei, qui eſt ſanctus ſanctorum, domum, quam decet ſanctitudo, in hac vtiq; materiali domo domini ſignificata: quæ vel ideo ſuis proprijs cerimonijs dicata eſt domino propria & peculiaris, vt eſſet nobis per ſuas in ipſa cerimonias perinde memoria habendæ in corde noſtro ſanctitudinis. H

¶Etenĩ

Digitized by Google

I ¶Etenim viſibilis iſta domus vtiq; propter nos facta eſt, ad noſtram habitationem, vt in ea nos eſſemus vera domus domino, quem oportet nobiſcum manere. Quando enim domus iſta (quæ vtiq; domus eſt dei, & aula cœli, & locus terribilis, in quo dominus eſt ſua maieſtate) per manus pontificum dedicata eſt domino, propter nos ſine dubio factum eſt, nõ ſolum qui præſentes fuimus, ſed & quicunq; vſq; in finem ſeculi domino ſunt in hoc loco militaturi, in nobis hauddubie ſpiritualiter impleri neceſſe eſt, quæ in parietibus viſibiliter præceſſerũt in dedicatione huius domus. Et quæ ſunt illa? Aſperſio, inſcriptio, inunctio, illuminatio, benedictio, quibus & nos deo debemus dedicare domum, & hiſdem ipſe & nos ſibi dedicabit. Gene. 28

K ¶Primo, Aſpergamur aqua pœnitentiæ per verã cordis confeſſionem & contritionem. Hinc propheta ait. Laua à malitia cor tuũ Hieruſalem, & ſalua fies. Sic Petrus adſperſit ſe foras exiens & amarè flens. Sic Maria Magd. quando lachrymis lauit pedes ſaluatoris. Sic Dauid, quum ait. Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratum meum rigabo. Hinc in hac domo ſemper præſto eſt, aqua benedictionis, in ſignum huius ſpiritualis adſperſionis. Hiere. 4 Mat. 26 Marc. 14 Lucæ. 7 Pſalm. 6

¶Secundo, inſcribamus in corda noſtra tanquã in lapidibus legẽ domini, vt eam faciamus; Lex autem domini eſt, vt declinemus à malo & faciamus bonum, vt ſimus de numero beatorum, de quibus propheta. Beati, inquit, qui docti & memores ſunt mandatorum eius, ſed ad faciendũ ea. Alioqui ſcienti bonum & non facienti, peccatũ eſt illi, & ſeruus ſciens voluntatem domini & nõ faciens, plagis vapulabit multis. Hinc in domini domo omnes inſtitutæ ſunt viſibiles cerimoniæ, vt ea inuiſibiliter in corde noſtro re ipſa perficiamus. Pſalm. 36 Pſal. 102 Iacobi. 4 Lucæ. 12

¶Tertio, vngamus nos. ſ. vnctione lenitatis & patientiæ ad deferendam crucis adſperitatem patienter: ſiquidem per patientiã poſſidebimus animas noſtras. Hinc apoſtolus. Per patientiã, inqt, curramus ad ꝓpoſitũ nobis certamen, adſpicientes in authorẽ fidei & conſumatorem Ieſu Chriſti, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem: nimirũ patiens vt ouis, quæ ad victimã ducitur. Lucæ. 21 Hebr. 12 Eſaie. 53

L ¶Quarto, illuminemur. ſ. lumine bonorum operum, vt. ſ. lux noſtra luceat coram hominibus, quatenus videant bona opera, & glorificent patrem, qui in cœlis eſt, prouideamusq; bona, ait Paulus, non ſolũ coram deo, ſed etiam coram hominibus omnibus, nec ponamus lumen bonæ actionis ſub modio, ſed ponamus ſupra candelabrũ, vt inde omnes q in domo ſunt videant, & lumen eiuſmodi ſequantur, ne in tenebris vitiorum ambulent. Hinc in domo domini diu noctuq; lumina incenduntur, vt ſimus memores, quod & noſtra domus peccatoris ita ſuum habeat lumen fidei & charitatis, vt tandem in eam domũ domini ſimus peruenturi, quæ tanta dei claritate illuminatur, vt neq; ſole neq; luna indigeat. Matt. 5 Marc 4 Luc. 8 Roma. 12 2. Cor. 8

M ¶Quinto, vt benedicamus. ſ. deum toto corde noſtro pijs laudibus ipſumq; deuotis inuocemus precibus, ſiquidem domus noſtra, domus etiam domini, quę domus eſt orationis & benedictionis. Hinc propheta hortatur, dicens. Domus Iſrael benedicite domino: nimirum, vt tandem perueniamus ad eam domũ domini, de qua Dauid. Beati, inquit, qui habitant in domo tua domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te. Ibi eñ ſancti & cœleſtes ſpiritus diu noctuq; ſine intermiſſione benedicunt deum, clamantes: Sanctus, ſanctus, ſanctus dominus deus omnipotens, qui erat, & qui eſt, & qui venturus eſt. Dignus es domine deus noſter accipere gloriam & honorem, & virtutem, quia tu creaſti omia, & propter voluntatem tuam erant & creata ſunt. Sedenti in throno & agno. Benedictio & honor & gloria & poteſtas in ſecula ſeculorum. Pleni ſunt cœli & terra maieſtatis gloriæ tuæ. Hinc & in hac domo domini diu noctuq; dominus deus hymnis & canticis laudatur & benedicitur, & eo omes in ea tendunt cerimoniæ, vt nos admoneant noſtræ interioris domus, quatenus illam eis modis, quos cerimoniæ præfigurant, ſanctificemus, vt in ea dignetur dominus Ieſus manere, illiq; facere ſalutem, vtiq; hic per gratiam ſuam & alibi per gloriam. Apoca. 21 Matt. 21 Marc. 11 Lucæ. 19 Iohan. 2 Pſal. 134 Pſal. 84 Eſaie. 6 Apo. 4. 5

N ¶Vos igitur fratres chariſſimi, hic domino præparabitis domũ, ex veſtra hac terrena domo corporis veſtri, ſpiritualem vt alibi cœleſtem habere poteritis. Felix eñ ille nimiumq; felix, qui cum apoſtolo vere dicere poteſt. Scimus, quia ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, quod ædificationem habemus ex deo domũ non manufactam, ſed æternã in cœlis: quo nimirum non veniemus, niſi hodie cum Zachæo per veram fidem charitate operantem ſanctificationẽ deſcendamus, vt in domo peccatorum noſtri prius dñs habitet per gratiã, vt & æterna eius alibi ſalus detur in æterna domo.

Finis Homiliarum de tempore.

¶Sequuntur Homiliæ de Sanctis eiuſdem Centuriæ.

¶HOMILIA LXXVIII. DE EO QVOD SCRIPTVM EST, Mat. 4

At illi continuo relictis rhetibus, ſequuti ſunt eum.

In feriis diui Andree

Digitized by Google

SALVTAREM huius diei inſtitutionẽ plane arguit ſacroſancti A
Euangelij lectio, qua celebratur mirabilis, eadẽq́ʒ ſalutaris diui An-
dreæ ad fidẽ, adeoq́ʒ ad Ieſu Chr̄i apoſtolatum vocatio, Cuius ſane
vocatione nõ obſcure notaſ quid ſit ad Ieſum vocatio, quibusq́ʒ illa
modis in ſalutẽ finalẽ cedat & gloriã. Hodie quidẽ ſubintelligimus
vocationẽ ad fidẽ Ieſu Chr̄i, adeoq́ʒ ad æternã vitã eſſe quandam ad
imitationẽ Ieſu Chr̄i inuitationem, Chr̄o hodie dicẽte. Venite poſt
1. Petri. 2 me, &c. Atqui vocat nos dñs ad fidẽ credẽdorũ, Petro ſcribente. De
1. Theſſ. 2 tenebris. ſ. infidelitatis in admirabile lumẽ ſuũ. ſ. fidei. Ad ſpem æ-
ternorũ. Sic ap̄lus ait. Deus vocauit nos ad æternã gloriam ſuã. ſ. ad
1. Cor. 1. ſperãdũ eã. Ad charitatẽ. Hinc idẽ. Vocati, inqt, eſtis in ſocietatẽ filij eius, vtiq; ꝑ charitatem.
1. Cor. 13 Et hoc eſt q̃d deinde idẽ ait. Nũc aũt manẽt, fides, ſpes, charitas, tria hæc. Ad hæc vero tria oĩs
1. Tim. 2 hõ vocatus eſt à dño, qui (Paulo teſte) oẽs hoĩes vult ſaluos fieri, & ad cognitionẽ veritatis ve
Romañ. 3 nire, quũ eñi oẽs pctõres fuimus, & à deo oẽs declinauimus & facti ſumus inutiles, & ipſe ve-
Pſalm. 13 nit, nõ vt iuſtos, ſed vt pctõres, cuiuſmodi oẽs eramus, vocaret. ſ. ad fidẽ, ſpem, charitatẽ, ſub-
Matt. 9 ſequẽs, vt oẽs ſumus vocati: nec eſt, qui ſe nõ poſſit dicere vocatũ eſſe. ¶ Nec quidẽ ſuffece- B
Marci. 2 rit, vt quiſpiã dicat, Chriſtũ nunq̃ neq́ʒ vidi neq; audiui, quõ igit̃ me vocauit? Reſpõdeo. Vo-
Luc. 5 cationẽ ad illa quadriphariã fieri. Nimirũ, per ꝓdicationes & ſcripturarũ denuntiationes. In
quibus loquit̃ Chriſtus. Et hoc eſt q̃d alibi ipſe ait. Habẽt Moyſen & prophetas, audiant illos
Luc. 16 Vbi profecto loquitur de Moyſi, prophetarũq́ʒ ſcripturis, in q̃bus vult audiri. Siquidẽ, inqt
Paulus, quæcũq́ʒ ſcripta ſunt, ad noſtrã doctrinã ſcripta ſunt, vt per patientiã & cõſolationẽ
Roma. 15 ſcripturarũ ſpem habeamus. Hinc q per pios ꝓdicatores inuitanſ & vocanſ, per Ieſum perin-
de coràm palàmq́ʒ vocari intelliguntur. Non enim (inquit aliàs dñs) vos eſtis, qui loquimini,
Matt. 10 ſed ſpũs patris veſtri, qui loquitur in vobis. Qui vos ſpernit, me ſpernit, & qui vos audit, me
Marc. 13 audit. Proinde alio in loco Paulus. An experimentũ quæritis eius, q in me loquitur, Chriſtus.
Luc. 10 Per internã quoq́ʒ inſpirationẽ, per beneficã largitionẽ, & variã flagellationẽ. Et hoc eſt, q̃d
2. Cor. 13 aliàs ait dñs. Ego ſto ad oſtiũ & pulſo, id eſt voco. ſ. inſpirando, largiendo, mulctãdo. Si q̃s au
Apocal. 3 dierit vocẽ meã, & aperuerit mihi ianuã, intrabo ad illũ. Quis aũt eſt, qui audeat negare ſe nũ-
Roma. 10 q̃, neq́ʒ ꝓdicationẽ, quæ toto terrarũ orbe fuit diuulgata, neq; interna aliqua inſpiratiõe, neq́ʒ
Pſalm. 18 proſperitate, neq́ʒ flagellatione vocatũ? Certe nullus. Eapropter nemo vere dicturus eſt, q̃d
ſuæ perditionis ſit cauſa dñs, q vt oẽs ſaluaret, oẽt vocare venit: quos vſq; adeo ex aĩo voca-
uit, indiesq́ʒ vocat, vt ipſe per prophetã q̃rula voce dicat. Expãdi manus meas tota die ad po
Eſaie. 65 pulũ incredulũ, qui gradit̃ in via nõ bona poſt cogitationes ſuas. Quo etiã pacto dñs dixit ali-
Matt. 23 bi. Hierl̃m Hieruſalẽ, quoties volui cõgregare filios tuos, quẽadmodũ gallina cõgregat pullos
ſuos ſub alas, & noluiſti? Quid etiã aliud idem ꝓtendit ea vocatione, q̃ dicit multos vocatos &
Matt. 22 paucos eſſe electos? Certe nihil aliud q̃ ꝙ ipſi nos ea pia, benignaq́ʒ vocatione dignos nõ faci-
mus, nec recte ſuſcipimus. Ad cuius verã & beatã ſuſceptionẽ & dignationẽ hortatus eſt apo
1. Theſſ. 2 ſtolus, inquiens. Teſtificati ſumus, vt ambularetis digne deo, q vocauit vos in ſuũ regnum & C
2. Theſſ. 1 gloriã. Et ruſſus. In quo oramus ſemp pro vobis, vt dignet̃ vos vocatione ſua deus veſter. Et
Petrus admonet, dicẽs. ¶ Quapropter frẽs magis ſatagite, vt ꝑ bona opera certã veſtrã vo-
2. Petri. 1. cationẽ & electionẽ faciatis. Ex q̃bus aperto claret, in nobis eẽ defectũ, quo minus profit no
bis vocatio ad fidẽ, eiusq́ʒ beatitudinẽ: q̃nquidẽ eã debeamus certã facere ꝑ bona opa. Sed q̃-
bus? Nõ vtiq́ʒ aliis, q̃ quibus hodie diuus Andreas ſuã vocationẽ fecit dignã. Eius proculdu-
bio poſſumus exẽplo & noſtrã dignã reddere vocationẽ. Cuius quidẽ exẽplũ in themate no-
ſtro fit ꝑſpicuũ, in quo Euãgeliſta inqt. At illi. ſ. Petrus & Andreas cõtinuo relictis rhetibus,
ſequuti ſunt eũ. ſ. dñm. In quibus quidẽ verbis colligimus. ¶ Primo, ꝙ Andreas cito & ſine
mora audierit dñm vocantẽ. Sane Petrus & Andreas, audito Iohãne, eius hortatu ſequi cœpe
rant Ieſum. Sed vtroq́ʒ relicto redierãt ad artẽ, qua ſoliti ſunt parare ſibi cibũ, &c. Iã vero cor-
poris intentos neceſſitati Ieſus interpellãs, me, inqt, ſequamini, & à me diſcetis artẽ, certe me-
liorẽ, quã à patre didiciſtis. Nec artẽ tñ deſeretis, ſed in melius cõmutabitis. Agnouerũt vocẽ
eius, cui aliq̃n crediderãt, & cuius humanitatẽ domeſtico colloquio fuerãt experti, ſed addita
voci energia ꝑfecit, vt protinus ad vocẽ vocãtis, nõ ſolũ obliuiſcerent̃ piſciũ, verũetiã rhetia,
vt erãt, relinquerẽt ibi, ac ne domeſticis quidẽ ſalutatis, Ieſum, vt ibi ambulabat, ſequerent̃. Et
mirũ ſane, vt qui nulla adhuc dñm facere miracula viderãt, neq; ab eo quicq̃ de ꝓmio æternæ
Matt. 19 tributionis audierãt, & tñ ad vnũ dñi præceptũ audierunt. ¶ Secundo, ꝙ reliquit rhetia, id
eſt oĩa, quæ huius ſunt mundi, & q̃ ad tẽporalẽ quæſtũ attinẽt. ¶ Tertio, ꝙ ijs mũdanis reli- D
ctis, ſequutus eſt dñm, id eſt, crucẽ eius baiulauit, id eſt, re ipſa & noĩe portauit: nimirũ magi-
Philip. 2 ſtrũ ſuũ, Ieſum Chriſtũ imitatus obediens fuit vſq; ad mortẽ, mortẽ aũt crucis. Andreas enim
genus mortis exprobratiſſimũ ſimul & crudeliſſimũ, propter adſimilationem dñi & magiſtri
ſui ꝓce & ingenio obtinuit, dũ populũ ſe in carcerẽ poſitũ, violenter violare volentem, à ſuo
propoſi-

Digitized by Google

propoſito,exhortatione diligentiſſima cõpeſcuit,& ad conſimilia pro dño ſuſtinẽda animauit. Atq; iam biduo in cruce pendens,oratione feruentiſſima,ne deponeretur,à dño obtinuit Tu es,inquit,magiſter meus Chriſte,quẽ dilexi,quẽ confeſſus ſum,&c.tantũ in hac voce exaudi me,ne permittas me ab impio iudice deponi. ¶Cæterũ quid hæc commemoramus? Vtiq; vt ipſi conemur ad eũ modũ noſtrã vocationẽ facere certã,quo mõ Andreas hodie &
E in ſua vita fecit. ¶Primo,vt vocati mox ac ſine mora audire & ſequi conemur, nõ vanè in vocantis miſericordia cõfiſi.Qui eñ,inquit dñs,mane,id eſt cito vigilauerit ad me, inueniet Prouer.8
me.Et quare mane,id eſt e veſtigio vigilandũ? Ne.ſ.iuxta prophetã,ſi vocẽ eius hodie audie Pſal.94
rit,cor ſuũ obduret,incidens in illud incredulitatis exemplũ eorũ,quibus in ira ſua iurauit dñs Hebr.4
ſi introierunt in requiẽ eius. Non eſt itaq; vocato dicendũ,ait Solomon. Peccaui,& qd mihi Eccle.5
accidit triſte? Altiſſimus eñ eſt patiens redditor.De propiciato pctõ,noli eſſe ſine metu,neq; adijcias peccatũ ſuper peccatũ,& ne dicas. Miſeratio dñi magna eſt, multitudinis peccatorũ meorũ miſerebitur. Miſericordia eñ & ira ab illo cito approximãt, & in peccatores reſpicit ira illius.Non tardes cõuerti ad dñm,& ne differas de die in diẽ.Subito eñ venit ira illius,& in tẽpore vindictæ diſperdet te.Hinc eſt quod apſus ait. An diuitias bonitatis eius & patiẽtiæ & longanimitatis cõtemnis? Ignoras,quoniã benignitas dei ad pœnitentiam te adducit? Et Iohan.12
hoc eſt,quod dñs inquit. Ambulate dũ lucem habetis,vt nõ vos tenebræ cõprehendant,venit Iohan.9
eñ nox,in qua nemo poteſt operari. Iam eñ,quæro,quæ ſurcanam propinquior Iudaicæ ca 2.Par.26
ptiuitatis per Salmanaſer & Nabuchodonoſor,niſi q cũ peccaſſent,ad pœnitentiã vocantẽ Hiere.35
dñm per prophetas ſuos mane conſurgentẽ audire noluerũt? Et quid Hieroſolyma perdidit? Nonne,quia non cognouit tẽpus vocationis & viſitationis. Quid ſecluſit à regno cœlorum Lucæ.19
quinq; fatuas virgines? Nonne,quia tardius & audierunt & ſequuti ſunt. Continuo igitur cũ Matt.25
F diuo Andrea audiamus vocantẽ. ¶Secundo,vt cito relinquamus rhetia,id eſt, oĩa hæc tẽporalia,& quæ huius ſunt mundi.Sic in figura ad Abrahã dixit deus. Egredere de terra tua,& de cognatione tua, & de domo patris tui,& veni in terrã,quã monſtrauero tibi.Relinquimꝰ Gene.12
autẽ hæc tẽporalia perfectè,& quidẽ animo & corpore:queadmodũ relinquere iuſſit diſcipu Matt.19
lum dñs, dicens.Si vis perfectus eſſe,vade & vende oĩa quæ habes,& da pauperibus,& habebis theſaurũ in cœlo.Sic omnia hæc tẽporalia reliquit hodie diuus Andreas. Et reliqui apo- Mat.19
ſtoli qui in pſona Petri dixerunt. Ecce nos reliquimus oĩa.Quid ergo erit nobis? Impfectè, animo.ſ.non vero corpore,vtpote habentes ea,quantũ ad neceſſitatẽ,nullã autẽ in eis ſpem, vel auiditatem ponentes,verũ in dei honorẽ & reipub. vtilitatẽ exponẽtes.Hinc Iohãnes ait. 1.Iohan.2
Nolite diligere mundũ, neq; ea quæ in mundo ſunt,ſiquidem tranſit mundus,& concupiſcen 1.Cor.7
tia eius.Id quod apſus interpretatur,inquiens. Et ſint,qui emunt,tanq̃ non poſſidẽtes, & qui Pſalm.61
vtuntur hoc mundo,tanq̃ non vtantur. Et latius exponit propheta,dicens. Nolite ſperare in iniquitate,& rapinas nolite concupiſcere. Diuitiæ ſi adfluant,nolite cor apponere. Sic hæc tẽporalia reliquerunt Dauid,Iob,Abrahã,Tobias,& hoc genus alij.Et ſane omnia huius mũ Matt.6
di bona deo ſunt poſtponenda,nec niſi propter deũ amanda & habenda & exercenda. Alio- Luc.6
qui quõ poteſt quis duobus dominis ſeruire? Sic dñs ait. Qui amat patrẽ aut matrẽ plus q̃ me, Matt.10
&c.nõ eſt me dignus. Hoc quoq; pacto Andreas omnia huius mundi bona reliquit.
G ¶Tertio,vt & ipſi oĩbus relictis ſequamur Chriſtũ.Hinc vbiq; monet ſe ſequendũ,vbi primũ huius mũdi bona perſuaſit relinquere.Sequemur autẽ Chriſtũ,qñ vt ipſe,ita & nos ambu- 1.Iohan.2
lemus. Hinc Iohannes.Qui dicit ſe,inquit,in Chriſto manere,debet ſicut ille ambulauit,& ipſe Io.4.5.6
ambulare. Ambulauit aũt ipſe ſecundũ patris voluntatẽ & eius pcepta,ſic & nos ſecundũ eius pcepta ambulare debemus. Inde ipſe ad apſos. Euntes,inquit,ergo docete oẽs gentes,bapti- Mat.vlt.
zantes eos,in noĩe patris,& filij,& ſpũs ſancti,docentes eos ſeruare,quæcũq; mandaui vobis. Atqui inter ea pcepta eſt & illud pinde maximũ.Si quis vult me ſequi,id eſt,vt ego,ambulare, Matt.19
deneget,id eſt,nihili faciat ſemetipm,& tollat crucẽ ſuã,& ſequaf me. Tollere aũt crucẽ Chri Marc.8
ſti,nõ eſt aliud q̃ propter iuſtitiã adeoq; propter Chriſtũ huius mũdi,diaboli atq; carnis cru- Lucæ.17
ces.i.tribulatiões & afflictiões,vltro ſuſcipere. Et hoc ẽ,qd ait Petrus. In hoc eñ vocati eſtis, 1.Petri.2
qa & Chrs paſſus ẽ pro nobis,vobis relinquẽs exẽplũ,vt ſequamini veſtigia eius:nimirũ me- 2.Tim.3
mores,iuxta aplm. Oẽs,q volũt pie viuere in Chro,pſecutionẽ patiunf.Per multas eñ tribulationes oportet nos intrare in regnũ cœlorũ,quũ tñ huius mũdi paſſiones nõ ſint condignæ Actor.14
gloriæ,q alias diligẽtibus deũ reuelabif.Sic Andreas ſane continuo relictis oĩbus,Chriſtum in Roma.8
omnibus vſq; in mortẽ eſt ſequutus, mortem autem crucis,&c.

¶HOMILIA LXXIX. DE EO QVOD SCRIPTVM EST, Prouerb.8.Necdum erant abyſſi,& ego concepta eram.

In feriis conceptionis diue virginis.

Digitized by Google

DE pia huius diei inſtitutione atq; eius præſtantia & ſolennitate nequaq̃ fra- A
tres dubitabimus, quum in ea iuxta catholicæ eccleſiæ inſtitutũ eius virginis
conceptionem agimus, quæ nobis ſine exemplo vni cũ mater & virgo protu
1.Cor.1. lit Ieſum Chriſtum, indubitatum totius mundi ſaluatorem, qui nobis (apo-
ſtolo teſte) factus eſt ſapientia & iuſtitia & ſanctificatio & redemptio, In quo
vel ſolo redemptore ſine meritis noſtris, quæ nulla fuere, gloriamur. Quę vti-
q; dies hoc à nobis agenda eſt maiore deuotione & ſolennitate cæteris, quo conceptio vir-
ginis prior eſt alijs eiuſdem actis. Quomodo eñ hæc illa virgo, nunquã ſatis laudata, vel naſ-
ci vel præſentari in templum vel adſumi in cœlum potuiſſet, niſi prius concepta fuiſſet? Dies
igitur hæc exultationis & lætitiæ ab omnibus per Chriſtum redemptis, deuotis eſt laudibus
celebranda, quoniam ipſa ſit maxima feſtiuitatum omniũ, In qua cœpit exordium executio-
nis ab initio promiſſæ diuinæ miſerationis. Etenim eius, quæ & hodierna die agitur, con-
Prouer.8 ceptionis ea ipſa ſanctiſſima virgo perinde gloriatur per ſcripturã, adeoq́; per eccleſiã, dicẽs.
Necdum erant abyſſi, & ego concepta eram. Quæ quidem verba ſimul cũ præcedentibus &
ſequentibus dicta ad literam de æterna ſapientia. ſ. Ieſu Chriſto, ab hac virgine ſecundum hu-
manitatem genita, Per allegoriam vero de ipſa virgine leguntur ab eccleſia, quæ in perſona
huius virginis ait. Necdum erant abyſſi, & ego concepta eram. Nec ſane immerito hæc ipſa
verba, vtcunq; originaliter de æterna ſapientia prodita, in eam virginem transferuntur, ob
1.Cor.1. miram conformitatem atq; conſonantiam, quam eadem ſanctiſſima virgo cum æterna ſapi-
entia habet. Quandoquidem ipſa ſit vera filij dei mater, qui virtus eſt & ſapientia, eandem na
turæ identitatem cum ipſo, quatenus homo, eſt ſortita. Abſit igitur quiſquam vel indignum
vel abſurdum indicet, ob hanc conſubſtantialitatem (vt ita dixerim) matris cum filio, ea, quæ
de æterna dei ſapientia primum dicuntur, ſecundo deinde loco & conſequio quodã de ſacro-
ſancta dei matre prędicari? Sicut eñ clara matrum ſtemmata tranſeunt in filios, eademq́; de-
nominatione, qua parentem, etiam ipſos illuſtres reddunt, haud ſecus & inſignes filiorum ti-
tuli, matrem quoq; decorare ſolent. Sic & ipſa diua virgo titulis filij ſui illuſtriſſima ſuo quaſi
iure de filio verba vendicat, inquiens. Necdum erant abyſſi, & ego concepta eram.

¶ Pro quorum iuſta verborum intelligentia in primis ſciendum puto, quid ſit conceptio B
& q̃ ſit hæc ipſa multiplex, & quam ob cauſam dies conceptionis beatæ virginis tanta ſolen-
nitate celebrari cœpta. ¶ Eſt itaq; conceptio (quantum hac parte de ea ſcire expedit) rei ab C
aliquo comprehenſio, vtpote quando res à re apprehenditur, ſimulq́; capitur. Sic cõcipit co
lorem tabula, papyrus atramentum, ſpongia aquam. Et eſt conceptio corporis, quæ corpo-
ralis dicitur, vt cum terra ita in ſe ſemẽ iactum capit, vt iam coaleſcere, radicemq́; agere ſemẽ
incipiat. Sic concipere fœminæ dicuntur, quãdo ſemen virile ipſa matrix (quæ in fœminis eſt
Plinius vtriculus, qui iunctus eſt veſicæ, quæ ad progenerandũ apta eſt) ad fœtum faciendũ capit, id
lib.7.ca.6 quod conceptũ in fœtum exit, quãdo genitura coaluit. Ipſum vero conceptũ (ait *Plinius*) in
vtero die quadrageſimo moueri, ſi mas eſt, incipit, eiq́; anima rationalis poſt quadraginta-
quinq; dies à conceptu numeratos adijcitur. Ipſum vero, ſi fœmina eſt, nonageſimo die mo-
ueri incipit, Cuius eſſe ſignũ ferunt, qm̃ à conceptu decimo die dolores capitis, oculorũ verti-
gines, tenebræq́;, faſtidiũ in cibis, redundatio ſtomachi, indices ſunt hoĩs inchoati. Ad hunc
quoq; modum concepta eſt diua virgo ex ſemine Ioachim patris in vtero ſanctæ Annæ, ſi-
Eſaie.11. ne tamen peccato originali. Hæc eñ eſt virga Ieſſe, in qua nodus nõ fuit peccati venialis, nec
cortex peccati originalis. Quod tradũt non eſſe aliud, q̃ carentiã iuſtitiæ originalis à primo
parẽte cõtracta cũ habendi eã, debito, quæ perſonã ipſam, quæ Adæ eſt *filia*, adſicit debitri-
Romanũ.5 cemq́; reddit. Oẽs quidẽ (intellige iuxta naturæ legẽ) peccauerũt & egent gloria dei. Et ſicut
per vnũ hominẽ intrauit peccatũ in hũc mũdũ, & per peccatũ mors, ita in oẽs hoĩes ꝑtranſiit,
in quo oẽs peccauerunt. A qua tamẽ culpa priuilegio ſingulari exẽpta eſt ſola virgo Maria, q̃
& immunitate pc̃ti cũctos etiã ſc̃tõs anteceſſit, quã vel vnã nulla pc̃ti labes denigrauit. Id qđ
Iob.2.3 in ſpũ Iob cognoſcens, dũ diem originalis culpæ, noctemq́; ſubſequentis ignorantiæ male-
dixiſſet, ait, Obtenebrentur ſtellæ caligine eius, expectet lucẽ, nõ videat, nec ortum ſurgentis
Iohan.8 auroræ. Lux Chrũs eſt, ipſo dicente: Ego ſum lux mũdi. Aurora ſurgentis eſt virgo Maria,
Cant.6 de q̃ Solomon in Cãticis. Quæ eſt iſta, quæ progredit, quaſi aurora cõſurgẽs. Stellæ ſunt ſan-
Danie.12 cti, cæteros doctrina illuminãtes. De qbus Daniel: Qui ad iuſtitiã erudiunt multos, fulgebunt
quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Stellæ ideoq́; obtenebratæ ſunt ab hac nocte originalis
culpæ, q̃ tamẽ nec ſolẽ nec ſurgẽtis auroræ ortũ vidiſſe perhibet, neq; Chriſtũ dñm, nec be-
nedictã eius matrẽ ꝓualuit cõtingere. Quæ propter hmõi perſonalẽ ſanctitatis ꝑſeruationem
in conceptione merito dicere poteſt, Necdũ erãt abyſſi, & ego iã concepta eram: quãdoqui-
dẽ ipſa ante oẽs, nedũ abyſſos, ſed etiã montes concepta ſit, q̃tũ ad ſanctitatẽ ꝑſonalem.
Prouer.8 ¶ Eſt & cõceptio mẽtalis, quæ ad mentẽ transfertur, vel (quod idẽ eſt) ad animũ, & eſt ali- D
cuius rei in animo perinde atq; per Idæam quandã cõprehenſio & ꝓfiguratio & imaginatio,
qua

Digitized by Google

qua ſcilicet ſpeciem alicuius rei in animo concipimus non rem ipſam. Sic dicimus cauſæ ſtatum ab oratore conceptum, quando partes cauſæ in animo ſeriatim in animo diſpoſuit, deinde acturus. Sic quoq; Architectus domum concipit, quando eius in animo formam & qualitatem comprehendit, perindeq; ſi in ſpeculo præuidit, quaſiq; conſtituit. Sub hoc loquendi ſchemate inquit Propheta: Concepit dolorem & peperit iniquitatem. Sic Deus ille Optimus Max. videns ac noſcens omnia antequã ſiant, virginem Mariam concepit, quando eam ante omnes elegit ab æterno, vt ſui filij mater eſſet futura, eamq; tum ab omni labe tam originali q̃ actuali peccato graciose præſeruandam conſtituit, vtpote tempore imaginario in ſuæ diuinę prouidentiæ ordinatione. Et hoc eſt, quod ipſa hodie in perſona Eccleſiæ ait: Necdum erant abyſſi, & ego iam concepta eram. ſ. in mente diuina: nimirum quæ & prioritate dignitatis & principij concepta eſt, ante omnes abyſſos. Abyſſus nanq; principium eſt manantium fontiũ. Pſalm. 7. Eſa. 59 Daniel. 13

E ¶Quandoquidem duos viros ſcriptura nobis commemorat mirabili Dei operatione formatos, Adam. ſ. & Chriſtum: ſiquidem Adam ex limo terræ productus ſit, Chriſtus vero de ſolo matris ſanguine conceptus, quum alij ex viri ſemine concipiantur. Virtutem genitiuam accipit ſemen in alijs fœtibus à maſculo. Sanguis intemeratæ virginis vim ſeminis accepit à Deo &c. de quo ſuo loco. Ipſe enim à ſpiritu ſancto conceptus eſt, & in vtero materno animatus primo momento. Sic quoq; duæ mulieres famigeratę à domino mirabiliter leguntur inſtitutæ & ædificatæ. Eua. ſ. & virgo Maria. Quæ duæ mulieres (diuerſo licet tramite) principia duorum fuere ſeculorum diſſimilium. Eua principium fuit naturalis propagationis oĩm per Adam ſuum maritum, ſecunda principium fuit ſpiritualis regenerationis omnium per Chriſtum ſuum filium. Prima fuit principium tenebrarũ, quia per eam eſt inducta nox ignorantiæ & peccati & in totum quidẽ genus humanum, ſecunda fuit lucis, & gratiæ principium, quoniam per eam venit lux, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Chriſtus. ſ. ſol iuſtitiæ & author virtutis & gratiæ: quandoquidem gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Deinde primam conſtituit ab initio dominus, vt eſſet mater omnium viuentium, omnes concipiens, fouens & pariens in vitam naturalem, nulla tamen morte finiendam. Vnde & Adam nomen vxoris ſuæ vocauit Euam, q̃a eſſet mater cunctorũ viuẽtium. Sed heu & proh dolor, quæ facta eſt viro in adiutorium vitę prolis, ita peccato infecta eſt, vt fieret oĩbus ſuis filijs principiũ mortis, nec ſolum eos, quos genuit, ad mortem ꝑduxit, verũetiam ei de cuius latere formata eſt, occaſio mortis fuit, dum illi mortis guſtum obtulit. Adam itaq; cũ tota ſua poſteritate in ꝓfunda ignorãtiæ pc̃i nocte dormiẽte miſertus ẽ dñs humano gñi, ac de ipſo ſic dormiente ſingulari operatõe, hodierna die formauit nouam mulierem, cuius fœcũditate ſaluari poſſet genus humanũ & in ꝑpetuũ cõſeruari. Cui nomẽ cũ re Maria, Annę filia. Gene. 2 Matth. 1. Luc. 1. Gene. 2 Malac. 4 Iohan. 1 Gene. 3

F ¶En Adam redditur tibi fœmina pro fœmina, humilis ꝓ ſuꝑba, prudẽs ꝓ fatua, quæ ꝓ ligno mortis, guſtũ tibi porrigat vitæ & ꝓ venenoſo cibo illo amaritudinis, dulcedinem pariat fructus æterni. Multa igiť ò Adam (inq̃t Bernardus) verbũ iniquæ accuſatõis in vocẽ gratiarũ actionis: Mulier quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno mortis & comedi. Et dic dñe, mulier quam dediſti mihi, dedit mihi de ligno vitę & comedi, & dulce factũ eſt in ore meo ſuꝑ mel, q̃a in ipſo viuificaſti me. O admirandam & omni honore digniſſimã mulierẽ. O fœminã ſingulariter venerandã, ſuꝑ omnes fœmĩas admirabilẽ, parentũ reparatricẽ, poſterorũ viuificatricẽ à Deo ante omnia mundi elemẽta ab æterno ordinatam, quę meritò de ſe hodie dicit. Necdũ abyſſi erant, & ego iam concepta eram. Rectè igiť catholica Eccleſia nobis hunc diem celebrandũ definiuit: quãdoq̃dem hodie cõmemorare debuerimus ſingularẽ diuę virginis puritatẽ atq; exemptionẽ à labe originalis criminis, quo mõ Chri cõceptio eſt veneranda: deinde & initialis in vtero ſanctificatio ageť. Poſtremo etiamnũ ſingularis ad humanę redemptõis exordiũ ordo celebreť. Cõceptio q̃dem diuę virginis ſingularẽ habuit ad initia nr̃æ redẽptionis ordinẽ, quũ ea ſubſtantię corpulẽtæ à filio Dei, poſtea ꝓ noſtra adſumptõe adſumẽdę formatio fuerit. Quo ſanè mõ futurę matris filij Dei cõceptio fuit quaſi quędam originalis cõceptio Chri. Dies proinde hæc (vt diximus) lætitiæ eſt & exultatõis, qua Deus Max. ſapiẽtia patris æterna, digniſſimũ tabernaculum ſuum (in quo habitare ſingulariter prælegit) ædificare cœpit, dum nõ ſine miraculo, ſacrũ illud & benedictũ virginis corpus, de quo mundiſſima Chriſti caro ſpũs ſancti operatõe formanda erat, in beatę matris Annę viſceribus conceptum eſt. Vnde & ipſa hodie per Solomonem inq̃t: Necdum abyſſi erant, & ego iam cõcepta eram. Prouer. 8

HOMILIA LXXX. DE EO, QVOD SCRIPTVM EST,

Matthæi. 23. Lucæ. 11. Hieruſalem, Hieruſalem quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te miſſi ſunt.

In ferijs diui Stephani.

Digitized by Google

1.Timo.3 MIRANTVR PLERIQVE CVR CATHOLICA ECclesia, veritatis columna & firmamentũ, hodie diui Stephani prothomartyris obitũ, pinde atq; diem lamẽtabilẽ ob oculos ꝓpoſuerit, quũ A
potius idipſm videret ꝓponendũ, qđ lætitiam nõ q̃d mœrorẽ fuiſſet
Lucæ.2 ꝓuocaturæ: quandoqdem nũc pręcipue agamus diẽ Chri Ieſu, dñi no
Ecci.3 ſtri natalẽ, quę nobis (Angelo teſte) gaudiũ attulit, q̃d omni fuit pplo
futurũ, debebat vtiq; (inquiũt) tẽpori rñdere inſtitutũ, maximè cum
vnũquodq; tps ſuũ habeat actũ. Quæ ergo huius inſtitutæ diei. S.Ste
phani rõ? In promptu qdẽ rõ eſt. Etſi triſtitia, q̃ eſt ſcđm Deũ ad pęni
2.Cor.7 tẽtiam (vt ſcribit Aplus) in ſalutẽ ſtabilẽ opatiua, qualis eſt, q̃ fit de cõ
miſſo delicto vł ob amorẽ eius, quẽ piè diligimus omi die ſit admittẽda: nimirũ q̃ ſpũale poti
us gaudiũ ſit dicenda q̃ triſtitia, qđ ſalutẽ opereť & erga proximũ charitatẽ, q̃ mõ pleriq; pro
defunctis ſuis cõtriſtati fuere, quẽadmodũ & hodie quiſpiã rectè poſſit lamẽtari ob amorẽ di
ui & eiuſdẽ Stephani innocẽtis de cõmiſſo Iudæorũ in Deũ pctõ, quũ & Euangeliſta teſte: Di
Acto.8 ſcipuli dñi, viri timorati ex pio more ſup Stephano magnũ planctũ fecerũt, Eccleſia tñ nõ ea p̃
cipua rõne pmota hanc diẽ illico poſt heſternã Chri natiuitatis diẽ nobis eẽ agendã cenſuit.
¶ Verũ vt Primo ĩpudẽtiſſima & mẽdaciſſima impiorũ ora cõcluderet, noſq; cõtra illos in ve B
ra fide cõfirmaret, vt cõcluderet inquam in mẽdacio impio q̃ nõ vereń blacterare anias poſt
hominũ mortẽ vł cum corpibus pariter mori vł neſcio quo in loco vſq; ad extremũ iudiciũ diẽ
dormiẽtes detineri. Qđ ſanè vtrũq; tam falſum eſt q̃ impiũ. Et qdẽ contra ſacras ſcripturas,
Johan.12, Chrus em̃ dicit: Etſi abiero & p̃parauero vobis locum, iterũ venio. ſ. in morte vr̃a, & accipio
et.14, vos ad meipſm, vt vbi ſum ego, & vos ſitis. Et rurſus: Et vbi ego ſum, illic & miniſter meus erit.
Lucæ.23 Idẽ ad latronẽ: Amẽ dico tibi, hodie mecũ eris in paradyſo, q̃ vtiq; tũc fuit loco cœli, q̃d clau
2.Corin.5 ſum adhuc erat. Et Paulus ait: Scimus em̃ qm̃ ſi terreſtris domus nr̃a huius habitatõis diſſoluať
Hebre.13 qđ ædificationẽ ex Deo habemus, domũ nõ manufactã, ſed æternã in cœlis. Hinc idẽ ad Phi
Phil.1 lippẽ. inqt: Deſideriũ habens diſſolui, & eẽ cũ Chro. Sic hodie S. Stephanus, qa videret cœlos
Pſalm.10 apertos, & filiũ hoĩs ſtantẽ à dextris virtutis Dei, orauit dicẽs: Dñe Ieſu ſuſcipe ſpm̃ meũ. i. ani
Pſal.102 mã meã. Quo? Vtiq; ad ſe in cœlũ, qđ eſt dñi ſedes. Sãctorũ et em̃ aĩas mox poſt obitũ in cęlo
Lucæ.16, eẽ ꝓbat de Lazaro mẽdico hiſtoria, q fuit in Abrahę ſinu, q tũc fuit loco cœli. Hinc Iohan. in
Apoca.7, Apo. ait: Se in cœlo ante Deũ vidiſſe ſignatos ſigno Dei viui ex oĩ tribu Iſrael, gẽtib⁹ ac pplis,
qui venerũt ex magna tribulatõe, ſtantes ante thronũ, & in cõſpectu agni, amicti ſtolis albis,
Apoca.14 & palmas in manibus ſuis ferẽtes, Deũq; laudantes. Et rectò qdem: Nam alioq ſi aĩæ ſanctorũ
corpe defunctorũ in cœlo nõ eẽnt viuẽtes, qũo verax eẽt Euãgeliſta, inquiẽs: Beati mortui, q
in dño moriuń. Niſi em̃ cũ Deo viuerent, nihil minus eẽnt q̃ beati, quũ beatitudo in vera Dei
viſione cõſiſtat. Quid plura? quũ inter infinita cõtra impios hoc vnicũ Chri Ieſu dictum ſatiſ
Johan.5, faciat, q̃ ille inquit: Amẽ amẽ dico vobis, quia qui verbum meũ audit, & credit ei, qui miſit me,
Johan.11, habet vitã æternã, & in iudiciũ nõ venit, ſed tranſiet à morte ad vitã. Et rurſus: Qui credit in
me, etiam ſi mortuus fuerit, viuet &c. ¶ Nec obſtat, quo impij ſe pretextu quodã obfirmare C
moliuń, qđ vbiq; ſcriptura dicit eos dormire, qui ex hoc ſeculo diſceſſerũt. Sanè reſpõderim
Dormire in ſcripturis plerũq; poni pro mori, & ad corpus nõ ad aĩam vel ideò referri, quòd
veluti qui dormit certò credať ſurgere & facile ſuſcitari e ſomno poſſit, ſic certũ eſt corpus ab
anima ſeparatum ideoq; mortuũ à Deo in nouiſſimo reſuſcitatũ iri, idq; ipſm virtute dei factu
eſſe facillimũ: quẽadmodum ex Euangeliſta eſt intelligere. Poſt hæc dicit eis: Lazarus amicus
noſter dormit, ſed vado vt à ſomno excitem eũ, dixerunt ergo diſcipuli eius. Dñe, ſi dormit,
Johan.11, ſaluus erit. Dixerat aũt (inquit Euãgeliſta) de morte eius, illi aũt putauerũt, quia de ſomni dor
mitõe diceret &c. Siquidẽ dño dormiebat, hoĩbus vero mortuus erat, qui eũ ſuſcitare nõ pote
rant. Nam dñs tãta facilitate excitabat de ſepulchro, quãta tu excitas dormiẽtem de lecto, ſic
1 Cor.11, aplus dixit dormiẽtes, qa eos reſurrecturos pnũtiabat. Quid ãt obſecro aliud itellexeris p mor
1. Theſſ 4 tuũ dormiẽtẽ, q̃ eũ nõ eſſe totũ mortuũ, ſed ex parte tm̃, vtpote q̃ad corpus, aĩa interim ſepa
rata viuẽte, ſicut etiam q dormit anima non eſt priuatus, ſed viuit ipſa interea & aliqñ etiã agit
corpe ipſo dormiẽte. Qđ ex nobis ſomniãtibus intelligi pt, vti ſuo loco volẽte Deo, latius di
Apoca.20 cemus. ¶ Dormire itaq; ſancti dicuń, qa eorũ corpa ad vitã ſcđam ſunt reſuſcitãda. Pręter D
ea q in dño moriuń, dormire feruń, nõ qdem q̃d nihil ſentiãt, aut nihil itelligãt, ſicut ſomno
Phil.1, naturali aĩalia dormiẽtia, quẽadmodũ vrſus in ſpelũca, alioq Paulo mori nõ fuiſſet lucrum &
1 Cor.15, ſtultiſſime Apli & alij ſcti tot tormẽtorũ genera paſſi fuiſſent, ſi p mortẽ ad ſomniũ inerte ſolũ
Apoca.14 modo veniſſent, q & nobis in vita ęſtimať haud ſecus atq; res vaniſſima & beſtialis, ſed dicuń
Acto.8 ideò dormire, qm̃ p mortẽ deinde ęquè atq; hic viuẽtes p ſomnũ à laboribus ſuis requieſcũt &
Apoca.21 pinde in reqe ęterna dormiũt, quũ nõ ſit eis amplius neq; luctus, neq; clamor, ſed nec vllus do
lor. Sic diu⁹ Stephan⁹ hodie in dño obdormiuiſſe tradiť, nõ qa ictus feriẽtiũ aut lapidantiũ mor
tiſq; dolorẽ nõ ſenſerit, aut ipſius aĩa deinde poſt mortẽ corpalẽ dormierit, aut eẽ deſierit, aut
vires ſu

Digitized by Google

vires ſuas amiſerit, quæ vtiq; à corpore, quod prius fuit impedimẽto, liberata ſolus q̃ antea intellexit & ſenſit, veꝝ, qa deinde à laboribus & hmõi paſſionibus requieuerit, in vitã velut dormiẽs in extremo iudicio corpaliter reſuſcitandus. Et niſi huius rei eẽt verus ac pius intellectus fruſtra, imò ſtultè oraſſet, aĩam ſuam ſuſcipi à Ieſu Chr̃o dormientẽ ſeu mortuã, ſed qdem verius poſt hanc mortẽ in cœlo viuentẽ, Dei Ieſu Chr̃i claritatẽ iuxta Chr̃i ꝓmiſſum viſurã. Ait eñ Chr̃us: Pater q̃s dediſti mihi volo, vt vbi ſum ego, & illi ſint mecũ, vt videãt claritatẽ meã, quã dediſti mihi. Et euidẽter ait: vt videãt claritatẽ meã &c. nõ vt credãt, & ſic fide videãt ipſm ſed in ſpecie ꝓpria (teſte Iohanne) q ſcribit: Chariſſimi, nũc filij Dei ſumus, & nondũ apparuit qd eri mus, qm̃ videbimus eum ſicuti ẽ. Siqdem videre Chr̃m hoc mõ fidei ẽ merces, nõ fides. Et ita videre Chr̃m Deũ, eſt ipſm intelligere nõ in ęnigmate ſed facie ad faciẽ in cœlo, q̃d eſt vita beata, Chr̃o dicẽte: Hæc aũt eſt vita æterna, vt cognoſcãt te ſolũ Deũ veꝝ, & quẽ miſiſti Ieſum Chr̃m. Hinc Philippus alibi tantopẽ cupit ſibi oſtẽſum iri Deũ patrẽ, inquiẽs: Dñe oñde nobis patrẽ, & ſufficit nobis &c. Hũc haud dubiè, cœlis aptis, vidit Stephanus Chr̃m Ieſum, filiũ hoĩs ſtantẽ à dextris virtutis Dei, ad quẽ ſnũ ſpm̃. i. aĩam deſiderauit venire, & ad quẽ & certò venit, tum inde verè viuẽs cũ illis, de qbus Propheta: Beati (inqt) q habitãt in domo tua dñe in ſecula ſeculoꝝ laudabũt te: ſiqdẽ ibi ſit Dei ſine ſine laudatio, vbi ẽ Dei plena cognitio, nec illic beatoꝝ aĩæ iacẽt aut mortuę aut dormiẽtes, vbi nec ẽ ſomnus, neq; mors, ſed vita & requies ęterna, in qua poſt laborẽ Stephanus pinde atq; ſuaui requie ſomni ſemp qeſcit, q hodie natus dici potius debet, q̃ mortuus, quũ ab ea vita, quę vmbra ẽ, ad verã vitã redijt, nõ igit dolendũ de eius ẽ corpali morte ſed potius de eius in æternam vitam natiuitate oĩbus gaudendum.

E ¶Cuius ꝓfectò cauſa mater Eccleſia à ſpũ ſancto edocta, mox poſt Chr̃i in terra natiuitatis diẽ diui Stephani mortis corpal' inſtituit diẽ forè agẽdã. Nimiꝝ vt certò ſciremus, Stephanũ & vnũquẽq; in dño hic morientẽ mox ſibi in cœlo in ſalutẽ æternã naſci, ſicut Chr̃us in terra in ſalutẽ toti mũdo natus ẽ, & ſicut heri filius Dei in terra factus ſit filius hoĩs, ſic hodie fieret filius hoĩs in cœlo Dei filius. Et ſicut filius Dei ĩmortalis ẽ cęlo heri in terra factus ſit, ꝑ naturalẽ natiuitatẽ humanã mortalis, ſic filius hoĩs hic natiuitate mortalis naturali, poſt mortẽ in cœlo fieret cœleſti natiuitate immortal', ſed neminẽ in cœlũ eo mõ naſci, niſi q morte & ꝑſecutõe Stephanũ ſequeret', vt ipſe mox & primus oĩm in fide martyꝝ, in nouo teſtamẽto Chr̃m imitatus eſt. Cuius etiã gr̃a illicò mortis eius cõmemoratio diẽ natalẽ Chr̃i ſubſequit': Amẽ amen (ait Chr̃us) dico vobis: Niſi granũ frumẽti cadẽs in terrã mortuũ fuerit, ipſm ſolũ manet. Si aũt mortuũ fuerit, multũ fructũ affert. Et Paulus: Inſipiẽs tu, q̃d ſeminas nõ viuificat', niſi prius moriat'. Sic ſanè q̃ad hominẽ, ſeminat' corpus aĩale, ſurget ſpũale & cœleſte, & hoc vtiq; ꝑ mortẽ. Sicut itẽ heri fide vera ĩtelleximꝰ, Ieſu Chr̃i natĩtate ad brauiũ ęternę btĩtudĩs recipiẽdũ eẽ, ſic hodie (Eccleſia admonẽte) vera fide intelligimus ꝑ mortẽ nos cũ Stephano eã btĩtudinẽ, q̃ eſt

F vera vita, adepturos, nec aliter cũ Deo regnaturos, niſi & cõpatiemur, nec aliter naſcituros ad æternã vitã niſi in Chr̃o ſimus morituri. ¶Cuius nobis hac die diuũ Stephanũ (q ob nomẽ Chr̃i hodie lapidatus ẽ, miſſus ad Iudęos in ſalutẽ) exhibuit exemplũ cõtra impios, q impudẽter vitã in cœlo aĩaꝝ aduerſus oẽs ſcripturas negare haud erubuerũt. Quos ꝓpterea rectè ex euãgelio vocemus Hierl'm illã, q̃ occidit ꝓphetas, & lapidat eos, q miſſi ſunt ad rectè verbũ dei docendũ. An nõ ita? Vtiq;: Nõ eñ vocabulo Hierl'm Chr̃us intelligit ædificia, ſed hoĩes in ea, adeoq; tandẽ ꝓ vniuſcuiuſq; aĩa, & maxĩe, q̃ ſe Deũ ſeq dicit. Hinc dñs ait: Pc̃m peccauit Hieruſalẽ, ꝓpterea inſtabilis facta eſt. Et alibi: Dereliquerũt tẽplũ dñi Dei patrũ ſuoꝝ, & ſeruierũt lutis & ſculptilibus. Et facta ẽ ira dñi cõtra Iudã & Hierl'm. Et aliàs: Vade & clama in auribus Hierl'm. Nõne aũt (obſecro) iſti Hieroſolymitani, q tam contraria Eccleſię docẽt, ꝓphetas & eos q miſſi ſunt ad iformandũ eos, occidũt? Proculdubio. Vt eñ aliqñ corpoꝝ ſunt occiſores, ita ſemp aĩaꝝ. Chr̃o adfirmãte: Amẽ amẽ dico vobis, q nõ intrat ꝑ oſtiũ in ouile ouiũ, ſed aſcẽdit aliũdẽ fur eſt & latro. Fur ãt nõ venit, niſi vt furet', & mactet, ac pdat. Qui nõ intrat ꝑ oſtiũ? Qui veritatẽ abſcõdit, & aliter docet q̃ Chr̃us, veluti ẽ peſſimus quiſq; hęreticus. Quis eñ maior homicida q̃ mẽdax hæreticus, Chr̃o innuẽte: Vos ex pr̃e diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in veritate nõ ſtetit, quia nõ eſt veritas in eo Cum loquit' mẽdaciũ, ex ꝓprijs loquit', quia mẽdax eſt pr̃ eius. Quis autem maior homicida? vtiq; qui aĩam occidit, & ſuo mẽdacio perit, vt aliàs ex verbis Chr̃i accipit': q̃ñquidẽ homicida ſit, qui odit frẽm ſuũ, odit aũt maxime, qui fratris ſalutẽ ꝑ falſam doctrinam pdit. Hinc Chr̃s dicit de corde exire homicidia & adulteria, oñdens homicidia non ſolũ corpore, ſed aĩo etiam

H ꝑpetrari. ¶Huiuſmodi ergo etiamnũ homicidas Hieroſolymitanos hodie appellat dñs, q̃s haud ſecus atq; Gallina ſuos pullos, ad ſe, id eſt, ad Eccleſiã ſuã, cõgregare ſcripturaꝝ. ſ. tam ꝓphetaꝝ q̃ Apłoꝝ q̃ Euãgelij ſui ſcriptis ſtuduit & vſq; nũc ſtudet. Vide q̃ſo q̃ appoſitè vtat' verbo cõgregare, q̃d eſt diſperſos recolligere ad vnitatẽ. Qui magis ſunt hęreticis diſperſi? Siquidẽ q̃s (vt Chriſtus ait) lupus, id eſt, diabolus, hæreſi ſua æquè diſpergit, atq; oues. Hinc hæretici dicti, quũ hęreſim, id ẽ, ſectã & diſperſionẽ ab Eccleſia ſctã faciãt, & fidei cõtraria doceãt

qui &

Margin notes: Iohan.17 · 1.Iohan.3 · 1.Cor.13 · Iohan.17 · Iohan.14 · Pſalm.83 · Iohan.12 · 1.Cor.15 · 2.Tim.2 · Thren.1 · 2.Par.24 · Hiere.2 · Iohan.10 · Iohan.8 · 1.Iohan.3 · Luce.12 · 1.Iohan.3 · Math.15 · Marc.7 · Iohan.10

Digitized by Google

1. Corin. 1 qui & ſibiipſis & inter ſe, vt plurimũ ſunt, quaſi natura contrarij, quos Paulus dehortatur, inquiens: Rogo vt idipſum dicatis omnes & nõ ſint in vobis ſchiſmata. Quos certè Chriſtus per ſuos nunq̃ nõ paternè ad vnitatem veræ fidei trahere conatur exemplo gallinæ, ſuos pullos diſperſos etiam clamore cõuocātis, quę tantum in filios habet affectũ, vt eorum infirmitate affecta, infirmetur & ipſa, aliſq́ꝫ ſuis filios ꝓtegens, cõtra miluum pugnat, nõ aliter etiam Chriſtus
Titum. 3 ſuos ab hæretico lupo ad ſuam Eccleſiã ducere conat᷑. Quod tamẽ effectu difficillimũ eſt, quũ hæreticis nihil ſit ꝑuicatius, obſtinatius, neq; obduratius, ita vt Ap̄ſus dicit: Hæreticũ hominẽ poſt vnam & alteram correptionẽ deuita, ſciẽs, q͞a ſubuerſus eſt, q eiuſmodi eſt, & delinquit, cũ ſit ꝓprio iudicio cõdemnatus. Nec mirũ ſanè, quũ in eos toties admonitos & reſipiſcere no-
1. Cor. 3 lentes rectè iuſteq́ꝫ Chr̄i Ieſu minæ deuenerint, ſitq́ꝫ domus ipſorum relicta, deſerta. Qũo deſerta? Certè domus eſt cor ipſum, q̃d tum à Deo deſertum relinq̃tur, quando ipſum ꝓpter obſti
Titum. 1, nantiam à ſanctitate, à virtute, à fide, à charitate, à gratia, & ſpiritu, & deniq; ab ipſo Deo, & ab
Romañ 1, omnibus bonis opibus deſtituit, adeò, vt iuxta Paulum ſit reprobũ ad omne opus bonũ. Hæc enim eſt omnium horribiliſſima Dei vltio in omnes hæreticos, vt videlicet, Paulo teſte, tra-
Hiere. 3 dant in reprobam mentẽ, & faciant ea quæ nõ conueniunt. Adde q̃d & ſacris literis tantopere abutantur, vt ex eis doceant, tam abſurda fieri neceſſum eſſe.

2. Petri 3. ¶ Sed hoc eſt q̃d & fuit omniũ hæreticorum peculiare, ſcripturas vtpote (Petro teſte) deprauare, ꝑuerſeq́ꝫ retorquere, ſeq́ꝫ ita exhibere, vt q pietatẽ prætexant, Deumq́ꝫ ſe noſſe fatentur, H
Titum. 1, illumq́ꝫ factis omnino negant, quiq́ꝫ de fide ſemper clamitant, nihil piè credant.

¶ Cuiuſmodi in primis ſunt, q hactenus falſo (vt oſtẽdimus) cauillati ſunt animas ſanctorum I neſcio quo in loco veluti glyres (parcant piæ aures) vſq; ad nouiſſimũ iudicium dormire, nec interim Deum videre. Qui ſanè ipſi propter tam peruerſam in Deum eiuſq́ꝫ ſanctos impietatem, & ob homicidia adeoq́ꝫ ipſarum animarum, amodo Chriſtum nõ videbũt, donec dicant Benedictus q venit in nomine dñi, id eſt, donec pœnitentiam egerint, & cõfeſſi fuerint Chriſtum, id eſt, ipſam veritatẽ ipſiſſimam. Eapropter chariſſimi fratres, quũ Chr̄us adeouſq; minetur ijs, q ſe ab ipſa veritate auertunt, Chriſtumq́ꝫ eos toties tanq̃ miſericorditer viſitantem & cõgregare cupientẽ negligunt, & cõgregari nolunt, quorum ex numero ſunt omnes pc̄tõres
Lucæ. 2 qui ſuis peccatis ſpiritualiter Chriſtum & q eius ſunt, occidunt & lapidant, pœnitentiam oro agant, cum paſtoribus eant in Bethleem, Chriſtum viſuri, ac dicturi, O ſanna filio Dauid, Benedictus qui venit in nomine dñi. Quod ſi fecerint dubium nõ eſt, quin & cum Chriſto erunt qui hodie diui Stephani ſpiritum ſuſcepit, cum eo æternaliter victurum, cui in iudicio nouiſſimo & corpus adiungetur.

HOMILIA LXXXI. DE EO QVOD SCRIPTVM EST,
Iohan. 21. Sic eum volo manere donec veniam, Quid ad te?

In ferijs diui Iohannis euangeliſte.

VTINAM HAEC NOBIS DIES ESSET HOC SO- A lemnior quo is, cui hæc ſacra eſt, Chriſto fuit charior, ſiquidem propter Chriſtum omnes ſanctos veneramur, qui quicquid habuere virtutum ab illo tanq̃ à patre luminum & omnium bonorum habue-
Iaco. 1, runt. At quis eſt ille, cui hæc dies dicata eſt? Diuus (inquam) eſt Apoſtolus Iohannes idemq́ꝫ Euangeliſta, Chriſto præ cæteris quodammodo dilectus. ¶ Primo, quod is illum ſuorum ſecretorum parti-
Matt. 17 cipem fecerit, ſiquidem quum vellet in monte Tabur transfigurari, Iohannem ſecum cum Petro & Iacobo recepit. Et eundem recepit
Mar. 5, in reſuſcitatõe puellæ Archiſynagogi, q & in cœna dñi ſuper pectus
Iohã. 13, Iohan. 13 dñi recubuit, cui & ille ſuũ proditorẽ reuelauit. ¶ Sc̄do, q̃niam illi Chr̄us ſuam matrẽ cha-
Iohan. 19 riſſimam cõmendauerit paulopoſt moriens, inquiẽs: Ecce mater tua, q illam ex ea hora in ſuã accepit. ¶ Tertio, q̃d illi multiplicia ſua dona in ædificationẽ Eccleſiæ ſuæ cõtulerit: ſiqui-
Matt. 4, dem, quem ſibi Ap̄lm elegerit vnà cum fratre eius Iacobo. Item ꝓphetam fecerit, quum Apo
Ephe. 4 calypſim adeò profundè tradiderit, vt verè per Prophetiam Aquilæ fuerit adſignatus, q̃niam hic cęteris hoc altius ſcripſerit, quo aquila reliquis auibus volet ſublimius: ſingula quidem verba penè ſingula continent myſteria in Apocalypſi, nemini prorſus non admiranda. Itemq́ꝫ Euangeliſtam illum ſibi & q̄dem eminẽtiorẽ alijs cõſtituerit, q ſolus ſingulariter admodũ artificio Chr̄i Ieſu diuinitatẽ annotauit, & eius ſingulare dedit teſtimoniũ, vt ipſe hodie teſtat᷑, cuius velideò teſtimoniũ fuerit om̄i exceptiõe maius, tum q̃d ex pectore ęternę ſapiẽ oĩa archana hauſerit, tum quod omnibus Chriſti Ieſu miraculis interfuerit, quæ deitatem arguunt. Itemq́ꝫ illum, vtcunq; arte humana illiteratum adeò excellentem doctorem fecit, vt eum Iu-
Acto. 4 dæi vnà cum Petro ſingulariter demirati ſunt, dicente Luca: Videntes autem Petri cõſtantiã

& Iohã

& Iohannis, comperto quod homines eſſent ſine literis & idiotæ admirabantur, qui & ſanctiſſimas tres epiſtolas ſcripſit pro fide Chriſtiana, contra pſeudoapoſtolos maxime efficaces. Itemq; illum ſibi virginem reſeruauit, quem (vt Beda ſentit) in nuptijs Canæ Galilææ à coniugio ad ſtatum virginitatis traxit, vtpote virginem virginis Mariæ cuſtodem. Quàm excellens ſit virginitas inter cætera argumẽto ẽ. Quod ex virgine Chriſtus naſci voluerit, idemq; virgo manere, ad quam ſanè virginitatem, vel quàmlibet acquiſitu & ſeruatu difficilem Chriſtus hortatur, inquiens: Non omnes capiunt hoc verbum, qui poteſt capere, capiat. Et Paulus quoq; virginitatem excellentiſſime extollit, vt ſuo loco (ſi Deus voluerit) latè diſputabimus. ¶Quarto, quòd illum martyrem eſſe voluerit citra martyrij mortem, proindeq; inter martyres referendum. Ipſe em̃ in dolio olei feruentis poſitus euaſit illæſus, innocuumq; hauſit venenum: qui tandem Deo diſponente, annum vndecenteſimum agens frequenti populo in ſcrobem deſcendit ſecundum aram maximam templi, refulſit locus ſubita luce, ſubijtq; tacita religio facti tam incredibilis Epheſinam ciuitatem, quæ maiorem in modum poſtea aucta eſt vbi corpus, nuſquam apparuit. Adijcitur miraculo fontem oleo ſcatentem, ibi repẽte ortum, qui iam inde archano ſacroq; liquore tam longo æuo manare non deſijt. Hinc puto conſtare vel ideò Iohannem à Chriſto peculiariter amatum, quod is martyr ſit ſine martyris obitu. Johan.2 Matt.19 1.Cor.7

B ¶Quo ſanè loco ſciendum arbitror: neminem poſſe citra martyrium, id eſt, paſſionem ingredi cœlum, Apoſtolis alibi dicentibus: Et quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Et Paulus ait: Si ſuſtinebimus & conregnabimus. Cuius tam exemplũ quàm teſtimonium Chriſtus reliquit, dicens: Nónne hæc oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam? Hinc ne quis arbitretur ſe minus cœlum ingreſſurum, quia non ſit martyr, mortem paſſus vel paſſurus vt Stephanus, ſciendum velim, Martyrium non eſſe aliud, ꝗ̃ teſtimonium, quo quis Chriſto teſtimonium affert, ipſum eſſe filium Dei Max. per quem ſolum ſumus à morte redempti, morte & reſurrectione ipſius. Quod vtiq; martyrium ſit confeſſione, quæ corde ſit & ore. Corde enim (inquit Apoſtolus) creditur ad iuſtitiam, ore ſit confeſſio ad ſalutem. Qua ſanè confeſſione opus eſt omnibus, qui volunt eſſe cum Chriſto: quandoquidem Chriſtus dixerit: Omnis ergo, qui confitebitur me coram omnibus, confitebor & ego coram patre meo, qui in cœlis eſt. Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & eum coram patre meo qui in cœlis eſt. Eſt igitur confeſſio, id eſt, martyrium triplex, id eſt, Acto.14 2.Tim.2 Luce.24 Roma.10 Matth.10

C teſtificatio de Chriſto. ¶Prima quidem ipſo facto, ſed non voluntate, cuiuſmodi fuit puerorum bimorum innocentium, quos odio in Chriſtum occidi iuſſit Herodes, quibus dies craſtina dicata eſt, de quibus Euangeliſta. Illi enim quia pro Chriſto ſunt mortui, meritò paſſionis Chri, quẽ non loq̃ndo ſed moriẽdo ſunt cõfeſſi, coronam martyrij acceperunt, ideoq; ab Eccleſia in chorum martyrum relati, authoritate Apocalypſis, quæ ait eos emptos de terra ex omnibus, primitias Deo & agno, id eſt, de terra humani generis ſublatos, pretioſo ſanguine Chriſti, pro quo paſſi ſunt coronati, vt ſint primitiæ primi fructus martyrum noui teſtamẽti Matt.2 Apoca.14

D ad honorem Dei & Chriſti incarnati. ¶Secunda confeſſio eſt, voluntate & ope ad mortẽ. Cuiuſmodi fuit ſancti Stephani & omniũ Apoſtoloꝝ & omniũ, q rõnis compotes propter fidem Chri deliberata mẽte paſſi ſunt, q (vt tradit̃ in Actis Aplicis) gaudẽtes abierũt à conſpectu cõcilij, qñiam digniti habiti ſunt, ꝓ noĩe Ieſu Chri cõtumeliam pati. Et ij tam nomĩe ꝗ̃ re ſunt martyres, ac aureola (quam dicũt) digni, de qbus Apoca. Hi ſunt (inqt) q venerũt ex magna tribulatione, & lauerunt ſtolas ſuas, & dealbauerunt eas in ſanguine agni. ¶Tertia cõfeſſio eſt, voluntate & nõ ope mortis qualis fuit Iohannis Euangeliſtæ, q etſi in feruẽtis olei doliũ miſſus, à Deo tamẽ ob priuilegiũ virginitatis tutatus euaſit illæſus, ita vt mortẽ martyrij, id eſt, necem violentam non ſubierit. Talis haud dubiò diua virgo fuit, cuius animam tẽpore amariſſimę paſſionis Ieſu Chri filij vnigeniti gladius ob dolorem iuxta Prophetæ vaticinium tranſiuit. Quo nimirum pacto martyres ſunt etiam cõfeſſores, & qdem omnes, q (vt Chriſtus ait) propter nomen Chriſti, hoc eſt propter quãcũq; virtutis amorem, quam amore Chriſti, q ipſiſſima eſt virtus, tutari ſatagunt, perſecutionem patiunt̃. Imò omnes hoc modo martyres dici poſſunt, qui Chriſtum tam verbo quàm facto ſequuntur, eiuſq; mandatis obediunt. Illi enim ſequunrur viam ad Chriſtum, id eſt, ad cœlum, quæ dura eſt & aſpera. Nam illi ſunt de numero eorum, qui crucem ſuam ſuper ſe recipientes Chriſtum ſequuntur, id eſt, qui omnes actus ſuos ſecundum Euangelium dirigunt, quippe bonis actibus mandata Chriſti facientes Chriſto teſtimonium præbent, quo vtiq; modo Paulus erat martyr crucifixus antequàm moreretur, quando ait: Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce domini Ieſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt & ego mundo, Sanè de cruce vitæ virtutiſq; propoſiti loquens. Eſa.? Acto.5 Apoca.7 Luce.2 Matth.? Matt.10 Luce.8 Marc.? Gala.6

E ¶Ita demum (vt concludamus) martyres quadamtenus dici poſſunt, qui vel carnis deſideria violenter rationeq; ipſa ob Dei amorem frẽnant, qui vel ob iuſtitiam, vel ob aliam virtutem & amore Ieſu Chriſti in vera charitate vel quaſlibet ſuſtinent tribulationes, anguſtias, calamitates, hocq; genus alias perſecutiões: quandoqdem Chriſtus beatos pronũtiarit, qbus

ob ipm

Matt.5. Lucæ.6 ob ipſum fuerit maledictum & quidem mentiendo. Quo in loco excludunt, qui patiunt propter vel furta, vel homicidia, vel veneficia, vel ob hoc genus ſcelera, ſiquidem illi martyres nō ſint, quum non patiunt ob Chriſtū vel vt Chro teſtificarent. Hinc Petrus hortat: Nemo (in-
1.Petri.4 quiens) veſtrum patiat, vt homicida, aut fur, aut maledictus, aut alienorum appetitor, ſed vt
Lucæ.23. Chriānus: quāmuis q ita patiēter & cum contritione de pctō & cōfidētia ad Deum ꝓ peccati remiſſione patiunt, illico poſſint vitam beatam conſequi, quam veri martyres conſequuntur, veluti argumento eſt latro in cruce, inquiēs: Memento mei dñe &c. excluduntur & eo in loco ſchiſmatici & hæretici, qui aliqties, (vt fermè non pauci faciunt) ꝓpter ſuam hæreſim & induratam opinionē & defendendā ſuſtinēt famē, ſitim, eſuriē, tribulationē, mortē deniq;, non
Titum.3 tamē ideo martyres ſunt, ſed eo vehemētius à Deo & ſuo ipoꝝ iudicio damnati, etſi confeſſione nominis Chri occidant, quandoqdem, q extra Eccleſiam ſint, ſtudētes diſcordiæ, cuius tam grauis eſt culpa, vt nulla deleri poſſit paſſione, quū & inibi non ſit charitas, quando inde abij-
Ephe.4 ciat vinculum vnitatis ſpūs & pacis, quo connectit Eccleſia, à qua hæretici ſe diſiungunt, &
Mat.12. Lucæ.12. diſpgunt vt lupi, & cōtra Chrm ſunt, q cōiūgit & colligit. Modo qa hæretici planè ſunt extra
1.Cor.13. charitatem, non poterit non eſſe veriſſimū Pauli dictum, quo ille inquit: Si tradidero corpus meum, vt ardeam ſcilicet pro Chriſto, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodeſt.

¶Ex qbus oībus licet colligere, tria eſſe genera martyꝝ. Primū eoꝝ, qui corpore & animo F mortem ſuſtinuerunt, ſicuti ſanctus Stephanus & alij ipſius ſimiles. Secundū corpore non voluntate, veluti eorum qui ob Chriſtum interficiunt, vtcunq; rationis hauddum capaces, vt fuere innocētes, & qs ob odiū in religionē Chrianam infantes interficit Turca. Tertium eoꝝ qui parati ſunt omnia pati ꝓpter Chri amorē, etiam violentam à tyrannis mortem, etiam ſi mortē eandē perpeſſi non fuerint, ſed alioqui multas tribulatōes, morte tandē naturali defuncti in domino, quemadmodū Iohannes Euangeliſta, cuius hæc dies eſt ſacra, qui etſi mortem violentam ſubijſſe non tradatur, martyr tamē dici poteſt & eſt, quum Chriſti nomine perſecutus ſit, ſiue ſit mortuus ſiue minus, qd authentica ſcriptura admodū euidēter haberi nequit, nec nobis de hoc curioſa eſt habēda diſputatio, innuēte dño, quum ait ad Petrum: Si eum volo manere, qd ad te? ¶Vbi principio auditorē moneo, dictiunculam Græcam hoc in loco ἐὰν, V
Interptari latinè ſi, eſſe'q; conditōis particulam, nō prorſus ſimilitudinis, aut adſertionis. Haberi'q; inde hunc ſenſum. Si eum volo manere, donec veniam, manebit: ſi eum nolo manere donec veniam, nō manebit. Porrò ſi vl' ſic, vl' ſi legeret, non tamē propriè & illico eliceret, Iohannem non fuiſſe mortuū, quando clauſula donec venire multiphariam trahi poſſit. Quis enim
Iohan.14 diceret certò Chrm de eo intelligere aduētu, q dixit: Non relinquam vos orphanos, veniam
Lucæ.12. ad vos, An de eo aduētu quo de locutus eis prius fuerat apud Lucam. Et vos eſtote parati, qa qua hora nō putatis, filius homis veniet? Quod vtiq; videt dixiſſe de ſuo aduentu in morte cu-
Mat.24. iuſq;. An vero de illo, quo ait: Vigilate ergo, quia neſcitis, qua hora dominus veſter venturus ſit. Id qd de vltimo ſuo aduētu dixiſſe videt. Hinc non eſt, qd hoc loco diſputemus multis, an Iohannes Euangeliſta mortuus fuerit an non, an manſurus donec ad iudicandū dñs vēturus
4.Reg.2. ſit, & prædicaturus fidē contra pſidos cum Helia & Enoch, q tranſlati ſunt à dño, reſeruādi ad
Gen.5. Heb.11 eū finē, morituri tamē tandē, ſiquidē ſtatutum ſit, oīno hominē ſemel moritūꝝ. ¶Sed quid
Heb.9 potius agemus? Sanè ex hoc, quod dñs ad Petrum ait: Quid ad te, ſi volo eum manere, donec H
veniam &c. Et ex eo, qd Iohannes deinde pium errorē Apoſtoloꝝ piè corrigit, inquiens: Et non dixit dñs, quia non morit &c. ¶Primo colligimus: Deum Maxi. omnia facere iuxta I
ſuam voluntatem in ſumma ſapientia, cui reſiſtendum non eſt: nempè, qui nouit quo modo &
Iohan.2 tempore & commodo quæq; ſint agenda. Hinc aliàs, ad matrem Mariam ait: Quid & tibi eſt
Eccle.8 mulier? nondum venit hora, &c. Quare Eccleſiaſtes inquit: Quia omne quod voluerit, faciet, & ſermo illius poteſtate plenus eſt. Nec dicere ei quiſquā poteſt, quare ita facis. Melius igi-
Matt.6. tur eſt, vt Dei voluntati oīa committamus, dicētes: Fiat voluntas tua, nec reſiſtamus illi quum hoc vl' illud ab eo ſtatutū eſſe cognouerimus. ¶Secūdo colligimus: Nos nō debere eſſe cu- K
rioſos de ijs, quæ ad nos nō attinēt, aut quæ ſcire noſtra nō interſit, & quæ nos voluit latere de-
Acto.1 us. Sic aliàs dominus ait: Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate, ſed accipietis virtutem ſuperuenientis ſpiritus ſancti in vos.

¶Tertio colligimus, qd ex æquiuocatōe ſignificati in diuerſos intellectus trahi pōt, ſatius L
eſſe, vt ſtet ſimplici verbo, præſertim cū eius ſit generis, de quo dubitare vl' non contra fidē ſit, & non trahendū in controuerſiam, quandoqdem Euangeliū pacis tractet, committēdum ei
2.Timo.2 potius, q idpm verbū locutus eſt. Hinc Apoſtolus ait: Stultas aūt & ſine diſciplina quæſtiones
1.Timo.1. deuita, ſciēs aūt, qa generant lites, quæ magis præſtant deſtructionē quam ædificationē Dei,
Titum.3. quæ eſt in fide. Sic & ad Titū inquit. Stultas aūt quæſtiones deuita & contētiones, ſunt em inutiles & vanæ. Atq; vtinam ſchiſmatici hoc Pauli ſeruaſſent, qui Paulinos ſe gloriant, quū ni-
Coloſſ.2 hil minus ſint q Paulini. ¶Quarto colligimus: Nihil prorſus ex verbis Chri eē multipharia M
Iohan.1. interptandū, qd ſimplr ſit dictū, quū em in Chro oīa fuerit ſapia, imò qui ipa fuit & eſt ſapiētia

dei pris

Digitized by Google

dei patris, qui etiã in ſuis apoſtolis per ſpm̃ ſanctũ loquutus eſt, & ſcripſit, nemini dubium eſt Matt. 10
ſi rem in aliud ſignificatũ voluiſſet intelligendam, alio vſus fuiſſet verbo, qui non ignarus fuit Marc. 13
ſenſuum & verbo℞: quinetiam ſi verbum fuiſſet obſcurum & multiplex illi addidiſſet ſuam Matt. 13
interpretationem, vel per ſuos Euangeliſtas, quemadmodũ in multis locis, & præcipue in parabolis exponendis fecit. Vult autem hic Iohannes, ſi ſimplex & aperta fuiſſet mens Chriſto, quod ipſe non eſſet moriturus, proculdubio idipſum claro & ſuo proprio verbo. ſ. mori expreſſiſſet, idem'q; dixiſſet. Quid ad te, volo vt non moriatur, donec venero ad nouiſſimum iudicium: tametſi Chriſtus hoc potuerit voluiſſe & facere, qui omnia potuit. Euangeliſta tamẽ ſpiritu ſancto inſtructus, voluit, ne Chriſti verba in alium ſenſum trahamus, niſi forte conſtaret per aliam apertam ſcripturam expoſitoriam.

N ¶ Modo ſi Euangeliſta arguit apoſtolos, vtpote non parũ ex Chriſti cõuerſatiõe ſancta & docta imbutos, & corrigit quidẽ, quod interpretãtur iuxta ſuã opinionẽ illud, quod eſt æquiuocum & varium, vtpote, donec veniam, &c. Quàm putes, optime auditor, arguendi ſint, q plane nulli ſunt in comparatione apoſtolo℞, nec ſuam ſcientiã, nec vitam minimo argumento vel ſigno approbarunt, auſi tamen fuere hiſce annis, vulgo imponentes, infinita pene Chriſti verba, temeritate impudenti, apertò aliter exponere quàm Chriſtus ea protulit & intellexit, & quidem ea verba, quæ in ſe in vſu ſunt clara & vniuoca, quæ in alium ſenſum, niſi cum pernicie fidei & impietatis torqueri nequeunt? Ex quibus illud eſt Chriſti.

O ¶ Hoc eſt corpus meum. Vbi, eſt, expoſuerunt pro ſignificat, repreſentat, figurat, Itẽ'q; corpus pro figura corpus. Id quod eſt contra omnem ſcripturã, veritatem, & loquendi conſuetudinem, etiam pueris anniculis pene notum. Adde iſtos, nec aliquem ſcripturæ habere locũ, quo idipſum vel tantillum oſtendi queat, ſola fretri opinione ſua & hæreticorum, quorum eſt 2. Petri. 3
peculiare, inquit Petrus, deprauare in ſuã & aliorum pernitiem, ſcripturas. Abſit autem ſtemus opinioni humanæ, quæ vt plurimum erronea eſt, contra apertiſſimum Chriſti verbum: qui profectò ſimillimi ſunt perfidiſſimorum Iudæo℞, qui falſo exponentes Chriſti verba, clamabant. Quoniam nos audiuimus eum dicentem. Ego diſſoluam templum hoc manufactũ, Matt. 26
& poſt triduum aliud non manufactum ædificabo. Siquidem Chriſtus dixerat. Soluite tem- Mar. 14
plum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Vides quod excitabo, quod corporis eſt dormiẽ Iohan. 2
tis, expoſuerunt pro ædificabo, quod materialis eſt ædificij, Addiderunt alia falſa, vt ſic exaggerarent mendacium ſub ſpecie veritatis, vti & hæretici agunt. Qui cum aliter nos perturbare nequeunt, curioſe quærunt à nobis, Quomodo ergo Chriſti corpus ex pane, & quare non ſub alia ſit forma? Quibus rectè reſpondebimus cum Chriſto & Euangeliſta. Quid ad vos? Scire, quæ dei ſunt, veſtra non intereſt. Sane Chriſtus non dixit, Hoc ſignificat figuram mei corporis: ſed, hoc eſt corpus meum: ſiquidem qui proprium corpus ſuum intellexerit, ideo'q; proprio vſus eſt & trito vocabulo. Sic vt ad peculiarem materiam redeamus, non curioſe hodie quæramus, an Iohannes Euangeliſta mortuus ſit aut non, ſimus contenti Chriſtum cum illo potuiſſe facere ad voluntatem, quamuis non impie credi poſſet, quod vti Enoch ſit tranſlatus: quãdoquidem & Petrus intellexerit ſuæ mortis genus, qui forte rogauit, quo genere Iohannes eſſet moriturus, Chriſtus reſpondit, illum non aliquo ſupplicio, ſed naturali morte & eſſe moriturum. De quo latius ſuo loco.

¶ HOMILIA LXXXII. DE EO QVOD SCRIPTVM EST, In Canticis eccleſiæ. Filiæ Hierl'm, qd me admiramini? Diuinũ eſt myſteriũ q̃d cernitis.

In feriis purificat. diue deipare virgis Marie.

A QVVM animæ fideles tota cordis deuotiõe multipharia͂ hactenus ſalutarẽ Ieſu Chri filij oĩpotẽtis, eãdẽ'q;, propheta teſte, ineffabilẽ Eſaie. 53
natiuitatẽ tam admiratæ eſſent q̃ ſumma laude veneratæ, cepiſſent & interim miro deuotionis affectu in deũ intentæ, cũ magna nimirum admiratione ſacroſanctã ipſam virginem admirari, ex'q; tanta admiratione quaſi ſtupefactę interrogare. O virgo virginũ, qũo factũ eſt illud, qm̃ nec primã ſimilem viſa es nec habere ſequentem? Id eſt, O virgo virginũ, id eſt, vnica inter oẽs digniſſima virgo, qm̃ Luc. 1.
benedicta inter mulieres, & gratia plena, excellẽs ita cæteras virgines, vt ſol ſplendore ſuo minora ſydera, vt liliũ cæteros flores, vt aurum metalla reliqua. O virgo virginũ, virgo candidiſſima, nulla labefacta ſorte, virgo ſancta corpore & ſpũ, dic nobis qũo ſit iſtud, in quo nec primã ſimilẽ viſa es nec hr̃e ſequẽtẽ, vtpote quod filia patrẽ, quod creatura creatorẽ, factura factorem, plaſma tuum conditorem, & quidem illæſa virginitate tua cõcepiſti & peperiſti, o Maria virginũ gloria, decus & ſplendor dic nobis, qũo ſit iſtud, quod ſacratiſſimi vteri tui anguſtijs cõtineas eũ, quẽ cœli & terra capere 3. Regũ 8

Digitized by Google

3. Reg. 8. non poſſunt: q̄d comprehendas incōprehenſibilem, q̄d capias immenſum & nullis coerci-
tum metis? qm̄ nec primā ſimilem viſa es, nec habere ſequentem: ſiquidē nulla vnq̄ mulier
inuenta ſit ꝑter te, quæ viri neſcia filiū concipiat, quæ virgo ꝑmanens ædat prolem, quę ſi-
ne dolore enixa ſit infantem deū & hoīem, quæ interim es vera parens & virgo ante & in &
poſt partū inuiolata, O virgo virginū quō ſit iſtud? ¶ Reſpōdere tādem ipſa cœpit. Filię, B
Galat. 4. inquiens, Hieruſalem .i. animæ fideles, quæ, Paulo teſte, illam ſupernā Hieruſalem matrem
habent, q̄d me admiramini animo ſuſpirantes, q̄ſi mea virtute factū ſit hoc opus? quid me
obſtupeſcitis, q̄ſi author fuerim & effectrix tanti miraculi? q̄d me ſuſpēſi intuemini, perin
Lucę 1 de ac quippiā contulerim ad hoc inauditū oībus ſeculis & nouum myſteriū? Definite, q̄-
ſo, meipſam demirari, q̄ meā ipſius paruitatē & indignitatē palā angelo teſtata fui, inquiēs:
Ecce ancilla dn̄i, fiat mihi ſcd̄m verbū tuum, quæ & ipſa admirata dixi ad eundem, quō fi-
et iſtud, quia virū non cognoſco, quæ & itidem dixi ad Eliſabetam. Quia reſpexit humilita
tem ancillæ ſuæ, ecce em̄ ex hoc beatā me dicent omnes generatōes. ¶ Definite igit̄ me- C
ipſam admirari, ſimulq́ꝫ q̄rere qui factū ſit hoc ipm̄? verꝫ magnificate mecum potius diui-
nam virtutē, quæ tm̄ confecit opus. Nolite mei admiratione duci ſed ſupercœleſtē prædi-
cate potentiā, quæ hoc ineffabile in me expleuit ſacramentū. Vos tm̄ moueant haꝝ miracu
Lucę 1 la reꝝ, quod à deo peracta ſint & cōſumata. Nā diuinū eſt myſterium hoc, q̄d cernitis, non
humanum. Siquidē q̄d angelo nuntiante cœptū eſt, ſpiritu ſancto in me ſuperueniente ef-
fectum, & virtute altiſſimi mihi obumbrante cōpletum. Illi igit̄ ſoli tota laus & benedictio
eſt tribuenda, qui ſua ſola benignitate, & gratia hoc tm̄ tanq́ꝫ admirādum in me myſteriū
& ſacramentū patefecit. Illum, inquā, admiramini, nō quia quō hoc potuerit aut non eum
decuerit, ſed admiramini .i. pia admiratione magnificate, laudate, glorificate, q̄d tam admi
Geneſ. 3. rabile tanq́ꝫ magnū myſteriū ſola ſua ineffabili miſericordia in me paupercula muliere cō-
munē omniū ſalutem inſtaurarit, q̄ in vna muliere ꝑdita fuit tota. Nō admiramini, inquā,
Pſalm̄. 71. tātum myſteriū, cogitātes, quō ille illud efficere quiuerit, quū ſit ille, qui ſolus mirabilia facit
et. 135. cœlumq́ꝫ & terrā & oīa, quæ in eis ſunt ex nihilo creauit, qui oīa, teſte propheta, quæ vo-
Heſter. 13 luit .i. nutu tm̄ ſuo ꝑfecit, & tam quidē ineloquibili ſapientia, vt ſcriptura teſtāte (quum ple
Eccle. 8 nus ſit poteſtate & ſapiētia) nemo ei dicere poſſit, q̄re ita facis? de quo & rex ille magnus ait
Daniel. 4 apud Danielem. Iuxta voluntatem em̄ ſuā facit tam in virtutibus cœli q̄ in habitatoribus
Marc. 10 terræ, & nō eſt, qui reſiſtat manui eius, & dicat ei, q̄re feciſti? Nō igitur admiramini hoc ſu-
percœleſte myſterium ꝑinde vt deo factu difficile, cui oīa ſunt poſſibilia, ſed nec vti illū nō
decuiſſet idipm̄: q̄nquidem talis decuit partus deū, vt qui citra carnē eſſet & ſimpliciſſimus
& puriſſimus .ſ. Ieſus Chr̄s dei filius, nō ex virili ſemine, ſed myſtico ſpiramine naſcererur,
& ſic miraculo inaudito illuderet eū, qui ſua verſutia nos illuſerat. Hinc ex me virgine pror
Eſaiæ. 7 ſus illibata naſci voluit, q̄ ſimul & prophetæ oraculo ſatisfieret, in q̄ eſt. Ecce virgo cōcipiet
Exodi. 3 & pariet filium, & vocabit̄ nomen eius Emanuel. Itemq́ꝫ vt figuræ de me, de rubo ardente,
quē incombuſtū videbat Moyſes, ſatisfieret, quod nec ipm̄, vtcunq́ꝫ admiratione plenum,
admiremini, ꝑinde vt deo difficile, cui oīa ſunt facillima, in ea ꝓſertim re, cui natura ipſa ſi-
mile quiddā penè videt̄ efficere. Sanè natura liquet, ſolem iſtū ſenſibilem nō pollui, feculen
Mala. 4 ta huius mundi & craſſa corpora ſuo lumine perfundēdo, nec idem ſol vel ardētiſſimus ſuo
radio vitrum penetrās lædit, quō igitur Chr̄s deus verus, teſte propheta, iuſtitiæ ſol, virtu-
Cant. 4 tum ſpeculū, me virginē .ſ. aut læderet, aut inde maculā cōtraheret, quā ſibi ille ad oīa pu-
rificauit, itaq́ꝫ ſanctificauit, vt ad eam dicere nō dubitarit. Tota pulchra es amica mea, & ma
cula ī te nō eſt. Quō igit̄ lux illa deitatis inuiſibilis attingēs vbiq́ꝫ propter ſuā munditiā, ma-
culam ſubiſſet, ſi inferioribus pro ſua dignatiōe corporibus ineffabiliter vniatur? maxime,
quum ille .ſ. Chr̄s ſanctificauerit carnē, quam adſumpſit, ſanctificauerit & vberius virginē
Pſal. 45. ſacrā, ex qua carnē adſumpſit ſuę deitatis p̄ntia, nō ſordē exinde aliquā aut pollutionē ſuſti-
nuerit. ¶ Atqui quærunt rurſus filię Hieruſalem, O virgo virginum, dicentes, quō ſit iſtud, D
quod ipſa templum dei ſanctificatū, In quo nō eſt macula ſed oīs pulchritudo & immacu-
lata virginitas, quæ ante, in & poſt partū manſiſti violata, dic oramus, quō ſit iſtud, q̄d hodie
quaſi vt mulier purificanda ſcd̄m legem Moyſi tēplum vna cum ſanctiſſimo puero Ieſu dn̄o
noſtro ſaluatore ingreſſa, moreq́ꝫ pauperculæ par turturum aut duos pullos columbaꝝ ob-
Leuiti. 12 tuleris, vnū in holocauſtum pro filio, alteꝝ pro peccato iuxta morem legis, q̄ (vt oēs ſcri-
pturæ teſtātur) ſine peccato cōcepiſti & genuiſti, quid igit̄ opus erat hac tua purificatōis ob-
latione? O virgo virginum Maria, quum ſis hortus cōcluſus, & fons ſignatus, omnē mundi
Canti. 4. tiam proferens, ꝑpetua virginitate ſcatere nō deſinens, quumq́ꝫ ſordida purgent̄, purificē-
tur immunda, quumq́ꝫ nihil in te de labe peccati, nihil de corporis ſorde, nihil de membro-
rū interceſſerit debilitate, quur & ad quid oportuit te purgari? Sanè ſcimus purgationē hoc
loco eſſe mulieris pro partu determinato tp̄e à cōmertio hoīm, & cōtactu reꝝ domeſticaꝝ
ſequeſtrationē à lege ꝑditam, munditiæ & inſtaurationis gratia, finiendā corā deo ꝑ ſacri-
ficij ob-

Digitized by Google

ficij oblationem, & ſacerdotis oratione͂, In Leuitica quidem lege, p̄cepit deus mulierem, quæ maſculū pareret, ſeptē cōtinuos dies ab vniuerſa familia & reꝝ oīm cōtactu (niſi aliter neceſſitas impelleret) penitus ſegregari, poſt quos, quaſi maiori ex parte purgatā & viribus inſtauratā, conuictui & cōmertio familiæ reſtitui voluit, quaſi vero nondū plene mundā, neq; ad integrum priſtinis viribus reſtitutā, per trigintatres alios dies pro thori cōmertio, à viro prorſus ſeparatā manere iuſſit. Interim vero oblata deo vel offerenda tangere vetuit, domi'q; manere præcepit. At vbi dies quadrageſimus illuxiſſet domū egredi, & ſtatim ante oſtiū tabernaculi ſe p̄ſentare mandauit, & agnū, ſi ſuppeterent facultates, ſi minus turture͂ aut columbā in holocauſtū pro gratiaꝝ actione de ſuſcepta ſobole, & partus dolore, ac periculo ſuperato ſup altare penitus cremandū tradere. Turture͂ illū aliū vel columbā pro pc̄tō, cōceptus parturitionis, & partus tēpore fortaſſis p̄petrato offerre ſacerdoti cōſtituit, q̄ munus acciperet & ſupplicaret illā priſtinæ mūditiæ viribus'q; reſtitui. Quibus oībus rite pactis, ſacerdos illā in priſtinā reſtitutā declararet, domū'q; dimitteret. Hæc quoad maſculinū genus. Fœminino aūt partui tēpus ad hæc oīa duplo accreſcere cōſtituit, &c. ¶ At o virgo virginū nihil eſt in hac lege, q̄d te ab omi l'abe immune͂ obligare potuerit, ad q̄d ergo oportuit purgari & offerre? ¶ Reſpōdet ipſa, Filiæ Hieruſale͂, q̄d me admiramini, diuinū eīm eſt myſteriū, q̄d cernitis. Cuius rem ſignificatā & latente͂ Euāgeliſta exponet. Tu ergo o veridice Euāgeliſta virgo virginū ad quid purgari voluit? Reſpondet ipſe, Secundū lege͂ Moyſi, id eſt, vt legis ſe obſeruatrice͂ oſtēderet, vt ſicut quæ ſine viro cōcepit, pro legis obſeruantia & ſuſpitionis occaſione tollenda iuxta lege͂ nupſit viro: nimiꝝ Ioſyppo deſponſata. Quæ ad hūc modū nos hodie in multis quaſi virtutū magiſtra inſtruit. ¶ Primo, vt ea q̄ ſupra & p̄ter naturā ſunt & ſoli deo poſſibilia, qualia ſunt fidei Chriſtianæ omnia, potius ſunt pia admiratione in dei Max. gloriā magnificādā, quam ſcrutanda ratione, quæ à nullo homine reddi poteſt. Hinc ap̄lus de huiuſmodi rebus cogitans deuotione magna ad deū exclamat, O altitudo diuitiaꝝ ſapientiæ & ſcientiæ dei, q̄ incōprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius? Quis eīm cognouit ſenſum dn̄i. Leuit. 12 Luc. 2 Matth. 1 Roma. 11

¶ Secundo, vt oīa mundi miracula vel q̄ pulchra ſunt aut glorioſa diuinæ maieſtati adſcribamus, vti vero authori: q̄m (vt ap̄lus in eo loco ait) ex ipſo & per ipſum & in ipſo ſunt om̄ia, ipſi honor & gloria in ſecula ſeculoꝝ. Sic itaq; pro gloria dei in ijs mirabilibus mundi rebus oībus debet homo dei Max. ſapientiā, maieſtate͂, potentiā, bonitate͂'q; cōſiderare, deinde'q; cū deuota oratione cū propheta clamare. Nō eſt ſimilis tui dn̄e, magnus es tu, & magnū nomen tuū in fortitudine. Quis nō timebit te ô rex gentiū. Tuū eīm eſt decus. Et cū Dauide, Cœli eīm enarrāt gloriā dei, & opera manuū eius annuntiant firmamentū. Et rurſus, Non eſt ſimilis tui in dijs dn̄e, & nō eſt ſecundū opera tua. Quoniā magnus es tu, & facie͂s mirabilia, tu es deus ſolus. Hæc & hm̄oi exclamare deuoto corde, eſt vere deum laudare & cognoſcere. ¶ Tertio, nos etiā debere ea facere, ad q̄ rigore iuris nō ſumus aſtricti, vtpote ad excludendā aliquā ſiniſtrā ſuſpitione͂ vel ſupbiæ vel rebelliōis, vel odij, vel ſcādali, vel hoꝝ ſimilis alicuius. Sic Chriſtus, inq̄t, ſe nō veniſſe vt lege͂ ſolueret, ſed vt impleret, q̄uis lege non obligaret, circūciſus q̄q; & hodie p̄ſentatus, quū neq; circūciſione neq; p̄ſentatione indiguerit. Sic & aliàs vectigal ſoluit, q̄d nō debuit, ne ſcādalizaret. Sic ap̄lus maluit p̄petuo carne nō veſci, q̄ fratre͂ infirmū ſcādalizare. ¶ Quarto, q̄ ſi lege͂ corporale͂ Maria caſtiſſima legi nō addicta vſq; adeo obſeruarit, nos pc̄tōres eande͂ lege͂ in ſpū (ſumus eīm p Chriſtū à veteri lege ſoluti) longe ſtudioſius & feruētius ſeruare debere, quū Chr̄s cū ſua ſc̄tiſſima matre ſuo facto ad hæc nobis potiſſimū fuerit ſpeculū & exēplū. Sic Chr̄s alibi dicit, Exēplū dedi vobis, vt quemadmodū ego feci, ita & vos faciatis. Sic ſane dei ſapiētia, deus nr̄, q̄a decreuerat in lege gr̄æ quadraginta dies pœnitētiæ dedicari, ieiunauit ipſa dies q̄draginta nobis in exēplū, vt & ipſi hoīes ſeruarēt eos quadraginta dies, p quos ieiunijs, eleemoſynis, orationibus, & pietatis ſtudijs Chr̄ianoꝝ aīæ purgarent, & ſe deo p cōfeſſione͂ & ſatisfactione͂ mūdos p̄ſentarēt, ac die q̄drageſimo, die, inquā, reſurrectionis dn̄icæ agnū immaculatū q̄ſi holocauſtū offerēdo comederent. Ne ergo q̄s iuſtus & pc̄tō quāuis immunis ab hac lege purgatoria exēplū crederet, ne q̄s diceret q̄draginta pœnitētiæ dies (q̄a ſine pc̄tō ſum) ſubire nō debeo, q̄a cōſcientia ſecura & munda mihi eſt p confeſſione͂ me ſacerdoti p̄ſentari nō curo, voluit ad noſtrā eruditione͂ ſapiētiſſimus pr̄ & deus nr̄ ſponſam ſuā vel quālibet īmaculatā, dies q̄draginta legalis purgationis explere, voluit etiam cū viro ſuo myſtica munera offerre. Sic fiet ô filiæ Hieruſalem, vt deinceps nō admirabimini me quaſi de dei omnipotentia & ſapientia dubij, ſed admirabimini eius ſapientiā & benignitatem pro vobis hodie per me myſtico pene͂ facto exhibitam. Hiere. 10 Pſalm. 18 Pſal 85 Matt. 5 Matt. 17 1. Cor. 8 1. Cor. 10 Hebr. 10 Roma. 15 Johan. 15 Matt. 4 Marci. 1 Lucæ. 4

¶ HOMILIA LXXXIII. DE EO QVOD SCRIPTVM EST, Lucæ. 1. Aue gratia plena, &c.

In feriis annūtiationis glo. deipare vir. Marie.

 Haud

HAVD ſane pretiũ operę duxerim, vt hodiernæ diei dignitatẽ & A
lætitiã multis agã, q̃n quidẽ idipſum ex argumẽto nr̃i ſermonis pau-
lopoſt habẽdi ſatis aperto arguat, nobis oſtendẽs, hodiernã eẽ diẽ
nobiſq; oĩno habẽdã lætã & dignã, quũ in ea virgo Maria vł ideo
ſit ab om̃i væ .i. maledictione primũ facta & dici cæpta libera, q̃m
gratia fuerit plena. Siqdẽ noua hodie angelo Gabrieli legatio in-
iũcta ſit & nouã virgo ꝓfeſſa virtutẽ nouę ſalutatõis obſeqo hono
rata, veluti thematis verba planè cõmõſtrãt, q̃ ſic habẽt. Aue gra-
tia plena. Verba ſunt archãgeli, & qdẽ duo ſubindicãtia. ¶ Pri- B
mo arguũt, virginẽ Mariã eẽ ab om̃i ꝓrſus imperfectione alienã,
q̃n ad eã dicit Aue .i. ſine væ vt pⁿſſimi doctores hactenus nõ impiè ſunt interꝓtati. Multi-
plex ſanè laudis ꝓconiũ, verbũ aue virgini Mariæ aſcribit, quũ ab eadẽ oẽm defectus iperfe-
ctionẽ elidit. Quę em̃ ſine vę angelico ꝓdicat eloqo, ſemota haud dubiũ ab om̃i probat vitu
perio, neq; em̃ ſine vę dici poterit, cui adiacet, q̃ priuari laudabiliter cupit. Etſi mõ à multi-
plici væ & culpę & penę liberata fuerit aut verius ꝓſeruata de nonnullis tñ dũtaxat hodie, &
quidẽ breuiſſ. ſum dicturus. Siqdẽ filię Euæ incurrebãt aut maledictę ſterilitatis opprobriũ
aut vę triplex p cõcepti prolis puerperiũ. ſ. virginalis corruptõis, pęnalis æditõis, & legalis
irregularitatis. De primo ad pñs dicã. Maria qdẽ virgo libera extitit primo à væ maledictæ
ſterilitatis, q a filiũ peperit, Euãgeliſta dicẽte. Et Maria peperit filiũ ſuũ primogenitũ, & pã-
Lucę. 2 nis eũ inuoluit, &c. Scdo à corruptõis & pudoris, q̃m virgo peperit, añ, in & poſt partũ in-
Eſaiæ. 7 uiolata, iuxta Eſaiæ oraculũ, dicẽs. Ecce virgo concipiet & pariet filiũ. Atqui hæc ipſa diuæ
Mat. 1 virginis fęcunditas & virginitas ita dudũ in teſtimoniũ om̃i exceptõe maius deſignata & ꝓ
Exodi. 34 figurata eſt in tabulis lapideis ſine ſtilo ſcriptis, in manna deſerto ſine ſemine producto, in
Deuter. 8 Aaronis virga germinãte ſine pluuia. Et licet à ſeculo nõ fuerit auditũ, vt aliq̃ ſimul eſſet mr̃
Pſal. 77 Iohan. 6 & virgo, in Maria tñ virgine auditũ eſt ſimulq; veriſſime cõprobatũ. Qđ & ipſa admirãs ait.
Nume. 17. Q̃uo fiet iſtud, q̃m viꝝ nõ cognoſco? Et qd admiraris, inqt angelus, En. Spũs ſanctus ſupue
Lucę. 1 niet in te, & virtus altiſſimi obũbrabit tibi. Et ille nimiꝝ, apud quẽ nõ eſt ipoſſibile om̃e ver
bũ, q lapideas inſcripſit tabulas ſine ſtilo ferreo, ipſe grauidabit te Mariã ſpũ ſctõ. Qui ꝓdu-
xit panẽ in hęremo ſine aratõe, ipſe te virginẽ impꝓgnabit ſine corruptõe. Et q fecit virgã ſi
Eſaiæ. 7. ne pluuia germinare, ipſe te filiã Dauid faciet ſine ſemie gñare, q̃m cõcipies & paries filiũ &c
Aue igit grã plena. ¶ Scđo ex ijs verbis addit pinde rõ, q̃re diua virgo extiterit libera ab oĩ C
vę. Siqdẽ qa fuerit ac ſit grã plena. In q̃ nimiꝝ clauſula, qcqd in laudibus virginis, ꝓferri q̃-
Eccle. 24 at, q̃ ad oĩa priuilegia, grãs, dona ꝑfectiões & munera, plane inſtaurat. Plena vtiq; eſt grã, q̃
ab ĩitio electa fuerat, vt eẽt mr̃ eius, q fons ẽ vitę, & pricipiũ oĩs grãæ & totius creaturę, à q̃ ef
Iohã. 1 fluit vniuerſitas grãꝝ, dec⁹ plenitudine oẽs accepim⁹ gratiã ꝓ grã. Proditũ ſane eſt memo
Acto. 2. 6. rię, i apł'icis actis. Stephanũ plenũ gratia & apł'os ſpũ ſctõ fuiſſe plenos, ſed lõge diſſimiliter
Mariã, vt q̃ ſic grã fuerit plena, vt oĩm ſctõꝝ & angeloꝝ grãs excelluerit. Ad quã vel ideo
Solomõ ille in ſpũ ait. Multę filię cõgregauerũt diuitias, tu ſola ſupg̃reſſa es vniuerſas. Et re
Proue. 31 cte nimiꝝ & vere o Solomõ. Cęteri em̃ ſcti virtutes & grãs particulariter habuerũt, Maria
vero oẽs habuit grãs vniuerſaliter. Cęteri nãq; habuerũt gratiã ſcđm mẽſurã, illa vero ſecũ-
Eccle. 24 dũ totius ſubiecti capacitatẽ, de ſe dicẽs. In me oĩs grã vię & veritatis, in me oĩs ſpes vitæ &
virtutis. Et hoc ẽ, qđ hodie angelus dixit. Aue .i. libera ab oĩ væ. Et q̃re? Q̃m plena gratia.
Lucę. 1 Quare? Quia ecce cõcipies & paries filiũ, &c. Hic erit magnus & filius altiſſimi vocabitur.
¶ Eſt igit, frẽs hodierna dies tã dignitate q̃ lætitię plena, in q̃ diuinę plenitudo miæ ſe ipſaꝫ D
liberaliſſime diffudit ĩ virginẽ Mariã ad toti⁹ hũani gñis gratificatões, gloriã & ſalutẽ. Hęc
eſt lęta & digna dies, in q̃ Mariã virginẽ digniſſ. nõ grã tm̃ accidẽtalis ſed gratia ſubſtãtia-
lis, verbũ pr̃is, fons, origo & dator gratiaꝝ corporaliter repleuit, quũ nedũ mentẽ ſed & be
nedictũ ventrẽ diuinitatis plenitudo corpus ex ea ſumẽs inhabitauit, ac p ipſa gratiã & ve-
ritatẽ in totũ genus humanũ abunde profudit, q̃m & lex p Moyſen data eſt, ſed gratia & ve
Iohã. 1 ritas facta per Ieſum. Vñ merito hodie ad illã, Aue, inqt, gratia plena, &c.

HOMILIA LXXXIIII. DE EO QVOD SCRIPTVM EST. Galat. 4. Filioli mei, q̃s iteꝝ parturio donec firmet Chr̃s in vobis.

In feriis diui Bonifacij.

NONNE, fratres dilectiſſimi, merito hodiernis temporibus ad Germanos, in A
ſit'q; eos maximè ad illos, qui per pſeudoapoſtolos leuitate potius quadã quã
remplicitate à veteri eademq; vera religione defecerũt, diuus ille Bonifacius,
Galat. 4. ſingularis & præcipuus Moguntinorum tutelaris dicere poſſet (vt & olim di
xit) quod Paulus ille doctor gẽtium, idemq; vas electionis ad Galatas? Cum
enim

Digitized by Google

enim Galathæ Græci, ex Gallis tamen oriundi, ab apoſtolo ipſo Paulo fidẽ Chriſti vere & ſyn Galat. 4
ceriter eſſent edocti, & tẽpore haud multo poſt ex vera Chriſti fide & ab Euangelij gratia ad
legis Moſaicæ ſeruitutem & in Iudaiſmũ prorſus, & quidem ilicò pſeudoapoſtolorum opera
redacti, Id quod facilitatis erat & leuitatis & ſtultitiæ: (quandoquidẽ perperam tam leuiter &
faciliter adſentientes ſubdolis pſeudoapoſtolorum verbis & technis, q velut à Petro & Iaco
bo ſummatibus apoſtolis miſſi, & Pauli authoritatem calumnijs eleuabant, negantes illi fidẽ
habendam, imò potius audiendos, qui apud Petrum & Iacobum verſati fuiſſent, quiq; domi-
num Ieſum vidiſſent: quum Paulus nec vidiſſet Chriſtum, & diſcipulorum dumtaxat diſcipu
lus eſſet non Chriſti.) Paulus falſo ab iſtis calumniatus, ne quos ſemel non ſine labore Chri-
ſto peperiſſet & lucratus eſſet, perderet, & veluti ſpurios atq; nothos effici ſineret, vehemen-
ti & acri oratione (neq; eſt enim vlla quàm ad Galathas epiſtola concitatior) ſalubriq; auſte-
ritate & clementi ſeuitia, ſimul & Galatharum errori medetur, & ſuam adſerit authoritatem
non modo magnam, ſed vel cæterorum apoſtolorũ, qui vel maximi haberentur, authorita-
ti, ſi nõ maiorem ſalutem vtiq; parem, & pſeudoapoſtolorum fraudulentiam aperit, vtpote
qui non ob aliud ſtudebant circuncidi Galathas, niſi vt ſuper hoc gloriarentur, veluti (vt nũc
quidam factitant, qui, vt alicuius momenti habentur, omnia quæ priores non ſine ſpiritus in-
ſtinctu docuere, ad nouos ſuos ritus detorquere moliuntur) huius facinoris authores. Quos
vt Paulus in odium vocet, eoſq; non veros, ſed nouercos eſſe Galatharum oſtendat paren-
tes, ſe autem verum patrem approbet, tanquam dulci appellatione permulceat Galathas in-
ter cætera quaſi corollario quopiam ad eos inquit. Filioli mei, quos iterum parturio, donec
formetur Chriſtus in vobis.

B ¶Nonne fratres chariſſimi, hiſce verbis olim diuus Bonifacius martyr & Epiſcopus ad A-
lemannos, adeoq; ſingulariter ad Moguntinos vti potuiſſet, hacq; tempeſtate vti poſſet?
Poſſet hauddubie, Siquidem ille nobis fuerit, quod apoſtolus Galathis, & quod illi Paulo, nos
ſumus Bonifacio. Tradit quidem veridica de diui Bonifacij vita hiſtoria, quod cum Germa-
ni, in primiſq; Turingij, Bohœmi, Franci, Bauari, Rhenenſ. Haſſij, Friſijq;, & hoc genus Ger-
maniæ ſinitimi populi eſſent à ſede apoſtolica veram Chriſti fidem partim antea perdocti,
partim modo docerentur, cœpiſſentq; perſuaſionibus hæreticorum, quorum vexilliferi hæ-
reſiarchæ erant Clemens & Adalbertus, in priſtinos errores & paganiſmos relabi, à fideq;
priore cum maximo animarum diſpendio deficere, Bonifacius nobili natali Anglus æque
literis ſacris edoctus quàm morum atq; optimarum virtutum ſpecimine ſpectatiſſimus à bea-
to Gregorio, huius nominis ſecundo, diuina prouidentia ad Germanos contra hæreticos, vt
illos Chriſto relucraretur, & ſyncera fide iterum parturiret, miſſus eſt. Qui huc aduentans &
aliquàndiu perſeuerans quàm apud pleroſq; omnes, vti verus fideliſq; apoſtolus profecerit
quatuor annis, argumento eſt inſigne teſtimonium, quod illi re ipſa dedit ſanctus Gregori-
us. Hic enim vbi verbum dei in manibus ſancti viri adeo proſperari intellexiſſet, vt merito
diceretur palmes ille veræ vitis Ieſu Chriſti Euangelicus, qui attulerat exemplo ſimul & do- Iohan. 15
ctrina fructum, vt laboribus, & propter Euangelium Chriſti tribulationibus, ceu verus Chri
ſti martyr purgatus fructuum plus adferret, ad ſe illum magno nimirum deſiderio inuitauit,
ac venientem, vt maiori authoritate prædicaret & corrigeret corrigenda, Epiſcopum ordi-
nauit, nomine mutato veteri, quod illi erat ex inſigni ſua miſericordia Sude Vindefrid, no-
men indidit Bonifacius, non minus & eiuſq; operibus congruũ, quàm olim Iſrael ipſi Iacob.
Ad quem quia dominum facie ad faciem viderat, dominus dicebat. Nequaquam Iacob ap- Geneſ. 32
pellabitur nomen tuum, ſed Iſrahel: quod eſt deum videns. Sic & Bonifacius, quia bene feciſ-
ſet, ſemperq; bene facere ſatageret hoc ſibi inſigne nomen ſuorum benefactorum teſtem me
ruit. Quid enim homo ad miſericordiam pene natus ageret, quàm benefacere? In cuius
non tam ore fuit quàm corde frequens hoc Ieſu CHRISTI verbum. Diligite inimicos ve- Matt. 5 Lucæ. 6
ſtros, benefacite his, qui oderunt vos. Et hoc Pauli quoque. Bonum autem facientes non
deficiamus, tempore enim ſuo metemus non deficientes. Ergo dum tempus habemus, Gala. 6
operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domeſticos fidei. Hic igitur Epiſcopus
propter merita & virtutes non per ſymoniam ordinatus ad conſumationem cœpti myſte-
rij maiore authoritate reuertitur ad Germanos, eoſq; omnibus, quibus potuit modis Chri-
ſto Ieſu ad veram illam & perpetuam ſalutem confirmare ſtudet, eoq; in officio nihil pla-
ne obmittit, quod boni patris eſt erga filios, quos æque, quantum in ſe eſt, omnes vult fieri 1. Timo. 2
ſaluos, nec quemquam perire: illos nunc blandiendo, nunc pollicendo, nunc caſtigando ad
viam ſalutis ducens, imò trahens.

Id quod Apoſtolus Timotheum admonebat, dicens: Prædica verbum, inſta opportune, im- 2. Tim. 4
portune argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina. Cuius pcepti apoſtolici Boni-
facius apud Germanos ſuos partim vocandos, partim ad fidem ex lapſu errorum reuocandos Lucæ. 15
ſedulo memor, miſeriæq;, vt bonus paſtor, errantium compaſſus, errantes reduxit, reductos

confortauit, ſeductores clericos atq; rebelles correxit, illos depoſuit: hoſce excõmunicauit iſtos variè, vt ſaluti animarum, more medici periti cõgruere nouerat, eccleſiaſtica cẽſura percelluit, & ita deniq; varijs eſt ad ſalutẽ modis vſus, ſuoq; labore tã non defraudatus, vt .xvi. epiſcopatus ſui anno (teſtis eſt Gregorius Papa tertius) de Germaniæ gẽtibus, exceptis Bauaris, ad centũ millia hominũ animas de paganiſmo nec fortaſſis pauciora millia à relapſu in hæreſim, ad catholicam fidẽ, ac ſanctæ matris eccleſiæ ſinum conuerterit, interimq; adeo hæreticorum & fidei aliorum hoſtium minis & inſidijs, non cedens, vt ſemper vti bonus
Iohan.10 paſtor ſuam pro ouibus animam ponere paratus fuerit, & facto demum ipſo arguit, vtpote ob ſuorum ſalutẽ adeoq; Chriſti noïe in Friſia mortẽ paſſus.

¶Cæterum mortuo interea Gregorio ſecundo audiens Gregorius, qui illi ſucceſſit tertius, de tam fructuoſis beati Bonifacij fidei fructibus palliũ miſit, Archiepiſcopũ ordinauit, & C
Titum.1 vt alios ordinaret, iuxta apoſtolicam doctrinã, epiſcopos, poteſtatem dedit, cui deinde ob ſingularem eius ſanctitatẽ & eruditionẽ Zacharias Papa Moguntiã, quæ prius alteri ſubiecta erat Eccleſiæ, totius Germaniæ Metropolim conſtituit, ſubijciens ei Tungrim, Coloniam, vVormatiam, Spiram, & omes Germaniæ gentes, quas Chriſti lumine per ſuã & laborioſam & vſq; adeo paternã prædicationẽ cognoſcere fecerat, Chriſtoq; genuerat partim, iterumq; partim eidẽ parturiebat, vt ſæpenumero contra pſeudoapoſtolos idẽ, q̃d Paulus ad Galathas, ipſe ad Germanicas gentes dicere cogeretur. Filioli mei, quos iterum parturio donec formetur Chriſtus in vobis. Ex q̃bus ſane apoſtoli verbis colligimus.

¶Primo parentes & filios aliquos dici carnales, aliquos vero ſpirituales. Illos eſſe, qui ex D
Mat.1 carne generant & generantur, cuiuſmodi Euangeliſtæ ponũt, recenſentes omes generatio
Luc 3 nes ab Abraham vſq; ad Dauid, à Dauide vſq; ad tranſmigrationẽ Babylonis, à tranſmigratione Babylonis vſq; ad Chriſtũ, &c. Hoſce autem eſſe, qui mente ex ſpiritu & aqua generant & generantur, quo nimirum pacto patres noſtri ſunt ſpirituales quia ſua nos prædica-
Iohã.3 tione ad fidem ſalutis vocarunt & ad ſpiritualem illã ex ſpiritu & aqua natiuitatẽ duxerunt,
Iohã.1 cuiuſmodi Chriſtus eiuſq; diſcipuli adeoq; omnes, qui nos ad fidem Chriſto Ieſu genuerũt fuere quorum nos in ſpiritu filij ſumus, De quibus in hæc verba Iohannes ſcribit. Quotquot autem receperunt eum dedit eis poteſtatem, filios dei fieri, ijs qui credunt in nomine eius. Qui non ex ſanguinibus neq; ex voluntate carnis neq; ex volũtate viri, ſed ex deo nati ſunt. De quo quidem partu Chriſtum differentem magnopere demiratus eſt Nicodemus, ſpiri-
Iohã.3 tualium adhuc ignarus. Quomodo, inquiens, poteſt homo renaſci cum ſit ſenex? Nunquid poteſt in ventrem matris ſuæ iterato introire & renaſci? Nec quidem abſurde eiuſmodi generantes appellari ſolent parentes, quod vti ipſi filios primum ex ergaſculo corporis ad lucem illam & vitam terrenã, deo operante, producunt, ita illi quoq; homines ex carcere peccatorum animas hominum & ſpiritus ad verã illam lucem & vitam æternæ felicitatis perducunt ſua fidei prædicatione, perinde partu quodam. Ad quod propemodũ alludens Pe-
1.Petri.2 trus ait. Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis,
1.Petri.1 vt virtutes annuntietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen ſuum. Itemq;
1.Cor.4 antea. Beati non ex ſemine corruptibili per verbum dei viui & permanentis in æternũ. Sic hoc ſchemate natiuitatis ad Galathas vtitur apoſtolus, idemq; ad Corinthios, dicens. Non vt confundam vos, hæc ſcribo, ſed vt filios meos chariſſimos moneo. Nam in Chriſto Ieſu
Philip.1 per Euangelium vos genui, id eſt, ex corpore peccati ad mentem virtutis Chriſtianæ reduxi. Idem ad Philemonem. Obſecro te, inquit, pro meo filio, quem genui in vinculis, One-
Iacobi.1. ſymo. Sic Iacob' de omnibus ſcribit Chriſtianis, inquiens. Voluntarie eñ genuit nos verbo veritatis, vt ſimus initium aliquod creaturæ eius. Sic hodie poſt Paulum ad nos ait Bonifacius, Filioli mei, quos iterum parturio, vt Chriſtus reformetur in vobis: qui vtiq; nos Euãgelio genuit, & à peccato ad ſalutẽ conuertit.

¶Secundo col. tum nos verè Chriſti eiuſq; apoſtolorum eſſe filios, vbi Chriſtus in nobis E
Galat.5 formatur quod fit vbi Chriſtus per fidem veram & formatam, quæ per charitatem opera-
Philip.2. tur, in nobis eſt, in nobis, inquam, quærentibus non quæ noſtra, ſed quæ proximorum, ſed
Coloſſ.3 quæ ſunt Ieſu Chriſti, & quærentibus quæ ſurſum ſunt. Vbi Chriſtus eſt in dextera dei ſedens, & ſapientibus, nõ quæ ſuper terram, ſed quæ ſurſum ſunt, & ita deniq; Chriſtũ diligẽtibus, vt omnia propter ipſum vel q̃libet hic bona pro nihilo habeamus, quemadmodum
Philip.2. Paulus qui dixit. Veruntamen exiſtimo omnia detrimentum eſſe propter eminentem ſcientiam Ieſu Chriſti domini mei, propter quem omnia detrimentũ feci, & arbitror vt ſter-
Titum.1. cora, vt Chriſtũ lucrifaciam, vt & inueniar in illo. In illis vero, qui Chriſtũ verbis tantũ cõfitentur, factis vero negãt, adeo Chriſtus nõ eſt formatus, vt ne eos dignetur habere filios,
Mat.7. quibus olim confitebitur in hæc verba. Diſcedite à me omnes, qui operamini iniquitatem:
Luc.6. quia nunq̃ noui vos: non eñ omes, qui dicit mihi dñe dñe intrabit in regnũ cœlorum, ſed qui facit voluntatẽ patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnũ cœlorum. Et hoc eſt, q̃d alibi

ad Iude-

Digitized by Google

ad Iudæos de patre Abrahã glorianteſ, dicebant. Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite. Johan. 8.
Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere. Quã vero ne tales eſſemus.
Apoſtoli & eorų̃ ſucceſſores laborarint, arguit vocula parturio: q̃d eſt in pariendo doloroſe,
F vt pariã, laboro. ¶Id ne fecerit diuus Bonifacius erga Germanos parturiẽdos facile cõſta-
bit, ſi conſiderauerimus, quàm omnino nihil obmiſerit, quod in eorų̃ ſalutem erat futurum:
nempe, qui propter eos Chriſto lucrandos paternã ſuã hæreditatem non tam dedit quã to
tam in aliorų̃ vſus profudit, apud mundũ ignobilis factus & exul, quũ eſſet nobiliſſimus & ci Mat. 19.
uis Anglorų̃ ditiſſim⁹, at parẽtes & amicos propter Chriſtũ & nos, natale ſolũ reliquit ac ꝓ Marc. 10
nihilo duxit. Nec corpori ſuo pepercit ſed iſtud etiã in laboribus nimijs pro fratrũ, imò ini- Lucæ. 18.
micorų̃ ſalute expoſuit, adeo quidẽ Chriſtũ ſequut⁹ vt pro ouibus ſuis ſaluãdis mortẽ ſub-
ire haud ſanè dubitauit paſtor bonus. Ita nimirų̃ vt cũ apoſtolo vere dicere potuerit. Cũ li- Johan. 10
ber eſſem ex om̃ibus oĩm me ſeruũ feci, vt plures lucrifacerẽ. Omnibus om̃ia factus, vt omnes 1. Cor. 9.
facerem ſaluos. Ideoq̨ iure ad illos dicere potuit. Filioli mei, q̃s iterų̃ parturio, vt Chr̃s in vo
G bis formet. Vnde col. ¶Tertio ſi, q̃d om̃is teſtat̃ ſcriptura, etiã ſub pœna mortis iubemur
eos, quos carnaliter peperer ũt, parẽtes honorare illisq̨ eſſe grati, quanto magis honorandi Exodi. 20
nobis ſunt, q nos deo ſpũaliter & ſcd̃m mentẽ genuerũt, cuiuſmodi ſunt apoſtoli & om̃es Deuter. 5
qui nos fidei virtutibus erudierunt, tanto nimirum nobis illi debent eſſe chariores & hono Mat. 15.
ratiores, quanto anima præſtat corpore, & quanto ſempiterna tẽporalibus. Quanto aũt a- Marci. 7
nima ſit corpore excellẽtior dñs noſter hiſce facile arguit verbis. Quid em̃ prodeſt homini Ephe. 6
ſi mundũ vniuerſum lucraret̃, animæ vero ſuæ detrimentũ patiat̃, aut quã dabit homo com Matt. 16
mutationẽ pro aĩa ſua? Q. d. nullã. Hinc idẽ alias dixit. Nolite timere eos, q occidũt corpus, Luc. 17
animã aũt nõ poſſunt occidere, ſed potius timete eũ, qui põt & animã & corpus perdere in Marci. 8
H gehennã. ¶Vnde ſequit̃, nos debere eis maximã laudẽ & gratitudinẽ, quorų̃ labore, deo Matt. 10
annuente, animæ nr̃æ ad verã ſalutẽ ſunt eruditæ & perinde partæ atq̨ genitę. Id q̃d apl̃us Luc 12
apertò in hæc verba oſtẽdit, deinde patres quidẽ carnis nr̃æ eruditores habuimus & reuere-
bamur eos: nõ multo magis obtẽperabimus patri ſpirituũ & viuemus? Et illi quidẽ in tẽpo Heb. 12.
re paucorų̃ dierų̃ ſcd̃m voluntatẽ ſuã erudiebant nos, hic aũt ad id, q̃d vtile eſt in recipiendo
I ſanctificationẽ eius. Quod vſq̨ adeo verų̃ eſt idẽq̨ iuſtũ, vt hoc ip̃m etiã natura ipſa æth-
nicos docuerit, qui dixerunt plane deo, parẽtibus, atq̨ præceptoribus reddi nõ poſſe æqui-
ualens, deo, vt creatori, parentibus vt nutritoribus, præceptoribus vt animæ atq̨ corporis
ornatoribus, ſiquidẽ à parentibus haberemus, vt eſſemus: à præceptoribus vt bene eſſemus.
Vnde Fabius ille rethor Quintilianus, diſcipulos id vnũ, inquit, interim admoneo, vt præ- Quintilli
ceptores ſuos non minus q̃ ipſa ſtudia, ament, & parentes eſſe, non quidẽ corporų̃ ſed men- anus lib. 2
tium credãt. Hinc Iuuenalis. Dij maiorų̃ vmbris tenuẽ, & ſine põdere terrã. Spirãteſq̨ cro- cap. 10
cos & in vrna perpetuũ ver, Qui præceptorẽ ſancti voluere parẽtis, Eſſe loco, &c. Iuuenal
K ¶Si tantopere optarũt æthnici ſuis demortuis ꝑceptoribus, quod ab illis vti à parentibus lib. ſa. 7.
eſſent artibus humanis & aliquãdo pernicioſis tamen imbuti, quid nos non faciamus hono
ris in eos, qui diuinis præceptis ita nos informarunt vt deo planè ſimus ad æternã beatitudi
nem geniti? Certẽ illos nullo nõ honore proſequemur oportet, adhortãte ſcriptura, laude- Eccle. 44
mus viros glorioſos, q̃rų̃ corpora in pace ſepulta ſunt. Sapientiã ipſorų̃ narrẽt populi, & lau
dem eorų̃ nunciet eccleſia: merent̃ nimirų̃ laudari, q laudãda fecerũt. In q̃rų̃ numero ꝓculdu
bio inprimis habẽdus erit diuus Bonifacius, q adeo in om̃ibus benefecit, vt æque ſuũ ſibi no
men vendicauit vt ſuũ olim Ioſeph, q ſaluator mũdi paſſim dici cœpit, quia ſua prouidentia
Aegyptũ ſub Pharaone ab inedia & fame præſeruarat, ſic & Bonifacius, q̃d eos, quibus Euã- Geneſ. 41
gelium prædicauit, deo bonos reddidit. Ille igit̃ vt cũctis eſt Germanis magnopere ſynceris
laudibus extollendus, præcipue tamen à vobis Moguntinenſibus, q̃s ſibi ſpeciales filios ele-
git, vobiſcũ cathedralem ſedẽ conſtituens, veſtramq̨ hanc inclytã ciuitatẽ Moguntiã mul
tis gratijs & priuilegijs accumulauit, atq̨ ſup oẽs Germaniæ loca & ciuitates Metropolim
delegit & cõſtituit, idemq̨ vos atq̨ patres veſtros vti verus apoſtolus verbo fidei multo ſa-
ne labore & ſudore iterų̃ parturiuit, donec in eis formaret̃ Chr̃s, qm̃ eos poſt priores à genti
litate conuerſiones multis erroribus irretitos Euangelica ꝓdicatione reduxit, adeo vt vere
ad vos dicit. Filioli mei, quos iterų̃ parturio donec Chriſtus in vobis formetur.
¶Hunc igitur dignis hodie laudibus veneremini, vti parentem & epiſcopũ veſtrũ hono-
L rificetis. ¶Primo quidem deum ipſum in illo ſanctificetis, illi gratias agẽtes, q̃d eũ ſua gra
tia tm̃ virų̃ reddiderit, vtiq̨ illũ in fide & lenitate ipſius ſanctũ faciẽs, & eũ ex om̃i carne eli- Eccle. 45
gẽs, eiq̨ ſtatuit teſtamentũ æternũ, & dedit illi ſacerdotiũ gẽtis & beatificauit illũ in gloria,
&c. Ille nimirų̃ eſt verus ſc̃tõrų̃ honor, q̃ deũ in ſanctis laudare iubemur, vt deus ꝑ eos glorifi
cetur, quẽadmodũ eccleſiæ quondã Iudeæ deũ in Paulo clarificarũt. Sicut em̃ nihil eſt lau-
de dignum in ſanctis, q̃d nõ à ſolo deo authore oĩm bonorų̃ proflueret, ita nihil in illos vere Galat. 1
laudis conferri poteſt, quod in deũ non deferretur, cui ſoli laus & gloria.

Digitized by Google

¶Secundo, vt cuius virtutes admiramur eas pariter ſequi ſtudeamus, ipſosq́; & in ipſis M
Chriſtum imitemur, cuius ſanè cauſa potiſſimum ſanctorum dies feſti ab Eccleſia ſunt inſti-
tuti, vt audientes tum ſanctorum tot pia opera ad conſimilia agenda prouocemur, nec eſt, q̃d
ſancti Dei hoĩes more fideliũ parentũ æquè à nobis haberi velint, quàm vt ſui in bonis virtu-
1 Cor 4.11 tibus æmulatores ſimus. Hinc Apoſtolus in ſua & vniuſcuiuſq; ſancti perſona hortatur Co-
Ephe.5 rinthios, inquiens: Rogo vos, imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. Dederunt vtiq; ſe no
Johan.13 bis Dei ſancti ita cum Chriſto in exemplum vt vnuſquiſq; dicere ad nos queat. Exemplũ de-
2.Theſſ.3 di vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Hinc Apoſtolus, non quaſi (ait) habue
Heb.6 rimus poteſtatem, ſed vt noſmetipſos formam daremus vobis ad imitandum nos. Qui & de-
inde admonet, dicens: Cupimus vt non ſegnes efficiamini, verum imitatores eorum, qui fide
& patientia hæreditabunt promiſſiones. Ex quorum numero fuit diuus Bonifacius tam fide-
lis & patiens, vt mortem ſubiens cœleſtem hæreditatem acquiſiſſe non dubitatur, qui & adeò
Phil.3 nos ſui voluit eſſe, vt boni patris æmulatores, vt & ipſe iure ad nos dicere potuerit cum Apo-
ſtolo: Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis. Imitatores mei
eſtote filij. In quo? Nimirum in bono faciendo, ita vt bonum facientes non deficiamus, tem-
Gala.6 pore enim ſuo metemus non deficientes. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad
omnes, maximè autem ad domeſticos fidei. Stabiles eſtote & immobiles, abundantes in omni
opere domini, ſemper ſcientes, quod labor veſter non eſt inanis in domino.

¶Si fratres chariſſimi, ita vt debemus, diuum noſtrũ patronum Bonifacium venerabimur, N
eumq́; vt probi filij ꝓbum patrem imitati fuerimus, non deerit nobis apud Deum pius in no-
ſtris tribulatõibus interceſſor, veſtramq́; hanc nec minus ſuam ciuitatẽ Moguntiã ſub ſummo
principe Chriſto miles facile de inimicis vindicabit: quippe q nunc in cœlo nõ minore erga
vos filios ſuos, quos cum grandi dolore & charitate parturijt, quàm Hieremias olim corpe de
2.Macha functus, in ſuos erit, de quo cũ Iudas Machabęus ſibi & ſuę vrbi ab inimicis formidaret, ſcriptu
bæo.15 ra reſpondit. Hic eſt fratrum amator & populi Iſrael, hic eſt, q multũ orat ꝓ pplo & vniuerſa
ſancta ciuitate Hieremias ꝓpheta Dei. Nec dubitemus Deum ꝓpter diuum Bonifaciũ facturũ
4.Reg.19 quod olim regi Ezechiæ contra eius hoſtẽ, Aſſyrioꝝ regẽ &c. ꝓpter Dauidẽ ſe facere pollici
tus eſt, inquiẽs: Per viam qua venit. ſ. hoſtis reuertet, & ciuitatẽ hanc non ingrediet, dicit dñs:
Protegamq́; vrbem hanc & ſaluabo eam ꝓpter me, & ꝓpter Dauid ſeruum meum.

HOMILIA LXXXV. DE EO QVOD SCRIPTVM EST,
Exodi.39. Poſuitq́; eos in lateribus ſuper humeralis in monimentum
filiorum Iſrael, ſicut pręceperat dominus Moyſi &c.

In ferijs diui Albani.

SI FRATRES DILECTISSIMI, PAVLO QVON- A
dam adhuc Saulo, necdum gnaro quid ſe oporteret facere, vtpote
legis tum nouæ adhuc indocto & ex ignorantia acceptis à principe
ſacerdotum epiſtolis in Damaſcũ ad ſynagogas eunti, vt ſi quos in-
ueniſſet huius viæ viros ac mulieres vinctos ꝑduceret in Hieruſalẽ,
à dño dictum ſeriò eſt: Saule, Saule, q̃d me ꝑſequeris? Ego ſum Ieſus
quẽ tu ꝑſequeris. Durũ eſt tibi contra ſtimulũ calcitrare, id ẽ, prorſus
inuanũ laboras, quod me inuito meos ꝑſequi moliris, quanto pute-
mus longè ſerioſius à Deo dici in eos. Durũ eſt vobis &c. q noſtra tẽ
peſtate nõ modo ſanctoꝝ corpora, quę vtiq; domino ita ordinãte,
Apoca.14 dormiunt & requieſcunt, ſed & memoriam eoꝝ ne dum ex tẽplis, quæ vna cum ſtatuis me-
morialibus, quantũ in eis eſt, demoliri ſtudẽt, ſoloq́; æquare conant, ſed & ex libris & calenda
rijs ſeu annalibus eraſam & ſublatam velint, vtpote loco ipſoꝝ diſſimiliũ, vti. SS. Hieronymi,
Ambroſij, Auguſtini, Gregorij, Fabiani, Sebaſtiani, Viti, Laurentij, Albani, & hoc genus alio
rum penè infinitorũ qui ſuam pro Chriſto & in Chriſto vitam finierunt interponentes ſui ſi-
millimos Caym, Cham, Amon, Pilatum, Caypham, Iudam, & illud genus perquàmplurimos
improbos & impios, hauddubiè non aliam ob cauſam, niſi vt impiorum conſortio & moni-
mento tegatur ipſorum iniquitas, quæ per memoriam ſanctorum virorum prorſus detegere
tur & pateret fieretq́; eo pacto ipſorum apud ſimplex vulgus authoritas planè vilis aut poti-
tius euaneſceret: homines (inquam) his improbi & memoria indigni, nolunt aliorum fieri, vl
quàmlibet bonorum memoriam, quum ipſi falſo nihil æquè velint quàm in & poſt mortem
de ſe honorificam haberi mentionem, ſed durum eſt ipſis contra ſtimulum calcitrare, id eſt,
tentare id, quod eſt palàm contra dominum.

¶Primo q̃d ẽ nec ipſi aliquã memoriã habituri ſunt, tum q̃d nõ merent habere bonũ, quod B
alijs inuidẽt. Naturæ q̃dẽ lex ait: Oĩa quæcũq; vultis, vt faciãt vobis hoĩes, & vos facite illis, tũ
quod

Digitized by Google

quod ſcriptura ait de eiuſmodi hominibus. Et diſpereat de terra memoriã eoꝝ. Et rurſus. Matt. 7. Luc. 6
Areſecit deus ex ipſis, & diſperdidit eos, & ceſſare fecit memoriã eoꝝ à terra. Et erunt, inq̃t Tobię. 4
alia ſcriptura, decidentes ſine honore, & in cõtumelia inter mortuos in perpetuũ. Siquidẽ Gal. 5.
ait Dauid. Inimici vero dñi, mox vt honorificati fuerint & exaltati, deficientes, quẽadmo- Pſal. 108
dũ fumus deficient. Ita ſanè actum eſſe de om̃ibus hæreticis reꝝ experientia docet, qui vt- Eccle. 10.
cunq; hic ſuperbierũt, vt os ſuũ in cœlum ponere non dubitarint, plæriq; tamen om̃es ma- Sapię. 4. Pſalm. 36
le perierunt, quoꝝ memoria vſq; adeo periit, vt vix nudũ nomen eoꝝ ſuperſit iuxta pro-
phetã dicentẽ. Vidi impiũ ſuperexaltatũ, & eleuatũ ſicut cedros libani. Et tranſiui, & ecce Pſalm. 36
non erat, & quæſiui eũ, & non eſt inuentus locus eius, nõ eſt igitur, quod improbi homines
contra naturã hoĩs æternã memoriã ſperent, quando non modo natura & ſcriptura refra-
gentur ſed & L. L. Imperiales & quidẽ antiquiſſimæ ſerio dãnãt & damnatã perpetuo vo- L. qm̃. C
lunt hæreticoꝝ Apoſtatarũq; memoriã, & adeo quidẽ damnandã volunt, vt eoꝝ etiam li- de epiſco
bros ſerio comburendos iubeant. Non ſunt igitur principes noſtri Chriſtiani, ſi qui ſunt, pis et cleri
tyrannidis incuſandi, quod in hæreticos improbos animaduertunt, eorũq; dogmata incẽ- cis. L. ma
dio conſumi præcipiant, verum nomine pietatis mœrentur laudari, quando inibi duntaxat nicheos. c.
xat Chriſti eiuſq; reipublicæ honorẽ & profectũ deſiderent, nec rem nuper fieri cœptam de hæreti
aut legibus tantummodo ciuilibus cautã agant, veꝝ, quod & imperialibus piiſſimi iidemq; cis. L. qui
priſci eandem effecerint, vtpote eius exemplum ex ſacris literis indepti, quandoquidẽ con- cunq;. §.
ſtet, eos qui Epheſi fidem ſuſceperant, apoſtolo iudice, libros, qui curioſa continuerant, co- oẽs c. de
ram omnibus combuſſiſſe, & computatis prætiis illoꝝ, inuenerunt pecuniã denarioꝝ quin heret. Actoꝝ. 19
quaginta millium. Atq; vtinam tam pium tamq; ſanctũ factũ & exemplum reliqui etiam-
num principes imitati fuiſſent, ah quàm recte conſuluiſſent dei honori adeoq; totius reipu
blicæ commodo, deniq; publicæ honeſtati, quam vel totã iſti ſubuertere conati ſunt. De-
buiſſent vtiq; hoc factitaſſe principes Chriſtiani, quod ratio naturalis atq; virtutis amor fa
cere quondam coegit principes prophanos. Nonne Romani quondã adhuc pagani Oui-
dium, quia vnicam & paulo laſciuiorem de amore ſcripſerat libellum, coegerunt in ponto
exulare? Proh hominum fidem, & nos Germani Chriſtiani tot ſanctis ſcripturis rationi-
bus atq; exemplis admoniti, ſuſtinemus adhuc eos, qui tot famoſiſſimos libellos contra de-
um & eius dilectos, contra reipublicæ ſtatũ, contra omnem honeſtatem in vulgus diſſemi-
nant, quibus & vulgo adulteria & ſacrilegia & incœſtus & hoc genus inaudita vitia atque
ſcelera permittunt & obtrudunt, indigni nimiꝝ vt habeant memoriã, qui &c.

¶Secundo contra ſtimulũ calcitrant vel in hoc, quod moliuntur dei ſanctis memoriam
D ſupprimere impudenter ſtudent, ſiquidẽ quam catholica eccleſia illis habendã cenſuit vti
promeritã, quæ vtiq; cenſuit ducta ſpiritus ſancti gratia, qui illã regit, quæ & ideo colũna
eſt & veritatis firmamentũ. Adde quod & ea catholica eccleſia adhoc permota eſt tam ſcri 1. Timo. 3
ptura quàm diuino exemplo, Adde demũ & vtili ratione & ea quidẽ multiplici. Scriptu-
ra quidẽ ait de iuſto homine. Non recedet memoria eius, & nomen eius requiretur à gene- Eccle. 39.
ratione in generationẽ. Et Pſalmographus cecinit. In memoria æterna erit iuſtus, ab audi-
tione mala non timebit. Ideoq; eccleſia alibi ad memoriam ſanctorum habendã admonita Pſalm. 111
canit de ſingulis ſanctis. Immortalis eſt enim memoria illius, quoniã & apud deũ nota eſt Sapię. 4
& apud homines. Hinc & Iſraelitæ quondã ex præcepto dñi (vt tradit ſcriptura) in hoc q̊q;
ſanctorum ex vita hac decedentiũ memoriã habere ſolebant, quod quum legatis ſacerdos
pontifexq; leuiticus in ſancta ſanctoꝝ introiret, nomina duodecim tribuũ in rationali de- Exodi. 39
ſcripta inferebat, nimiꝝ, ait ſcriptura, in monimentũ filioꝝ Iſrael, ſicut præceperat domi-
nus Moyſi. Si fratres chariſſimi, ſynagoga ipſa rite ſui tẽporis ſanctoꝝ habuit memoriã,
quare, obſecro, eccleſia non haberet? quæ tãtum eſt hæc ſynagoga eminentior, quo veritas
vmbra, & aurora ſol. Deniq; ſancti noſtri q̃ ſynagogæ hoc conſumatiores, quo teſtamentũ
nouũ veteri eſt perfectius: quandoquidẽ etſi, vt apoſtolus ſcribit, legis antiquæ ſancti teſti- Heb. 11
monio fidei probati ſint, repromiſſionẽ tñ nõ acceperũt, deo pro nobis aliquid melius pro-
uidente, vt non ſine nobis conſumarẽtur.

¶Aſit igitur fratres, cũ om̃i deuotione habeamus memoriã eoꝝ, qui ſuã pro Chriſto &
D in Chriſto vitã ita finierunt, vt alibi cũ Chriſto perpetim viuerent, quoꝝ nomen ſcriptu-
ra vult requirendũ à generatione in generationẽ, ipſorũq; memoriã minime receſſurã. Id
quod deus opt. per Iſraelitas teſtatã nobis eſſe voluit, vt eoꝝ exemplo admoniti, nos pari-
ter ſanctorum haberemus piam memoriã. Maxime quidem quod eius rei ratio ſit tam eui-
dens quàm vtilis. Siquidẽ diuorum cõmemoratio pia eadẽq; ſalutaris ſit

¶Primo, quod per eam illi nobis paratiores ſunt ad auxiliandũ ſua pro nobis apud deum
E & ſaluatorem interceſſione: q̃ñ em̃ ſui amatoribus ſua petitione non ſubuenirent, quum
ſciant etiam iis eſſe benefaciendũ, qui nos oderunt, quanto magis iis, qui diligunt, quando
vtiq; natura deceat redamare amantem, Quod vero iſtis pro nobis orantes deus dignetur Hiere. 15.
exaudi-

Digitized by Google

exaudire ipſe palàm hiſce olim verbis arguit, dicens. Si ſteterint Moyſes & Samuel coram me non eſt anima mea ad populũ iſtum. Id ſanè nõ diceretur eis pro illo tempore, quo in placido Abrahæ ſinu quieuerunt duo illi ſancti patres, ſi & tunc non eſſent orare ſoliti, aut orare non poſſent ꝓ viuentibus. Cur etiam nunc in cœlis nõ orarent, vbi ſciunt quid orandũ ſit in no-
Roma.8. Matt.20 ſtram ſalutẽ, qđ hic plenè nõ potuerunt, Apl'o dicẽte: Nam qd oremus ſicut oportet, neſci-
Marci.10 mus. Id qđ ſatis patuit in filijs Zebedæi cum eoꝝ matre. Et cur nõ orarent, q in eo nũc ſunt in
Johan.16 cœlis die, de quo ad ſuos Chr'us ait: In illo die in noīe meo petetis. Et nõ dico vobis, qa ego rogabo patrẽ de vobis. Cur iam nõ eſſent in cœlo ad orandũ potentiores ante faciẽ Dei ſui, qui tam fuere in terra potẽtes? Preterea ſi dum hic viuerẽt miſerti ſunt pc̃oribus, & orarũt pro eis nũc tanto amplius, quanto verius agnoſcũt miſerias noſtras, orant ꝓ nobis Deũ, qñ & ideò pſ filiũ voluit incarnari, vt futurus inter nos & ſe mediator, noſtram ſciret infirmitatẽ eſſetq́ nobis proinde aduocatus Chr'us homo magis ꝓpitius, veluti Apl'us in hęc ſcribit verba. Omnis
1.Timo.2 Hebre.5 Romañ 8 namq́ pontifex (inquiẽs) ex hoībus adſumptus cõſtituit &c. q cõdolere poſſit, ijs, q ignorant
1.Cor.12. & errant, qm̃ & ipe circũdatus eſt infirmitate. Hinc prius dixerat: Adeamus ergo cum fiducia
2.Corin.3 ad thronum gratiæ eius, vt miam conſequamur & grãm inueniamus in auxilio opportuno. Non eñ habemus pontificẽ, qui nõ poſſit compati infirmitatibus noſtris, tentatum vero per omnia ꝓ ſimilitudine abſq́ pc̃ō. At nõne & tales eius ſunt cõfratres & cooperantes Dei ſancti: quoꝝ beata illa patria charitatẽ nõ immutauit, ſed auxit, ſiqdem charitas nunq̃ excidet. Neq
1.Cor.13. eñ qa impaſſibiles omnino, ideò & incõpaſſibiles facti ſunt, ſed nũc potius induerũt ſibi viſce
Matth.5 ra miſericordiæ, quũ ante fontẽ miſericordiæ exiſtunt, à quo vtiq́ miſericordiã nobis conſe
Hebre.11 quenſ quando & ipſi miſericordes in nos ſunt orando. Adde, quod & ſubeſt, quo vrgenſ per-
Pſal.141 inde ꝓ nobis orare, & de nobis ſint ſoliciti: qa iuxta Apl'm Deus prouidet de nobis ne ſine nobis cõſumenſ. Hinc Propheta: Me expectãt (inqt) iuſti, donec retribuas mihi. Habẽda igif eſt ſanctoꝝ commemoratio, vt eoꝝ erga nos auxiliũ conſideremus & impetremus.

¶ Secundo, vt eoꝝ geſta adeoq́ opera tam virtuoſa & ſancta & propemodum diuina, quæ F
hic geſſerunt, recolẽtes, confuſionem noſtram adſpiciamus, qđ hoīes illi ſimiles nobis fuerint paſſibiles, ex eodem luto formati, ex quo & nos, cur ergo quum q prędeceſſerunt nos, tam mirabiliter ꝓceſſerunt p vias vitę, vt vix homines fuiſſe credanſ, cur (inquam) ergo nos non ſolũ
Heb.12 difficile, ſed impoſſibile credimus, vt faciamus opa, quę illi fecerunt, quando tam nobis vt illis Deus ipe ſua gratia adeſſe velit, modo (vt ait Paulus) grę nos nõ defuerimus. ſ. noſtris peccatis obicẽ ponẽtes, vti ianua ſoli eſt impedimẽto ne ille domus penetralia ingrediaſ. Sanẽ ꝓpter illam humilẽ in nobis cõfuſionẽ ꝓmouẽdam valde ſalutaris eſt, ſanctoꝝ memoria, nimiꝝ vt

¶ Tertio vt hæc ipſa confuſio vt etiam ſolet in rebus vanis aliquando, nobis adducat gloriã G
timorq́ iſte nobis eam generet gratiã, qua & eoꝝ quoꝝ meminerimus, ſanctoꝝ veſtigia imitari conemur, vt & cum ipſis eandem cum Deo vitam eiuſq́ beatitudinem indipiſcamur: memores (inquam) eſſe debemus, vt quemadmodum illi donec in terra verſati ſunt, non declinarint ad dexteram neq́ ſiniſtram, ſed viam regiam tenuerint donec venirẽt ad illũ, qui dicit:
Johan.14 Ego ſum via & veritas &c. & nos pariter ita cõuerſemur, eorumq́ veſtigia ambulantes haud
Eſaię.26. erremus in eis: ſiqdem (ait Propheta) ſemita iuſti ſit recta, ꝑ quam deduxit eum dñs. Et hoc eſt quod venerabilis ille dux ſenex Matathias ad ſuos, appropinquantibus iam hoſtibus impijs,
1.Mach.2 ait: Nunc ergo ò filij, ęmulatores eſtote legis, & date aīas veſtras ꝓ teſtamento patrum, & me-
Heb.11 mẽtote opeꝝ patrum, quę fecerunt in generatōibus ſuis, & accipietis gloriam magnam & nomen æternũ. Et hoc eſt, qđ Apl'us nobis tantam ſanctoꝝ, qui ꝑ fidẽ operati ſunt iuſtitiam, ob
Heb.13 oculos ſeriem ponit, nimiꝝ vt & illos in pari fide & operatiōe pro conſequenda æterna gloria imitemur, q paulopoſt in alio dicit capite: Mementote prępoſitoꝝ veſtroꝝ, q nobis loquuti
1.Cor.11. ſunt verbum Dei, quoꝝ intuẽtes exitum cõuerſatōis, imitamini fidem. Idem & ideò aliàs ait:
Ephe.5 Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. Nimiꝝ vero in ſanctis imitamur Chriſtum, eundemq́ in illis laudamus & ſanctificamus, quando cõſiderauerimus, totũ qđ ẽ in ſanctis glorię, laudis, ſanctitatis, ac meriti, ex larga Dei liberalitate, quod illi eum amarint prouenire. Inde eſt fratres quod tunc nobis in anno ſanctoꝝ ſolemnitates catholica Eccleſia inſtituerit, vt in ijs in laudem Dei Opt. ſanctoꝝ memoriam agentes, eoꝝ cõſiderauerimus auxilium, exemplum & confuſionem noſtram, deniq́ et nos futuri fęlices eoꝝ imitatōe. Quare & nobis hodie diui Albani obuerſatur dies feſta, vt memoriam eius agẽtes gaudeamus, ipſum nobis apud Deũ eſſe patronum, confundamur quoq́ tam illi nos eſſe in viuẽdo diſſimiles, vt meritò prouocemur deinde ad imitandum eius veſtigia.

HOMILIA LXXXVI. DE EO, QVOD SCRIPTVM EST, Lucæ primo: Iohannes eſt nomen eius.

In ferijs diui Johannis Baptiſte.

Cuius

A CVIVS hodie fratres chariſſimi, ſolẽnis in toto terrarũ orbe agitur
memoria, eius eſt nomen Iohãnes. Cuius ſanè noĩs cognoſcẽdi tã
debuerit nobis eſſe om̃ibus cupido, q̃ eſt illud mirabiliter & nõ qui-
dem ab hoĩe ſed à deo impoſitũ. Cum eñ qui puerũ, inquit Euãge-
liſta, venerãt circuncidere vocarẽt eũ noĩe patris ſui Zachariã, reſ- Lucæ. 1.
pondit mater. Nequaq̃, ſed vocabit Iohãnes. Vnde hæc noĩs appel
latio matri Eliſabethæ? Nunqd ex Iudæorũ cõſuetudine? Nequaq̃.
Cum, vt ex verbis vicinorũ hodie intelligimus, non fuerit in more,
pueros vocari noĩbus, quæ in proſapia ipſorũ peculiaria non eſſent,
ſed appellabant plerumq; noĩbus vel parentũ vel cõſanguineorũ, at
nemo erat in cognatione Zachariæ, qui eo vocat⁹ fuiſſet noĩe. Vnde tum matri Eliſabethę
tam rara noĩs appellatio? A marito Zacharia? Nequaq̃: vtpote, qui incredulus dñi verbo de
futura prole per vetulã Eliſabethã cõcipienda & gignenda obmutuerit & ſurduerit nec loq
nec audire niſi puero iam noĩe indito cæperit, iuxta angelum antea dicentem. Ego ſum Ga Lucæ. 1
briel, qui aſto ante deum & miſſus ſum loqui ad te, & hæc tibi Euãgelizare. Et ecce eris ta-
cens, & nõ poteris loqui vſq; in diem, quo hæc fiant, pro eo, quod non credidiſti verbis me
is, quæ implebuntur in tempore ſuo. Hæc ille. Quæ vtiq;, vt prædixit, completa ſunt in die
circumciſionis octaua, impoſito iam puero nomine, tum enim, inquit Euangeliſta, apertũ
eſt illico os eius & lingua eius, & loquebatur benedicens deum, & cętera. Sed vnde tum Eli-
ſabethæ tam noua nominis impoſitio? Non vtiq; niſi à deo ipſo reuelante: quandoquidem
quod nominis tum antea angelus imponendum prænunciarit, ad Zachariam dicens. Ne ti
meas Zacharia: quoniam exaudita eſt deprecatio tua, & vxor tua Eliſabeth pariet tibi fili-
um, & vocabis nomen eius Iohannes, & erit gaudium tibi & exultatio, & multi in natiuita-
te eius gaudebunt: quod & pariter nominis miraculo adfirmauit imponendum Zacharias
pater, mutus poſtulans pugillarẽ ſcripſit.. Iohannes eſt nomen eius?

B ¶ At inquis, quid ſibi hæc ipſa vult mirabilis nominis imponendi prænuntiatio & adſe-
ueratio? Iohannem vtiq; fore magnum, præcelſiq; apud deum meriti. Sanè offendimus e-
os plæroſq; omnes futuros fuiſſe illuſtres & eximios ſingularisq; meriti, quibus à deo nomi
na vel imponebantur vel nuntiabantur, & in quibus ab ipſa teneritate infantiæ virtus re-
fulgere debebat, à principio diuinitus ſumebant nomina, ijs verò qui poſtea debebat ex-
creſcere, nomina poſtea imponebãtur. Sic ab Adã per deũ inditur primæ mulieri nomen Geneſ. 3.
Eua, quia mater eſſet cunctorum viuentium futura. Et Iſmael Abrahæ filius prænuntiaba- Geneſ. 16
tur vocandus nomine Iſmael, quod ille futurus eſſet, qui duodecim duces generaret, & in
magnã gentẽ creſceret. Et dominus quoq; ipſe prædixit Iſaacum fore vocandum nomine Geneſ. 17.
Iſaac, quod ille foret in nationes & reges populorum ex eo, cui quoq; deus eſſet benedictu- Galat. 4.
rus. Et nominis Eſaiæ dominus memor arguit illum hoc nomine Eſaiam vocandũ, quod Eſaię. 49
ille erat futurus propheta eminentiſſimus & dei altiſſimi ſeruus, in quo is eſſet aliquãdo glo
rificandus. Et Eſaias ſaluatoris noſtri nomen longe antea prædixit fore Emanuel. Et ange Eſaiæ. 7.
lus quidem Ieſus: quoniã ille eſſet magnus & filius altiſſimi vocaretur, daretq; illi dominus Mat. 1
deus, ſedem patris Dauid eius, & regnaret in domo Iacob in æternum, & regni eius non eſ- Lucę. 1
ſet finis, qui & populũ ſuum à peccatis ſaluum faceret, Ideo Emanuel, id eſt, nobiſcum deus
& Ieſus, id eſt ſaluator diceretur.

C ¶ Sic quis dubitat & Iohannẽ fore ſingularẽ hominẽ, cuius non ab hoĩe ſed à deo per an-
gelum nomen eſt prædictum? Nemo ſane dubitet, quãdo id ipſum angelus euidenter ex- Lucę. 1
preſſerit, dicens ad Zachariam. Erit enim magnus corã domino. Id quod & nomen ipſum
indicat, quid enim eſt Iohannes aliud quàm in quo eſt gratia vel domini gratia vel cui dona
tum eſt? An ille merito futurus eſt prædictus magnus, in quo eſt domini gratia, & cui à deo
donatum eſt? Certe magnus eſt. Atqui talis fuit Iohannes Baptiſta, tum ex angeli, tũ ex no-
minis quoq; interpretationis teſtimonio.

D ¶ Sed qualis ac quanta illi fuit gratia, aut quid aut quantũ fuit illi à deo donatũ, vt ideo di-
ceretur Iohannes? Ea, inquã, illi donata fuit gratia, quod, veritate teſte, ille fuerit, quo inter
natos mulierũ maior nõ ſurrexit, q inter oẽs choros cœleſtiũ vbiq; mirabiliter magnus & Mat. 11.
(vt verius dixerim) vbiq; maior, in om̃ibus ſingularis, mirabiles ſuper omnes. Sic eñ ille ab Lucę. 7
ortu vitæ ſuæ vſq; ad occaſum cõuerſatus ẽ cũ hoĩbus, vt forma vitæ, morũ informatio ha-
beatur. Quis obſecro ſic glorioſæ vt Iohãnes annuntiatus eſt, cuius conceptũ idẽ angelus, Lucę. 1
qui Ieſu Chriſti dei altiſſimi filij, denũtiauit Mariæ virgini. Quis ita ſpecialiter in vtero ma-
tris ſpiritu ſancto legitur fuiſſe repletus, vt exultando propheta fuerit anteq̃ ederetur? Ecce
enim, inquit, mater Eliſabeth ad Mariã, vt facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis ex-
ultauit in gaudio infans in vtero meo: nimirũ (vt credi par eſt) ſuum adeſſe præceptorẽ co-
gnoſcẽs. Quis ſic (vt eſt in Euangelio) puer adhuc creuit & cõfortatus ẽ, & puer deſerta pe- Lucę. 1
tijt

Digitized by Google

tiīt inibiq́ꝫ mãſit vſqꝫ in die oſtenſionis ſuæ ad Iſrael? Quis eo ſublimius vnq̃ cõuerſatus eſt?
Matth.3 Marci.1, vtpote qui de pilis cameloꝝ veſtitus zonam habuit pelliceam circa lumbos ſuos, locuſtas, &
Lucæ.1, mel ſylueſtre eſitauit, vinum & ſyceram non bibit, qui deniqꝫ ob eius vitæ auſteritatẽ & ſubli-
mitatẽ dictus eſt Helias, qđ illũ in ſpũ ſanctitatis & innocẽtiæ oĩno pręceſſerit: Cuius rei gra-
Matt.11, tia Chr̃us alibi ad turbas dixit: Quid exiſtis in deſertũ videre hominẽ mollibus veſtitum? Ec-
ce qui mollibus veſtiunť in domibus regum ſunt. Etſi vultis recipere, ipſe eſt Helias, qui ventu
Matth.3 rus eſt. Quis regem gloriæ totius præter Iohannẽ baptizauit? Cui antea vnquàm q̃ Iohanni
Marci.1, reuelata fuit trinitas ſancta? Quis præterea oro primus pœniam & regnum cœloꝝ prædica-
uit, niſi Iohannes? Nunq̃d maior inter natos mulieꝝ ſurrexit Iohanne Baptiſta? Nequaquã.
Nónne meritò eius nomen eſt Iohannes, qui tantis vndecunqꝫ donis, gracijs, atqꝫ virtutibus,
certè pluſquàm humanis ante Deum & homines emicuit? An non rectè eius eſt nomen Iohã
nes, cui ſic ſunt à Deo omnes donatæ gratiæ, vt nullus mortalium iſtis audeat inhiare. Nón-
ne (precor) iuſtè eius eſt nomen Iohannes, qui ſic omnes gratias habuit proprias & dotes ſpe-
ciales, vt interim nihilominus cæterorum ſanctorum communia attigerit?

¶ Si patriarcham in Iohanne quæſieris, ꝑfectò in eo īuenies patriarcharum caput & finem E
Matt.11, Lucæ.16, Chriſto dicente: Omnes enim prophetæ & lex vſqꝫ ad Iohannẽ prophetarunt. Prophetam
Mar.1 quęris? Certè reſpondet dominus pluſquàm Propheta eſt, quum ſit ille, de quo ſcriptum eſt:
Lucę 7 Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te, qui &
Malac.3 venientẽ nuntiauit, & digito demonſtrauit. Si Apoſtolũ, offendes Apoſtoloꝝ primũ & prin
Iohan.1, cipem, vtpote qui primus fuit homo miſſus à Deo, cui nomẽ erat Iohannes, hic venit in teſti-
monium, vt teſtimonium ꝑhiberet de lumine, vt oẽs crederẽt ꝑ illum. Si Euangeliſtam: Inue
Matt.3, Mar.1 nies primũ Euangelij inciſorẽ, prædicantẽ in deſerto regni Euangelium: Pœniam agite, ap-
Lucę.3 propinquabit enĩ regnum cœloꝝ: ſiquidẽ fuerit vox clamantis in deſerto, parate viam dñi,
Eſa.40, rectas facite ſemitas eius Si virginẽ, reperies Iohannẽ virginitatis inſigne ſpeculum, pudicitię
Matt.14 Marci.6 titulum, caſtitatis exemplum. Si martyrẽ, inuenies Iohannẽ, qui & martyꝝ lumẽ inter natiui
tatẽ mortemq́ꝫ Chr̃i cõſtantiſſima forma martyrij reſplenduit, quẽ Herodes miſſo ſpiculato-
Iohã.1 re in carcere miſerè ꝑtruſum miſerabil̃r & innocẽtiſſimè ꝑpter Herodiadẽ decollari iuſſit. Si
confeſſorẽ, inuenies Iohannẽ eſſe cõfeſſum & nõ negaſſe, q dixit: Non ſum ego Chriſtus. Ego
ſum vox in deſerto clamantis &c. ſed ipſe eſt, q poſt me veniet, q ante me factus eſt, cuius ego
non ſum dignus, vt ſoluam eius corrigiam calciamẽti, recte nimiꝝ confeſſus eſt Iohannes, qa
nõ erat Chr̃us, ſed Chr̃i amicus, nõ verbum, ſed vox verbi, nõ dñs, ſed dñi præcurſor, nõ ſpon
Iohã.1 ſus, ſed ſponſi amicus & ſponſæ præparator, neqꝫ erat ille lux, ſed vt teſtimoniũ ꝑhiberet de lu
Iohan.14 mine. ¶ O mira, ô felix gr̃a, quæ in hoc Iohanni collata eſt, qđ eius meruerit eẽ teſtis, q ipſiſſi F
Iohan 5 ma eſt veritas, q vel ipſe tantus eſt teſtis, vt eius fuerit teſtimonio aliud nõ maius. O beatiſſime
teſtis Iohannes. O gratioſiſſime teſtis & meritò Iohannes dici cœptus, q merueris eſſe teſtis
Iohã.1 Iohã.8 ipſius ſplendidiſſimi luminis Ieſu Chr̃i, quod illuminat omnẽ hominẽ venientẽ in hunc mun
dum. Ipſe enĩ lux mundi, quàm q ſequiť non ambulat in tenebris, ſed habebit lumẽ vitæ: quæ
& Iohannẽ lumĩe omnis gratię, virtutis & priuilegij illuminauit, vnde & lucerna dictus eſt Io
Iohan.5 hannes à Chr̃o, quum ait: Ille erat lucerna ardens & lucens. Lucerna (inquam) à Chr̃o illumi-
nata. ſ. tanta taliq́ꝫ gr̃a, vt & inde illi nomen dare voluerit Iohannes, quem nõ pręedicatio ſed
inſpiratio docuit, quẽ repleuit ſpũs in vtero matris ſuæ. ¶ Verè ardẽs & vehemẽter accẽſus, G
quẽ ſic pręoccupauit flamma cœleſtis, vt iam Chr̃i ſentiret aduentũ, qui necdum ſentire pote
Lucę.1, rat vl̃ ſeipſm: quippe nouus ille ignis, q recẽs illapſus ẽ cœlo ꝑ os Gabrielis in aurem intrarat
virginis, & ꝑ matris aurẽ introiuit ad paruulum, vt ab ea hora vas electiõis ſuæ, ſpũs ſanctus im
pleret, & Chr̃o domino pararet lucernam. Fuit ergo iam tum ardens lucerna, ſed interim ad-
Matt.5, Marci.4 huc ſub modio, donec ſuꝑ candelabrũ poneret, & luceret oĩbus, q erant in domo dñi. Illo enĩ
Lucæ.8, in tẽpore ſolum adhuc potuit illuminare modiũ ſuũ, ſoli interim lucere matri, magnũ ei pieta
tis ſacramẽtum reuelans ipſo motu nouæ exultatiõis. Vnde mihi hoc (inquit) vt veniat mater
Lucę.1, dñi mei ad me? Quis tibi indicauit matrẽ dñi mulier ſancta? Vnde noſti? Vt facta eſt (inquit)
vox exultatiõis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo. Illuminauit ergo
iam tunc modiũ ſuũ ſub quo latebat, ſed quẽ nõ latebat ardẽs lucerna ſub modio, totum paulo
Matt.11, poſt mundũ nouis erat illuſtratura fulgoribus. ¶ Sed q̃uo (inquis) Iohannes ardens lucerna H
Lucę.7 1.Timo.6 erat? Nimiꝝ tripl̃r. ¶ In ſeipſo quidẽ vehemẽte cõuerſatiõis auſteritate: quandoq̃dem venit
Iohannes non manducans nec bibẽs, imò planè nec veſtitus, vtpote in heremo hirſutus veſte
Matth.3 inędia confectus, in q̃ ſolo fuit Ap̃lica ꝑfectio, quæ eſt vt victum & veſtitũ habẽtes, ijs contẽ-
Mar.1 ti ſimus, ſed Iohannes etiam hæc contẽpſit. Ardẽs quoqꝫ erat erga Chr̃m intimo quodam &
Marci.5 pleno feruore deuotiõis inquiẽs: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me &c. qui & ꝑ ve-
Matt.14 Marci.6 ritate Chr̃i mori nõ recuſauit. Ardẽs quoqꝫ erat erga peccantes proximos cõſtantia liberę in-
Eſaię.40 crepatiõis, ad Herodẽ inquiẽs: Non licet tibi hr̃e vxorẽ fratris tuis. Luxit quoqꝫ tripharia m.
Matth.3 Nimiꝝ verbo, qđ nobis verbo ſolẽ iuſtitiæ prædicarit, & q̃uo eo ꝑueniremus docuerit, inqui

enti

ens:Pœniam agite,appropinquabit enĩ regnũ cœloꝝ.Parate viam dñi, rectas facite ſemitas Marci.1.
eius.Digito luxit,ꝙ inde nobis lumen digito demonſtrarit,inquiens:Ecce agnus dei,ecce,q Iohan.1.
tollit peccata mundi.Exemplo deniq; luxit,ſeipſum nobis ad imitationẽ oſtendens & viam
ad peccatoꝝ indulgẽtiam & ſalutis adipiſcendæ:qñquidẽ ille nobis veræ pœnitentiæ formã
& vitæ beatæ normam viuendo ꝓbuerit.Cur enĩ Iohannes in vtero ſanctificatus, adeoq́; ab
omni peccato alienus,tanta degit vitæ auſteritate,non vtiq; propter ſe,ſed propter nos,qui-
bus voluit eſſe verus Iohannes in gratijs demonſtrandis,& vera lucerna in dilucidando viam
pœnitentiæ,& vt verus doctor eſſe,qui alios docturus ipſe primus,quę vult docere,facit.Sic Actorũ.1.
Chriſtus,inquit Lucas,cœpit facere & docere.Et Paulus quoq; ait. Caſtigo corpus meum, 1.Cor.9
& in ſeruitutem redigo,ne forte cum alijs prædicauerim,ipſe reprobus efficiar.Sic & Iohan-
nes veniens admonere pœnitentiam & eius formam,eam in ſeipſo,reipſa,non verbo ſolum
perdocere ſategit.Quare enĩ Iohannes adeo puer deſerta petijt,nimirũ,vt pœnitẽtes quoq;
& nos mundanorum & ciuium turmas,ne inde,contaminaremur,fugeremus. Sane, inquit
ſcriptura,qui tetigerit picem,inquinabitur ab ea,& qui cõmunicauerit ſuperbo,induet ſup-
biam.Et propheta inquit:Cum peruerſo,peruerteris.Hinc & apoſtolus monet,declinãdum Eccleſi.13 Pſalm.17
omnem fratrem inordinatè ambulantem:atq; vtinã hoc pariter modo parentes agerent cũ 2.Theſſ.3
filijs ſuis,eoſq́; à malorũ cõſortio prohiberent.Sic & Petrus quoq; foras,vt pœniteret,exijſſe Matt.26
traditur.Quare Iohannes tam viliter indutus, vtiq; vt nobis veſtium luxum & apparatum
diſſuaderet,maxime pœnitentibus,ſed eſſemus, vt Paulus ſcribit, contenti victu & amictus 1.Tim.6
memores,veſtes illas pretioſas diuiti illi epuloni male ceſſiſſe,qui quoniã indueretur purpu-
ra & byſſo, mortuus eſt,ſepultus in inferno.Non vtiq; molles veſtes ſunt pœnitentium, ſed Lucæ.16
eorum,qui in aulis principum agunt.Chriſtus quidem de pœnitentibus alibi ait.Væ tibi Co Matt.11.
rozaim,væ tibi Bethſaida,quia ſi in Tyro & Sydone factæ eſſent virtutes, quæ factæ ſunt in Luc.7
vobis,olim in cilicio & cinere pœnitẽtiam egiſſent.Sic Niniuitæ olim pœnitẽtes veſtiti ſunt Ionæ.3
ſaccis à maiore vſq; ad minorẽ,& ipſe quoq; rex ſciſſo ſuo veſtimento,induit ſe ſacco.Quare
Iohannes,neq; vinum,neq; ſiceram bibit,& locuſtas comedit? Hauddubie,vt pœnitentibus
ſuaderet vitare omnia quæ ad peccatũ prouocãt,illiſq́; anſam ꝓbent:cuiuſmodi eſt vinum,in Epheſi.5
quo(vt apoſtolus ait)eſt luxuria,quo & idẽ apoſtolus impleri noluit:res enĩ luxurioſa eſt,vi- Prouer.20
num,imò & omnem crapulam vitare docuit,vti rem animæ & corpori pernicioſam atq; ſi-
mul ignominioſam.Hinc dominus ait.Attendite autẽ vobis,ne forte grauẽtur corda veſtra Lucæ.21
in crapula & ebrietate & curis huius vitæ, & ſuperueniat ſuper vos repentina dies illa.Sane Eſaiæ.5
crapuloſis minatur dominus in Eſaia,dicens:Væ qui conſurgitis mane ad ebrietatem ſectan
dam,& potandum vſq; ad veſperam,vt vino æſtuetis. Eapropter & Ionadab filius Rechab, Hiere.35
filijs ſuis præcepit ne in ſempiternum biberent vinũ:qui propterea obſeruantes præceptũ in
ſtirpe ſua virili nũquã defecere.Veteres igitur quoties pœnitendo ambierunt dei miſericor-
diam,à crapulis abſtinentes,ieiunarunt,facti inde deuoti & religioſi.Vnde Paulus ait. Abij- Roma.13
ciamus ergo opera tenebrarum & induamur arma lucis,ſic vt in die honeſte ambulemus.Nõ
in comeſſationibus & ebrietatibus,ſed induamini Ieſum Chriſtum, & carnis curam ne deſi-
K deretis. ¶Id quod ſane Iohannes præcurſor re ipſa docuit,qui & ideo non modo factus eſt
nobis Iohannes,id eſt,via ad gratiam & donum dei,neq; ſibi modo factus eſt lucerna ardens
& lucens,ſed & nobis quoq;,vt & ipſi eſſemus ardentes lucernæ.ſ.deuotione ad deum, & lu-
centes.ſ.bonis operibus.ſ.ad proximos iuxta dominum dicentem.Sic luceat lux veſtra corã Matt.5
hominibus,vt videant opera veſtra bona,& glorificent patrem veſtrum,qui in cœlis eſt.Id 1.Tim.4
quod maxime dictum eſt ſacerdotibus & prælatis atq; præpoſitis,qui(Paulo docente)fideli-
bus eſſe debent exemplo in verbo,in conuerſatione,in charitate,in fide,& caſtitate.Non enĩ
ſufficit coram deo,vt nobis dumtaxat ipſis ſimus boni, quales & alijs eſſe debemus in exem- Roma.12
plum ad ædificationem bonis operibus,apoſtolo dicente.Prouidentes bona non tantum co
ram deo,ſed etiam coram omnibus hominibus.Quod & Petrus admonens ait. Conuerſati- 1.Petri.2
onem veſtram inter gentes habentes bonam,vt in eo,quod detractant de vobis tanq̃ de ma-
le factoribus ex bonis operibus vos conſiderantes glorificent deum in die viſitationis.Ac vti
nam hoc vel ſolum hodie & ſemper corde perciperemus nos Chriſtiani, eheu quàm longe
potus erga noſtros & alienos exemplo proficeremus quàm vel ferro vel igne.Quis enim ob-
ſecro ſubditorum vel infidelium ſataget ad fidem vel noſtram religionem ſe adiungere,vbi
nihil apud nos videt,quod vel veram fidem vel probatam religionem deceat: vtpote quo- Matt.7
rum opera,ex quibus tamen,vt arbor ex fructibus,agnoſcimur,ſunt vel peſſima. Heu heu q̃ Luc.6
diſtamus ab eo cuius nomen eſt Iohannes, qui & erat ardens & lucens lucerna, nimirum ſi-
bi ſaluti & nobis exemplo:quem adeoq; hodie imitari ſtudeamus pœnitentiæ operibus & in
noſtram & aliorum ſalutem,non(vt pleriq; ſolent)in comeſſationibus & ebrietatibus, carni
inſeruientes,ſed ſpiritui adhærentes.

¶HOMILIA LXXXVII. DE EO QVOD SCRIPTVM EST, Lucæ.22. Et tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos.

In feriis duorũ apoſtolorũ Petri ⁊ Pauli.

QVAMVIS ſic nonnulli hac iniqua & tempoꝝ & hominũ condi- A
tione miſericordiã dei cõmendarint, vt interim plane nullum iuſti
tiæ diuinæ reliquerint locũ, & ex miſericordia plane licentiam im-
pune peccandi fecerint, eoq́ꝫ erroris hoĩes miſellos ſeduxerint, vt
putent in ſua peccata deũ pro ſua ineffabili miſericordia nequaquã
animaduerſurũ, exiſtimentq́ꝫ nihil opus eſſe vel cohortari ad confi
Pſal. 114 dentiã in miſericordiã dei, nec dehortari à deſperatione propter ri
Luc. 16 goroſam dei Max. iuſtitiã, abeſſe tamẽ haud ſane opinamur, q no-
runt deũ æque eſſe miſericordẽ atqꝫ iuſtũ, qui ſtricte nimiꝝ de vno
Matt. 12 quoqꝫ villicationis eius, nõ modo de operibus, nec de verbo tãtum
Roma. 2 otioſo, ſed & de cogitationibus q̃qꝫ ſit exacturus rationẽ, illiusq́ꝫ iudiciũ fore, apoſtolo teſte,
Matt. 18 ſecundũ veritatẽ in eos, qui male agunt: qui deniqꝫ vti nihil boni vel hic vel alibi relicturus ſit
irremuneratũ, ita quoqꝫ nihil mali relinquet impunitũ: qui præterea tã velit nos ab omni ma
1. Cor. 4 lo eſſe immunes, vt etiã Paulus non arbitratus eſt ſe eſſe iuſtificatũ, etſi nihil ſibi mali conſcius
Exod. 34 eſſet: vtpote ante quem nemo per ſe innocens ſit vnquã, qui & nolit debitorem peccatorem
Matt. 5 ex carcere exire, vſqꝫ perſoluat vltimum quadrantẽ. Hinc nouiſſimum illũ diem, in quo deus
Iohelis. 2 ſit vnicuiqꝫ iuxta opera iudicaturus, propheta valde magnũ & terribilem fore dicit, & vix eẽ,
qui poſſit ſuſtinere. Ne tamen aliquis ob tam rigoroſam dei Max. iuſtitiã, obq́ꝫ terribile eius
iudicium deſperet, mox introducit dominũ loquentem, & ſuam nobis miſericordiam cõmen
dantem, & ſane dicentem. Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio & fletu & in
planctu, & ſcindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra. Et ait quoqꝫ propheta. Conuer-
timini ad dñm deũ veſtrũ, quia benignus & miſericors eſt, patiens & multæ miſericordiæ, &
præſtabilis ſuper malitia. Quis ſcit ſi conuertatur & ignoſcat & relinquat poſt ſe benedictio-
nem? Certe propheta nõ prorſus blanditur nobis de dei miſericordia, ſed ita loquitur, vt inte
rim ſemper timeamus rigorẽ diuinæ iuſtitiæ, ad quã nemo ſatis eſſe poteſt iuſtus, ideoq́ꝫ om-
Ecclesi. 9 nibus & quidem ſemper & ita timendũ eſt, vt nihil interea de ipſius deſperent miſericordia,
Sapiẽ. 11. ſed accipientes pœnitentiæ propoſitũ, adeoq́ꝫ ipſam pœnitentiam indubitato ſuoꝝ pecca-
Eccle. 1. 2 toꝝ expectent miſericorditer indulgentiã: memores & ipſum deũ Opt. multis & quidẽ ma-
ximis antea peccatoribus pro ſua ineffabili miſericordia peperciſſe, indultuꝝ & ſibi. Qui hoc
modo timens ſperat, non confundetur. ¶Cuius rei gratia, hodierna dies nulli non peccato B
ri, quales forte oẽs ſumus, eſſe debuerit ſalutaris & cõſolatoria: quippe quod in nobis catholi-
ca eccleſia ob oculos in ea ponit eos, in quibus magna nobis eſſe debet de indulgentia pctõꝝ
ſpes & cõfidentia: quandoquidẽ hæc ipſa in mediũ adducit Petrũ & Paulũ, duos ſine contro-
uerſia aplõs vel ſupremos, in quibus licet perſpicere ineffabilẽ dei miſericordiã erga eos, qui
pœnitẽdo illã ipſam dei miſericordiã ambiunt. Quis enĩ ignorat ambos fuiſſe, in quibus, vbi
Roma. 5 (vt apoſtoli verbo & ſenſu vtar) abundauit delictũ, ita ſuperabundauit & gratia. Sane interro
go Paulum, qualis fuerit. Reſpondebit. Ego ſum minimus apoſtoloꝝ, qui non ſum dignus vo
cari apoſtolus, quia perſecutus ſum eccleſiam dei, egoq́ꝫ peccatorum primus, qui prius blaſ-
1. Cor. 15 phemus fui & perſequutor & contumelioſus. Quis, inquit, nõ audiuit quanta mala fecerim ſan
1. Timo. 1 ctis in Hieruſalem: nec ſolum in Hieruſalem, ſed & per totam Iudæã inſaniæ vehebar habenis
vt Chriſti membra, & Chriſtum in ipſis laniarem in terris: plenus vndecunqꝫ minarum & cæ
Actorũ. 9 dis in diſcipulos domini? Quod fratres chariſſimi crudelius peccatũ, q̃ eſſe blaſphemum & eo
rum, quos Chriſtus diligit, adeoq́ꝫ totius eccleſiæ perſequutorem eſſe, & Chriſtum ad occi-
Matt. 2 dendum cũ tyranno Herode quærere? Certe vix aliud ſub cœlo grandius peccatum, ob quod
Matt. 23 & dominus Hieroſolymitanis minatur, inquiens. Hieruſalem Hieruſalem quæ occidis ꝓphe
Luc. 13 tas & lapidas eos, q ad te miſſi ſunt. Ecce relinquet vobis domus veſtra deſerta. Et veniet ſup
vos omnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt ſuper terram à ſanguine Abel iuſti vſqꝫ ad ſanguinem
Zachariæ filij Barachiæ, quem occidiſtis inter templum & altare. Ex iſtorum certe numero C
quondã fuit Paulus vel ſuo etiam nũ teſtimonio. ¶Sed quære Petrũ, qualis ipſe fuerit, haud
dubie reſpondebit, Grandiſſimus fui peccator, & quidẽ adeo grandis, vt indubie me deſpera-
tio ſubijſſet, niſi primus omnium à Chriſto poſt eius reſurrectionẽ fuiſſem cõſolatus: q̃ñqui-
Marc. 16 dẽ ait ad mulieres angelus. Sed ite & dicite diſcipulis eius & Petro, qa ꝓcedet vos in Galilæã,
Lucæ 24 ibi eũ videbitis, ſicut dixit vobis. Sed qualis & q̃tus obſecro fuiſti pctõr Petre? Fui, inquã, pec
Matt. 26 cator maximus, qui Chriſto dño, deo, magiſtroq́ꝫ meo, ſummæ veritati temere cõtradixi, quũ
Mar. 14 ꝓdiceret caſum meũ, q deniqꝫ iureiurando & anathematizãdo ipm negaui corã oĩbus. Sed q̃
Lucæ. 22 ſit hoc grande peccatũ, negare .ſ. Chriſtũ corã hoĩbus, verba eiuſdẽ arguũt, q̃ ſunt. Qui nega-
Iohan. 18 uerit.

uerit me corã hoĩbus, negabo & ego eũ corã patre meo, q in cœlis eſt. Et Paulus ait. Si nega- Matt.10
uerimus, & ille negabit nos. Fuit ergo vterq; grauiſſimus peccator, tã Petrus q̃ Paulus. Marci.8 Lucæ.12
D ¶Sed quale, obſecro, Paule, dei in te fuit iudiciũ? Reſpondet. Plane nullũ, qa ab ipſo Chriſto 2.Tim.2
Ieſu, qui venit in hunc mũdũ pctõres ſaluos facere, miſericordiã cõſecutus ſum, nec exiguã mi Lucæ.19
ſericordiã, ſed multo maximã. Nõ eñ is me ſolũ recepit in grãm ſuã, cõdonando mihi pecca Matt.9 1.Timo.1
ta mea, ſed & ſua me ſponte cõuertit, cõuerſum ex oĩbus delegit, vt doctor eſſem gẽtiũ, & vas Actorũ.9
electionis, vt portarẽ nomẽ ipſius corã gentibus & regibus & filijs Iſrael. At quare tantã, bo-
ne Paule, à Chriſto nactus es miſericordiã peccator maximus? qa, inquit, vt in me primo oſtẽ 1.Timo.1
deret Chriſtus Ieſus, omnẽ patientiã ad informationẽ eoꝝ, qui credituri ſunt illi in vitã æter-
E nam. ¶At quæ tua, Petre, pro pctis tuis pœna? Nulla plane inquit, qa eñ de pctõ meo do Mat.26
lui, qa exiens & plorãs dolui, miſericordiã nactus ſum plane ineffabilem, qa eñ ille dñs deus Mat.14
idẽq; magiſter Ieſus Chrũs mihi nõ modo remiſit pctm̃ meũ, ſed & ex pctõre fecit ſibi aplm, Matt.16
nõ infimũ, ſed ſupremũ, vtpote cui ſingulariter claues regni cœloꝝ dederit, cui & ſuas oues cõ Johan.vl.
miſerit, & ſup me vti primũ aplm, ſuã ædificarit eccleſiã. Sed quare Petre tãta tibi à Chro eſt
collata miſericordia? Nimiꝝ, reſpondet, vt cõuerſus, alijs pctõribus, ne deſperẽt, eſſem ſpes, il Lucæ.22
loſq; in ea ſpe cõfortarẽ. Ad me eñ dñs meus ait. Et tu aliqñ cõuerſus, cõfirma frẽs tuos, Id eſt
Sicut ego tuã fidẽ, ne deficiat, orãdo ꝓtexi, ita in infirmiores frẽs ne de venia deſperẽt cõforta
F re memẽto. Ex qbus quidẽ verbis. ¶Primo colligimus, exuberantẽ eſſe dei patientiã, vtpo
te q(vt Petro) aliquoties paratus eſt largiri veniã delicti, anteq̃ ipſum eſt patratũ, vt Petro fe
cit, quẽ in apoſtolico gradu anteq̃ peccauit, reſtituit hiſce verbis, Cõfirma frẽs tuos, ne.ſ. diffi Eſaiæ.65
deret. Et hoc eſt, qd aliàs inqt. Anteq̃ clamẽt, ego exaudiam, adhuc illis loquẽtibus, ego au- Lucæ.24 Actorũ.9
diã. Sic exaudiuit Petrũ, ſic Paulũ, ſic Matthæũ, ſic Corneliũ, ſic Magdalenã, ſic Zachæum, & Matt.9
hoc genus pctõres multos & maximos, qbus perinde indulta ſunt pctã, anteq̃ ipſi petierunt. Actoꝝ.10
Nec ſane ob aliã cauſam, q̃ vt ſuũ nobis deus miſericordiã vel eſſe grandẽ declararet, & ne qs Luc.7
gloriaret quaſi ſuis ꝓcibus & operibus ſolis remiſſionẽ pctõꝝ adeptus eſſet. Gratis eñ, inquit Lucæ.19
aplus, nos ſaluos fecit per grãm ipſius per fidẽ, & hoc nõ ex vobis. Dei eñ donum eſt, non ex Roma.3
operibus, vt ne quis glorietur. Et ſic totã noſtrã ſalutẽ deo debemus & eius gratiæ adſcri- Epheſi.2
bere. Sicut Paulus inquit. Gratia aũt dei ſum id quod ſum, & gratia eius in me vacua non fuit. 1.Coꝛ.15
G ¶Secundo colligimus, nos quia & ipſi ſumus pctõres alijs peccatoribus debere condolere, 1.Johan.1
nõ aũt illudere, eoſq; nõ iudicare & nos iuſtificare, memores ꝙ & nos ſumus miſeri peccato- Exod.34
res, quibus deus nõ ſit indulturus, niſi & ipſi indulſerimus peccata proximoꝝ. Hinc Paulus. Matt.6 Epheſ.4
Eſtote, inquit, inuicẽ benigni, miſericordes, donantes inuicẽ, ſicut & deus in Chriſto dona- Coloſſ.3
uit vobis. Supportantes inuicẽ, & donantes vobiſmetipſis, ſi quis aduerſus aliquẽ habet quæ-
relam. Et rurſus. Hæc aũt fratres transfiguraui in me, & Apollo propter vos, vt in vobis diſ-
catis, ne ſupra q̃ ſcriptũ eſt, vnus aduerſus alteꝝ infletur pro alio. Quis eñ te diſcernit? Itaq; q 1.cor.4.10
ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat. Noli altũ ſapere, ſed time. Conſtat quidẽ, publicanũ ante ip Roma.11 Luc.18
ſum phariſæum deſcendiſſe iuſtificatum in domum. Ideoq; idem aplus alibi prohibet, ne gen Roma.11
tiles iam credentes ſuperbiant cõtra Iudæos incredulos: quandoquidẽ potens ſit deus eos ite
rum inſerere, & illos ex cauſa exſcindere. Cuius argumentum dedit Chriſtus hiſce verbis. A- Matt.21
men dico vobis, quia publicani & meretrices præcedent vos in regno dei. ſ. quia credide-
H runt & pœnituerũt. ¶Tertio colligimus, prælatũ debere eſſe miſericordem in ſubditos im-
becilles, memorem & ſuæ infirmitatis, vt poſſit compati. Sic Paulus, Omnis nanq;, inquit,
pontifex ex hominibus adſumptus pro hominibus conſtituitur in ijs, quæ ſunt ad deum, vt
offerat dona & ſacrificia pro peccatis: qui condolere poſſit ijs, qui ignorant & errant, quoniã
& ipſe circundatus eſt infirmitate, & propterea debet, quemadmodum pro populo, ita & ꝓ Heb.4.5
ſemetipſo offerre pro peccatis. Hinc, ait idem, habemus Ieſum Chriſtum põtificem, qui poſ-
ſet compati infirmitatibus noſtris, tentatum autem per omnia pro ſimilitudine abſq; pecca-
to. Ad cuius thronum gratiæ adeamus cum fiducia, vt miſericordiam conſequamur.
I ¶Eapropter & nobis Petrum & Paulum ſummos dedit aplos, vt & qui peccatores fuiſſent
maximi in ſe & de ſeipſis diſcerent q̃ late alijs miſereri deberent, vtpote non ſepties, ſed ſep- Matt.18
tuagies ſepties. Et hoc eſt, quod forte non minus ad Paulum q̃ ad Petrum dominus dicit. Et Luc.17
tu aliquando conuerſus, conforta fratres tuos. Quod vero vterq; idipſum exequutus ſit, oſten
dunt vtriuſq; epiſtolæ, omni manſuetudine & miſericordia plenæ. Quorum ille ait. Fidelis 1.Tim.1.2
ſermo & omni acceptione dignus, quia Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum peccatores ſal
uos facere, quoꝝ primus ego ſum, vtpote qui omnes homines vult ſaluos fieri, & ad agnitio-
nem veritatis venire: qui aliàs inquit: Nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat. Ezech.18
Et Petrus ait. Non tardabit dominus promiſſionem ſuam, ſicut quidam exiſtimant, ſed patiẽ 2.Petri.3
ter agit propter vos, nollens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti.
k ¶Quarto, nullum peccatorem vel quamlibet inueteratum vel grauem debere de miſeri-
cordia, etiam in vltimo ſuſpirio deſperare, verum eſſe memorem propterea deum aliquos

[Roma. 5] permiſiſſe cadere, eoſq; iterum erexiſſe, vt nos per eos in bona ſpe pro conſequenda gratia cõfirmaret, vt quia in illis gratia eius abundarit vbi delictum abundauit. Et hoc eſt, quod dominus ait ad Petrum. [1. Timot. 1] Et tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos, vt. ſ. & ipſi non deſperẽt de venia, ſicut te confirmaui. Id quod apertò Paulus hiſce verbis arguit. Sed ideo miſericordiam conſequutus ſum, vt in me primo oſtenderet Chriſtus Ieſus omnem patientiam ad informationem eorum, qui credituri ſunt illi in vitam æternam. Hinc Iohannes admonens, inquit. Filioli mei, hæc ſcribo vobis, vt non peccetis. Sed & ſi quis peccarit, aduocatum habemus [1. Johan. 2] apud patrem Ieſum Chriſtum iuſtum. Et ipſe eſt propiciatio pro peccatis noſtris.

¶Quinto colligimus, tum nos certo impetraturos miſericordiam, vbi à via mala noſtra cũ Paulo & Petro per pœnitentiam conuerſi fuerimus, pro peccatis ex animo nos humiliantes. & lachrymantes. Paulus quidem ſumma inquit humilitate, L

Ego enim ſum minimus apoſtolorum, quia non ſum dignus vocari Apoſtolus, qui fui blaſ- [1. Cor. 15] phemus & contumelioſus, & eccleſiam dei perſecutus ſum. Et Petrus, foras egreſſus fleuit a- [Matt. 26] marè. Hinc dominus deus. Conuertimini & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus ve- [Ezech. 18] [Luc. 18] ſtris, & non erit vobis in ruinam iniquitas. Sic ſe conuertit à via ſua mala publicanus, inquiẽs: [Lucæ. 15] O domine miſerere mihi peccatori. Itemq; filius ille prodigus dicens. O pater peccaui corã te & in cœlum, nec iam dignus ſum vocari filius tuus. Sic & nos fratres chariſſimi, hodie cum [1. Petri. 5] Petro, foras ad locum pœnitẽtiæ exire debemus, & amarè flere. Et cum Paulo humiliari ſub potenti dei manu atq; noſtra confiteri peccata, dicentes. Miſerere noſtri domine, quia blaſphemi, quia cõtumelioſi, qui perſequutores in te fuimus, indigni, vt iam vocemur filij & Chriſtiani tui. Hoc vbi ex animo fecerimus, certo cum iiſdem miſericordiam conſequemur, quan- [1. Johan. 1] doquidem ait Iohannes. Si confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt & iuſtus, vt remittat nobis peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate. M

¶Nec eſt, quod nonnulli obgarriunt, non eſſe in noſtra poteſtate vt conuertamur ad deum [Johan. 15] ſed in deo eam eſſe poteſtatem. Reſpondeo, non eſſe verum, imò etſi citra deum nos aliquid poſſe facere putamus, erroneũ ſit, quia ſine eo nihil poſſumus, pium tamen eſt credere, quod in eo & per gratiam eius omnia poſſumus, cui ſane gratiæ non deſumus, quando ipſa ſemper [Apocal. 3] nobis ſe offert, vt ſplendor ſolis ante feneſtram, vt aperta valua ingrediatur, ſic & gratia diui- [Hiere. 15] na apertionẽ voluntatis noſtræ expectat: in Apocalypſi, domino dicente. Ecce ſto ad oſtiũ & pulſo. Si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, introibo ad illũ. Et hoc eſt, quod dominus deus alio in loco contra omnes impios inquit. Si conuerteris, conuertam te. Id quod in diuis apoſtolis Petro & Paulo fecit, qui vbi pœnitendo conuerſi ſunt ad eos & dominus miſericordiam dando conuerſus eſt, ad Petrum, dicens. Et tu conuerſus aliquando, cõfirma fratres tuos.

¶HOMILIA LXXXVIII. DE EO QVOD SCRIPTVM EST, Lucæ. 1. Et miſericordia eius à progenie in progenies, timẽtibus eum, &c.

In feriis viſitationis diuæ virginis.

HOC eſt aliud carmen ex dulciſſimo & diuiniſſimo illo eodemq; peruulgato cantico, Magnificat, deſumptum, quod inclyta virgo deipara Maria, ex corde, gratia ſancti ſpiritus pleno, eructauit, quũ in humaniſſima viſitatione Eliſabethæ cognatæ ſuæ, cuius feſta hodie toto terrarũ orbe agitur ſolennitas, poſt benignã illius ſalutationem, exultationẽ præcurſoris domini in vtero materno, & ſui honoratiſſimã à ſancta Eliſabetha magnificationẽ, in dei laudem ſacra ora reſoluit, inquiens. Et miſericordia eius à progenie in progenies timentibus eum, &c. totũ ſane, quod per eã operatus eſt dominus, miſericordiæ illius tribuens, quã vſq; adeo extendendo magnificat vt eam eſſe dicat omnibus ipſum timentibus à progenie in progenies. Ad cuius quidẽ carminis Chriſtianũ intellectũ eruendũ magnopere profuerit, paucis præmittere, quid ſit miſericordia, & quomodo deus ipſe ſit miſericors, nunquid eadẽ ſit dei miſericordia quæ hominis, ita nimirũ, vt deinde ad reliqua ſalubrius perueniamus. Scire igitur admodũ conuenit, miſericordiã eſſe quandã alienæ miſeriæ in noſtro corde compaſſionẽ, qua vtiq; ſi poſſumus, ſubuenire compellimur, ita tamen, vt ſi præbeatur miſericordia, iuſtitia conſeruetur, ſiue cũ indigenti tribuitur, ſiue cũ ignoſcitur pœnitenti, quæ tamen prout miſeriã & compaſſionẽ nominat, nõ eſt in deo, ſed vt nominat tranquillam ſine tabe atq; cruciatu bonitatem ſubueniendi [Lucæ. 15] & à miſeria & calamitate liberandi. Eiuſmodi ſane miſericordia fuit in euangelico illo patre, qui filium ſuum prodigum reuerti & pœnitere videns, miſericordia motus fuit, & accurrens

cecidit

ceciddit ſuper collũ eius,& oſculatus eſt eum,&c. Hæc quoq; miſericordia vere fuit in illo pio Lucæ
Samaritano,qui iter faciens venit ſecus eũ,qui ab Hieroſolymis in Hiericho deſcendens inci-
derat in latrones,& deſpoliatus & plagis vulneratus iacuerat ſemimortuus,miſericordia mo
tus & appropinquans,vulnera eius alligauit,infundens oleũ & vinum,& imponens illum in
iumentum ſuum duxit in ſtabulũ,& curam eius gerit. ¶Cæterũ quis,obſecro,ille fuit in ty
po Samaritanus,niſi dñs deus noſter,Ieſus Chrũs,filius æterni dei æternus,cuius nomẽ ſanctũ
eſt,& ipſe potẽs,qui reſpexit humilitatẽ inclytæ virginis Mariæ,& ei magna fecit. Cuius mi
ſericordia eſt à progenie in progenies,timentibus eũ. Ex quibus quidẽ verbis.
B ¶Primo colligimus,deũ Opt. Max. eſſe miſericordẽ,id eſt,noſtræ miſeriæ compatientem
Hinc ad Iſraelitas ait Moyſes. Nouiſſimo autẽ tempore reuerteris ad dominũ deum tuum,& Deute. 4
audies vocẽ eius,quia deus miſericors,dñs deus tuus eſt. Et Pſalm. Ipſe,inquit,eſt miſericors, Pſal. 77
& propicius fiet peccatis eorũ,& non diſperdet eos. Quod vel ipſe de ſemetipſo teſtatur, di- Eſaie. 58
cens. Ecce adſum,quia miſericors ſum dominus deus tuus. Proinde & Eccleſiaſticus ait. Quis Eccleſi. 2
inuocauit eum & deſpexit illum? Quoniã pius & miſericors eſt deus,& remittit in die tribu-
lationis peccata. Et hoc eſt,quod diua virgo hodie magnificando deum dicit. Et miſericor- 2. Cor. 1.
dia eius,&c. Tam ẽm miſericors eſt deus,vt illum apoſtolus patrem miſericordiarũ appellet,
inquiens. Benedictus deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti,pater miſericordiarum,& de-
us totius conſolationis,qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra,vtpote,qui vſq; adeo
A E X ANIMO Lætor frẽs chariſſimi, ſupeſſe adhuc, & eos nõ ẽ vulgo quoſlibet, ſed & primores ac pricipes, q̄s ſibi Deus ille Opt. Max. ſua benignitate in Iſrael dereliq̄t, q̄ ſua genua añ Baalã nõ curuarũt, quibus adhuc vera ipa eademq́ Chr̃iana religio cordi ẽ: nimirũ q̄ etſi Dei benignitate ꝑ cęteris ſapiã, potẽtia, authoritate, & hoc genus donis alijs plurimũ valeãt, in ſe tñ atq́ in ſuã ſapiam, potẽtiã & authoritatẽ mĩmè cõfidẽtes in ſuis atq́ ſuorũ tribulatõibus ad ſolũ deũ Opt. Max. qui ſolus oĩa pt̃, cui nemo reſiſtere queat, ſuffugiũt, nequaq̄ alieni à veteribus illis & ijs quidẽ pr̃iſſ. tã vet. q̄ noui teſt. pr̃ibus, qui & ſi pleriq́ eorũ potẽtiſſimi & ſanctiſſimi erãt, nihil tñ (vt rectè cõuenit) ſibi cõfidẽtes ſi qua ꝑmebant anguſtia & tribulatõe ad ſolũ Deũ Opt. cętu coacto cõcurrebãt, inter q̄s nõ infimus erat ſanctus ille ideóq́ verè nobiliſſimus rex Iuda Ioſaphat, qui (vt habet hiſtoria) quũ cognorat maximam multitudinem filiorũ Moab ac Ammonitarũ ac habitatorũ montis Seyr, contra ſe venire, cui reſiſtere non potuit, proceſſionẽ inſtituit ad rogandum dñm, & ieiuniũ indixit. Congregatoq́ Iuda & de vrbibus ſuis venientibus ad deprecandũ dñm, ſtans in medio eorum Ioſaphat ait: Domine Deus patrum noſtrorũ, tu es Deus in cœlo, & dñaberis cunctis regnis gẽtium, in manu tua eſt fortitudo & potẽtia, nec quiſq̄ tibi pt̃ reſiſtere, & cætera. In nobis quidem

3. Reg. 19.
Iob. 9
2. Par. 20.

Digitized by Google

non eſt tanta fortitudo, vt poſſimus huic multitudini reſiſtere, quæ irruit ſuper nos, ſed quum
ignoremus, q̃d agere debeamus, hoc ſolũ habemus reſidui, vt oculos nr̃os dirigamus ad te.
¶Sic & in nouo teſtamẽ. Ap̃li Ieſu Chr̃i, glorioſi (inquam) principes illi terræ, quũ ſentirẽt B
Pſal. 138. ſe ita in maris anguſtijs cõſtitutos, vt ſibi præſentiſſimam mortem imminere viderẽt nõ alio
quàm ad ip̃m dñm Ieſum cõfugere, ab ip̃o p̃ſidiũ ſuppliciter rogitantes ac ſimul dicẽtes: Do
mine ſalua nos, perimus, quemadmodum grauiter recenſet Euangeliſta in paulòante audito
Euangelio, id q̃d eſt in hiſtoria mirabile, in allegoria mirabilius, in informatione atq; doctri
na longè mirabiliſſimũ. ¶Hiſtoria p̃docet dñm Ieſum poſtquàm multa magna & mirabi- C
lia in terris, vt dñm terræ geſſerat, ad mare cum ſuis tranſijſſe, vt & ibidẽ op̃a excellentia de-
monſtraturus, non terræ ſolum, ſed & maris dominum ſe p̃baret nimiꝗ ventis qui horren-
dos motus exagitarũt, atq; mari tumeſcenti ita imperaſſe vt e veſtigio tranquillitas ſit magna
ſubſecuta, q̃d & homines in nauicula tum præſentes admirati ſunt, veluti non obſcurè ſonãt
verba Euangelij. ¶Cuius allegoria facile ſubinſinuat: Nauiculã eſſe Eccleſiã, q̃ vt nauis, in pri D
cipio fuit arcta p̃pter paucos, q̃ in ea fuere, in medio lata p̃pter mĺtos in ea exiſtẽtes, ĩ fine pa
Matt. 24 riter arcta & anguſta p̃pter paucos qui manſuri ſunt in ea circa finẽ, qui nunc adeſt, circaquẽ
Marci. 13 iuxta Chriſti & Apoſtoloꝝ prædictionẽ perquàm plurimũ ab Eccleſia & eius fide diſcedunt
Lucæ. 21. & diſceſſuri ſunt, ſeducti per tot Antichriſtos, q̃ nunc paſſim inſurgunt. Diſcipuli qui domi-
1. Timo. 4 num ſequunt̃ nunc manentes in Eccleſia Chriſtiani, qui in principio naſcentis Eccleſiæ vno
2. Petri. 2 nomine diſcipuli appellati, Antiochiæ primum Chriſtiani vocari ſunt cœpti. Mare ſuper
1. Iohã. 2. Acto. 11 quo nauigat nauis Eccleſia eſt hic mundus p̃pter varia in ip̃o pericula & ob eius inconſtanti-
am, quæ & mari ineſt. Motus magni in hoc mari contra nauiculam & q̃ in ea nauigant, ſunt
infinitæ p̃pemodum tentationes & p̃ſecutiones tam improboꝝ hæreticoꝝ quàm infideliũ
impioꝝ, q̃bus nũquàm nõ Eccleſia ita videt̃ obrui, vt penè putet̃ ſubmerſum iri & deſinere iu
Iohan. 16 xta dñm ad diſcipulos adeoq; ad omnes, q̃ in Eccleſia ſunt dicentẽ: In mundo preſſuram ha-
bebitis, ſed confidite, ego vici mundũ. Dormit Chriſtus in naui, quando ita p̃pter patiẽtiam
bonoꝝ & pœnĩam impioꝝ tribulatõẽs & tentatõẽs p̃mittit, vt quaſi indignabundus nõ mo-
do cenſeat̃ ſuum negare præſidium ſed et prorſus derelinquere ſuam Eccleſiam, & ab ea omni-
Mat. vlt. no abeſſe, in qua tamẽ pollicitus eſt ſe manſuꝝ vſq; ad conſumationẽ ſeculi. ſ. ſua gratia & p̃-
uidentia p̃ ſp̃m ſanctum non ſecus atq; rector ſuam gubernans eccleſiam, alioqui qũo dormit
Pſal. 120. quũ ſit ille, q̃ cuſtodit Iſrael, quẽ Propheta negat dormire & dormitare, de ſe alibi dicẽs: Ego
Cantic. 5 dormio, & cor meũ vigilat, id eſt, facio tanq̃ nõ videns, quũ interim cuncta p̃mittens conſpi-
cio. Sic & Chriſtus, homo & Deus diſcipulis videbat̃ dormire, q̃ tamẽ diuinitate ſemp̃ vigila-
bat. Accedunt diſcipuli, & Chriſtiani, & excitant è ſomno dñm, quando in aduerſitatibus
poſiti ſuam imbecillitatem, & inſufficiẽtiam cõſiderant, & pœnitẽtes à dño grãm & auxilium
petunt, eiuſq; dep̃cant̃ indignationẽ, ne inducant̃ in tentatõẽs, ſed ſe liberet à malo, dicentes
Pſalm. 43 cum Propheta: Exurge quare obdormis domine, exurge, & ne repellas in finem, & hodie cum
Apoſtolis: Domine ſalua nos, perimus. Surgit Chriſtus, & ventis, vt quieſcant, imperat, quan
do noſtri miſertus confortat nos ſua gratia, pacẽ ſuę Eccleſiæ ſalutarem tribuens, quemadmo
dum hodie in mari imperio eius, diſcipuli tranquillitatẽ & pacẽ ſunt cõſecuti teſtante Euan-
gelio, cuius eſt doctrina. ¶Prima nos non debere perturbari ob tentationes, ſi quibus af- E
fligimur, verum eſſe oportere memores hoc in mundo nos non poſſe viuere ſine tentationi-
bus, quoniam Chriſtus dixerit, nos hic preſſuram habituros, quando militia ſit vita hominis
Iohan. 16 ſuper terram, qui vtcunq; breui viuens tempore multis repletur miſerijs, & nunquàm in eo-
Iob. 7. 14. dem ſtatu permanet. Imò & memores debere nos eſſe Deum p̃mittere nobis tentationes, vt
1. Corin. 10 in eis proficiamus, vtpotè quæ multum nobis proſint ad multa, Apoſtolo dicente: ſed faciet
ſcilicet dominus cum tentatione fructum, ſcilicet in vobis. Vel enim Deus permittit tentatio-
nes, vt per eas, ſi patienter ſuſtinuerimus, noſtra peccata, propter quæ illæ permittuntur, hic
1. Corin. 11 luamus, ne alibi condemnemur, velut cum Corinthijs olim egit, vel vt probi probemur ad pa
Roma. 5 tientiam & mereamur maiorem in cœlis mercedem. Siquidem tribulatio (inquit Paulus) pati
Prouer. 3 entiam operat̃, patiẽtia probationem, probatio vero ſpem, ſpes autem non confundit. Hinc
Hebre. 12 ſit, vt quos Deus vti dilectos filios ſuos amat, eos tribulationibus flagellari p̃mittit. Id quod in
Tobię. 12 Tobia patuit, ad quẽ dicebat angelus: Quia acceptus eras deo, neceſſe erat vt tẽtatio p̃baret te
Ita dñs dilectiſſimos ſuos patriarchas & p̃phetas & Ap̃los & oẽs deniq; martyres infinitis fer-
mè p̃miſit aduerſitatibus anguſtiari, dicente beata Iudith: Memores eſtote, q̃a omnes, qui pla
Iudith. 8. cuerunt Deo p̃ multas tribulatõẽs tranſierũt fideles. ¶Errant igit̃, qui idcirco vel colũt do F
minũ, vt tẽporali quiete, & carnis voluptatibus p̃fruant̃, vel murmurant, quaſi nihil mali me-
riti ſint vel quaſi Deus eorum ſit oblitus, imò neminem meminerint potius ſe nõ ad p̃ſentis
Romañ. 8 t̃pis bona factos eſſe Chriſtianos, ſed ad aliud q̃d promiſit in futuro t̃pe, q̃d tñ eſt, vt ad ipſum
nõ ſunt cõdignæ paſſiões huius ſeculi, q̃d vt adipiſcamur, ip̃e dñs p̃mittit nos tribulari varijs tẽ
tatõibus, ad quas ſcriptura vnũquemq; q̃ verè vult dici ac eẽ Chr̃ianus, hortat̃ dicẽs: Fili acce-
dens ad

Digitized by Google

dens ad ſeruitutem Dei, ſta in iuſtitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationē. Non Eccl. 2
eſt igit̃ frēs vt ob nr̃as tētationes plus ęquo pturbemur, imò in ſpū glorlemur in tribulatōibus Roman. 5
noſtris ob cauſas præmemoratas, hortante pariformiter Iacobo hiſce verbis: Om̄e gaudiū ex- Iaco. 1.
G iſtimate frēs mei, quū in tentatōes varias incideritis, ſciētes, q̄d ꝓbatio fidei nr̄æ patiētiā ope-
rat̃ &c. ¶Scd̃a: Nos nequaq̄ debere deſperare in tribulatōibus vel q̄libet horrēdis, quaſi do
minus oīno nos ſit derelicturus, quū quia nō ſtatim eripit, ꝓinde prorſus obdormierit, & curā
noſtri non habeat, & quaſi plus q̄ poſſibile ſit patiamur, imò ſimus memores eius, quod Apo- 1. Cor. 10.
ſtolus ait: Tentatio vos nō apprehendat, niſi humana. Fidelis aūt Deus eſt, qui nō patiet̃ vos
tentari ſupra id q̄d poteſtis, ſed faciet etiam cū tentatōe prouentuum, vt poſſitis ſuſtinere. Et
quō faciet ꝓuentum? Expectans benigniſſima voluntate ſua noſtrū agonem, vt ꝓpter longi-
us & acrius contra tentatōes certamen glorioſiorem deinde poſſit reddere mercedē & coro-
H nam ſciens ac volens eum parcè metere q parciter ſeminat, nec coronandum niſi qui legiti- 2. Cor. 9.
mè, id eſt, conſtanter vſq; in ſinē certauerit. ¶Sic ille pr̃iarcham Iacob opinione amarulēta 2. Timo. 2
mortis dilecti filij Ioſeph vigintiquatuor annis affligi ſuſtinuit, quē deinde videntē lætitia ma Gene. 37.
iore affecit. Sic & eius filium Ioſeph ſeruituti & carcere diu tribulari ſuſtinuit, quē poſtea ſub Gene. 40.
Pharaone longè glorioſiorem reddidit & ſublimauit. Sic & Iob in multis anguſtijs plurimum Iob. 1. et
& diu diuexari ſuſtinuit, quē deinceps poſt flagella, reſtitutis duplo oībus per. 40. vitæ annos vltimo
in om̄i quiete & gaudio cōſeruauit. Sic & Tobiam in exilio cęcitate laborare. 14. annis permi- Tobi. 2. 11
ſit, quē tandē ereptū duplicibus gaudijs, ſ. præſentibus & futuris refocillauit. Sic nimirū & ple-
roſq; alios ſibi chariſſimos tribulari aliquanto t̄pe paſſus eſt, q̄s tandē cū maiore lętitia eripuit
iuxta ſcripturam dicentē: Et clamauerūt ad dn̄m quū tribularent̃, de neceſſitatibus eorū libe-
rauit eos. Sic hodie exaudiuit & Apoſtolos eoſq; ex præſentiſſimo maris naufragio eripuit, Pſal. 106.
ſiqdem vt ne ipſi deſperemus, quos & ip̄e dominus eſt liberaturus. Iuxta enim eſt dominus (in-
quit Propheta) ijs, q tribulato ſunt corde, modo clament cū Apoſtolis ad dn̄m: Domine ſalua Pſalm. 33
I nos, quia perimus. Vnde depromitur doctrina in ordine. ¶Tertia, quæ vult nos in om̄ibus
noſtris aduerſitatibus vndecūq; ſurgētibus nō aliò q̄ ad dn̄m fugere debere, nec quàm ab illo 1. Petri 5.
opem ne deficiamus depoſcere. Siqdem ille ſolus poſſit ac velit nos eripere, poſſit, quia domi-
nus omniū potētiſſimus, cui nemo pōt reſiſtere, velit, qa pater noſter, q̄s adeò diligit, vt oēm
nr̄am cauſam putet eē ſuā, vnde ip̄e ad nos oēs, q anguſtia ꝓmimur ait: Venite ad me oēs q la- Matt. 11.
boratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Hinc ad Ioſaphat cū populo ſuo ꝓpter aduerſari- 2. Par. 20.
os hoſtes ingruentes clamantem Propheta iuſſu dei dicebat: Nolite timere nec paueatis hanc
multitudinem. Non em̄ eſt veſtra pugna ſed Dei. Non enim eritis vos, q dimicabitis, ſed cō-
fidenter ſtate, & videbitis auxiliū dn̄i ſup vos. Id q̄d factum eſt, interfectis tandē inter ſe om̄i-
bus inimicis ſine ipſius clade. Et hoc eſt, q̄d Eccleſia t̄pe belli ad dn̄m orat. Da pacē dn̄e in die-
bus noſtris, quia non eſt alius, qui pugnat pro nobis, niſi tu Deus noſter. Sic quia dn̄s in Dauid 2. Reg. 12
orauit, ip̄e eius peccatū tranſtulit, idem'q; rogatus ab eodem ceſſare fecit peſtilētiam. Sic Moy 2. Reg. 24
ſe orante Iſraelitæ feliciter pugnarunt cōtra Amalech. Sic Helias ſuis p̄cibus ad dn̄m pluuiā Exodi. 17
in ſiccitate obtinuit, quū tres annos & ſex menſes nō pluiſſet. Sic p̄cibus Ioſue ſol eouſq; immo 3. Reg. 18
bilis ſtetit, donec ille hoſtes vicerit. Sic Ezechię precatōe vna ſunt nocte centū octoginta mil Ioſue. 10
lia Aſſyriorū diuinitus percuſſa. Sic quū idem ægrotus deprecaret̃, obtinuit vitam ſuam ꝓro- 4. Reg. 19
gare ad q̄ndecim annos. Sic & inter alios ex īmēſo maris periculo liberati ſunt ap̄li, quū ad do Eſa. 38
K minum orauerint dicentes: Salua nos, perimus. ¶In q̄bus verbis tria intelliguntur quæ ad
orationem exaudibilem requiruntur. ¶Primo, vt ſalutem dumtaxat petamus, nec aliud,
ne ſi forte aliud peteremus, non exaudiremur. Hinc Iacobus dicit: Petitis & nō accipitis, eo Iaco. 4
quòd malè petatis. Sæpe enim ignoramus, quid & quomodo oremus, ſed plus nouit, qui cor- Roma. 8.
da ſcrutatur, cui committamus omnem noſtram affectionem, nec aliud ab eo niſi ſalutē peta Matt. 20
mus, quod eſt in noīe Ieſu petere. Vnde ſoluit̃ quęſtio, quare deus aliquando ſanctiſſimos non
iuxta eorum petita exaudiuit, vtpotè meliora daturus. Hinc Apoſtoli dicunt: Salua nos. 2. Cor. 12
L ¶Secundo, vt confidenter oremus, non dubitantes dn̄m velle ac poſſe facere, q̄d bene pe-
timus, quū ip̄e ſe daturū ꝓmiſit. Hinc ip̄e dn̄s inq̄t: Om̄ia quęcūq; petieritis credētes, accipie- Matt. 21.
tis. Et Iacobus: Si q̄s (ait) vr̄m indiget ſap̄ia, poſtulet à Deo, q dat oībus affluēter, & nō impro Iaco. 1.
perat, & dabit̃ ei. Poſtulet aūt in fide nihil hęſitās. Sic Ap̄li aliàs & plęriq; nō fuere exauditi, qa Marci. 9
vacillanter orauerunt, hodie vero exauditi ſunt, quia prorſus crediderunt dn̄m ſe poſſe ac vel-
le iuuare, quàmuis ideò dominus eos modicæ fidei arguit, quod ipſum non tm̄ dormiēdo, vt
Deū, quantū vigilando facere poſſet, opinabant̃. Sed ò veraces diſcipuli, q̄d timetis de pericu
lo, q ſaluatorem vobiſcum habetis? quid ſoliciti eſtis de morte, q vitam penes vos habetis?
M ¶Tertio, vt humiliter oremus, planè confitentes nos eſſe inſufficientes ad adiuuandū nos.
Siquidem reſpiciat dominus in orationem humiliū, & non ſpreuit p̄ces eorū. Sic Iudith dice- Pſalm. 101
bat Deū humiliter orans: Nec ſuperbi ab initio placuere tibi, ſed humiliū & manſuetorū ſemp Iudith. 9
tibi placuit deprecatio. Sic Ioſaphat humiliter deprecans fuit exauditus, dixit enim: In nobis
nō eſt

Digitized by Google

non eſt tanta fortitudo, vt poſſimus reſiſtere, ſed quum ignoramus, q̃d facere debeamus, hoc
ſolū habemus reſidui, vt oculos nr̃os dirigamus ad te. Sic & hodie diſcipuli, q̃a humiliter deꝓ-
cati ſunt: Salua nos dñe, q̃ perimus, planè ſunt exauditi. ¶ Ita nimirū dilectiſſimi frēs, q̃a vi- N
demus nos iam eē in iſtis periculoſis tp̃ibus, in q̃bus oĩ ex parte tot immaniſſimi hoſtes nos
adoriunt, malignus. ſ. ſpūs, caro & mundus, q̃bus & ipſi impares ſumus, nō potētes reſiſtere, &
quia ob pc̃tā noſtra dñs nr̃ videat dormire, & à nobis ſua gr̃a & ope prorſus diſcedere, & ipſa
nr̃a nauicula. i. Eccleſia motibus tot aduerſitatum, tribulationū, & tentationū ſubmerſum iri
videat, nequaq̃ turbemur, neq; deſperemus, neq; cōtra deū murmuremus, ſed meminerimus
hæc & longè peiora demeruiſſe peccatis noſtris, quæ ita nos delere Deus hic velit, ne alibi da
Heb. 4 mnemur, eapropter in ſumma humilitate, deuotōe, & fide ad ſolum dominū noſtrum Ieſum
Chr̃m adeamus, ip̃m ex indignatōe ad grām excitemus, vt miſericordiā cōſequamur in auxi
lio opportuno, dicētes: Salua nos, q̃a perimus. Quod vbi fecerimus, ip̃e haud dubiè ſurget, im
perabit vētis. i. dęmōibus, q̃ cōcitare fluct⁹. i. pricipes huius mūdi ad ꝑſecutōes eccleſiæ imittē
das, facietq; tranquillitatē adeò magnam ſuæ Eccleſiæ, vt & boni & mali demirabuntur. ſ. de
Heb. 4 eius potētia & miſericordia. ¶ Sed dices, quid fruſtra petimus quaſi vl' deum inſtrueremus O
Matt. 6, quo nobis ſit opus, qui omnia nouit, & q̃ nobis opus eſt, ſcit anteq̃ petimus vl' poſſit de velle
1. Regū 15 in velle, & de affectu vno in alterū moueri, quę nō vt hō mutat & pœnitet, vl' vt auferat aduer-
ſitates & tētatōes hic tēporales vt ſi ꝑniciosas, qui nobis vt vtiles fieri (vt dictum eſt) ꝑmittit?
¶ Reſpondeo, Deū nō nos orare, vt prorſus auferat tribulatōes, ſine quibus cœlum intrare P
Roma. 8 nequimus, ſed vt eas ita mitiget, vt ꝑferre eas poſſimus, ne intremus in tentationē, ſed oēs co-
operent nobis in bonū, nec vt ip̃m inſtruamus, aut moneamus ad bonū nobis dandū, qui ni-
hil vult q̃ bonū dare. Verū inter alia ꝓuide petimus, qd' quēadmodū ille dudum præuidit, &
præordinauit hæc vl' illa certo dare tp̃e, ita etiam præuidit & præordinauit ea ſe nequaq̃ dare
niſi medio orandi & petēdi, alibi dicēs: Petite & dabit vobis, q̃rite & inuenietis &c. oĩs eñ,
Lucæ. 11, qui petit, accipit. Præuidit aūt Deus & vult à nobis neceſſaria rogari, qui tum nō rogatus da-
re poſſet, & aliquando dat, vt orando ip̃m cognoſcamus eſſe vnicū dñm, à quo ſumus & nobis
oĩa ab eo, nos vero prorſus nihil ſine eo, nec eſſe, nec hr̃e ſed oēm noſtram ab ip̃o & in ipſo eē
ſufficiētiam, vtq; inde illi tribuamus vt dño timorē, & ei velut pr̃i nr̃o deferamus amorē, quod
Malac. 1. vl' vtrūq; nec aliud à nobis depoſcit, qd' ſi vtrūq; orando pręſtiterimus. ſ. ip̃m vt dñm noſtrū
timeamus, & vt patrē nr̃m amauerimus, ꝑfectò & ip̃e quęcūq; ſalutariter petiuerimus vel hic
& mox daturus eſt, vel meliora reſeruaturus in vita æterna.

HOMILIA XCVIII. DE EO, QVOD SCRIPTVM EST, Iohan. 16. In mūdo preſſuram habebitis, ſed confidite, ego vici mundum.

In tempore tribulationum.

GAVDEO FRATRES CHARISSIMI, ME IAM TAN A
dē Deo procurante, eius eſſe voti compotē, quòd ingenti nimirum
deſiderio, & quidem languens diu multūq; deſideraui. Optabam ſa-
nè vt in tanta vbiq; & tam multiplici vndecunq; hoc in mundo hac
tempeſtate preſſura ad Deum confugeremus, inde conſolationem,
& victoriam ſupplicaturi, idq; facturi eſſemus non mō no[...]rū pro-
ximè pręd eceſſorū ſed vl' veteriorū antiqui teſtamēti hominū exem-
plo, nempè quos (vt deinde dicetur) plerūq; ſemper, vbi tribulationi
bus diuexati ſunt, ad Deum ꝓ adiutorio, quod & obtinuerunt, confu
Johan. 16 giſſe legimus. Quòd etem̃ adeò eſt omnibus oppreſſis neceſſarium vt
eò dñs ip̃e noſter & magiſter veritatis hortat, inquiens: In mundo preſſuram habebitis, ſed cō
fidite, ego vici mundū. Quid em̃ hac voce conſolatoria aliud ſubindicat dñs, q̃ vt tribulati ad
ſeip̃m confugiamus, inde victoriā reportaturi. Id qd' facile intelligemus vbi ꝓ loco ipſius ſal-
uatoris verba expoſuerimus. Siquidem in mundo (inquit) preſſurā habebitis. Quid preſſura?
Vtiq; latiore vocabulo. i. tribulatio, anguſtia, tētatio. Quid eſt mundus? Habet ſanè dictio mū
dus in ſcripturis varias ſignificatōes. ¶ Primo, cōperimus mundū dici cœlū & terrā ſimul, vt B
Acto. 17 in actis ait Apl'us: Deus qui fecit mundū, & oĩa quæ in eis ſunt, id ē, Deus, qui fecit mundū. i.
Gene. 1 cœlum & terram, iuxta illud: In principio creauit Deus cœlū & terram. Quo ſanè pacto nō pu
to hac in parte accipi mundū: ſiquidē in cœlo, id ē, firmamēto & ornatu ipſius nihil ſit, nobis
preſſuræ, nec inibi quicq̃ elemētorū ꝓpriè ſuperauit dñs, qm̃ ſuperari ꝓprio haud queat, qd'
careat ſenſu. ¶ Secūdo, offendimus ſumi mundū, ꝓ terreno iſto loco, quē nos hoĩes inhabi
Matt. 16 tamus. Sic accepit dominus in Euangelio, dicens: Quid enim prodeſt homini, ſi mundum
Marci. 8 vniuerſum, id eſt, totam terram, & q̃cq̃d in eo ē, lucraret, animæ vero ſuæ detrimētum patiat?
Lucæ. 9, 1. Corin. 7 In hac pariter ſignificatione ſumpſit Apl'us inquiens: Præterit figura huius mūdi. Et rurſum:
Nihil

Nihil enim intulimus in hunc mundum hauddubium, quin nec auferre quid poſſimus. Habentes autem alimēta, & qbus tegamur, his contēti ſimus. Et ita quoq; accipi pōt hoc in loco, nimirum in quo certū ſit nos pati preſſuram oīm eorꝫ quæ hic aduerſorꝫ nobis obueniūt, quandoqdem hic ſit mundus nihil aliud q̄ vallis lachrymarꝫ & omnis miſeriæ, nobis ob pc̄m̄ prothoplaſti vice exilij, vt hic pœniteremus, deputata, iuxta dn̄i in Geneſeos libro verba. Quia audiſti vocem vxoris tuæ, & comediſti de ligno, ex quo præceperam tibi, ne comederes, maledicta terra in ope tuo, in laborihus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ, in ſudore vultus tui, veſceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Et hoc eſt, quod ait Eccleſiaſtes: Cuncti dies (inquiens) eius doloribus & ærumnis pleni, nec per noctem mente requieſcit. Cui Iob ſubſcribens ait: Homo natus, ſcilicet in hunc mundum, de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miſerijs. Qui quaſi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquàm in eodem ſtatu pmanet. Hinc Iohannes: Nolite (inquit) diligere mundum, neq; ea quæ ſunt in mundo, mundus enim tranſit, & concupiſcentia eius. 1. Timo. 6 Gene. 3 Eccle. 2. Iob. 14

C ¶ Vnde dominus haud aliter atq; fidelis pater ſuorꝫ ſolicitus, præmonet diſcipulos tam variæ & tantæ in hoc mundo pinde natura calamitatis, vt illam conſtanter ſuſtineant, memores qđ ipſe hmōi quoq; ꝑpter nos calamitatē ꝑpeſſus ſit, & ſua tamē virtute p mortem vicerit, vtpotè ex hoc mundo p mortē tranſiēs ad patrē, ſic pariter & nos in ipſius virtute eiuſmodi preſſuram certò ſuperaturos p mortē noſtram, ad ipm̄ q eſt pax noſtra, & in quo ſolo quieſcemus, tandē peruenturos, inquiens: In mundo preſſuram habebitis, ſed confidite, ego ſcilicet caput vr̄m vici mundū, ita quaſi diceret: & vos membra p me morte veſtra vincetis. Hinc Aplus: Non enim (inqt) habemus hic manentem ciuitatē, ſed futuram inquirimus. Et iterum: Scimus (inqt) quoniam ſi terreſtris domus noſtra huius habitatōis diſſoluaꝰ, qđ ædificationē ex Deo habemus, domū non manufactam, ſed æternam in cœlis. Cuius etenim memoria, & fiducia per Chriſtum feliciter poſſumus ſuperare preſſuram huius mundi. Hebre. 13 2. Cor. 5.

¶ Tertio, mundū inuenimus accipi ꝓ hominibus, q ſunt habitatores huius terreni mundi, & maxime ꝓ ijs, q hunc mundum, & quę in eo ſunt omnia diligunt, quos vocant ſcripturæ, mundanos ab amore huius mundi, & eorꝫ quæ ſunt huius tranſitorij mundi neglectis æternis, & cœleſtibus. Mundus autem & quæ eius ſunt plerumq; ſemp ſunt diuitiæ, potentatus, vanæ gloriæ, & in vniuerſum omnes tam carnis quàm ſeculi huiuſce voluptates & illecebræ, quibus plerīq; omnes mundani indulgent: ſiquidem, inqt Iohannes: Omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ quæ non eſt ex patre, ſed ex mundo. Hæc ille, quemadmodum omnes ſunt mūdani homines, q veniunt appellatione mundi, quo modo accepit Iohannes, dicēs. Et ipſe eſt propitiatio ꝓ peccatis noſtris nō pro noſtris aūt tantum, ſed etiam pro totius mundi. Et idē rurſus: Chariſſimi nolite omni ſpiritui credere, ſed ꝓbate ſpiritus, ſi ex Deo ſunt, q̄niam multi pſeudoprophetæ exierunt in mundū, qui quū ſunt de mundo, ideò de mūdo loquunꝰ, & mūdus audit eos. Ita q̄q; accepit Euangeliſta alibi, dicēs: In mūdo erat. ſ. Chrus, & mundus p ipſum factus eſt, & mūdus eū nō cgnouit. Ita hoc pariter loco accipit dominus, inquiens pręmonēdo ſuos de malorꝫ mūdanorumq; hominum pſecutōe. In mundo, id eſt, ab hominibus mūdanis habebitis preſſuram. Nec immeritò ait nos à mundano homine, q mundus dicit, preſſuram habituros, quum is mundus, q mūdanus homo eſt, nō poſſit neq; bene velle neq; facere, quum (vt Iohannes ſcribit) totus ſit in maligno poſitus. Sicut enim aſſidua ſit carnis contra ſpiritum cōcertatio, & perſecutio, ſic ſedula eſt concertatio mundani hominis, qui carni indulget, & ex carne mundi eſt, contra ſpiritualem hominem, caro quidem ſemper aduerſatur ſpiritui, vt Belial Chriſto, & mundus cœlo. Ideoq; rectè ſuos præmonet de huius mundi preſſura, vt ſuo exemplo illum ſuperent: quippe q̄d eam ipſe vicerit, qui & eandem preſſuram dum viueret, ꝑpeſſus ſit, alias inquiens: Si mūdus vos odit, ſcitote, quia me priorem vobis odio habuit. Quia enim de mundo non eſtis, ſed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Mementote ſermonis mei, quem ego dixi vobis. Non eſt ſeruus maior domino ſuo. Si me perſecuti ſunt, & vos perſequentur. Hæc locutus ſum vobis, vt non ſcandalizemini. Abſq; ſynagogis faciēt vos, ſed venit hora, vt omīs qui interficit vos, arbitretur obſequiū ſe præſtare Deo. Sed hæc locutus ſum vobis, vt cum venerit hora eorꝫ reminiſcamini, quia ego dixi vobis. In mundo preſſuram habebitis, vos plorabitis & flebitis, mundus autem, id eſt, mundanus homo gaudebit. 1. Iohan. 2 1. Iohā. 4. Iohan. 1. 1. Iohā. 5. Gala. 5 Iohan. 15 Iohan. 16

D ¶ Sit ne fratres chariſſimi, hæc Chriſti ſuper nos, vtcunque peccatores, prædictio, non eſt, quod multis oſtendam argumentis, quum in nos, non dico in hac vrbe tantum, ſed in omnes paſſim, vbi vbi ſunt, Chriſtianos tanta omni ex loco pręmat, & anguſtiet huius mundi tam terreni huius loci, quàm hominis mali preſſuræ copia, vt tantum non ſuperſit tempus, quo vel partem illius ſaltem ſatis ſim enarraturus. Quis enim (obſecro) non videt modo, quanta vbiq; penè Chriſtiani premuntur, inędia, peſtilentia, & belli rabie: quæ (quòd

Digitized by Google

quæ (quòd maximè dolendum eſt) ſęuit inter ipſos Chriſtianos, qui (proh dolor) paruo tẽporis ſpacio ſe nõ alieno ſed ꝓprio gladio ad aliquot cẽtena millia crudeliter occiderũt, & penè ob priuatã & nõ ob Rempub. Quis interim receſeat quàm paſſim miſellus populus pondere plus æquo grauat, & quaſi ad medullã vſq; eò emungit, quo ſe atq; ſuos ſuſtẽtare debuerit, interim rebus oĩbus in mercatu aſcendẽtibus. An nõ hęc emunctio preſſura eſt? Quis deniq; nõ abhorret dicere, quantis nos vndiq; inſidijs, dolis, machinatõibus, cõſilijs, bellis, & prælijs, hocq; genus malis plus q̃ deteſtãdis diu noctuq; adoriunt, & adoriri mille artibus adeò nõ tantũ Turcę ſed domeſtici inimici moliunt, vt dicas eos nihil planè aliud conari q̃ noſtri citra diſcrimen oĩm extremũ exitium, velintq; opti. quoſq; cum peſſimis qbuſq; planè extinctos, religione interea veteri eademq; pia & Chriſtiana plus q̃ neglecta. Nunq̃ nõ verè ad nos æquè atq; ad diſcipulos ſuos dixit dñs: In hoc mundo preſſurã habebitis? An nõ hæc iam ingruit preſſura, de qua idem in nos pręd ixit futura, inquiẽs: Audituri eſtis pręlia, & opiniones pręliorum, videte ne turbemini. Cõſurget enim gens cõtra gentẽ, & regnũ cõtra regnũ, & erunt peſtilentiæ & fames, & terræmotus p loca. Quid obſecro horum nõ abundè nunc eſt præ foribus. Sed qd tum? Oportet (ait dñs) hæc fieri ſed nondũ eſt finis. Hæc aũt ſunt initia dolorum. Erit enim tunc tribulatio magna, qualis nõ fuit ab initio mundi vſq; mõ neq; fiet. Et ꝓfectò frẽs chariſſimi, niſi abbreuiarent dies illi tantæ tribulatõis, nõ fieret ſalua omnis caro, ſed ꝓpter electos crediderim, dño teſte, eos breuiatum iri. Id qd' & hactenus, Deo miſerante, factũ planè puto. Cęterum quid poſt hęc in tanta imminente preſſura ſperãdum? qñ iam pauci fortaſſis reperiunt electi in terra, vt in hęc noſtra ſecula dixiſſe videri q̃t Propheta: Corrupti ſunt, & abominabiles ſunt facti in ſtudijs ſuis, nõ eſt q faciat bonum, nõ eſt vſq; ad vnum. Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, nõ eſt q faciat bonũ, nõ eſt vſq; ad vnũ. Id qd' hiſce nouiſſimis tpibus futurum Dñs pręd ixit, inquiens: Quoniam abundauit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum.

Matt.24 Marci.13 Luce.21 Psalm.13 Mat.24

¶ Quid igit agẽdum frẽs chariſſimi: In tanta oĩm anguſtiarum preſſura, nullis pręſertim, vt timendũ eſt, pſentibus electis, q pro nobis intercedant? Nunqd eam pecunijs, diuitijs, armiſue amouebimus? Nequaq̃ cum in eorum nõ ſit ptãte. Qui enim ait ſcriptura: confidit in diuitijs ſuis corruet. Sanè parat ad diem belli equus, Dñs aũt tribuit ſalutẽ. Dñs dicit nõ homo, nec qd' hominis eſt, ſiqdem maledictus q cõfidit in hoĩe, & ponit carnẽ brachiũ ſuũ. Quid ergo? Reſpõdet dñs: Confidite. ſ. in me. Id qd' ſequẽs notat clauſula. Quia ego vici mundũ. Quid eſt confidite? vt depcemur à dño omnino illam preſſurã? Nequaq̃ ſed pcemur ne ab ea vincamur deficientes in animis noſtris, memores, qd' hęc ipſa nobis vel euenerit in exercitium virtutis & augmentum meriti in Dei gloriã, veluti factũ ſcimus cum Tobia & Iob, & multis alijs bonis hominibus, quos æquè ſemp vti ſuos tribulatõibus in exercitiũ virtutis caſtigat. Hinc Apl'us ait: Non ſolum aũt ſed & gloriamur in tribulatõibus, ſcientes, qd' tribulatio patientiã operat, patiẽtia aũt ꝓbationẽ, ꝓbatio vero ſpem. Spes aũt nõ cõfundit. Sic Iacobus: Omne gaudiũ exiſtimate frẽs mei, cum tentatões varias incideritis, ſciẽtes qd' ꝓbatio fidei veſtræ patientiã operatur. Atq; ſola patiẽtia poſſidebimus animas nr̃as. Vel ergo vt plerũq; ſemp preſſura obuenerit ob pctã nr̃a, quæ hmõi tribulatione & preſſura Deus puniẽda cenſet. Ideoq; minus depcanda eſt ea preſſura, ſed orandũ potius ne ab ea ſuperemur, in tentatiõe inducẽdi. Verumvt eam & hunc mundũ vincere poſſimus, vt ipſe dñs. ſ. patiẽter vicit ad ſalutẽ noſtram. Hinc ipſe dñs orare docuit: Et ne nos inducas in tentationẽ, nõ aũt nõ ſines nos tentari, qa hæc obfuiſſet, quũ ſine tentatione nemo poſſit neq; ſibi neq; Deo ꝓbari, ſine vero ꝓbatõe nemo vita ęterna dignus eſt. E

Prouer.11 Hiere.17 Roman.5 Iacob.1

¶ Sed qd ais exorabimus, vt ſuperemus hunc mundũ & eius, qua pmimur, preſſuram? Reſpõdet dñs: Confidite, qa ego vici mundum. At quõ nos pctores in ipſm cõfidamus de impetratõe eius, qd' nõ meriti ſumus, quũ noſtris peccatis quotidie malè meremur, & Deus pctores nõ exaudit? Reſpõde, cõfidamus. F

¶ Primo. i. credamus in dño. ſ. eum ſolum eſſe, qui nos põt cõſeruare & victores facere in oĩbus, q & oĩa etiam peſſima huius mundi grauamina nobis potẽs ſit vertere in bonũ, ſine vero ipſo nos nihil planè poſſe. Ille qdem inqt Apl'us: Beatus & ſolus potẽs eſt, rex regum & dñs dominantiũ, q operat velle & facere, cuius eſt conſilium & equitas, prudẽtia & fortitudo. Sic Paulus fiduciã (inqt) talẽ habemus p Chr̃m ad Deũ nõ qd' inſufficiẽtes ſimus cogitare aliqd à nobis quaſi ex nobis, ſed ſufficiẽtia noſtra eſt ex deo In illum ergo ſolum & nõ in nr̃as, vl' alicuius hoĩs vires cõfidamus, q ſolus põt nos ex omni pſſura liberare vl' certè eum in noſtrã vertere ſalutẽ. G

Roma.8 Iohan.15 1.Timo.6 Prouer.8 2.Cor.3

¶ Scdo cõfidamus in eo. i. credamus firmiter illum, tum certò nos liberaturum & cõſeruaturum, & omnẽ huius mundi preſſurã verſurum in vtilitatẽ nr̃am, ſi verè crediderimus. i. ſi nõ mõ verbotenus crediderimus, ſed & fidei opa fecerimus. i. eius, q in cęlis eſt, voluntatẽ fecerimus. Non enim (eo aliàs teſte) omnis q dicit mihi, dñe dñe, intrabit in regnũ cœlorum, ſed q facit voluntatẽ patris mei, q in cœlis eſt &c. Eam aũt voluntatẽ faciemus, vbi reſipuerimus à peccatis noſtris & de ijs pœniam pijs opibus fecerimus. Idipſm faciẽtes haud dubitabimus, quin vera & efficax noſtra ſit confidẽtia in dño, qui p eam certò nos liberabit & conſeruabit, alioqui minimè, Propheta dicẽte: Niſi cõuerſi fueritis gladium H

Matt.7 Luce.6 Psalm.7

dium

dium ſuũ vibrabit, arcũ ſuũ tetendit & parauit illũ. Et dñs alibi. Conuertimini igitur & agite Pſalm̃. 7 Ezech. 18
pœnitentiã ab omnibus iniquitatibus veſtris, & non erit vobis in ruinam iniquitas. Huius eſt
rei memorabile exemplum, quo habemus. Et ſi à Iona ex præcepto domini dictũ fuerat Ni- Jonę. 1. 2. 3
niuitis, quorum malitia grandis coram domino aſcenderat. Adhuc quadraginta dies, & Nini
ue ſubuertetur, quia tamen Niniuitæ vnà cum rege ſuo minis domini crediderunt, cœperũt-
q; agere pœnitentiam pro peccatis in ieiunio & cinere, veſtiti ſaccis à maiore vſq; ad mino-
rem, ab omni luxu abſtinentes ad diuinam rogarint miſericordiam, dicentes. Quis ſcit ſi con
uertatur & ignoſcat deus, & reuertatur à furore iræ ſuæ, & non peribimus. Sane, ait ſcriptu-
ra, vidit deus opera eorum, quia conuerſi ſunt de via ſua mala, & miſertus eſt ſuper malitiam,
quam locutus fuerat, vt faceret eis, & non fecit. Argumentum inde eſt plusq̃ firmum, à deo
nos nequaq̃ exauditum iri, niſi reſipiſcentes pœnitentiam egerimus de peccatis, quæ (vt in- Eſaiæ. 59
quit Eſaias) diuiſerunt inter nos & deum noſtrum, abſconderuntq; faciem eius à nobis ne ex-
audiat, ſiquidem peccatores impœnitentes deus non exaudit. Alioqui ſi peccata relinquen- Iohan. 9
tes de ipſis pœnitentiam fecerimus, videbimus, eodem teſte Eſaia, non eſſe abbreuiatam Iohelis. 2
manum domini, vt ſaluare nequeat, neq; aggrauatam eſſe aurem eius, vt non exaudiat, quan
doquidem benignus & miſericors ſit dominus, patiens & multæ miſericordiæ, & præſtabilis
ſuper malitia: qui aliàs ad nos clamat. Conuertimini ad me in toto corde veſtro in ieiunio &
fletu & planctu, & ſcindite corda veſtra. Id eſt. In hoc mundo preſſuram habebitis, ſed confi-
dite. ſ. fide & fidei in me operibus, quia ego vici mundum.

I ¶Supereſt proinde fratres, vt tantis anguſtiati calamitatibus in domino confidamus, id eſt
ad deum ipſum ſolum & vnicum liberatorem confugiamus, ab eo & non aliunde victoriam
petamus, à ſceleribus noſtris ceſſantes, plorantes & dicentes. Domine non ſecundum pecca-
ta noſtra facias nobis, neq; ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis. Ne memineris ini- Pſal. 78
quitatum noſtrarum antiquarum cito anticipent nos miſericordiæ tuæ, quia pauperes facti
ſumus nimis. Adiuua nos deus ſalutaris noſter, & propter gloriam nominis tui domine libe-
ra nos, Et propicius eſto peccatis noſtris propter nomen ſanctum tuum. Ne forte dicant in
gentibus, vbi eſt deus eorum? Quod ſi ad hunc toto corde modum confiſi domino fuerimus,
non dubitemus ipſum pro ſua ineffabili miſericordia, quamlibet in hoc mundo, & maxime
hoc tempore preſſuram nobis in bonum plane verſurum, nec nos aliquo modo derelicturũ, Roma. 8
nec inde quicquam nobis timendum putabimus. Si enim, inquit apoſtolus, deus pro nobis,
quis contra nos? Et Dauid, Nam etſi, inquit, ambulauero in medio vmbræ mortis, non time- Pſalm̃. 22
bo mala, quoniam tu mecum es. Idem rurſus. In deo ſperaui, non timebo, quid faciat mihi ca- Pſalm. 55
ro. Qui enim, ait idem, confidit in domino ſicut mons Sion, non commouebitur in æternum Pſal. 124
qui habitat in Hieruſalem. Ille enim ad eum modum confidens eſt, qui habitat in adiutorio al Pſalm̃ 90
tiſſimi, in protectione dei cœli commorabitur. Et hoc eſt quod dominus ait. In hoc mundo
preſſuram habebitis, confidite, quia ego vici mundum. Id eſt, mundus magnis tumultibus
coorietur in vos, quemadmodum nunc in me cooritur. Sed magno ſitis animo, memores, q;
ego vici mundum. Ex me ſumetis exemplum, à me ſperabitis auxilium. Vincetis & vos, ſed
per me, veſtrapte quidem natura imbecilles, ſed meo ſpiritu fortes & inuicti futuri, quũ tem-
pus & res poſtulabunt.

¶HOMILIA XCIX. DE EO, QVOD LEGITVR Matth. 8 Marci. 1. Lucæ. 4. Surgens Ieſus de ſynagoga, &c.

Tempore epidimie ſeu mortis ſubitanee. &c.

A NECESSVM eſt fratres chariſſimi, ſi vel manum domini aduer- Exodi. 10
ſum nos hoc tempore nõ credimus vel illã pręſentem non expaueſ-
cimus, om̃i ſimus Pharaone induratiores. Si eñ manum domini ac-
cipimus eſſe vindictam, qua ille iuſte aduerſus ſe peccata in homiẽs Deute. 32
vindicat certis quibuſdam malis, dicens de ſeipſo. Mea eſt vltio & Exodi. 32
ego tribuam, atq; ego in die vltionis viſitabo & hoc peccatũ eorũ,
neſcio ſane quibus vnq̃ q̃ hiſce temporibus euidẽtius ſenſerit orbis
Chriſtianus manum domini. i. vindictã: nempe propter huius pec
cata? quando ille nos euidenter viſitet tribus præcipuis & cæteris
longe horribilibus malis. ſ. bello, fame, peſtilentia, quibus à mundo
condito vſque in hæc tempora non vſus eſt, niſi ſumme læſus, atque peccatis noſtris of- Ezech. 7
fenſus, alibi inquiens. Ecce venit tempus, appropinquauit dies. Ira mea ſuper vniuer-
ſum populum. Gladius foris, peſtis & fames intrinſecus: qui in agro eſt, gladio morietur,

& qui in ciuitate peſtilentia & fame deuorabuntur. Omnes trepidi, vnuſquiſq; in iniquitate ſua. Rex lugebit, & principes induent mœrore, & manus populi terræ cõturbabuntur, ſecundum viã eoꝝ faciam eis. Et ſcient, q̃a ego dñs. An non hæc peſſima mala tria aduerſum nos ita paſſim ſæuiunt, vt magis & immitius vnq̃ ſæuiſſe vix cõperta ſint, nec quidem vno in loco, ſed toto penè terraꝝ orbe incrudeſcãt & adeo, vt rectè quis cũ propheta ad deũ exclamare debuerit ac poſſit. Quo ibo à ſpiritu tuo, & q̃ à facie tua fugiã? Si aſcendero in cœlũ
Pſal. 138 tu illic es, ſi deſcendero ad infernũ, ades. Si adſumpſero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris. Etẽm illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Quod in ſuis aduerſitatibus aĩaduertens Tobias ad deum exclamabat. Magnus es dñe in æternũ, & in
Tobię. 13 omnia ſecula regnũ tuum, & nõ eſt, qui aufugiat manũ tuam. Id q̃d vnuſquiſq; nr̃m vel hoc tempore ad illũ dicere nõ immerito poſſit. ¶ Nam quo q̃s nũc ſit fugiturus, vt dñi manũ B
poſſit effugere? quum non ſit neq; natio aliqua neq; regnum aliq̃d, neq; ciuitas neq; pagus, vbi nõ ſit aliqua ex parte ſæuiens vel bellum vel peſtis vel ſamis, vel oĩa ſimul & quidem ad ſummũ? Quod eñ bellum maius vnq̃ quàm q̃d nunc à crudeliſſimo hoſte Turca, Senacherib altero vel certe truculentiore aduerſus Chriſtianũ orbem geri incipitur? Quæ fames alicubi magis q̄ quæ nuper incepit horrenda, vt q̃ prꝍter oĩm opinionẽ in ſumma omniũ reꝝ abundantia ſic cœperit, vt nõ poſſit nõ cenſeri ſingularis à deo cõtra nos plaga. De epidimia vero, quã vulgo Anglicum ſudorẽ nominant, nõ eſt, q̃d multis agam, quũ ea crudelius non aliud inuentũ ſit, tum quia volare nõ ſerpere videat̃, tum quia vitã corripiat, tã ſubito vt non lues mortifera ſolum, ſed & mors ipſa appellari poſſit: vtpote, quæ (vt apoſtoli verbo vtar) nõ ſecus atq; fur in nocte hoĩem ſine reſpectu perſonæ inuadit. Et cũ dicunt homines, iam ſibi cõmodè valere videntes, pax & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperuenit interitus,
1. Theſſ. 5 ſicut dolor in vtero habentis, & nõ effugiunt. Id vel totũ ita eſſe nõ obſcure intelliget, q ſecum diligenter q̃uo res paſſim habet, cõſiderabit. ¶ Iam vero fratres, ſi horrendũ ſit, apo- C
Heb. 10. ſtolo teſte, incidere in manus dei viuentis, In q̃s ipſi plæriq; oẽs ob pc̃tã nr̃a merito vel incidimus vel breui (q̃d deus auertat) caſuri ſumus, qm̃ nõ ſumme expaueſcimus in tanta prꝍſertim nr̃a duritia, qui tot antea modis tum gratioſe tũ indignabunde nr̃oꝝ pc̃tõꝝ admoniti nec adhuc ceſſare incipimus nec vitæ noſtræ adeoq; moꝝ noſtroꝝ emendatõem para-
1. Para. 21 mus? Si eñ rex Dauid olim vno vel altero ſuo pc̃tõ cogeret̃ ſibi vnũ ex tribus malis optare in vindictã aut. ſ. vel ſeptem annis in terra ſua famem vel tribus menſibus hoſtiũ aduerſus ſe perſequutionẽ aut certe tribus diebus in terra ſua peſtilentiã, Si, inquã, rex Dauid ex animo expauit, q̃d vnum ex tribus malis ſubire cogeretur, inquiens ad Gad prophetã, coartor nimis. Quanto verius & rectius ipſi dicemus, ex aĩo lamentãtes. Coartamur vndiq; nimis?
3. Re. 24. vt quibus nõ datũ ſit vnã vel alterã ex tribus optare plagam, ſed qui oĩbus ad ſummũ vſq; D
oĩ ex parte anguſtiamur. ¶ Nec miꝝ, vtpote q̃d iuſto dei ſit iudicio, atq; ſic fore dudum à Chriſti, ipſiſſima veritate ꝓdictum ſit. Quia eñ oĩ noſtro tp̃e charitas refriguit & abundat cõtra deum & ſanctos iniq̃tas, qui hactenus nr̃is inauditis ſceleribus deũ & benedictã eius genitricem adeoq; oĩs ipſius electos tã mortuos q̄ viuentes, imò & totã ſacroſanctã eius eccleſiã, huiuſq; veneranda ſacramenta deſpectui habuimus, ac ſic oĩ honeſtate & virtute neglecta viuere cœpimus, vt horrendũ plane ſit dictu & auditu, nõ debuit deus Max. nõ oĩbus & crudeliſſimis plagis in nos animaduertere in ĳſce nouiſſimis diebus. In q̃s iu-
1. Cor. 10. xta Paulũ miſerè peruenimus ex verbo dñi dicentis. Et qm̃ abundabit iniquitas, refrigeſcet multoꝝ charitas. Cõſurget gens in gentẽ, & regnũ in regnum, & erũt peſtilentiæ & fames
Mat. 24 & terræmotus ꝑ loca. Hæc aũt oĩa initia ſunt doloꝝ. An noĩe hæc oĩa hactenus ꝓ foribus
Marc. 13 fuere & indies terribiliora eſſe incipiunt? Ita nimiꝝ: De quibus certe vt in ꝓſentia dicerem
Luc. 21 neceſſitas videat̃ expoſcere, quia tñ breuitas tp̃is de oĩbus me dicere nequaq̃ ſinit, proinde quæ de bello & fame imminente dici queant trãſeo in ꝓſentia dicturus dũtaxat de Ephemera ſeu Epidimia illa noua & inaudita, qua ſupra quàm dici poſſit & quidem propius circundamur. ¶ Atq; ſane non eſt, vt de huius peſtis origine & cauſa multis agamus, quum eius E
natura plusq̄ horrenda demonſtret eam ipſam nõ aliunde nec aliam ob cauſam fieri cœptã quã ob peccata nr̃a q̃bus deum offendimus: q̃ vti ꝓ magnitudine noua ſunt & apud maiores inaudita, ſic & hæc nobis noua eſt lues & inaudita, & q̃ in reꝝ natura nullã hactenus habuerit certã medelã, obq; id longe crudelior alĳs morbis. At q̃d igit̃ dicitis agendũ in tantæ peſtis anguſtia, nunq̃d deſperãdum? Nequaq̃: Siquidẽ reſtet adhuc medicus longe ſapientiſſimus & liberaliſſimus, qui efficaciſſimas aduerſum tantã luem ſit daturus medicinam, & gratis q̃dem, inquiẽs. Qui nõ habetis argentũ, properate, emite & comedite. Venite, emite abſq; argento & abſq; vlla commutatione. Sed quis & qualis eſt ille medicus? Vtiq; poten-
Eſaię. 55 tiſſimus & pĳſſimus. Potentiſſimus, qm̃ vitæ & mortis poteſtatem habet, deducit ad portas
Sapię 16 mortis & reducit: vt qui mortuos viuificat, in cuius ditione cuncta ſunt poſita, & nõ eſt qui
1. Reg. 2
Heſter. 13 eius poſſit voluntati reſiſtere. Eſt &, inquã, pĳſſimus: nimiꝝ ad curandum voluntarius, qm̃
vult

Digitized by Google

vult homines oẽs facere ſaluos,qui de ſuperioribus cœloꝝ regionibus venit ad terras quęre- 1.Timo.2 Lucæ.19
re,& ſaluũ facere quod perierat.Quis tandẽ eſt medicus talis ac tãtus? Eſt,inquam, dominus noſter Ieſus Chriſtus,verbum illud vnicũ & patris cœleſtis æternũ,quod ille ad nos de ſum- Pſal.106
mo cœlo curandi gratia miſit,alibi dicens ad nos omnes tam animo ꝗ corpore laborantes. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis,& ego reficiam vos.Qui hodie imperio nõ Matt.11.
vt homo,ſed vt verus deus,quem agit,ſocrum Simonis à maximis febribus eripuit,imò, qui (teſtantibus Euangeliſtis)omnes qui varijs languoribus detinebantur, impoſita dumtaxat manu,curauit.Ille nimirum medicus omnium ſapientiſſimus & doctiſſimus,apothecam nobis ordinauit ſacram ſcripturam,in qua vniuerſas medicinarum ſpecies compoſuit, quibus curantur male habentes, ad quos ipſe medicus venit,ſuamq́ artem & ſcientiam in hodierno Euangelio euidenter approbauit.Habet autem ille inibi ceu expertiſſimus medicus duplicẽ in genere medicinam,quæ nobis neceſſaria ab ipſo accipienda eſt,ſcilicet, præſeruatiuam & curatiuam.Primo materiam peccantem ſiue infirmitatem diſponentem euacuat atque naturam confortat,quæ vtiq; cautior eſt & magis certa.Secunda vero morbum iam præſentem curat,quæ inualeſcente morbo magis neceſſaria.Eſt igitur à Chriſto optimo medico primũ ſumenda medicina præſeruatiua,qua adhuc corporaliter ſanos vti oportet,priuſquàm infirmitas irruat ad mortem.Deinde etiam iam lætali morbo laborantibus ,ab eodem ſumenda ſunt electuaria,quibus periculum euadere præualebunt.

F ¶Præſeruatiua quidem medicina tribus conſtat.ſ.digeſtiuo,euacuatiuo,& cõfortatiuo.

¶Digeſtiuum in leuibus datur potionibus,& eſt,quod præparat materiam,vt facile poſſit
purgationibus euacuari.Quia vero materia in nobis ad mortem corporis tẽporalem,& ani- Roma.5
mæ perpetuam diſponens,nihil aliud eſt quàm peccatum,quod infirmitatem & mortem in- 1.Cor.15
ducit,quia ſtipendia peccati mors eſt,vt & aliàs abunde docuimus. Et profecto non eſt hæc Roma.6.
lues horrenda,qua nunc premimur,curſui ſyderũ electorum aut maleficio naturæ,ſed aſcri-
benda magis iuſtitiæ diuinæ, correctionem noſtris peccatis condignam ſuffligenti vel ad Leuit.26
emendationem nos paterno flagello impellenti:quamuis ipſe vtatur natura nõnunquã tan-
quam inſtrumento ſuæ iuſtitiæ,qui ſic res miniſtrat,vt ſuas naturas agere ſinat,agitq́ tanquã Deute.28
dominus per famulos ſuos.Iam vero quia nobis nimis tenaciter adhærent peccata,vt vix facile euacuari queant,opus eſt digeſtiuo, quo mollius abijciantur.ſ.peccata noſtra.Id autem nihil aliud eſt quàm attenta meditatio rerum diuinarum,bonorum.ſ.acceptorũ & promiſſo
rum malorum culpæ per nos commiſſorũ & pœnarũ à domino cõminatarũ,quã habuit pro- Pſal.76
pheta,dicens.Meditatus ſum nocte cum corde meo & exercitabar & ſcopebã ſpiritum me-
G um.Huiuſmodi proculdubio habuere qui per Chriſtũ hodie curati ſunt.

¶Euacuatiuũ eſt,quo materia diſconueniens.ſ.peccatũ euacuatur. Et eſt ipſa pœnitentia Hiere.18
qua vel ſola peccatũ remittitur & abigitur,Domino aliàs dicente.Si pœnitentiã egerit gens illa à malo ſuo,quod locutus ſum aduerſus eã,agam & ego pœnitentiã ſup malo, quod cogitaui vt facerẽ ei.Debet autẽ euacuatiuũ obedienter vtcunq; aliqñ amaꝝ.ſ.pillulis & ſyrupis ſumi,ſic & pœnitentia,etſi amara ſit,vtpote quæ conſtat contritione,cõfeſſione & ſatisfactione,adſumi tamen oportet illa amaritudo pœnitentiæ obedienter.Hinc eſt,quod hodie Chriſtus curauerit ſocrum Simonis.Sed quid aliud eſt Simon,niſi obedientia & mœrorem ponẽs
H quibus ad curam animæ opus eſt. ¶Confortatiuum eſt,quo ægrotus partim per naturæ ægritudinem,partim medicinis debilitatus denuo confortatur,vt in ſolida ſtare ſanitatẽ poſſit contra imminentem morbum,& eſt plerunq; quiddam cordiale ac bene conditum: hoc autem in loco nihil aliud quàm virtuoſa actio & exercitatio.Ita nimirum,fratres,vbi medicinali pœnitentia ab animabus veſtris omnẽ peccantem materiam euacuaueritis, ſupereſt, vt cum gaudio bonoꝝ operum exercitatione, orationibus,pijs deſiderijs, verbi dei auditionibus, abſtinentijs, vigilijs, laboribus, eleemoſynarum, tam corporalium, quàm ſpiritualium largitionibus, & cæteris virtutum exercitijs animas veſtras antea infirmas, & nunc pur
gatas, confirmetis,ornetis,confortetiſq́.Ad quod ſane confortatiuum hortatur Apoſto- 1.Cor.15
lus,dicens.Itaq; fratres mei dilecti, ſtabiles eſtote & immobiles, abundantes in omni opere domini, ſemper ſcientes,quod labor veſter non eſt inanis in domino.
Et iterum:Vigilate,inquit,ſtate in fide,viriliter agite & confortamini,omnia enim veſtra in 1.Cor.16
charitate fiant.Et hoc eſt, quod hodie adfirmat Euangeliſta ſocrum Simonis hiſce medicinis curatam continuo ſurrexiſſe & domino & eis, qui cum illo fuere,miniſtraſſe, id eſt,ſe illi bonis operibus exercuiſſe.

I ¶Hæc quoad primã medicinæ partẽ.ſ.præſeruatiuã,qua ſi ex aĩo fideq́ bona vſi fueritis, haud dubiũ qn vos nulla neq; lues,neq; peſtis,neq; mors nocere poſſit, dño atq; ſummo me
dico promittẽte,qui mentiri nequit,nec fallere,quũ ait.Hoc fac & viues.Cæteꝝ qa lues ipſa Lucæ.10
maxime eſt propinqua,itemq́ contagioſa,neceſſum eſt,ilicò vtamini præſeruatiua, reiecta omni mora, quæ in huiuſmodi caſibus ſemper eſt periculoſa,Itaque qui moraretur, expo-

Z 2 neret

Digitized by Google

neret ſe grauiſſimo ſuæ ſalutis periculo, quod qui faceret, ait ſcriptura, in periculo periret.
Eccle. 5 Non igitur, inquit ſcriptura, tardes cõuerti ad dominũ, & ne differas de die in diem. Subito
Eccle. 5 enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ diſperdet te. Et alia. Quæcumq; facere poteſt
manus tua inſtanter operare, quia nec opus nec ratio nec ſapientia nec ſcientia erunt apud
Eccles. 9 inferos quo tu properas. Et hoc eſt, quod qui cũ domino fuere mox rogarunt medicinam
pro ſocru Simonis, quæ & curata cõtinuo miniſtrauit. Quod ſi & ipſi feceritis proculdubio
curabimini ꝑ prædictam præſeruatiuam domino, vt dixi, promittente, accedente & vario
Jonę. 1. 2 multoꝝ exemplo, qui per illam perſeruati ſunt. Hac nimiꝝ præſeruatiua partim cõualuere
Judit. 7. 8 partimq́; præſeruati ſunt à plaga domini Niniuitæ pœnitentes, qui perituri erãt intra qua-
3. Reg. vl draginta dies. Itemq́; Bethulieñ, qui morti erant proximi, Itemq́; Dauid, qui non modo à
1. Para. 21 graſſante præſeruatus fuit peſtilentia ſed ea medicina fuit peſtilẽtia prorſus repulſa. *Sic* etiã
diuus olim Gregorius ex Roma peſtẽ ſæuiſſimã propulit.

¶Sed quid, dicitis, medicinæ dabit ijs, qui hanc præſeruatiuã non acceperũt dum ſani fue K
re, ſed nunc præuenti mortali infirmitate ſaluari cupiunt? Reſpondeo nec ipſos ſine ſpe ve-
niæ relinquendos. Qui ſe etſi grauiſſimo ſe periculo cõmiſerunt, qui hactenus præſeruatiuã
diſtulere, habent tamen medicinam curatiuã, qua ſaluari poſſunt, & eſt hac in parte ipſa pœ
nitentia vel quàmlibet ſera, melior tamen quam nulla, vtpote qua Ezechias rex olim fuit li
Eſaiæ. 38 beratus, quanq̃ ei diceretur. Diſpone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues. Illi tamen,
4. Re. 20. quia curatiuã pœnitentiæ ſumpſiſſet, quindecim anni ad vitam ipſius ſunt adiecti. *Sic* & ho
die curata eſt ſocrus Simonis, quæ ob validiſſimas febres morti penè deuota fuit. Hinc nulli
vel quàmlibet ægrotanti eſt deſperandum iuxta prouerbium. Dum ſperat ægrotus confi-
dat. ſ. diutius viuere, & venire in dei gratiam. Qui ſi accepta curatiua moritur, eam oportet
mortem temporalem ſibi ducat vitam fore æternam. Cuius exemplum eſt latro in cruce,
omnino ſero curatiuam recipiens, cui morituro tamen à dño dictũ eſt. Amen dico tibi, ho-
die mecũ eris in paradiſo.
Lucæ. 23.
¶Sic proinde, fratres chariſſimi, vt tandem ob anguſtiã temporis concludam de medici- L
na optimi medici, hoc Epilogo quodam dixerim: Quicũq; vel ægrotant vel ægrotare for-
midant pro medicinis optimis, quæ vnq̃ reperiri queant.

¶Primo per à peccatis conuerſionẽ interiorẽ & pœnitẽtiæ ſacramentũ confugiant cum M
ſocru Simonis interceſſione eoꝝ, qui cũ domino ſunt, electoꝝ ad dñm Ieſum, medicũ lon-
Eccle. 38. ge Opt. ſcriptura dicẽte. Fili in infirmitate tua ne deſpicias teipſum, ſed ora dñm, & ipſe cu-
Sapię. 16 rabit te: quandoquidẽ ipſe ſolus ſit, qui vitæ & mortis habet poteſtatẽ. Nec inprimis adcur-
rendũ eſt ad humanos medicos atq; reales (vt ſic dixerim) medelas, vtpote quę nihil ſine do
2. Par. 16 mino poſſunt, imò plærumq; cauſa ſunt mortis dño inprimis non inuocato: quẽadmodum
3. Reg. 15 de rege Aſa ſcriptũ legimus, qui cum vehementiſſimo pedum dolore laborans in infirmita-
te ſua dñm non quæſierat ſed magis in medicoꝝ artẽ confiſus fuerat, miſera morte perijt.
Ideóq; quicquid aliud remedij exhibetur irato & non placato domino ſiue corporalis me-
dicina ſiue fuga nihil proficit ad ſalutarem valetudinẽ. Hinc eſt, quod plærumq; citius alijs
Eſaię. 47 tempore peſtis emoriantur medici, profugi, incluſi & in abditis locis ab hominibus remoti
magis in medicinã humanã quàm diuinã confidentes, ad quos ait deus Max. *Sapientia* tua
& ſcientia tua decepit te. Veniet ſuper te malum, & neſcies ortum eius, & irruet ſuper te ca-
lamitas, quam non poteris expiare. *Stent* & ſaluent te augures cœli, qui contemplabantur
Eſaię. 46 ſydera & ſupputabant menſes. Non eſt, qui ſaluet te. Conſiliũ meum ſtabit, & o͂mis volun-
Deute. 32 tas mea fiet. Videte quod ego ſum ſolus, nec alius præter me. Ego occidã & ego viuere faci-
am. Percutiam & ſanabo, & non eſt, qui de manu mea poſſit eruere. Nemo proinde alio in-
primis quàm ad dominum deum fugiat, ſine cuius gratia & voluntate nullis vel per quàm-
bet corporalem medicinam à morbo ſit euaſurus: quamuis ſit eius tanta miſericordia, vt a-
liquoties peſſimos etiamnũ præſeruet & curet, nimiꝝ vt ipſi vel emendentur vel nõ emen-
dato alibi æternaliter excrucientur.

¶Secundo cũ timore domini & fide in deũ conſtanti quærant materialia, ſi qua ſunt, me N
dicamina & remedia, quibus ſiue per occaſionũ vitationẽ. i. illoꝝ à quibus per contagionẽ
inficimur, ſiue per pigmenta medicinalia vel etiã curatiua poſt infectionẽ curatiua: atq; in-
Matt. 13 pus adeſſe ſolius iuſtitiæ, nec alicuius miſericordiæ & gratiæ. Eapropter mox (vt ait Chrũs)
Matt. 25 exibunt angeli & ſeparabũt malos de medio iuſtorũ, & mittent eos in caminũ ignis, ibi erit fle
tus & ſtridor dentiũ. Et ita nimirũ cũ ſumma cõfuſione & anguſtia ibunt ij in ſuppliciũ æter-
nũ, iuſti aũt in vitã æternã. ¶ Supereſt igit̃ frẽs, ſi volumus hac vita exacta poſſidere æternã E
& pœnas perpetuas euitare, vt de peccatis, quibus deũ ſine intermiſſione offendimus, hoc ſa-
Galat. 6. cro tempore pœniteamus, & Paulo monitore, dũ tempus habemus, operemur bonum. Ad
quod ſane nos ineffabile præ cæteris, quæ, quũ ſint infinita, tranſeo, permouere debet benefi-
ciũ redẽptoris dei opt. quod nobis in primo ſui filij aduentu miſericorditer præſtitit. Quo ſi
(quod abſit) nõ mouemur, ſaltẽ permoueamur tremendo iudicio, quod in omnes peccatores
futurũ eſt in nouiſſimo die. ¶ Nec blandiamur nobis, quaſi nobis, quia Chriſtiani ſumus, ſi- F
2. Petri. 2 ne pœnitentia ſit indulturus, ſiquidẽ deus angelis olim nõ pepercerit, ſed peccãtes in infernũ
Eſa. 5. 14 tradiderit, profecto nec nobis parcet. ¶ Nec, q̃a forte nõ futura ſint tã in Euangelio horren
da, q̃m deus ſit, qui eiuſmodi fore prædixit, qui nõ mentitur, nec mẽtiri poteſt, ita futurũ iurãs
Hebr. 6 Amen dico vobis, cœlum & terra tranſibunt, verba autẽ mea non tranſibunt.
Mat. 24 ¶ Nec, quia tarde ſint ventura, ſiquidem ita pleriq; de diluuio tẽpore Noe, ita de igne ſul- G
Mat. 24 phureo tempore Loth, ita de excidio Hieroſolymitano tẽpore Titi & Veſpaſiani dicere ſo-
Lucæ. 17 lebant, quæ tamẽ oĩa, ſicuti ꝓdicta fuerant, & dũ adeſſe non putabant, eueniebãt. Sic & abſque
Lucæ. 19 dubio vẽtura ſunt, de q̃bus in Euãgelio dñs, & quidẽ repentino, dum putabimus eſſe pacem
& ſecuritatem. Proinde ille aliàs inq̃t: Vigilate, quia dũ nõ putabitis, dñs venturus eſt. ſ. ad iu-
Marc. 13 dicandum. Imò ſi recte intellexerimus, iam præ foribus eſt finis huius mundi & dies ille iudi-
Luc. 12 cij nouiſſimi, quũ hactenus partim vere vidimus & nunc videmus apparere ſigna diu noctuq;
in firmamẽto, & inundationes aquarũ, de q̃bus in Euãgelio dñs, q̃ recte nequaq̃ (vt ſcribit Pe
1. Pet. 3. 4 trus) tardat ſuã de aduentu ſuo promiſſionem, ſicut quidã exiſtimãt, ſed patiẽter agit propter
nos, nollens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti.

¶ HOMILIA III. DE EO QVOD LEGITVR, Matth. 11 Cum audiſſet Iohannes, &c.

Dominica tertia aduentus.

SVNT à quibus in quæſtionẽ venit, & aio fortaſſis haud iniquo, A
quid Chriſtiani, q̃bus veritas allata eſt & vmbra dudũ ablata, ſignis
tãti mœroris & luctus adhuc agimus aduentũ dñi, qui iã diu iuxta fi
dẽ noſtram aduenit? Nunquid Iudaizantes Chriſtũ adhuc in carnẽ
expectamus futurũ? Sed hæc eſt quæſtio paucis & in hunc ſane mo-
dũ ſoluenda. ¶ Statuit eccleſia annua cõmemoratione in luctu &
mœrore aduentũ dñi celebratũ iri tribus potiſſimũ de cauſis. Quarũ
¶ Prima eſt, vt meminerimus quanto luctu & deſiderio veteres B
in antiquo teſt. expetiuerint dñi aduentũ, & q̃ ille nobis fuerit ne-
ceſſarius & ſalutaris, & q̃ bene de nobis fuerit meritus ſuo ad nos ad
uentu dñs Ieſus, vt qui veniens, nos pauperes cõſolatus ſit, captiuos liberauerit, cæcos in via ſa
Luc. 4 lutis illuminauerit, peccatores ſaluauerit iuxta eundẽ, in Luca dicentẽ. Spũs dñi ſuper me, pro
pter quod vnxit me, euangelizare pauperibus miſit me, ſanare cõtritos corde, prædicare ca-
ptiuis remiſſionẽ & cæcis viſum, dimittere cõfractos in remiſſionẽ, ꝓdicare annũ dñi acceptũ
& diem retributionis. ¶ Secũda, vt memores tantorũ de aduẽtu dñi bñficiorũ ipſi dño Ieſu, C
adeoq; deo patri ſimus grati, eius in nos miſericordiã, pietatẽ, grãmq; ꝑcipue deꝑcantes. Siqui
dem ingratitudo peſſime deum habeat. ¶ Tertia, vt cogitantes ꝑ recidiuam in pctã in eo
plane nos eẽ ſtatu, in q̃ antiqui atq; adeo nobis denuo opus eſſe aduẽtu dñi ꝑ grãm ipſius, quẽ
noſtro

Digitized by Google

noſtro pro peccatis, luctu & mœrore, adeoq́; p ſacramentũ pœnitẽtiæ, hoc pſertim ſacro tẽ
pore ambire debemus, cũ eccleſia dicẽtes. O Ieſu Emanuel & ſol iuſtitiæ veni, & noli tardare,
illumina nos ſedẽtes in tenebris & vmbra mortis, & educ nos vinctos de domo carceris. Quẽ
admodũ dñica pcedente diximus. ¶Quarta, vt cogitantes ſimul de altero ipſius adiudican
D dũ & de ſpũali per grãm aduẽtu nos pparemus per verã pœnitentiã, ne tãtus princeps nos in
ueniat imparatos: de qua pparatione dñica proxime futura (deo ſuffragante) dicemus.

¶Quinta, vt hoc tpe aduẽtus dñi audientes, q̃ illũ vere aduenisse teſtant, fides in nobis con
ſtans perſeueret, minime dubitantes, ꝙ venerit, vtpote quod ſupremũ ſit Chriſtianæ fidei,
citra quã nemo ſaluari poſſit. Siquidẽ omnis ſpũs, inquit Iohannes, qui confitetur Ieſum Chri 1. Iohã. 4
ſtũ in carne veniſſe, ex deo eſt. Et omnis ſpũs, qui nõ cõfitetur Ieſum Chriſtũ in carne veniſſe,
ex deo nõ eſt. Et hic eſt ille ſpũs Antichriſti, de q̃ audiſtis, ꝙ venturus ſit, & nũc iã in mundo
eſt. Et nos vidimus & teſtamur, ꝙ pater miſit filiũ ſeruatorẽ mũdi. ¶Ne igit ipſi ſimus An
tichriſtiani, q̃les ſunt Iudæi & hæretici, & eoꝝ dogma ſequẽtes, & ne dubitemus an Chrs ve
nerit, aut velimus aliũ expectare Meſſiã q̃ Ieſum Mariæ virginis filiũ, in lege olim promiſſum
catholica eccleſia quotãnis hodierna aduẽtus dñica nobis ob oculos ponit Euangeliũ, in quo
Ieſus Chrũs dñs noſter pulchra admodũ & fortiſſima ratiocinatione probat, ſe veꝝ eſſe dei
E æterni filiũ, adeoq́; vnicũ illũ in lege promiſſum Meſſiam, & vnicũ mũdi ſeruatorẽ, nec alium
eſſe expectandũ. ¶Ratiocinat aũt in hũc modũ. Quæcũq; ſcriptura diuinitus inſpirata, quę Iohan. 10
ſolui nequit, Meſſiã fore ac eẽ pdicit, is profecto & nõ alius eſt Meſſias & ſaluator mũdi, idẽq;
verus deus & hõ. Sed ſcriptura pdixit eũ fore Meſſiã & mũdi ſaluatorẽ, q cæcos ſit illuminatu Eſaiæ. 17 Eſaiæ. 61
rus, claudis greſſum daturus, leproſos mũdaturus, ſurdis auditũ redditurus, mortuos reſuſcita
turus, &c. Sed Chrs filius ſecundũ carnẽ filius Mariæ virginis Dauidicæ, hmõi (quæ numera
ta ſunt) miracula teſtimonio totius noui teſt. corã palãq; ſua virtute patrauit, ergo ipſe verus
eſt Meſſias ac vnicus mũdi ſeruator, nec alius expectãdus. Maiorẽ nõ eſt q poſſit inficiari, quũ Hebræ. 6
ſcripturæ ſit author & inſpirator deus, adeoq; ſanctus eius ſpũs, qui mentiri non poteſt, nec Nume. 23
vt homo mutari, teſtimonio etiamnũ naturalis rationis. Minor vero (quam dicunt) propoſi
tio ſimulq; cõcluſio tã eſt vera q̃ quæ veriſſima, vt quam etiã perfidi Iudæi vnà cũ alijs infide
libus fateri cogant, quũ & noſtra & patrũ memoria virtute Ieſu Chri per multos eiuſmodi mi
racula facta ſunt, iuxta dominũ dicentẽ. Amen amen dico vobis, q credit ĩ me, opa, q̃ ego fa Iohã. 14
cio, & ipſe faciet, & maiora hoꝝ faciet. Et hoc eſt q̃d idẽ aliàs apud Iudæos cõquerit, dicens. Iohan. 15
Si opera nõ feciſſem in eis, q̃ nemo alius fecit, peccatũ nõ haberent. Nũc aũt viderũt, & ode
runt & me & patrẽ meũ. Et alio in loco. Non creditis, qa ego in patre, & pr̃ in me eſt, alioqui Iohan. 5
propter opa ipſa credite. Opera em̃ q̃ dedit mihi pr̃, vt pficiã ea, ipſa opa, q̃ ego facio, teſtimo
F niũ phibent de me, qa pr̃ miſit me. ¶Scrutamini ſcripturas, qa vos putatis in ipſis vitã æter
nã habere. Et illæ ſunt q̃ teſtimoniũ phibẽt de me. Sed qũo, inquis, ſcripturæ teſtant de Chri
ſto? Nimiꝝ, ꝙ (vt dixi) pdixerũt eũ fore meſſiã verũ in lege promiſſum, q faciat miracula quę
Chrũs fecit, quẽadmodũ hodie remittit ad ea opa & miracula, diſcipulos Iohãnis Bap. quibus
ſimillimi ſunt, q dubitant, fuerit ac ſit ne Meſſias, Mariæ filius, Ieſus? Qui ſemp ſunt ducẽdi ad
hodiernũ Euangeliũ. ¶Nec eſt, quod velint ſcandalizari, & minus credere, ꝙ ipſe ſit dei fi
lius & Meſſias, qa vident illũ æque atq; nos eſſe ærũnis, anguſtijs & morti obnoxiũ, qm̃ ſcire 1. Cor. 1.
debuerint, ita in myſterio eſſe oportere, placuiſſeq; deo p ſtultitiã pdicatiõis ſaluos facere cre
dentes. Magis em̃ attendẽda ſunt miracula q̃ fecit Ieſus, q̃ qualis in pſona apparuit.

¶HOMILIA IIII. DE EO QVOD LEGITVR, Iohan. 1.
Miſerunt Iudæi ab Hieroſolymis, &c.

Dominica quarta aduentus.

A DVO nobis eccleſia in hodierno Euãgelio proponit. ¶Primo, vt
firma nobis in Chro ſit fides & ipm veꝝ vnicũ eẽ Meſſiã & mũdi ſal
uatorẽ credamꝰ, quẽ ab initio ſeculi pr̃ cœleſtis mũdo deſignauit in
figuris, promiſit multipharia in pphetis, proinde aliud teſtimoniũ,
& quidẽ pſonale de Chro pducit, nimiꝝ, vt ſic oĩno nullus de Chri
diuinitate poſſit dubitare. Cõſiſtit em̃ teſtimoniũ oẽ vel ſcripto, q̃d L. 1. ff. de fide inſt.
dicimus inſtrumẽtũ, vel voce, q̃d dicimꝰ proprie teſtẽ pſonalẽ. Quo
rũ vtroq; ſi qs, q̃d adſeuerat, probat, facile nec ĩmerito credit verum
adſeuerare, ad quẽ ſane modũ vtrobiq; Chriſtus pbatus eſt eẽ Meſ
B ſias in lege & prophetis dudũ promiſſus. ¶In proxima em̃ dñica
probatus eſt talis eſſe ſcripto teſtimonio. i. inſtrumẽto veteri prophetaꝝ & patriarchaꝝ, &
duplici nimiꝝ ratiocinatione in hunc modũ. Quũ Ieſus filius Mariæ fecerit ea, quæ nulla pu Eſaiæ 17
ra creatura facere poteſt, hauddubie cõſequens eſt, ipſum eſſe Meſſiã, dei filium. Inſuper qa ea Eſaiæ. 61

Digitized by Google

operatus eſt, quæ venturū Meſſiã prophetæ operaturū ꝓdixere. Hodie vero probaꝉ idem eſſe
teſtimonio vocali & ꝑſonali, vtpote diui Iohannis Bap. nẽpe qui omni eſt exceptione perſo-
narū maior, contra quẽ nil obijci poſſit. ¶Eſt eñ teſtis ille nequaq̃ reijciendus, qui (vt habẽt C
L. 2. ff. de teſtib. LL. Impp.) pollet fide, dignitate, morū grauitate, & inculpata ſanctitate. At quis poſſit eſſe fi-
dei maioris poſt Chriſtũ Iohane, qui quũ ſit plus q̃ propheta, vtpote oĩm prophetarū limes,
Matt. 11. & terminus, mentiri nequit, quũ ex ſpũ ſancto loquaꝉ, cõſtans & firmus, qui & propterea non
eſt arundo, à vẽto agitata, vtpote q nec timore, nec amore, nec alio quouis modo à veritate
Luc. 1. declinarit. Quis vero dignior eodẽ, qui ex nobiliſſimis parẽtibus duxerit originẽ, mirabiliter
cõceptus, idẽq; mirabiliter natus, nec modo prophetarū propheta, vt q Chriſtũ nõ modo fu-
Malac. 3. turū ꝓdixit, ſed ꝑſentẽ vidit, agnouit & demõſtrauit ac baptizauit, ſed & angelus ille adfirma-
Iohan. 1. tus eſt, q miſſus à deo patre fuit, vt filio ſuo vnigenito viã ꝑpararet. Quis morū grauitate &
Matt. 11. ſanctitate maior Iohãne, q̃ (veritate teſte) maior inter natos mulierū nõ ſurrexit, q nec vinum
nec ſicerã bibit, nec niſi locuſtas eſitauit, imò q ob vitæ ſanctitatẽ & auſteritatẽ tãti apud oẽs
p vniuerſam Iudæã habitus eſt, vt eẽ Chrs penè creditus fuerit. ¶Vnde ad ipm ex regia ci- D
uitate, nõ plebeios & indoctos, ſed ſacerdotes & leuitas ex phariſæis, legis & prophetarū gna
ros miſerũt interrogatũ, nũ Meſſias eſſet. Nõ eſt itaq;, q̃d vel tãtillũ de Chro, filio Mariæ du-
bitemus. ¶Secũdo, qm̃ eccleſia ſperat Chriſtũ ſua gr̃a nobis aduẽturū in paulopoſt futura
eius nataliciȷ̃ ſolẽnitate, ideo ad occurrẽdũ tãto regi ac dño & ad ipm digne ſuſcipiẽdũ propo
nit nobis Euãgeliũ, in q̃ agiꝉ de ꝑparatiõe viæ dñi, quã nobis in Iohãne q̃ſi q̃dã ſpeculo ſubȷ̃-
cit, qa & ipſe fuit, ad quẽ ꝑparatũ dñs venit. Cõſiſtit itaq; vera ꝑparatio ad Chriſtũ ſuſcipiẽdũ
¶Primo, in fide recta .i. vt credamus Chriſtũ talẽ, cuius Iohãnes nõ eſt dignus ſoluere cor- E
rigiã calciamẽti .i. adſumptæ mortalitatis cõditionẽ, qa dũ p carnẽ nobis innotuit, q̃ſi calcia-
ta ad nos venit diuinitas. Eſt ergo corrigia calciamẽti, nihil aliud q̃ vnio, q̃ verbũ noſtrã ſibi
naturã vniuit. Ad cuius ſane myſterȷ̃ aperitionẽ Iohãnes indignũ .i. inſufficiẽtẽ ſe cõfiteꝉ. Et
Eſaiæ. 53 recte. Vnde ꝓpheta: Gñationẽ eius qs enarrabit? Porrò, qs cognoſcere poterit, q̃ta dignatio
ſummã maieſtatẽ in tã abiectã fecit deſcẽdere naturã mortalẽ. Si proinde incarnatiõis myſte
riũ tãtus hõ .ſ. plus q̃ propheta cõprehẽdere nõ potuit, q̃to minus nec aliqs alius eſt cõprehen
ſurus: cũ nemo valeat cognoſcere, q̃ta ſit miſcdiæ diuinæ cõdeſcẽſio in hũanæ naturæ adſum
ptione, niſi q diſtantiã nouit creaturæ à deo, q infinitus eſt & incõprehẽſibilis, proinde nunq̃
Iohan. 1. viſus eſt ab aliquo. Credere igiꝉ debemus Chriſtũ pro nobis incarnatũ eẽ verũ deũ, patris ver
bũ & ſimpliciter ac ſumme ac infinite ꝑfectũ ac p hoc in ſua incarnatiõe ſummã miſericordiã
exhibuiſſe. ¶Secũdo, cõſiſtit hæc ꝑparatio in humilitate profunda, ſic vt nemo noſtrũ exi- F
ſtimet ſe eſſe Chriſtũ .i. vt nemo ſibi arroget, q̃d eſt Chri, q̃d facit oĩs ſuperbus & humanę glo
riæ cupidus, q de bonis ſibi à patre cõceſſis & à Chro meritis, quaſi ſuis laudẽ appetit: quũ ſo-
lo merito & gratia Chri dona dei recepimus, q̃ non noſtra, ſed dei ſunt bona, à quo quicquid
ſumus & habemus, pẽdet, imò habẽtes dei dona, nõ tñ niſi p ipm fructificare poſſumus, Paulo
2. Cor. 3 dicẽte. Nõ ſumus ſufficiẽtes aliqd cogitare ex nobis, ſed oĩs noſtra ſufficiẽtia ex deo eſt. Quid
1. Cor. 4 habes q̃d nõ accepiſti? Si aũt accepiſti, qd gloriaris quaſi nõ acceperis. Debemus itaq; humi-
Hebræ. 1. Iohan. 15 liari, atq; omnẽ gloriã & honorẽ referre ad Chriſtũ, q eſt ſplendor gloriæ & figura ſubſtãtiæ
patris, ſine q̃ nihil facere poſſumus: ad quẽ propheta. Oĩa opa nr̃a operatus es. Ad quẽ & ipſi
dicere debemus. Bñdictus dñs deus in donis ſuis. Et iterū. Nõ nobis dñe nõ nobis, ſed nomini
tuo da gloriã. Eiuſmodi humilitatẽ habuit Iohãnes, q qualis eſſet rogatus, negauit ſe eẽ Chri-
ſtũ, Heliã, prophetã. Vere Chrs nõ erat, neq; redẽptor, neq; lux, ſed q de luce teſtimoniũ fer-
ret. Gratiã vero Heliæ & prophetæ donũ, q̃ habebat, nõ ſua, ſed Chri dona eſſe ſciebat, vnde
& ait. Nõ poteſt hõ accipere quicq̃, niſi ei datũ fuerit ẽ cœlo. Hinc noĩat ſe eſſe vocẽ clamãtẽ
in deſerto. Sed qd voce vilius, quũ, qa deſinit eſſe cũ proferꝉ, nihil plane eſt, niſi quædã ema-
natio producẽtis. Ita Iohãnes ſe nihil eſſe in ſe cõfeſſus eſt, ſed tantũ aliquid dei cõſeruantis &
producẽtis, ſignũ aliq̃d & factura de ſe tendẽs ad nihilũ. Huius humilitatem ſequi debemus, ſi
Chriſtũ dominũ & regẽ habitatorẽ habere volumus, qm̃ cũ humilibus eſſe dũtaxat amat.
¶Tertio, hæc ꝑparatio cõſiſtit in perfecta obedientia, q̃ eſt volũtatis diuinæ executio. Hęc G
eſt, qua via noſtra ad dñm dirigiꝉ, & ſemitæ ad deũ noſtrũ diriguntꝉ & rectificanꝉ. Rectificatur
autẽ omne quod ſuæ normæ adæquatur. Norma omnis rectitudinis & iuſtitiæ eſt voluntas
dei, quæ ſemper neceſſario eſt recta, quæ nobis per mandata & conſilia innoteſcit: quam nos
docuit Iohannes in ſeipſo, qui præparaturus viam domino obedienter vixit, baptizauit, cla-
mauit, teſtatuſq; eſt ſe non eſſe niſi vocem clamantis in deſerto. Sic & ipſi eſſe debemus obe-
dientes voluntati diuinæ, vt inde vitam noſtram ita ordinemus & rectificemus, vt etiam ille
1. Petri. 2 ab infidelibus glorificetur: quemadmodũ Petrus monet, inquiens. Conuerſationem veſtram
inter gentes habentes bonam, vt in eo, quod detrectant de vobis tanquã de malefactoribus,
ex bonis operibus vos conſiderantes glorificent deum, vt bene facientes, obmuteſcere facia-
tis imprudentium hominum ignorantiam. Huiuſmodi præparationem ſi habuerimus, in-
dubie

Digitized by Google

dubie nouellus ille rex regum & dominus dominantium Ieſus Chriſtus ad nos veniet, ſuaq́ʒ gratia nobiſcum faciet manſionem.

¶HOMILIA V. DE EO QVOD LEGITVR Lucæ.2 Exijt edictum à Cæſare Auguſto, &c.

In glorioſiſſimis feriis inclyte Jeſu Chriſti Opt. Max. natiuitatis.

A GAudete fratres chariſſimi in dño deo nr̃o, eideḿq́ʒ ex toto aĩo gr̃as agite: qñquidē adſit inclyta & diu deſiderata & expectata glorioſiſſimi Ieſu Chr̃i ſeruatoris Opt. Max. natalicij dies. Dies, inquã, adeſt oĩs lætitiæ & gratiarum actionis. De qua nimirum die non iniuria lætamur, quũ ſit dies illa expectatiſſima, quã ſanctiſſimus patriarcha Abrahã, Johan. 8 pater p fidē noſtri oĩm, videre exultauit, ſibiq́ʒ felix futurus eſt viſus, ſi cõtigiſſet videre diē illã, quã qa p fidē vidit, ex aĩo gauiſus eſt. Ad quã quoqʒ diē, qa Simeon ille iuſtus, ceu cupierat, ſuperuixiſſet, ſibi Luc. 2. adeo lætari viſus eſt, vt diutius in terris agere nõ optauerit, dicens. Nunc dimittis dñe ſeruũ tuũ in pace, qa viderũt oculi mei ſalutare tuũ, q̃d paraſti añ faciē oĩm populorum. Gaudete igif & vos in dño, qm̃ & gaudia nobis cœlitus nũtiant, lætitia imperatur B per angelũ dei dicentē. Nolite timere, Ecce eñ euãgelizo vobis gaudiũ magnũ, q̃d erit omni populo. ¶Sed frẽs, interim gaudẽtes, etiãnũ gratias agite deo Opt. Max. nec immerito. Si eñ ſancti angeli ijdēq́ʒ cœleſtes cõſonis vocibus gloriã deo in altiſſimis modulati ſunt, quãto magis oportet nos hodie eidem gloriã & gratiarum actionē deferre, vtpote quorum ſingulariter intereſt, quoniã nobis illa reddita eſt pax, quæ exuperat omnē ſenſum, quæq́ʒ ꝑponderat vniuerſis mũdi felicitatibus. Nos eñ hodie, qui eramus ad aliq̃t millia annorum filij iræ & indignationis dei Max. fecit filios gratiæ, eidēq́ʒ deo Opt. reconciliauit conciliator dei & hoĩm dñs Ephes. 2 noſter Ieſus Chr̃s, princeps ille veræ pacis, cuius pacis finis haud erit vnq̃, qui nobis hodie, angelo teſte, natus eſt in ciuitate Dauid, quæ Bethlehē eſt. Sed qualis eſt, inquit forte quiſpiã, mediator & princeps pacis ille, qui in ſtabulo naſcitur, in ꝓſepio ponitur, pannis inuoluitur ſicut cæteri, plorat vt cæteri, deniq́ʒ infans iacet vt cæteri conſueuerũt. Ingens plane mediator eſt etiã in ijs oĩbus, quæ ad pacē ſunt, nõ perfunctorie, ſed efficaciter quærẽs. Infans quidē eſt, ſed verbũ infans, cuius ne ipſa quidē infantia tacet. Non ipſe ſolũ pro nobis infans ad patrem clamat, ſed clamant quæ penes ipſum ſunt oĩa. Pro miſericordia & pace à patre nobis impetranda clamat ſtabulũ, clamat ꝓſepe, clamãt lachrymæ, clamant panni, vtpote quibus infans ad cõmouēdã apud patrē pacē & quietē nobis ſtuduit. Siqdē nullo horum ipſe eguit, nihil horũ ipſe propter ſe, ſed magis autē oĩa propter electos fecit, quibus hodie pacē ſimul obtinuit, & eam illos ſuo exemplo ꝑdocuit infans vnius diei, qui deus eſt à ſeculo in ſeculum, quēadmodũm non obſcure idipſum nobis inſinuat euangelica lectio. Quæ quia ſummis myſterijs & doctrinis differta eſt, à nobis per ſingula verba, quatenus per verbum infans mihi infanti fa- C uerit, paulo altius repetenda. ¶Euangeliſta proinde deſcripturus Ieſu Chriſti Opt. noſtri redemptoris natalicium, ab initio tempus ponit, & teſtes, imò & omnes circũſtantias eiuſdē natalicij, quo noſtri omnium facta eſt redemptio. Et recte nimirum. Si eñ conſules & tempora & teſtes, hocq́ʒ genus alia tabulis emptionis pro fide eiuſdem adferenda adſcribunt, q̃to magis illa ipſa adſcribi oportuit tabulis, quibus redemptio noſtri omnium conſignatur. Ait igitur Euangeliſta, Ieſum Chriſtum ex virgine Maria natum ſub Auguſto Im. in diebus, in q bus ille vniuerſum orbē vſq́ʒ adeo pacatũ habuit, vt eundem deſcribi procurauerit. Sed quare ſub Rom. Imp.? Vtiqʒ vt intelligeretur prophetia Iacob patriarchæ, adimpleta in Chriſto, q̃ Gene. 49 habebat, non defecturum ducem de Iuda, nec principem de fœmoribus eius, donec veniret, q mittendus eſſet. Sed quare ſub tanto principe. ſ. Auguſto? Nimirum vt totius orbis, non Auguſtus, ſed q naſcereť infans, verus eſſet dñs. Eius eñ eſt terra & oĩs plenitudo eius, qui ſua Pſalm. 23 maieſtate cœlũ & terrã implet, cuius regni nõ erit finis. Sed quare ſub tã pacato principe? Primo quidē, vt plane puerulus ille Meſſias eſſe intelligereť. In cuius natiuitate prorſus impleren Hiere. 23 tur ſcripturæ de pace admirabili, q̃ futura debebat eſſe in Meſſiæ natiuitate. Orieť eñ, inquit Pſalm. 71. propheta, in diebus eius iuſtitia & abundantia pacis. Et dominabiť à mari vſq́ʒ ad mare, & à flumine vſq́ʒ ad terminos orbis terrarum. Tanta nimirum vel tũ (alio propheta teſte) erat pax & ſe Eſaiæ. 2 curitas, vt hoĩes gladios in vomeres, lanceas in falces conflauerint, nec leuauerit gladiũ gens cõtra gentē, nec vltra ad ꝓliũ ſe exercuerit. Secũdo, q infans ille Ieſus, vere princeps ille eſſet pacis, de q̃ Eſaias. Qui vel vnicus mediator toti mũdo à deo patre pacē impetraret, quiq́ʒ illũ Eſaiæ. 9. in ſeipſo eidē recõciliaret, ſoluturus in carne ſua oẽs inimicitias, q̃ prius erãt ſupra q̃ poſſent ſa Ephes. 2. tis deplorari. In eo proinde hac die miſericordia & veritas, iuxta prophetæ oraculũ, obuiaue- Pſal. 84

Digitized by Google

runt ſibi, iuſtitia & pax oſculatæ ſunt, vtpote quæ prius à ſe plurimū diſſenſerūt, factæ ſunt
in principe pacis aīo cōcordes, eſtq́ deus pater ſuæ contra nos indignationis hodie oblitus in
infantulo iſto, de illo dicēs. Hic eſt filius meus dilectus, in q̄ mihi bene cōplacui. Procedit Euā-
geliſta, dicēs. ¶ Euntibus igit hoībus ſingulis in ſuā ciuitatē vt profiterent, aſcendit & Io- D
ſeph à Galilæa in Iudæā, à Nazareth in Bethlehē, ciuitatē Dauid, quū eſſet de domo & familia
Dauid, vt profiteret cū Maria deſpōſata ſibi vxore pgnāte. Sed q̄re & Chrs dn̄s capite vult cē
ſeri & deſcribi? Vtiq; q̄ ille apparet in carne, q electos ſuos aſcriberet in æternitate in librū vi
uētiū. Cuius profecto attēdenda benigna humilitas ſaluatoris, vt q nō ſolū incarnari pro no-
bis, ſed & eo tpe dignatus ſit, q̄ mox natus, cēſui Cæſaris adſcriberet, atq; ob nr̄i liberationē ip
Philip. 2 ſe ſeruitio ſubderet, ſimulq́ nobis humilitatē cōmendās, quā in natiuitate orſus nō niſi mor-
te finiuit, in qua ſemetipſum humiliauit, factus obediēs vſq; ad crucē. Sed quare ad ciuitatem
Bethlehē, quæ Dauidis erat, pergebat Ioſeph? Primo, vt impleret ſcriptura, q̄ Chriſto futurā
Mich. 5 pdixit patriā Bethlehē, inquiēs. Et tu Bethlehē Iuda, nequāq̄ minima es in principibus Iudæ.
Johan. 6 Ex te enim exiet dux, qui reget populum meū Iſrael. Secūdo, q̄ infans ille verus erat panis il-
le, qui de cœlo deſcendit. Vnde qui ederet, non moreret in æternū, q̄re conſentanee naſci vo-
1. Regū. 17 luerit in domo panis, qualis interpretatur Bethlehem. Tertio, quoniam ipſe Ioſeph erat de
domo & familia Dauid, quare & ipſum eo pergere oportuit, quę Dauidis erat, quoniā ibi ille
Pſalm. 31. natus fuerat. Sic quoq; impleri debuit, quod deus olim Dauid iurarat, videlicet, quod aliquā-
do poſiturus eſſet ſuper ſedem ipſius de ventre eius. Id quod & angelus ad Mariam repetit,
Luce. 1. dicens: Ecce concipies & paries in vtero filium, & vocabis nomen eius Ieſus. Et dabit illi do
minus deus ſedē Dauid patris eius. Recte propterea ex Nazareth proficiſcitur ad Bethlehem
Ioſeph. ¶ At quare illū iſthuc Maria comitatur, & quidē grauida per tāti itineris ſpacium, F
vtpote per tres (vt ſic dixerim) dietas, quia totidē à Nazareth diſtat Bethlehē? Nec hoc ipm,
reſpondeo, ſine cauſa, nec fortuitu factum eſt. In primis etenim & illa perrexit eò, etſi adhuc
ſponſa, virgoq́ corpore & animo mūda, vt & ſe teſtaretur eſſe de ſtirpe Dauidica, quæ alio-
qui iiſſet aliō, profeſſura, quāuis illam inde prognatā eſſe, argumento apparet longe euiden-
Eſaiæ. 11. tiſſimo, q̄ † Ioſyppo fuerit deſponſata, qualis eſſe haud poterat, niſi ex ea, qua Ioſeph, proge-
Ioſepho nie originē duxiſſet: quoniā lex diuina præceperat coniugales copulas ex eadē progenie con
Nume. 36 trahendas. Deinde quoq; illuc profecta eſt, vt nobis pberet exēplū pfectæ humilitatis & obe-
Roma. 13 dientiæ, qua (iuxta ſcripturā) omni ſuperioritati obedire debemus. Id q̄d facere non grauabi-
1. Petri. 5 mur, vbi corde perceperimus, q̄ obedienter ſe hodie geſſerit diua virgo: nimirū, quæ etſi de
regia ſuborta ſtirpe, cœli, terræq́ dominū & regem eſſet paritura, quē virginitate illæſa mira
biliter ſupra naturā nuper cōceperat, edicto tamē imperiali humillime obtemperare voluit,
intermit quod tamen, quia prægnās erat & partui vicina, † ſubmouere poterat. Quæ etiānū virgo præ
tere gnās hoc laboris nō detrectauit, non fugitans oculos hominū ſibi bene conſcia, q̄m quod in
Matth. 1 vtero habebat, de ſpū ſancto erat: nec dedignatur virgo regia haberi vxor fabri, q̄ eſſet mūdi
dn̄a, cœliq́ regina futura paulopoſt. ¶ Siquidē, inquit Euāgeliſta, quū dies illic aliquot cō- G
morarent, euolutis legitimis menſibus, quo magis cōſtaret verē hominē eſſe, q naſceret, factū
Sapiē. 18 eſt, vt ipſa virgo Maria pareret filiū ſuū primogenitū, & quidē in media nocte, iuxta ſcripturā
dicentē. Cū eñ quietū ſilentiū cōtinerent oia, & nox in ſuo curſu mediū iter haberet, omnipo
tens ſermo tuus dn̄e exiliens de cœlo à regalibus ſedibus terrā proſiliuit, & quidē in hyeme, in
maxima aeris inclemētia. ¶ Et quare ò Ieſu Chriſte, non eñ fortuitu hæc cōtigere, ſed q̄ ſic
1. Cor. 1 pro tua prudētia elegiſti, q es virtus & dei ſapientia, imò & puer ſciens eligere bonū & repro- H
Eſaiæ. 7. bare malū, cuius eſt hyems & æſtas, dies & nox. Et quare, inquā, quæ moleſtiora ſunt elegiſti?
Pſalm. 73 Vtiq; vt doceres nō niſi per moleſtiā ſalutē æternā obuenire, eſſeq́ ad vitā æternam nociua
oīa, quæ carnē delectāt. ¶ Et peperit, inquit Euāgeliſta, virgo Maria primogenitū, non q̄a
poſt ipſum pepererit aliū, quæ virgo (iuxta Ezechielē) perpetua erat māſura, ſed q̄ nullū an-
Ezec. 44 tea pepererat. Nec eñ poterat hic eſſe, niſi vnigenitus in tēpore, qui vnigenitus erat in æter-
nitate, q & primogenitus erat ſuſceptione humanitatis nobis oībus, quos ſibi ſpū iunctos frēs
Roman. 8 reddidit & hæreditatis æternæ cōſortes, ne ſolus ad patrē veniret, ſed ipſe velut primogeni-
tus, multos fratres ſecū adduceret in ſocietatē æternæ ſalutis. Et quid deinceps virgo Maria?
¶ Nimirū, ait Euangeliſta. Et pannis eū inuoluit, & reclinauit eū in præſepio, cum vt nos I
Eſaiæ. 1. puderet noſtræ infidelitatis & ignauiæ, qui huic nouo tantoq́ regi debitos honores nō im-
tradunt. pendimus, quē tamē bos & aſinus eſſe dn̄m cognouiſſe & honoraſſe † produnt. Iā vero quis
nō miretur & adoret tantum myſterium? Virgo Maria eum in præſepio reclinauit & pan-
nis inuoluit: vtiq; vt manifeſtaretur illæſa virginitate peperiſſe & ſine dolore, atq; multo ali-
ter, q̄ cæteræ mulieres, quæ maledictioni primæ parētis Euæ ſunt obnoxiæ, vt quæ nō indi-
guit famulitio obſtetricū nec aliarū, ſufficiens per ſe primogenitū in præſepio reclinare, &c.
Quis vero dubitat ipſum ab ea prius omni deuotione & reuerentia adoratū, q̄ inuolutum, vt
Luce. 1. quē ex angelo & ſpū ſancto, qui intra ipſam habitabat, didicerat eſſe filiū altiſſimi.

¶ Si rex

Digitized by Google

k ¶Si rex eſt (veluti eſt) ô virgo Maria filius tuus, cur in oppidulo tam paruo & non in regia quadam magnaq́ꝫ ciuitate, ceu eſt Hierl'm, eundem paris, cur in ſtabulo & nõ in regio palatio eundẽ ponis, cur in diuerſorio & nõ in magnificis ędibus, cur in præſepio & nõ in lecto aureo eundẽ reclinas, cur pannis eundẽ & non ſericis purpureiſq́ꝫ tapetis inuoluis?

L ¶En magna Ieſu Chri paupertas & inopia, qa nõ ſolũ nõ habuit domũ ꝓpriã ſuæ natiuitatis, ſed nec in cõmuni diuerſorio potuit habere locũ cõſentaneũ, q præ inopia loci, poſitus eſt in ꝑſepio, vt verificaret, qd' olim forè dixerat. Vt iumentũ factus ſum apud te, & ego ſemp tecum. O mi dñe Ieſu, q̃ verè repręſentas hodie re ipſa, qd' & deinde dixiſti & cõpleſti, inquiens: Pauper ſum ego, & in laboribus à iuuentute mea, vulpes foueas habẽt, volucres cœli nidos, filius aũt hoĩs nõ habuit, vbi caput ſuũ reclinet. In alienis etẽm vbiq́ꝫ fuiſti, q in alueolo virginis nouẽ mẽſibus delituiſti, in vili ꝑſepio miſer iacuiſti, in crucis patibulo nudus pepẽdiſti, in alieno deniq́ꝫ ſepulchro ſepultus. Conſolamini pauperes cõſolamini, qa res vr̃a agit. Bt̃i pauperes ſpũ, qm̃ ipſoꝝ eſt regnũ cœloꝝ. En Chrus primogenitus paupertate nec aliter docuit quemquàm eo pueñtũ iri. ¶Audi & erubeſce ſupbe diues, q totus es in excelſis ciuitatibus & arcibus, ædibus & palacijs, & hoc genus ſtructuris magnificis. Chrus rex regũ & dñs dominantiũ, cuius terra eſt & oĩs eius plenitudo, cuiuſq́ꝫ ſedes cœlũ, imò q cõtinet orbẽ hodie nõ dedignat naſci in humili oppidulo, & qdem in diuerſorio, in ſtabulo, in præſepio: nimiꝝ vt te doceret vitare ſuperbiam & auaritiam ſimulq́ꝫ poſthabere huius mũdi pompas & honores, q̃niam nihil ſunt niſi vanitas, qbus nõ acquirit felicitas vera, ſed amittit. ¶Audi quoq́ꝫ q mollibus lectis, veſtibuſq́ꝫ mollibus & magnificis diu noctuq́ꝫ delectaris, ſtramentaq́ꝫ dura deteſtaris. Nõnne Chrus hodie rex regũ tenerulus adhuc puer, q totũ mundũ vario veſtit ornatu, & deniq́ꝫ veſtit roſas, flores, & lilia pulchrius q̃ vnq̃ in regia ſua Solomon fuit, hodie recũbit in fœtulẽto ſtabulo, in duro pręſepio, in vilibus pannis? Vtiq́ꝫ vt doceret huius mundi voluptatẽ & mollicięẽ vitandã ꝑinde atq́ꝫ rem cęlo ꝑniciosiſſimã. Hiſce ad hũc modũ peractis. ¶En inqt Euangeliſta, angelus dñi apparuit paſtoribus, q in eadẽ regione vigilãtes ſeruarũt vigilias noctis ſup gregẽ ſuũ ad quos ipſe angelus claritate Dei circũdatus ait: Nolite timere: Ecce euangelizo vobis &c. ¶Quid eſt frẽs, ꝙ Euangeliſta tantope paſtoꝝ meminerit? Primo, ꝙ dñs venerit ad cõſolandũ & ditandũ in patria pauperes, quales ſunt paſtores. Scd̃o, qa idem ſimplices, cuiuſmodi ſunt paſtores, amet. Iuxta illud: Et cũ ſimplicibus ſermocinatio eius. Quarto, q̃niam vigilantibus adſit, dicẽs alibi: Qui mane vigilauerit ad me, inueniet me. Quarto vt innueret myſteriũ, ſiqdem ꝑ paſtores ſignificent paſtores nouæ legis, epi, pontifices, & prælati, q̃rum in agro, id eſt, in Eccleſia, officiũ eſt, vt ſup gregẽ ſibi concreditũ vigilent, ne ipm̃ fures & lupi rapaces & qdem ſpirituales in nocte peccati depdent & iugulent. Quibus ſic vigilantibus proculdubio angelus domini ipſe apparebit vt paſtoribus.

Pſalm. Pſalm. 87 Matt. 8. Luca. 9. Matt. 5. Luca. 6 Pſalm. 23 Matth. 6 Luca. 12. Prouer. 3 Prouer. 8

Q ¶Sed quare claritas illum circũfulſit, vt oſtẽderet, eſſe natũ ſolem iuſtitiæ, q eſſet diſcuſſurus mundi tenebras, & illuminaturus eos, q ſederunt in tenebris & in vmbra mortis, vtpotè q erat lux, illuminans omnẽ hominẽ venientẽ in hunc mundũ. Et eſt hodie oraculum Prophetæ verificatum: Exortum eſt in tenebris lumen rectis, miſericors & miſerator dominus. In cuius etiam argumentum prædixit idem, noctem, in qua Chriſtus eſſet naſciturus, diei lucem habituram, inquiens: Et nox ſicut dies illuminabitur. Et ait angelus. Luca. 2 Pſalm. 111

R ¶Nolite timere. Rectè nimiꝝ ſubiungẽs cauſam: Ecce em̃ Euangelizo vobis gaudiũ magnum, qd' erit omni ppl'o. Quia natus eſt vobis hodie Chrus ſaluator, & dñs in ciuitate Dauid. Vbi nota Euangelij dignitatẽ, quũ id in cœlo à Deo datũ, & nõ niſi angelica voce primũ ꝑdicatũ ſit. Rectè ergo Aplus: Quàm (inqt) ſpecioſi pedes euangelizantiũ pacẽ, euangelizantiũ bona. Seqtur: Euangelizo vobis gaudiũ magnũ. Meritò, qd' em̃ nobis gaudiũ maius excogitari poſſit, quàm cõtigiſſe communem ſaluatorẽ, Chriſtum dominum. In quo ſanè verbo manifeſtat fundamentum & baſis fidei noſtræ, quã docet Euangelium, ſcilicet vt credamus Chriſtum eſſe Deum, quia dominus ſaluator, qualis eſſe niſi Deus poteſt, eundemq́ꝫ hominem, qa Chriſtus, id eſt, vnctus, quoniam omnes reges olim vngi ſolebant. Qua de re alibi plura. Roma. 10 Eſa. 43

S ¶Sequit: Et hoc erit vobis ſignũ: Inuenietis infantẽ, &c. Id qd' (vt habet Euangelica lectio) fecerũt, & vt eis dictũ fuit, inuenerũt. Et interim ſubita eſt facta cũ angelo multitudo cœleſtiũ &c. Ad oſtẽdendũ verè infantulũ eſſe regẽ regũ, q eſſet debellaturus principẽ huius mũdi &c. Et dicentiũ: Gloria in altiſſimis. Innuẽtes primo vniuerſam gloriam ex hoc negotio .ſ. ſalutis nr̃æ ſoli diuinę bonitati nõ neq́ꝫ angeloꝝ, neq́ꝫ hoĩm meritis debere. Scd̃o, ſalutẽ natiuitatis nõ pręcipuè (niſi ad glorificationẽ) angelis ſed hoĩbus, q ea indigebant obueniſſe. Tertio eam ſalutẽ nõ ꝑficere niſi bonę voluntatis hoĩbus. Eſt aũt bona volũtas, velle qd' Deus iubet & nolle qd' ꝓhibet, ad quam ideoq́ꝫ bonam voluntatẽ ptinet iuſtitia, quam habẽtibus ſubuenit ſalus natiuitatis Ieſu Chri. Quarto, ſalutẽ, quæ hoĩbus ex natiuitate dñi parta eſt, eẽ pacẽ .ſ. non carnalẽ ſed ęternalẽ & ſpũalẽ, cuius figura fuit pax ſub Auguſto Impatore, qa tũc Chr̃o nato pax facta eſt inter Deũ & hominẽ, in Gentes & Iudæos, qs in carne ſua Chrus vnum fecit. Ephe. 2

Et hactenus de inclyto & admirabili ortu Ieſu Chriſti. Qui etſi pleriſq; cauſam ignoranti- T
bus videri poſſit abiectiſſimus, plus tamen habuit ſublimitatis, plus potentiæ, plus maieſtatis,
quàm omnes vnquàm habuerunt Cæſares & reges in omnibus ſuis pompis & triũphis, quẽ-
admodum (Deo fauente) in die Epiphaniæ oſtendemus.

¶Quia vero fuerimus paulò fuſiores, paucis quæ dicta ſunt, repetemus ſub breuiuſculis do- V
ctrinis. Quarũ eſt ¶Prima, Ieſum Chriſtũ, verũ Dei filiũ & Meſſiam mundi ex virgine Ma-
ria eſſe verè certeq; natum vt patet ex Euangelio, qđ nihil non ponit, quod illius natiuitati fi-
dem facit, vtpotè qui natus ſit ſub Auguſto Imperatore in Bethleem, in diuerſorio, in nocte te
ſtibus angelis, q mentiri nequeũt, teſtibus ſimplicibus paſtoribus, q fucare nõ poſſunt, qui &
Iohan. 5, rem ſuis ſignis viderũt, Prætereà qđ omnia inibi contigere, quæ de Chriſto naſcituro prædi-
xere Prophetę. Ita nimirũ rectè deinde ad incredulos Iudæos dixit dñs: Scrutamini ſcripturas
quia vos in ipſis putatis habere vitam æternam. Illæ enim ſunt quæ teſtimoniũ phibẽt de me.

Ephe. 2 ¶Secũdo, Chriſtũ nobis ſua natiuitate ſalutẽ peperiſſe à peccatis noſtris, qbus olim mor- X
Hebre. 4 ti eramus addicti, & pacẽ inter Deũ & nos, adeò, quod nũc habemus eum inibi mediatorem,
noſtræ infirmitatis expertum, cui pater nihil negat, quum in eo ſibi bene placuerit.

¶Tertio eam pacẽ dũtaxat pdeſſe hoĩbus bonę volũtatis, cuiuſmodi ſunt, q ita ſuſpiciũt na Y
tũ Chrm̃, ꝙ volũt facere & faciũt, ꝙ ille docet, nolũt qđ ille phibet. Et ſic impijs nulla eſt pax

¶Quarto, nos debere Deo pro tanta pietate, miſericordia, gratia, & tanto beneficio nobis Z
per filium ſuum natum exhibito laudes & gratias cum angelis decantare.

¶Quinto, tum nos Deo pro huiuſmodi gratia nos agere gratias, quũ re ipſa ſequemur, qđ &
paruulus Ieſus in ſua nos ſtatim natiuitate exemplo pdocuit. Et ſunt triplicia, quæ eius ſequi
debemus exemplo. Primo, vt ſimus pauperes cum eo, qui diuitias habere noluit. Secundo, vt
ſimus humiles cum eo, q hodie ſe non ſuperbè oſtentauit, nec vt magnus videri voluit. Tertio
vt dura & aſpera huius mũdi patienter feramus cum eo, q hodie propter nos paſſus eſt frigus,
& duriciem loci & lecti.

¶Sexto, vt hæc tria præ cæteris addiſcant & ſciant paſtores Eccleſiaſtici, ſtatimq; eant do
cturi greges ſuos exẽplo & verbo, quod ſi fecerint, fiet, vt & grex ipſe cum paſtoribus & ange
lis canant, gloria in altiſſimis Deo.

HOMILIA SEXTA, DE EO, QVOD LEGITVR, Lucæ ſecundo: Poſtquàm conſumati ſunt dies octo &c.

In ferijs dñice Circũciſiõis.

DIES HODIERNA FRATRES CHARISSIMI QVAE A
Leuiti. 12, circumciſionis appellari ſolet, qniam in ea dñs Ieſus octiduanus fue-
rit ſcđm legem Moyſi circũciſus, nobis planè eſſe debuerit ſancta &
venerabilis, nec minore ſed pari, qua dies dominicæ natiuitatis, læti-
tia & gratiarũ actione p nos tranſigenda: quandoqdem quod nobis
in illa p angelum ſummo gaudio denuntiatũ eſt, idem hodie verbo,
& facto comprobatũ eſt. In die etenĩ dominici natalicij audiuimus an
gelum non ad paſtores ſolũ ſed ad nos omnes dicentẽ: Nolite time-
Lucæ. 2, re. Ecce enĩ euangelizo vobis gaudiũ magnũ, quod erit omni po-
pulo, qa natus eſt nobis hodie ſaluator, q eſt Chriſtus dñs in ciuitate
Dauid & cętera. Hodie verò dicit Euangeliſta eundem Chriſtũ octauo à natiuitate die eſſe
circũciſum, diciq; cœptum Ieſus. Quod nomen vocatũ ſit ab angelo priuſquàm in vtero con-
ciperet. In qbus ſanè verbis duo facta eſſe intelligimus hodie non parũ magna, quibus & ſal-
uamur & erudimur. ¶Primo quidem domino ſeruatori noſtro, tum adhuc puerulo octi- B
duano nomẽ eſt inditũ Ieſus, ex more Hebræorũ, qui à ſancto patriarcha Abraham incepit.
Ipſe enim quũ primus omniũ circũciſus fuerit ſił cũ circũciſione aliud cœpit habere nomen,
vtpotè qui prius Abram, id ẽ, pater excelſus vocaret, in circũciſione vocari cœptus ſit ob fidei
Gene. 17 meritũ Abraham, id eſt, pater multarũ gentiũ, domino hiſce ad eum verbis loquẽte: Ambula
coram me & eſto pfectus. Ponamq; fœdus meũ inter me & te, & multiplicabo te vehemẽter
nimis, eriſq; pater multarũ gentiũ. Nec vltra vocabit nomen tuum Abram, ſed appellaberis
Abraham, quia patrem multarũ gentiũ conſtitui te. Et hoc eſt pactũ meũ, quod obſeruabitis
inter me & vos & ſemen tuum poſt te. Circumcidet ex vobis omne maſculinum, & circumci-
detis carnem præputij veſtri, vt ſit in ſignũ fœderis inter me & vos. Infans octo dierum circũ-
cidet in vobis, & cætera. Eadem die circũciſus eſt Abram & vocatus Abraham. Ad eũ quip-
Phil. 2 pe modũ dño noſtro hodie impoſitũ eſt nomẽ. Nomen (inquam) tam ſanctũ tamq; glorio-
ſum, vt in eo omne genu flectat cœleſtiũ, terreſtriũ, & infernorũ. Et qđ nomen? Ieſus inquã.
Cuius ſanè nominis gloria & ſanctitas inter alia, quæ tranſeo, indicia.

¶Primo

Digitized by Google

C ¶Primo ſubinſinuat inde, quia ipſum non decuerit primū ab hominibus appellari, neq; ab eis offerri in mūdū, ſed ab excellētiore quadā maiori q; natura, vtpotè ab angelo: nimiṙ Gabriele, q(vt etiam teſtat hodie Euangeliſta)illud nomē priuſq̄ dn̄s in vtero cōciperet appellauit, inquiēs: Ecce cōcipies in vtero & paries filiū, & vocabis nomē eius Ieſus. Eſt ſanè nomen Ieſus primū ab angelo vocatū, nō aūt ſed à deo patre ab æterno impoſitū. Iuxta Eſaiam dicentē: Et vocabit tibi nomē nouum, qd' os domini nominauit. Lucæ. 1. Eſa. 61

D ¶Scđo, qa ſolum ſit nomē illud, qd' eſt vł ideò ſup omne nomē, in quo poſſit homo ſaluari. Non em̄ (inqt Petrus) aliud nomē eſt ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. In quo & ſolum nobis petere debemus, qd' in ſalutē noſtram ſperamus ceſſurum. Siqdem Ieſus ſit ſaluator, id eſt, ille qui ſalutem adfert, vnde & dominus Chriſtus hodie hoc nomine cœpit appellari, qd' illi ab æterno fuerat inditum: qa ſolus ipſe ſit q ſaluat, in cuius ſolo nomine ſalutē obtinere poſſumus de ſeipſo p Eſaiam dicēs: Ego ſum, ego ſum dn̄s, & nō eſt abſq; me ſaluator. In quo & non in alio (ait Petrus) eſt ſalus. Sed à qbus ſaluat? Non tam (inqt Matthæus) à viſibilibus hoſtibus, quàm potius inuiſibilibus, hoc eſt, à peccatis, nō armis pugnando ſed relaxando peccata, ꝑpter quæ æternæ morti eramus obnoxij, à qbus ille nos omnes, qui ſuus ſumus pp̄lus. i. qui in eius nomine, credimus ſaluauit. Ideoq; p angelum eius natiuitatis gaudiū forè prędicebat omi pp̄lo, quia natus eſſet cōis omniū ſaluator, qui oēs in ipm̄ credētes ſaluaret à peccatis. Vnde & non homo tm̄, ſed & verus deus, cuius eſt pctā relaxare, eſſe conuincit Ieſus. Id q̄d Propheta arguēs, illius prædicebat nomen forè Emanuel, qd' eſt nobiſcum Deus, dicens: Ecce virgo cōcipiet & pariet filium, & vocabit nomen eius Emanuel. Rectè nimiṙ hoc eſt, nomen Ieſus, domino Ieſu ab angelo vocatum, qd' ab æterno os domini locutū eſt, vtpotè qui ſit Deus filius, vnicus totius orbis ſaluator & nō alius. Acto. 4 Iohan. 16 Eſa. 43 Acto. 4 Matth. 1 Ephe. 1 Eſa. 45 Lucæ. 2. Eſa. 7. Eſa. 61

E ¶Atq; ſanè fuit hoc nomē Ieſus domino noſtro & antiquum & nouum. Antiquū, dico, quia Ieſus ſit vocatus ſcđm carnē, id eſt, ſaluator, qui erat ſaluator ab ęterno ſcđm diuinitatē. Nouum quoq; erat vł ideò illi, q̄niam hoc cœperit nomine vocari ab ea ꝓprietate, qd' omniū ſit ſaluator. Vnde & ab omnibus ipſe diſcernit, qui vel olim iſto ſunt nomine appellati. Illi em̄ etſi hoc nominis habuerint, nō tm̄ ob vłem ſalutē vt dominus noſter, ſed quia nō ſua ſed huius dn̄i Ieſu virtute ſalutē fortè in aliquo particulari attulerint: qui & ꝓpterea verè typum & figuram eius habuiſſe videri queant, qui futurus eēt omniū ſaluator. Qd' Moyſes ille magnificus longè p Dei ſpm̄ præuidēs, qui ſibi ꝑpararet ſucceſſor & prænoſcēs, q̄d is qui poſt ſe regnum ſuſciperet, maioris ſacramēti miniſter exiſteret, Ieſum cognominauit eum qui prius Auſes parentū fuerat appellatōe vocatus: ſciēs q̄d in huius vocabuli ſacramēto cuiuſdam maioris gloriæ rex, quàm mortalis natura recipit, poneret. Cuiuſmodi futurus erat dominus noſter, de cuius natiuitate in hæc verba loquebat paſtoribus angelus. Nolite timere. Ecce em̄ euangelizo vobis gaudium magnum, q̄d erit omni populo, q̄niam natus eſt nobis hodie ſaluator, q eſt Chriſtus dominus in ciuitate Dauid. Vnde ſatis pateſieri puto, quàm diſtēt illi, qui antiquitus fuere Ieſus appellati, à domino noſtro, q̄niam priores illi Ieſus nulli penè niſi genti ꝓpriæ cogniti ſunt, huius aūt veri Ieſus non ſolum nomē, ſed & poteſtas & regnū p oēs natōes & p vniuerſum terræ orbē diffuſum eſt, nō ſolū cognitōe vocabuli ſed & diuinitatis cultu ac religionis reuerētia conſecratū. In omni nanq; terra, tanq̄ verbū & ſapiā patris tanq̄ Deus & dn̄s Ieſus Chriſtus colit, & adorat, ſicut Buccinator ille Euangelicus de eo teſtat, dicens: Quia in nomine Ieſu omne genu flectit, cœleſtium, terreſtrium & infernorum, & omnis lingua confiteat, quia dominus Ieſus in gloria eſt Dei patris. Et hoc eſt, quod Euangeliſta teſtat illum hodie vocatum eſſe Ieſum: vtiq; vt vł nomine ipſo puer ille teſtaretur ſe nobis id gaudij laturum quod nuper angelus denuntiarat, q̄niam ſaluator ſit, ſuum populū à peccatis ſaluaturus. Et hactenus pe primo ex duobus quæ hodierna ſunt die facta. Neemię 9 Gene. 41 Iudi. 5. Nume. 27 Deute. 31. Philip. 2

F ¶Scđo quoniam hac ſit die dn̄s Ieſus à natiuitate octaua ſcđm legem & cōſuetudinē circūciſus, quiq; primū hodie ſuum ꝓfuderit ſanguinē: ſubindicans duo. ¶Primo, noſtram ſe ſalutē nō niſi ſanguinis ſui effuſione operatuṙ, & ideò ſe nō ſolū in ætate virili, ſed etiam in infantili fundere ſanguinē, & maturæ pati incipere Petro dicēte: Sciētes q̄d nō corruptibilibus auro vł argēto redempti eſtis de vana veſtra conuerſatōe paternæ traditōis, ſed pręcioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti & incontaminati. Cuius ſanè gratiæ à nobis eidem hodie ſunt gratiæ habendæ multò humillimè, q̄niam in hac circūciſione cœperit operari ſalutē noſtram, immaculatū illum pro nobis ſanguinem fundens. Neq; em̄ iam eſt quærere Chriſtianis, quur voluerit dominus Chriſtus circūcidi. Propter hoc etenim circumciſus eſt, propter quod natus, ꝓpter quod paſſus. Nihil horum propter ſe, ſed omnia propter electos. Nec in peccato genitus, nec à peccato circumciſus, nec mortuus eſt pro peccato ſuo, ſed propter delicta noſtra. 1. Petri. 1.

G ¶O admirandam humilitatē, ò excellentiſſimam charitatē & gratiam, q̄d q peccatum non fecit, nec in eius ore dolus fuit, hodie nō eſt dedignatus ſe peccatorem reputari, vtpotè quaſi pro originali pctō circūciſus, à quo prorſus erat immunis, nimiṙ à ſpū ſancto ſine virili ſemīe in vtero caſtiſſimo ſanctiſſ. virgīs ſup naturā cōceptus, in ſuo nup natalitio ipſe, vt ait ꝓpheta: Eſaiæ. 53 Matth. 1 Lucæ. 1.

Mino-

Digitized by Google

Pſalm.8, Minoratus eſt ab angelis Dei filius quod humanam naturam induerit, & ſit habitu inuentus
Heb.2 vt hõ. Hodie vero (q̃d verè ſtupendũ eſt) minoratus ẽ multo minus angelis, qa nõ ſolũ formã
2.Cor.5, hoĩs, ſed formã habet pc̃tõris, & cœpit primũ intelligi, q̃d Apl'us dixit de eo: Eum q nõ noue
rat pc̃tm̃, ꝓ nobis pc̃tm̃ fecit, vt nos efficeremur iuſtitia Dei in ipõ. Qd' vtiq; hodie factum eſt,
Apo.1.22, qñ veluti pc̃tõr ꝓpter nos pc̃tõres circũciſus ẽ, ſanguinẽ ſuũ ꝓ nobis effundẽs, redẽptõis nr̃æ
modũ ſignificãs. ¶Scdo, vt ipſe q eſt Alpha & ω, principiũ & finis oñderet carnalẽ illã circũ- H
Romañ.2 ciſionẽ in ſeipõ habere finẽ, & ſpũale hr̃e exordium, qua deinde vl' ſola opus eẽt oĩbus q ſuę vel
Coloſſ.2 lent eẽ participes ſalutis. Eſt aũt hæc circũciſio nihil aliud q̃ amputatio vitioꝝ & pc̃tõꝝ, quæ
fit cultello pœnĩæ. Sicut em̃ in circũciſione corꝑali fit amputatio ſuꝑfluæ carnis, ſic in circũci-
Matt.15 ſione ſpũali fit amputatio pc̃tõꝝ, quę ſola ſunt homini ſuꝑflua: quũ cætera quæq; in hoĩe ſint
Gene.17, valde bona. Qua ſanè circũciſione q circũciſus nõ fuerit, peribit, nec ei ꝓderit ſalus Ieſu Chr̃i,
ſcriptura dicẽte: Cuius ꝑputij caro circũciſa nõ fuerit, peribit de populo ſuo. Et hoc eſt fratres
chariſſimi, q̃d vobis hodie ex more do & trado, itemq; dono vice Strenæ, pueꝝ Ieſum circũ-
ciſum, vt ſemꝑ recordatõe illius conemini vos circũcidere ſpũali circũciſione, quã ille in ſeipõ
ꝓbauit & ſic demonſtrauit, vt nemini velit niſi ſic circũciſo ſaluator eſſe.

HOMILIA SEPTIMA, DE EO QVOD LEGITVR,
Luc.2. Erat Ioſeph & Maria mater Ieſu mirãtes ſuꝑ his quę dicebant.

Dñica die infra octa. dñice natiuitatis

QVAM NON SIT Vanum, quod ſic vbiq; & ſemper nobis certes omnino & in primis ad ſalutẽ æternam neceſſaria fides incutitur Chr̃iana (quæ eſt vt Ieſum Chr̃m eẽ credamus veꝝ Deũ & hominẽ, eiuſq; documẽta non aliter atq; à Deo tradita ſeruemus) vel inde eſt intelligere, q̃niam Euangeliſtæ ſpũ ac̃ti ſancto nihil æquè nobis ſub oculos ponũt ac ea, qbus ꝓbat hæc ipſa fides. Cuius cauſa ab Euangeliſtis omnia penè, quæ Chriſtus in terris operatus eſt, deſcripta in-
Iohan.20 telligimus ſigna & miracula: nimiꝝ vt ꝑ ipſa ad fidem ꝑducamur, Io
hanne theologo aliàs dicẽte Multa qdẽ alia ſigna fecit Ieſus in cõſpe
ctu diſcipuloꝝ ſuoꝝ, quæ nõ ſunt ſcripta in libro hoc. Hæc aũt ſcri-
Iohan.3, pta ſunt, vt credatis, qa Ieſus eſt filius Dei, & vt credẽtes vitã habeatis in nõie eius. Qui em̃ cre
dit in filiũ, habet vitam æternam, q aũt incredulus eſt filio, nõ videbit vitam, ſed ira Dei ma-
net ſuꝑ eum. Ad quem ſanè modũ, Lucas Euangeliſta aliq̃t recenſet teſtimonia, qbus non ob-
ſcurẽ accipimus verè Chr̃m Ieſum eẽ vnigenitũ Dei filiũ, & Meſſiã in lege ꝓmiſſum quorum
¶Primũ eſt Symeonis ad Mariam ꝓphetia de effectu Chriſti aduẽtus, dicẽtis: Ecce poſi- B
tus eſt hic in ruinam, & in reſurrectionẽ multoꝝ in Iſrael, & in ſignũ, cui contradicet. Q.d. Hic
filius tuus ꝑ aduentũ ſuũ poſitus eſt, & à Deo ſtatutus & ordinatus in ruinã .ſ. ſuꝑboꝝ ſe ſtare
putantiũ, quoꝝ grauis erit damnatio, q̃niam ſalutẽ ꝑ Chr̃m acquiſitam ſpreuerũt, de qbus ipſe
Iohan.15 ait: Si nõ veniſſem & eis locutus fuiſſem, pc̃tm̃ nõ haberẽt. Et in reſurrectioem multoꝝ .ſ. hu-
Matt.11, miliũ ſe nõ ſtare reputantiũ, q in eum credẽtes reſurrexerũt à peccatis ꝑ eum. De qbus ad pa-
trẽ ipſe, cõfiteor tibi (inqt) dñe pater, qa abſcondiſti hęc à ſapiẽtibus & prudẽtibus, & reuelaſti
ea paruulis. Et dicit ſignanter in Iſrael, q̃niam multi Iudæi à veritate cadẽtes fuerunt excęcati,
& multi prius ſimplices & ignorantes, illuminati. ¶Et ſeqtur poſitus quoq; eſt in ſignũ .ſ. C
fœderis & reconciliatõis inter Deũ & hominẽ. Cui cõtradicet. ¶Primo, ꝑ Iudæos & Paga D
Pſalm.26 nos & Hæreticos ſua infidelitate dño repugnantes. De qbus ipſe: Inſurrexerũt (inqt) in me te-
Hebre.6, ſtes iniqui, & mẽtita eſt ſibi iniqtas. ¶Scdo, ꝑ prauos Chriſtianos, malis opibus ei cõtradi- E
Titum.1, centes & ipm denuo crucifigẽtes: q (vt ſcribit Paulus) cõfitent ſe noſſe Deũ, factis aũt negant.
2.Petri.2 Illis nimiꝝ Chriſtus venit vſqueadeò in ruinam, vt plus q̃ alij damnent. Ex quo ſanè claret Ie-
Eſa.8, ſum eſſe Meſſiam, qa & Propheta aliàs talẽ forè ꝑdixerit in ꝑſona Dei patris, dicens: Dominũ
exercituũ ipm ſanctificate, ipſe pauor veſter, & ipſe terror veſter, & erit vobis in ſanctificatio-
nem, in lapidẽ aũt offenſionis, & petram ſcandali duabus domibus Iſrael. Et in laqueum & in
ruinam habitantibus Hieruſalẽ. Et offendẽt ex eis plurimi, & cadẽt, & conterent, & irretient,
1.Petri.2, & capient. Eſt igit Chriſtus in ruinam poſitus malis, in reſurrectionẽ verò bonis. Petro in hęc
verba exponẽte. Vobis igit honor credentibus, nõ credẽtibus lapis offenſionis & petra ſcan-
dali, q offendũt verbo nec credũt, in quo poſiti ſunt. Quibus Chriſtus eſt offenſio nõ cauſali-
ter ſed occaſionaliter, vtpotẽ qd' illi ſe in ipõ ſua malitia offendunt & damnant. De qbus ſcri-
Sapiæ.2, ptura: Hæc (inqt) cogitauerunt & errauerunt. Excęcauit em̃ illos malitia eoꝝ. Sunt em̃, qbus
Roma.8 omnia cooperant in bonũ, ſunt qbus ꝓpter malam ꝑuerſæ voluntatis diſpoſitionem omnia
etiam bona cooperantur in malum. Sic difformiter Chriſtus non ſecus eſt bonis reſurrectio
& malis ruina, quàm flos ſuauis eſt & odorifer apibus & araneis.

¶Secundũ

Digitized by Google

F ¶Secundum eſt eiuſdem prophetia de dominica paſſione, quæ cum ſcriptura concedat. Si quidem ſcriptura adfirmauerit fore, vt Chriſtus filius Dei pro nobis morte crucis eſſet ſubiturus. Eſaias enim prædixit: Oblatus eſt, quia ipſe voluit, & nõ aperuit os ſuũ. Sicut ouis ad occiſionem ducet, & quaſi agnus coram tondẽte obmuteſcet, & non aperiet os ſuũ. Et ipſius denique aduerſarij per ſcripturã dixerũt: Cõtumelia & tormẽto interrogemus eũ, vt ſciamus reuerentiã eius, & probemus patiẽtiã ipſius. Morte turpiſſima cõdẽnemus eũ. Si enim eſt verus filius dei, ſuſcipiet illũ, & liberabit illũ de manibus cõtrariorum. Illius autem paſſionẽ Symeon hodie prophetizat ſub paſſiõe diuę virginis, inquiẽs: Et tuã ipſius aĩam pertrãſibit gladius. Quibus verbis nõ vult Symeõ virginẽ Mariã aliquãdo pati ferro quod nulla dicit hiſtoria, quũ illã aĩa & corpore hinc ad cœlos ſumptã credimus, preſertim quũ nõ aĩa ſed corpus ferro ſolebat interfici, ſed vult tãtã eius filij futurã paſſionẽ, vt dolor, quẽ ex ea paſſiõe ſit habitura, quaſi gladius quidã ſit eius aĩam cruciaturus: quãquã dẽ tãetſi illa Chriſtum, vtpote dei filiũ ſponte propria mori ſciret, mortẽque ipſam nõ dubitaret eẽ deuictum, ex ſua tamen carne procreatũ nõ ſine ſummi doloris adfectu potuit videre cruciari & cruci-

Esai. 53 | Sapiẽ. 2

G figi. ¶Quis enim dubitat doloris gladiũ pertrãſijſſe aĩam bñdictę matris Marię, quãdo illũ primo captũ & ligatũ audiuit & à Iudæis Caiphæ preſentatũ? quãdo eum in die paraſceues vidit exire, crucẽ portantẽ inter duos latrones, cõſputũ, flagellatũ, & coronatũ ad locũ crucis & turpiſſimę mortis? quãdo eum vidit exui, nudũ & cruci clauis adfigi? quãdo vidit illũ in cruce eleuari, & ab oĩbus paſſim pertereuntibus cõuiciari? Vah, qui deſtruis templũ Dei & in triduo reædificas illud? &c. quãdo audiuit eũ petere bibere, & ipſa illi hauſtũ aquę dare nõ potuerit, ſed datũ fuerit illi vinũ cum felle mixtũ? quãdo vidit illum pro maximo dolore clamantẽ. Deus meus, Deus meus, vt quid me dereliquiſti? quãdo præ magna pœna in cruce magna voce ſpiritum emittere viderit? quãdo poſt mortẽ eius corpus ipſius lancea perforatũ vidit? quãdo corpus Ieſu depoſitũ eſt de cruce, quod in brachia ſua ſuſcepit, oĩa eius vulnera oſculans? Quis (inquam) dubitat, quũ talia & eorum ſimilia mater benedicta vidit, gladiũ doloris aĩam ipſius pertranſijſſe. Iuxta Symeonis hodie prophetiã? Nimirum fuit diua virgo tum plus quam martyr, quæ in anima, parte impaſſibili, adeouſque ſit paſſa: & profectò quos illa pariens dolores effugit, hos tempore paſſionis dominicæ ineffabiliter ſuſtinuit. Et ſequitur hodie.

Matth. 27 | Marci. 15

H ¶Vt reuelarentur ex multis cordibus cogitatiões, vtpote quæ antea fuere occultę dño patiẽte ſunt reuelatę & patefactę. Tum enim patuit malitia ſacerdotũ, odiũ Iudęorum, duritia populi, incõſtãtia Pilati, auaritia Iudę, puſillanimitas Petri, & aliorum Apoſtolorum, & cõſtantia virginis Mariæ, vtpotè immobiliter manentis, quũ & Apoſtoli dubitauerint, vſque dũ viderũt ipſum à mortuis reſurrexiſſe.

I ¶Tertiũ eſt, cõfeſſio Annæ viduę einſdẽque prophetiſſæ, quæ Ieſum eẽ adfirmauit, qui redẽpturus eẽt Iſrael. Eam vero teſtẽ eẽ fidedignam, vt hinc Euangeliſta ſubindicat, quod vidua multo tempore cęlebs vixerit, quod de nobili genere fuerit, quodque frequẽs in tẽplo orauerit, & ieiunauerit, pijs ac bonis opibus maximè dedita. Qua in parte mendacij impij cõuincuntur, qui bona opera, ceu ſunt frequentare tẽpla, inibi orare & canere, ieiunare hocque genus alia ceu inania negligunt, quum tamen per ea meruerit Anna videre Chriſtum & illi benedicere. Sed quid helluones iſti? quum Apoſtolus dixerit bona opera præparaſſe Deum, vt in illis ambulemus. Addiderim nos vocationem & electionem noſtram (Petro teſte) non niſi per opera bona poſſe facere certam.

Ephe. 2 | 2. Petri. 1

k ¶Quartũ eſt, adſeueratio Euãgeliſtę: quũ dicat puerum. ſ. Ieſum creuiſſe & cõfortatũ, plenũ vtpotè ſapiẽtia, in quo & Dei gratia fuit. Id quod profectò certę diuinitatis fuit argumentũ. Alioqui qualis aut quãta poſſet eẽ ſapiẽtia in puero quadraginta nato dies? nimirum puer ille erat, in quo ab inſtãti ſuæ conceptiõis theſauri erãt oẽs ſapiẽtiæ & ſciẽtiæ, & cui ſpiritus gratiæ nõ erat datus ad menſurã. Id quod infans in ſeipſo euidẽter teſtari poterat, niſi more humano ſecum omnia propter nos agi voluiſſet. Ex ijs modo nõ vulgariter patefit Chriſtum eſſe verum Deum & hominem.

Coloſſ. 2 | Iohan. 3.

HOMILIA OCTAVA, DE EO, QVOD LEGITVR, Matthæi ſecundo: Cum natus eſſet Ieſus in Bethleem &c.

In ferijs Epiphanie dñice.

A IOHANNES Euangeliſta ſummus ille idemque verus theologus, quũ mox in ſui Euangelij frontiſpicio non paucam multa & ſanè plus quam admiranda recenſuiſſet argumẽta, quibus Ieſum Chriſtum in tempore ex Maria virgine natum eſſe verum Deũ adeoque Dei filiũ inconuincibiliter probauit, tandem ſeipſum adeorum omnes Apoſtolos, coæ queuos ſuos in teſtimonium Ieſu Chriſti diuinitatis adciuit, inquiens: Et vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à patre. Q. d. more loquẽdi protrito. Quid multis? Quum ipſi, qui familiariter cum eo. ſ. Ieſu Chriſto viximus, planè vidimus & intelleximus maieſtatem glorioſam diuinitatis ipſius, cognouimusque in eo gloriã, qualis decet eum, qui vnigenitus eſt à patre ab æterno non adoptione, ſed natura, gloriam dico, diuinam illius, planè

Iohã. 1

planè non alio niſi vnigenito filio Dei dignam, vtpotè quantam nec angelis, nec prophetis, nec patriarchis vnq̃ exhibitã eſſe vllus meminit, ſed qua Deus pater vnicũ filiũ ſuũ honeſtare voluit ¶ Sed quorſum hæc fratres? Scio nõ paucos nec indoctos nõnullos ea in parte interrogare, qualis fuerit illa gloria, p quam Apl̃i cognouerunt Chriſtum eſſe vnigenitum Dei filium, quæ non alij vnquàm ſit exhibita? Equidem illorum opinationes tranſiens, etſi non dubitem Apoſtolos per eam gloriam cognouiſſe Ieſum eſſe naturalem filium Dei, quam viderunt in illo in ædendis miraculis, in promenda cœleſti doctrina, in viſione montis Thabor, & id genus ſignis & miraculis, haud tamen eſſe putauerim, qui negent Euangeliſtam & eam intellexiſſe gloriam qua Deus pater illũ mox à tempore conceptionis & natiuitatis illum ipſum filiũ ſuũ ſic glorificauit, vt planè credi potuerit filius non hominis ſolum, ſed & vnà Dei omnipotẽ B
Matth. 1 tis. Nõnne em̃ quæſo dominus Ieſus vt verus Deus tum glorificatus eſt, quum ſpũ ſancto co-
Lucæ. 1. operante de ſolo matris ſanguine cõceptus eſt, & cuius mẽbra & liniamẽta ſimul vno nomine facta ſunt, & cui prima die, primo momẽto cõceptiõis aĩa rõnalis ſimul cum verbi pſona venit ad corpus? ¶ Sunt ne, quæro, hæc parua gloriæ diuinæ indicia? Hæc nimiꝝ gloria ſpecialis eſt & ꝓpria dño Ieſu Chro, nullis ex hoĩe natis hactenus cõceſſa, nulli (inquam) vl̃ Cæſari vel regi, vl̃ quàmlibet magno exhibita: qñquidem ex viri ſemine cõcipiant matres, ipſumq; ſemẽ virtutẽ genitiuã accipiat in alijs fœtibus à maſculo, aſt in cõceptõe Chri, ſanguis intemeratæ virginis vim ſeminis accepit à Deo. Per varias tranſmutatões in alijs fœtibus integri corporis mẽbra & lineamẽta cõſurgunt. Adijcit maſculis fœtibus aĩa rationalis poſt quadraginta C
Lucæ. 2. quinq; dies à cõceptu numeratos. Deinde nõnne glorificatus eſt dñs Ieſus vt verus Deus, quãdo
Eſa. 1. infans in præſepio poſitus etiam à iumẽtis rõnis expertibus aſino. ſ. & boue ceu creator & poſſeſſor oĩm fuit cognitus & adoratus? Nõnne tũ quoq; dñs Ieſus eſt glorificatus vt Deus, qñ cum angelo ipſius natiuitatem annũtiante ſubito facta eſt multitudo cœleſtium exercituum
Pſalm. 23 laudantium Deum & dicentium: Gloria in altiſſimis Deo? Siquidem illi planè teſtati ſint, hũc illum infantem eſſe regem gloriæ dominumq; virtutum.

HOMILIA NONA DE EO QVOD LEGITVR MATTH. ſecundo: Cum natus eſſet Ieſus in Bethleem &c.

In eiſdẽ Epiphanie dñicis ferijs.

IN GLORIOSA NATALITII Chriſtiani die diximus, & ſi pleriſq; videaƭ Ieſu Chri natiuitas oĩm multo deſpectiſſima, ipſam tamẽ (ſi veris indicijs æſtimeƭ) plus habuiſſe ſublimitatis, plus potentiæ, plus maieſtatis, plus gloriæ q̃ oẽs Cæſares, oẽs reges, omneſq; Satrapæ in oĩbus ſuis pompis ac triũphis habuere. Cæteꝝ audio non deeſſe, qs (vt ſunt q vel benedictiſſima repħendunt) hoc, qd̃ diximus peſſimè habuit, ſeq; fateri, qd̃ humillima fuerit dñi natiuitas, ſed negare, qd tm̃ gloriæ in ſe illa habuerit. Si ſeruator (inquiunt) eſt Ieſus, idemq; Chrus, id ẽ, dñs, cur puer infans ex matre natus pannis inuoluiƭ, in præſepio poniƭ? Et vbi apparẽt, quæ illius regiam & diuinam A
maieſtatẽ & gloriã arguũt? ¶ Reſpondeo nihil inibi humile videri, ſub quo nõ lateat miranda quædã gloria, Deo & rege digna, quã & ſe vidiſſe Iohannes Euangeliſta teſtaƭ, dicẽs de hoc B
Iohan. 1. puero infantulo. Et vidimus gloriã eius, gloriã quaſi vnigeniti à patre. i. in eo vidimus gloriã quæ nõ niſi veꝛ Dei vnigenitũ nec aliũ vel quàmlibet eximiũ Imperatorẽ, vl̃ regẽ, vl̃ dñm, vl̃
Eſa. 7. patriarchã, vel prophetã, vl̃ angelum deceat. Sed quæ & qualis illius ſublimitas, potẽtia, maie-
Matth. 1 ſtas & gloria? Nimiꝝ, qd̃ puer ſit idemq; Deus, vtpotè cui nomẽ Emanuel, qd̃ eſt nobiſcum
Eſa. 9. Deus. Paruulus vtiq; puer eſt, ſed cuius factus eſt principatus ſup humeꝝ eius, quiq; vocaƭ admirabilis, conſiliarius, Deus fortis, pater futuri ſeculi, princeps pacis. Puer (inquam) eſt & na-
Eſa. 7. tus de matre, ſed quæ virgo, porta nunq̃ neq; reſerata, neq; reſerãda, atq; cuius ſine dolore par-
Ezec. 44 tus fuit. Infans eſt puer, ſed verbũ infans, vtpotè cuius ne infantia qdem taceat, qd̃ in duro ſuo
Matth. 7 diuerſorio, ſtabulo & præſepio clamet, inquiẽs: Intrate p anguſtã portã, quia lata porta & ſpacioſa via eſt, quę ducit ad pditionẽ. Anguſta vero porta & via eſt, quę ducit ad vitã. Infans em̃
Acto. 14. ille clamat, vt mollia & carnalia vitemus, dura vero & aſpera ſuſcipiamus, qm̃ p multas tribulatões oportet nos ingredi in regnũ cœloꝝ. Infans ille pannis inuoluiƭ, ſed q miro modo ſic
Matt. 6. veſtit totũ orbẽ, qualis nõ fuit Solomon in omi gloria ſua. Infans ille poniƭ in pſepio, ſed q De-
Lucæ. 12. us eſt in tẽplo ſuo ſancto, & cuius cœlũ ſedes & terra ſcabellum eſt, de ſe dicẽs: Cœlũ & terram
Pſalm. 10. impleo. Nunqd quæſo tibi humilis & nõ glorioſa videtur Chri natiuitas, imò glorioſa æquè
Pſal. 58. atq; humilis. Glorioſa ꝓpter ſeipſam, humilis ꝓpter nos, vt humilitatẽ nos doceret. Exemplũ
Iere. 23. (inquiẽs) dedi vobis, vt quẽadmodũ ego feci, & vos faciatis. Diſcite à me, qa mitis ſum & hu-
Iohan. 13 milis corde. Vnde Aplus: Hoc em̃ (inqt) ſentite in vobis, quod in Chro Ieſu, Qui cũ in forma
Matt. 11. dei eẽt
Phil. 2.

Digitized by Google

dei eſſet,nõ rapinã arbitratus eſt,eſſe ſe æqualẽ deo,ſed ſemetipſum exinaniuit,formã ſerui ac Philip. 2
C cipiens,in ſimilitudinẽ hoĩm factus,& habitu inuentus vt homo. ¶Si proinde credis vilia, crede mirifica.Si de iis quæ humilitatis ſunt,diſputas,quæ alta ſunt cœleſtia venerare.Si Ieſu infantis diuinã gloriã cognoſcere ſtudes,fac,cauſam ipſius humilitatis diſcutias.Quod ſi feceris,omnino fateare oportet,tantum maieſtatis & gloriæ in natalicio Chriſtiano fuiſſe, quantum non in omnibus pompis & triumphis omnium Cæſarum & regum.Oſtendite mihi, obſecro,præter Chriſtum,qui puer ſit,idẽq; deus ab æterno,natus de virgine,q infans locu- Hiere. 23
tus ſit,quiq; ſua maieſtate cœlũ & terrã impleat? Nõ vtiq; eſt alius,niſi Chrs dñs,q natus eſt nobis ſaluator in Bethlehẽ.Cuius plane diuinam & regiam maieſtatem hodie cœli, id eſt, ſy- Psalm. 18
dera cœleſtia,iuxta prophetam, enarrarunt, adeoq; reges ipſi de vltimis terræ finibus,ſtella præuia venientes,tam cognouerunt, quàm teſtati ſunt teſtimonio Euãgeliſtæ veridici, dicẽtis.Cum natus eſſet Ieſus,&c.In quo nimirum Euangelio Chriſti Ieſu pueri infantis diuina & regia maieſtas,potentia & gloria non ſine noſtra informatione multis plane modis relucet.

D ¶Primo,quoniam ad illum nuper natum tanti viri,vtpote reges,iidemq; ſapientes & quidem à tam longinquo venerint:nimirum,ab oriente.Quod vero ſapientes fuerint, teſtis eſt Euangeliſta,qui eos appellat Magos.Quos vero Græci,philoſophos,nos ſapiẽtes vocamus, Perſæ appellant Magos, & ſunt,qui ſapientia pollent & bonarum ſcientiarum ſtudio ſunt addicti,maxime aſtrologicæ diſciplinæ,cuiuſmodi Perſæ plerunq; ſemper & Chaldæi fuere,ex quibus fuerunt,qui ad Chriſtum nuper natum venerunt.Reges autem eoſdem fuiſſe, teſtis eſt Psalm. 71
propheta,qui de illis iamdudũ prophetizans vocat eos reges,inquiens.Reges Tharſis & inſulæ munera offerunt.Reges Arabum & Saba dona adducent.Et Eſaias quoq; prædixit.Et am- Esaie. 60
bulabunt gentes in lumine tuo.Et reges in ſplendore tui ortus.Fuere nimirum illi tam nomine quàm re reges,vtpote,quod ſimul regno & ſapientia potiti fuerint,quando tum temporis philoſophi & ſapientes regnauerint:quum non poterat potentior eſſe,niſi melior: quare & felices tunc creditæ ſunt reſpub.quæ vel à ſapientibus,vel à ſapientiæ ſtudioſis regebantur Atq; vtinam illa nobiſcum aliquando ſint tempora,nempe aurea.Quod autem à longinquo venerint,conſtat,quia ab oriente.i.de finibus Perſarum, Aethiopum, Mœdorum & Chaldæorum & Arabum,procul à Iudæa diſtantium,propheta ſubinſinuante,quum ait ad Hieru- Esaie. 60
ſalem.Filii tui de longe venient.

E ¶Nonne magna gloria,quod tanti viri à tam longinquis terrarum finibus peruenerunt? Ad cuius quæſo vnquã regis natalicia ſic & tanti viri perrexere? Profecto hæc eſt illa regia Esaie. 60
gloria,quam tantopere gratulatur propheta Hieroſolymis,dicens.Surge illuminare Hieruſalem,quia venit lumen tuum,& gloria domini ſuper te orta eſt,& in te videbitur. Docemur autem,vt illorum exemplo veniamus à longe,id eſt,à dimiſſis peccatis ad Chriſtum quærẽdum Hebre. 4
quærentes apud illũ pro peccatis gratiam,Paulo dicente.Adeamus ergo cũ fiducia ad thronũ gratiæ eius,vt miſericordiam conſequamur,& grãm inueniamus in auxilio opportuno.

F ¶Secundo,apparuit infantis gloria,quod ſtella quædã ſpecialis & vere regia, natiuitatem eius cœlitus,& ipſius locũ declararit,qua duce,reges Hieroſolymã venerũt,Illis ipſis dicentibus.Vbi eſt,qui natus eſt rex Iudæorum? Vidimus enĩ ſtellã eius in oriẽte: quæ nimirum noua & Num. 24
admiranda ſtellæ ſpecies,indicauit ſtellam illã,quam prophetia deſignarat exorituram ex Iacob:quã illi reſciuerunt nuntiam eſſe magni cuiuſdã dei & regis,quoniam aſtronomi erãt & ex Balaam coiectore,q de hmõi ſtella prophetarat,progeniti:q inuento illius ex libris antiquioribus oraculo.ſ.orieť ſtella ex Iacob,&c.intellexerũt myſteriũ Chriſti,ideoq; natũ adire voluerunt:quẽ cognouerũt eſſe regẽ non vulgarẽ quempiã atq; ex numero cæterorum, ſed inſignẽ & incõparabilẽ & plane cœleſtẽ & diuinũ,cuius potentiã, ſapiẽtiã, & bonitatẽ, humanitatẽ maiorẽ,totus orbis eſſet experturus:nẽpe,cuius ortũ & dignitatẽ ſtella à ſeculo prius nõ viſa declararet,nec aliis cõſimilis ſtellis,vt q & in die fulſerit,& ad motũ Magorum ſe mouerit,& ad quietẽ eorum quieuerit:q & à ſeptẽtrionali parte,q eſt Perſidis ad meridiẽ,in q eſt Hierl'm, mouebat.Id qd nulla facit ſtella alia:queadmodũ de eius conditione anno ſuperiore multis diſpu-
G tauimus. ¶Nonne & hæc magna eſt infantis gloria? Vtiq;,de qua & propheta dixit. Cœ- Psal. 18
li enarrant gloriam dei:non talis vnquam ſtella natum ſignificauit regem,vel quamlibet magnum:quam & diuinã fuiſſe & angelicã quandã virtutẽ in figura ſyderis apparentẽ credimus

H ¶Vnde & inſtruimur nos non aliter ad Chriſtũ venturos,niſi eius ſtella.i.virtute ipſius du- Johan. 15
ce,Eo ipſo dicẽte.Sine me nihil poteſtis facere.Quare ad eũ venire cupientes & quid ei gratũ facere optãtes ſemper initio precemur cũ propheta. Deus in adiutoriũ meum intẽde. Domine ad adiuuandum me feſtina.Domine labia mea apperias, & os meum annuntiabit lau- Psalm. 37 Psal. 50
I dem tuam,&c. ¶Tertio,quia viri tanti diuino ſpiritu adflati ad ipſum adorandum venerint,ipſis dicentibus.Et venimus adorare eum.Quod & perfecerũt,dicẽte Euãgeliſta.Et ecce ſtella.quã viderãt in oriente,antecedebat eos,vſq; dũ veniẽs ſtaret ſupra,vbi erat puer.Vidẽtes aũt ſtellã,gauiſi ſunt gaudio magno valde.Et intrãtes domũ,inuenerũt puerum cũ Maria

Digitized by Google

matre eius & procidentes adorauerunt eum. Id q̄d dudū antea prophetarat Dauid, inquiens. Coram illo procident Aethiopes. Et adorabunt eum om̄es reges. Pſalm.71.

¶ Nonne hoc pluſquā regiæ ē maieſtatis & gloriæ? proculdubio, ſiquidē diuinæ dūtaxat gloriæ & maieſtatis, quū ſolum regē regum & dn̄m dominātium deceat, quū ſolus deus ſit adorandus, qualis erat infans ille. ¶ Sed quis hac in parte non admiretur Magoꝶ tam fortitudinem q̄ fidē & Iudæoꝶ impietatem? quam eñ prætexent defenſionē, quum Magi, hoīes cultui idoloꝶ dediti, crediderunt, ipſi vero, vtcunq; prophetaꝶ ſcriptis edocti, manſerunt increduli, ijdemq; Chriſtū vſq; ad mortē perſequuti ſunt, ad quē per tantū ſpatiū Magi venerunt? At ſic impletum eſt, q̄d prædictū eſt p prophetam dicentē. Ecce gentes, quæ te non cognouerūt ad te current. Quod & in illoꝶ propriā condemnationē dn̄s deinde repetiuit, dicens. Dico autem vobis, quod multi ab oriente & occidente venient & recūbent cum Abrahā & Iſaac & Iacob in regno cœloꝶ, filij aūt regni eijcientur in tenebras exteriores. Id q̄d fore hodie arguunt Magi: qui Iudæis propria culpa reiectis, perſonā gentilium deinde ad fidem venientium gerentes, dicunt. Vbi eſt qui natus eſt rex Iudæoꝶ? Vidimus eñ ſtellā eius, & venimus. ſ. in propria perſona adorare eum. ¶ Sed vnde, quæſo, o Magi tanta vobis audatia? nunquid ignoratis, q̄d quicunq; rege viuente alteꝶ regem pronunciat aut adorat, punitur in ſanguine? ¶ Atq; vnde, o Magi tanta vobis fides, q̄d infantē vt regem veneramini, & vt deū adoratis puerum lactētem, in tuguriolo vili, in vilibus pannis iacentem. Si rex eſt, vbi aula regia, vbi thronus, vbi curiæ regalis frequentia? Nūquid aula eſt ſtabulum, thronus p̄ſepium, curiæ frequētia Ioſeph & Maria? Nonne vos offendit vilis habitatio ſtabuli, nonne pauperes cunæ p̄ſepij, nonne vos pauperis matris p̄ſentia, nō lactentis ſcandalizat infantia? Nunquid fratres chariſſimi (ad vos reſponſurus me cōuerto) ſapiētes vobis videntur facti eſſe inſipientes? Vtiq; & recte nimiꝶ, q̄m qui vult (ait ap̄ſus) eſſe ſapiens, fiat ſtultus, vt vere ſapiens ſit ſcd̄m deum, nō ſcd̄m mundū, q̄m ſapientia huius mundi ſtultitia eſt apud deū. O igitur vere apud deum ſapientes Magi, qui ſic Chriſtū dei virtutem & ſapientiam cognouerūt, quæ eſt vnica & ſola ſcientia, imò & vera vita. O proinde beati terq; beati Magi, q regem futuꝶ cōſiderantes præſentem nō timuere, parati mori pro Chriſto, quem nondū viderāt, qui ante cōſpectum crudeliſſimi regis priuſq̄ Chriſtū viderunt Chriſti ſine formidine facti ſunt, cōfeſſores, dicentes: Vbi natus eſt rex Iudæoꝶ, vidimus eñ ſtellā eius & venimus adorare eum? &c. Quo in loco fratres chariſſimi. K L Deute.6. Matt.4. Eſaie.55 Mat.8 M N 1.Cor.3.

¶ Primo admonemur ſerio ne nobis in eccleſia otioſis, alij in locū nr̄m recipiantur nobis expulſis, quemadmodū Iudæis olim factū eſt, quibus ipſe Iohannes quondā non tantū, ſed & nobis dixit. Facite fructū, pœnitentia dignū. Et ne velitis dicere intra vos, patrem habemus Abrahā. Dico eñ vobis, q̄m potens eſt deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abraham. Et ap̄ſus quoq; ait. Noli altum ſapere, ſed time. Si eñ deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat. Vide ergo bonitatem & ſeueritatem dei. In eos quidē ſeueritatem, qui ceciderunt, in te aūt bonitatem dei, ſi permanſeris in bonitate. Alioquin & tu excideris, &c. Id q̄d ipſe dn̄s alibi cōfirmat, dicens. Malos male perdet, & vineā ſuam locabit alijs agricolis, qui reddāt ei fructum t̄pibus ſuis. ¶ Secundo, vt Chriſtū ceu natura dn̄m & deum veneremur & adoremus cum Magis teſtimonio oīm ſcripturaꝶ, nec alium, quū ſolus ſit vnus adorandus deus in trinitate. ¶ Tertio, ne aliq̄ terrore vel humano adfectu ducti ab eius veneratione, cōfeſſione & adoratione deficiamus, parati etiā eius noīe mori cum Magis, memores eius, q̄d ipſe dn̄s ait. Qui cōfitebitur me corā hominibus, cōfitebor & ego eum corā patre meo, qui in cœlis eſt. Qui aūt negauerit me corā hominibus, negabo & eū coram patre meo, qui in cœlis eſt. Nolite timere eos, qui occidūt corpus, animā autem non poſſunt occidere, ſed potius timete eū, qui poteſt & animā & corpus perdere in gehennā. O Matt.3 Roma.11. Matt.21. Deute.6. Matt.3. Mat.4 P Matt.10

¶ Quarto, ne ſcandalizemur ex vilibus, q̄ de Chriſto ſcripta legimus, verum memores ſimus, q̄d (vt Paulus ſcribit) deo placeat p ſtultitiam p̄dicationis, ſaluos facere credentes. Siquidem quæ ſtulta ſunt mūdi elegit deus, vt cōfundat ſapiētes, & infirma, vt confundat fortia, & ignobilia & cōtēptibilia, & ea q̄ nō ſunt vt ea, q̄ ſunt deſtrueret, vt nō glorietˀ oīs caro in cōſpectu eius. ¶ Vtq; doceret, nihil q̄d placeat huic mundo ptinere ad ſuum regnū, qui & ideo videmus ip̄m non multos ſapientes, nec multos potentes, nec multos nobiles vocaſſe: qui & ideo nuper natus nō primo in vrbibus opulentis, nō in aulis principum, nō cæſaribus, nō regibus, nō præſidibus, nō phariſæis, non ſcribis, non pontificibus, hocq; genus mundi potentatibus & ſapientibus, ſed in Bethleem, in diuerſorio, in ſtabulo, in præſepio, humilibus paſtoribus & hodie ſimplicibus Magis & peccatoribus innoteſcere voluit. Quā ſimplicitatem ipſi arguunt, ſimpliciter quærentes. Vbi eſt, qui natus eſt rex Iudæorum. Vidimus enim ſtellam eius, & venimus adorare eum, &c. Q R

¶ Quarto illius illuceſcit gloria, regia & diuina, quod ipſo adhuc infante dūtaxat per Magos nominato rex Herodes fuerit turbatus vna cum eo omnis Hieroſolyma. S

¶ Nonne

Digitized by Google

¶Nonne id fuit maieſtatis & admirandæ potentiæ, quod cũ nullo alio rege vnq̃ contigiſſe legimus. Quid eñ adeo timet Herodes infantulũ, qui nõ modo inermis ipſe eſt, ſed & q nihil ſecũ habet armoꝝ neq; armatoꝝ, qui nec in mũdo hoc erat regnaturus, cuius regnũ de mun- Iohan. 18
do nõ erat, quẽ nec regno Herodis capere potuiſſet, qui cœlũ & terrã iplet, atq; vbiq; regnat Hiere. 23
T ¶Sed hoc monemur loco, vt timeamus hunc regẽ Chriſtũ, ad patris dexterã iã ſedentẽ, ne nobis in tribunali ſuo aliqñ ſit timendus. Quõ eñ illũ putemus pro tribunali ſedentẽ malis fore formidabilẽ, qui tanto fuit tremori regi impio infans adhuc & matris vbera lambens? Siqdem reges terræ & principes & tribuni & diuites & fortes, ait Apoca. abſcondent ſe corã illo Apocal. 6
venturo ad iudiciũ in ſpeluncis & in petris montiũ. Et dicturi ſunt. Cadite ſuper nos, & abſ-
V condite nos à facie ſedentis ſuper thronũ & ab ira agni, quoniam venit dies magnus iræ ipſorum. Et quis poterit ſtare? ¶Quinto, eius eluceſcit gloria plane regia & diuina, quoniam Magi, iidemq; reges intrantes domum, & procidentes, & adorantes, apertis theſauris, munera obtulerint. ſ. aurũ, thus, & myrrham, quibus infantem plane talẽ confeſſi ſunt, qualis fuit, eſt ac erit, vtpote ſummus deus, ſummus rex & ſacerdos homo, qualem certe reges habuere, qui procidentes, illum vt regem venerantur, & vt deum adorant, & qualem corde crediderũt talem muneribus teſtati ſunt, ſinguli tria munera offerentes. ſ. aurum, thus & myrrham. Illi q Mich. 4
dem aurum obtulerunt, quia illuſtrati ſciuerunt puerum eſſe regem regum, cuius regni non Luc. 1.
erit finis, cui ſubditi pendũt aurũ: thus, qm̃ eũdem intellexerunt eſſe deum, cui ex antiquo more thura adolemus, qbus & in oblationibus ſacerdos vtitur, quum eſſet & puer ille ſacerdos in Pſal. 109
æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Itemq; & myrrhã, quoniam & illum pro ſalute Hebræ. 7
hominũ ſciuerunt moriturum: ſiquidem mortuoꝝ corpora myrrha condiunt, vt ſeruentur incorrupta, quoniã myrrha areſacit & exiccat humididatẽ, & nõ ſinit innaſci vermes. Obtu-
X lerunt itaq; reges puero aurũ, vt magno regi, thus, vti vero deo & ſummo ſacerdoti, myrrhã, vt homini pro ſalute oĩm morituro. ¶Nonne quæſo hæc maieſtas, potentia, gloria & ſublimitas, quæ Chriſto in eius natiuitate fuit exhibita? Quis, oro, dñoꝝ vnq̃ tantam habuit in
Y oĩbus ſuis pompis & triumphis potentiã, maieſtatẽ & gloriã? Nullus vtiq;, quandoquidẽ nec fuerit, quem decuiſſet præter Chriſtũ, deum & hominẽ. ¶Supereſt demũ, vt & illius maieſtatẽ venerãtes & euntes ad Bethlehẽ. i. cor noſtrũ domũ panis, vnà cũ Magis illi offeramus. Primo, auꝝ, credẽtes eũ eſſe omniũ regẽ, qui vbiq; regnet. Secũdo, thus, credẽtes eundẽ eẽ verũ deũ & omniũ creatorẽ. Tertio, myrrhã, nõ dubitantes eundẽ hoĩm propter nos eẽ natũ & mortuũ. Atq; hanc fidẽ reipſa teſtemur, offerentes illi, Primo auꝝ dilectionis pia opera producẽtis, qm̃ ipſe pro nr̃a ſalute ſubiit pœnã paſſiõis. Secũdo, thus deuotæ laudis p gratiarum actionẽ. Tertio, myrrhã cõpaſſionis p mortis eius recordationẽ. Præterea offeremus in Bethlehẽ. i. in corde nr̃o, quod domus eſt panis. Primo aurũ. i. rectã fidẽ, ſapientiã & doctrinã. Secũdo, thus. i. deuotã orationẽ, q̃ vt incẽſum veniat in cõſpectũ altiſſimi. Tertio, myrrham. i. amarã pœnitẽtiã pro pctĩs, q̃ cõſiſtit in carnis mortificatiõe & bona opatiõe. Quẽ ſane illationis modũ hodie Magi nobis in myſterio reliquerũt, pſonã noſtri omniũ gerentes.

¶HOMILIA X. DE EO QVOD LEGITVR, Lucæ. 2. Cum factus, &c.

Dominica infra octa. Epyphanie.

A RVRSVS & in hodierno Euangelio reluceſcit gloria Ieſu Chriſti, pueri ad- Iohan. 1.
huc annos duodecim nati: gloria, inquã, quaſi vnigeniti à patre, quod ſtatim in puerilibus adhuc annis ſic ſuam declarauerit diuinam prudentiam & ſcien- Coloſſ. 2.
tiam, vt ad illam vel ſcribæ doctiſſimi obſtupuerint, neſcii, quod is eſſet puer, in quo omnes theſauri omnis ſcientiæ & ſapientiæ laterent, qui ſolus eſt ac Actorũ. 1.
vnicus magiſter, qui alios docuit, quod ipſe à nullo didicit, quiq; quod docuit Iohan. 13
ipſe prius in ſeipſo ſic perfecit, vt omnis eius actio prorſus ſit facta inſtructio noſtra. In quo quid pueros, quid iuuenes, quidq; ſenes, & in ſumma, quid pleroſq; omnes deceat addiſcere
B eſt, Qui hodie perdocet. ¶Primo, puerum in primis eſſe inſtituendum in iis, quæ dei ſunt, Gene. 4
vt eſt fides in deum vera, & quæ inde procedit operatio. Sic Adam filios, quos duos habuit, Iob. 1.
cœli numen primo docuit venerari, quorum vnus frugum primitias, alter agnos deo in ho- Tobiæ. 1.
locauſtum dedit. Sic Iob doctrina & exemplo liberos ad tolerantiam & quandam animi trãquillitatem inſtruxit. Sic Tobias filium ſuum ab infantia deum timere docuit. Sic Chrũs ho-
C die fuit in iis, quæ patris ſui fuere. ¶Secundo, puerum diebus feſtis non debere proficiſci in tabernas ad ſpectacula vel alio id genus, ſed ad dei templa, atq; ibi audire, q̃ dei ſunt, de q̃ aliàs
D plura docui. ¶Tertio, pueri eẽ, vt primo audiat & nõ intellecta roget, q̃d Chrs hodie fecit. Vnde ſcriptura, In medio magnatoꝝ loqui nõ pſumas, & vbi ſunt ſenes non multũ loq̃ris. In Eccleſ. 32
multis eſto, q̃ſi inſcius, & audi tacẽs ſimul & quærẽs & pro reuerentia, accedet tibi bona gr̃a.

Digitized by Google

¶Quarto pueꝝ non debere ꝑ parentes vel amore ipſoꝝ auocari à rebus diuinis, qm̃ deus E
ſit diligẽdus ſup om̃es, nec illũ parẽtibus poſtponẽdum. Qui enim, inquit ipſe dñs, amat pa
Matt. 10 trem aut matrẽ plusq̃ me, non eſt me dignus. ¶Quinto pueꝝ debere eſſe parẽtibus obe- F
Actoꝝ. 5. dientẽ in om̃ibus, quæ nõ ſunt cõtra deũ, alioqui plus ẽ obediẽdũ deo q̃ hoĩbus. Quãq̃ puer
ipſe cũ om̃i modeſtia refellere debeat, q̃d male iuſſus eſt à parẽtibus, vt Chr̃s hodie fecit, &c.

HOMILIA XI. DE EO QVOD LEGITVR IOHAN vndecimo. Nuptiæ factæ ſunt in Chana Galileæ.

Dominica prima poſt octa. Epiphanie.

CHRISTVS dñs hodie, anno nimiꝝ ætatis ſuæ triceſimoprimo A
gloriã ſuã corã palamq́ꝫ manifeſtauit, q̃ hactenus ab eius pueritia &
adoleſcẽtia nõ ſecus atqꝫ radius ſolis ꝑ nebulas emicuit, ceu vt auro
ra ſolẽ præcedens apparuit. Eam, dico, Chriſtus hodie gloriã ma-
Iohã. 1 nifeſtauit, quã ſe Iohannes vnà cũ cæteris ap̃lis vidiſſe adfirmat, vt-
pote quæ nõ angelũ, nõ patriarchã, non quẽlibet alium, ſed ſolum
planè vnigenitum à patre decuit, quãdoquidẽ ille nutu ſuo nõ ver-
bo naturã creaturæ mutauit, aquã in vinũ conuertẽs, in quo ſe dei
filium, adeóq́ꝫ deũ ipſum, naturæ authorẽ comprobauit. Siquidem
non minoris ſit potẽtiæ, ſola voluntate aquã in vinũ ſubito tranſ-
ſubſtantiaſſe, mutata aquæ ſubſtãtia pariter & natura, quã oĩa de nihilo ſolo verbo creaſſe:
Roma. 4 qm̃ vtrimqꝫ om̃ipotẽtiam exigit in opifice, cui æquè oĩs natura obedit, q vocat ea, quę non
ſunt ſicut ea, q̃ ſunt. Qđ ſolius dei eſſe, nemo eſt, q dubitare poſſit. Et hoc eſt, q̃d ait Euange
Matt. 4 liſta. Hoc fecit initiũ ſignoꝝ Ieſus in Chana Galileæ, & manifeſtauit gloriã ſuã, ſ. diuinã. Et
Mar. 1 Luc. 5. crediderũt in eum diſcipuli eius. ſ. q̃s pauloante poſt egreſſum ex deſerto ſelegerat. Vñ con-
ſtat, Chr̃m vel ideo potiſſimũ hodie feciſſe ſignũ diuinæ virtutis, vt ip̃m diligamus, vt veꝝ
hoĩem & fratrẽ nr̃m, honoremus vt dei filiũ, adoremus vt deũ, ſecurè ei credamus, noſq́ꝫ ei
cõmittamus, vtpote q nos ſaluare põt, quũ ſit deus verus & dei filius, quiq́ꝫ nos ſaluare vult,
quũ ſit vnus tanq̃ ex nobis, verus homo & filius hoĩs non modo vt nos ſaluaret natus, in ſi-
militudinẽ hoĩm factus, & habitu inuentus vt hõ: ſed q & hodie ad nuptias, vt alius hõ inui-
tatus atqꝫ ibi vt hõ conuerſatus eſt, iuxta ſacroſancti Euãgeliꝫ verba, quibus docemur.

¶Nuptias, ſi habẽt cõditiones, quas habuere, de quibus hodie Euãgeliũ facit mentionem B
non modo eſſe licitas, ſed & plane fructuoſas & felices: qñquidẽ qđ licitæ ſint cõtra hæreti-
cos, q eas dãnarũt, argumentũ eſt, q̃d illas hodie dñs ſua ꝑſonali virginis matris ac diſcipu-
loꝝ pñtia honorarit ac ſuoꝝ ſignoꝝ initio cõſecrarit. Ad nuptias vero licitas & ſalutares re-
.1. quiritur. ¶Primo, vt fiãt in Chana Galileæ. i. zelo dñi excercituũ, q̃d Chana ſignificat, vt
Gene. 1 ſic adimpleat pręceptũ eius, q dicit, Creſcite & multiplicamini. Debẽt em̃ in nuptijs cõiun- C
Tobiæ. 8 gi vir & vxor deſiderio volũtatis dei, legiſq́ꝫ diuinæ ĩplendæ. ¶Scđo, vt in nuptijs ſit Ma
ria mater dñi. i. fides caſtitatis. i. opus in eis matrimonij ſit caſtũ, limites conſuetos & legiti-
mos nõ excedẽs, vbi ſe cõiuges, nõ libidinoſo, ſed decẽti amore diligere debẽt. Vñ ap̃lus. Ho
Heb. 13 norabile, inq̃t, cõnubiũ in oĩbus & thorus ĩmaculatus. ¶Tertio debet iſthic eẽ Chr̃s. i. ſa- D
cramentũ, q̃d eſt, fides indiuiduæ ſocietatis, q̃lis eſt indiuidua diuinitatis & humanitatis in
Chr̃o cõiunctio. Nuptiæ em̃ vel ideo ſunt ſacramentũ lõge ſanctiſſimũ, q̃a ſignũ ſunt ſacra
tiſſimę rei. ſ. ſummi bñficij humano gñi à Chr̃o exhibiti. ſ. cõiunctionis Chr̃i & eccleſiæ, q̃
naturã hoĩs in vnitatẽ ſuppoſiti adſumpſit, ſeq́ꝫ tanq̃ ſponſus ſponſę ineffabili charitate fir-
maqꝫ fide cõſociauit. Quã ſanè cõiunctionẽ tã ſp̃ualem q̃ naturalẽ ſignificat cõiunctio ſpi-
Gene. 1 ritualis cõiugũ per amorẽ & cõcẽſum ſiue cõcordiã aĩoꝝ, & per cõmixtionẽ ſexuũ cõiugũ,
Matt. 9 qua efficiunt vna caro. Ideóq́ꝫ vterqꝫ cõiugũ diligere debet alteꝝ nõ ſecus atqꝫ ſe ip̃m, & car
Marc. 10 nẽ ſuã propriã, quã nemo odio habet, & fide q̃dẽ inuiolabili, nõ alteri ſe cõmiſcendo. Hinc
Ephe. 5 ap̃lus: Viri diligite vxores vr̃as, ſicut Chr̃s dilexit eccleſiã & ſe ip̃m tradidit ꝓ ea, vt ip̃am ſan
ctificaret. Propter hoc relinquet hõ patrẽ & matrẽ ſuã & adherebit vxori ſuę, & erũt duo in
Gene. 2 Matt. 19 carne vna. Sacramẽtũ hoc magnũ eſt. Dico ãt vobis in Chr̃o & eccleſia tanq̃. ſ. in ſignifica-
to. Hinc Chr̃us hodie in nuptijs fuit & ſemꝑ eſſe debet, vt hãc rẽ ſacrã ſignificaret & effice-
ret. Hinc ediſcãt cõiuges, quãto timore & honeſtate agendũ ſit opus mr̃imonij cũ ꝑ illã cõ-
mixtionẽ carnalẽ, iſtę puriſſimæ & ĩmaculatæ nuptię ſignificant, q̃bus Chr̃s humanã natu
rã carnaliter adſumẽs eã ſibi deſpõſauit in virginis vtero, de q̃ proceſſit tanq̃ ſpõſus de tha-
Pſalm. 18 lamo. Sed in Tobia, deo dãte, latius. ¶Quarto debẽt inibi eſſe diſcipuli Chr̃i. i. propoſitũ
prolis ex nuptijs ꝓcreandę & in fide Ieſu Chr̃i, quã diſcipuli docuerũt, inſtituẽdę: qñquidẽ E
nuptiæ eſſe debẽt ad legitimã gñis hũani ꝓpagationẽ. Legitima aũt eſt, quũ nõ voluptas vi-
rũ & mulierẽ cõiũgit, ſed deꝰ. Deus vero cõiungit, qñ trahunt deſiderio volũtatis dei, legiſq́ꝫ
diuinæ

Digitized by Google

diuinæ implendæ, poſitæ ad ſuſcipiendã prolẽ, q̃ ſubinde deũ cognoſcat, cuius ordinatione Tobiæ.8
F ſuſcepta fuerit, legemq́ꝫ & voluntatẽ eius ſimiliter obſeruet & cuſtodiat. ¶Quinto, debet Epheſi.5
in nuptijs deficere vinũ.i.oĩs mala libido & luxuria, q̃ eſt in vino. Hęc em̃, inquit ap̃ſus, eſt vo 1.Theſſ.4
luntas dei ſanctificatio veſtra, vt abſtineatis vos à fornicatione, vt ſciat vnuſqſq; veſtrũ vas Roma.12
ſuũ poſſidere in ſanctificatiõe & honore, nõ in paſſione deſiderij ſicut & gentes, q̃ ignorãt deũ Epheſi.5
G De quo in Tobia. ¶Sexto, vt inibi ſint ſex hydriæ.i.quinq; ſenſus cũ vno ſimplici aĩæ ſenſu
q̃ implẽdæ ſunt aqua.ſ.cõpunctionis & pœnitẽtiæ, qua purgenť ſenſus à delictis & p̃ctis bi-
naꝝ vel ternaꝝ metretaꝝ.ſ.delectatiõis, cõſenſus & operis ad rẽ tã ſanctã ſancte ſuſcipiẽdã.
¶Proĩde ad tãtæ rei ſuſceptionẽ, p̃ vero gaudio celebrãtur ſolẽnia cõuiuia, ĩ qbus (qa plerũq;
H fiunt abuſus cũ bibendo tũ crapulãdo, tũ rebus alijs) nõ debẽt nuptiæ fieri. ¶Septimo, non
die ſabbati, ne q̃d diuinis & alijs pijs operibus ſanctificari debet, per abuſus prophaneť & vio-
letur. Sic etſi opus ipſum matrimonij per ſe ſit pium & bonũ, ab eo tamen ap̃ſus feſto tempo
re, vt melius rebus diuinis inſeruiatur, vult abſtinendũ, dicens: Nolite fraudare inuicem, niſi 1.Corin.7
forte ex conſenſu ad tempus, vt vacetis orationi. Et hoc eſt, quod hodiernæ nuptiæ nõ in die
ſabbati, ſed tertia die à ſabbato factæ ſunt in Chana Galilææ. Id eſſe verũ vel hinc liquet, quod
Iudæi eiuſmodi cõuiuia celebrari nõ debuerint propter apparatũ, & ea, q̃ in nuptijs fieri ſolẽt Exo.4.20
q̃ ſoluiſſent ſabbatũ. Proinde tertia die à ſabbato, celebratæ videnť illæ nuptiæ, nõ tertia die à Deuter.5
cõgreſſu Nathanaelis, nã in nuptijs diſcipulos habebat. Et quoſnã? niſi quos poſtea fecit apo Matt.12
ſtolos, quos nondũ vocaſſe videť, qñ à Philippo accerſitus eſt. Inde Chriſtus in ſabbato nõ ad Luc.2
nuptias, ſed Hieroſolymã venit, atq; inibi puer adhuc in tẽplo audiuit & interrogauit, q̃d de-
inde vir in ſabbato docuit. Eapropter, vt rebus diuinis, vtpote verbo dei & ſacris melius in- Luc 4.13
ſeruiamus diebus feſtis, expedit, vt cõuiuia nuptiaꝝ nõ in eis, ſed profeſtis diebus agamus, vt 1.Theſſ.5
ſic ex duobus bonis, quod melius eſt, eligamus, & vt nõ modo malũ, ſed & omnẽ mali ſpeciẽ
caueamus. Ad quẽ ſane modũ vbi haſce nuptias carnales celebrauerimus, nõ dubiũ, quin poſt Apoca.19
hanc vitã æternas illas nuptias ſimus celebraturi, ad quas qui p̃ueniunt, beati ſunt, qm̃ ibi non
vinũ hoc terrenũ.ſ.doloris plenũ, ſed optimũ & iocundiſſimũ & pleniſſimum gaudiorum in Pſal.35
fine apponetur, quo omnes replebuntur, nunq̃ deinde defecturo.

¶HOMILIA XXII. DE EO QVOD LEGITVR, Matth.8
Marci.1. Lucæ.5. Cum deſcendiſſet Ieſus de monte, &c.

Dominica ſecunda poſt octa. Epyphanie.

A DVO nobis in hodierno Euãgelio miracula proponunť vnà cum nõ
parũ multis doctrinis inde eliciendis. Eſt aũt primum miraculũ, cu-
ratio per Chriſtũ leproſi. Secundũ, pueri Centurionis à paralyſi ſana
tio. In quorum vtroq; magna petentium fides deprehenditur, & in
vtrorumq; petentium petitione non vulgaris inſtructio. Siquidem
magna fuerit fides leproſi, qui ſola voluntate dominum ſe ab egritu
dine poſſe curare palam profiteť, Dñe, inquiens, ſi vis, potes me mũ-
dare. Nec minor, imò vel par vel certe maior fides fuit Centurionis
qui omnipotentiæ diuinæ voluntatis nedum præſentia, ſed quæq;
diſtantia ſubiecta fore acclamat, humiliter dicens. Dñe, non ſum di-
B gnus, vt intres ſub tectũ meũ, &c. Ex qbus ſane oĩbus & cum ijs, quæ inibi acta ſunt, nõnullæ
ſuboriuntur doctrinæ, quaꝝ eſt. ¶Prima, nos non aliter poſſe Chriſto eccleſiæ ſponſo co- Johan.1.
pulari, niſi per fidẽ, nec niſi fide in regni filios adoptari: quandoquidẽ ille poteſtatẽ eis dedit,
filios dei fieri, q credũt in noĩe eius. Ideoq; credẽtes, ait Petrus, exultabũt lætitia inenarrabili, 1.Petri.1.
& glorificata, reportantes finẽ fidei, ſalutẽ aĩaꝝ. Hinc hodie vterq; tã leproſus q̃ Centurio ſo
C la fide exaudiri meruit, quoꝝ & nos fidẽ imitari oportet. ¶Secunda, nos debere, quod pe-
timus, ponere in voluntate dei, q melius nouit, q̃d nobis vtile ſit. Cuius volũtas, regula eſt oĩs Roma.8.
bonitatis & iuſtitiæ. Scit em̃, inq̃t ad nos Chr̃s, pr̃ veſter, q̃d opus ſit vobis anteq̃ petatis eum,
Profuerit proinde q̃ media ſunt nõ niſi ſub cõditiõe petamus, cuiuſmodi ſunt bona naturæ & Matt.6
fortunæ. Quæ petẽtes dicemus, ò dñe ſi noſti ſanitatẽ, pulchritudinẽ, ſpecioſitatẽ, diuitias, ſta
tũ p̃latiõis, igenij acumẽ, induſtriã, &c. mihi eẽ vtilia ad ſalutẽ des oro, qm̃ potes, vt cõſequar.
Sic hodie leproſus diuinæ volũtati cõmiſit, vt curaret eũ, dicẽs. Dñe ſi vis, potes me mũdare.i.ſi
p̃ficuũ mihi fore duxeris ad ſalutẽ, q̃d ipſe neſcio. Id ẽ, ſi vis, potes me liberare. Extẽde vt pla Roma.8.
D cet, petamus igiť dño volẽte, q̃d dũ ignoramus, petamus. ¶Tertia, obediendũ eſſe oĩno di-
uinæ legi, nec, quur hoc vel illud ſtatuit, q̃rere. Dñi em̃ eſt terra & plenitudo eius. In eius diti- Pſalm.23
one cũcta ſunt poſita. Suffecerit ſcire, qa ita voluerit & ſtatuerit dñs oĩm, cuius volũtas ſemp Judith.9
& in oĩbus eſt bona, & recta, q̃ oĩa in mẽſura & nũero & põdere diſponit & diſpoſuit cũcta in Sapiẽ.11.
ſapia. Si em̃, inq̃t Iob, ille ſubuertit oĩa vel ĩ vnũ coartauerit, qs cõtradicet ei, vl̃ qs dicere ei p̃t Pſal.103 Job.11.

Digitized by Google

Iob. 11. cur ita facis? Atq; ille nimirū, inquit Eccleſiaſtes, eſt, qui q̄d voluerit, facit, & eius ſermo po-
Eccleſ. 8. teſtate plenus eſt. Nec ei dicere quiſq̄ pōt, quare ita facis? Hinc Paulus, o homo, inquit, tu q
Roma. 9. es, qui reſpondeas deo? Nunqd dicit figmentū ei, qui ſe finxit, quid me feciſti ſic? Quæſiuit
Gene. 3 ſerpens, cur præcepit vobis deus, &c. Aduertit mulier queſtionē, inquiſiuit cauſam & dam-
Luce. 1 nata eſt. Quæſiuit Zacharias & obmutuit. Leproſus hodie nō quæſiuit, cur deberet ſe oſtē-
dere ſacerdotibus ſed obediens curari meruit, qm̄ dn̄s, vt iret, voluit, cuius volūtate cōten-
tus fuit: argumēto, neminē ſaluari ſine obediētia, q̄ vel ſola ſaluat, & ſaluauit hoīem & ange
Roma. 5. lum. Siquidē vnius hominis inobedientia cūctos Adæ filios, cōſtituit iræ filios ſcd̄m legem
cōmunem. Vnius obediētia reparauit totū mundū lapſum in peccatū, & iuſto dei iudicio
condemnatū. Recte igiť Leproſus hodie ſacerdoti ſe oſtēdit, vt obediret, nihil interrogans
de cauſa, ſed cōtentus, q̄a dn̄s iuberet. Nō vtiq; iuſſus, vt ſua p̄ce mūdaret, quē oīnipotēs iam
curauit. Nō vt mundū iudicarent, quē viuorū & mortuorū iudex abſoluit & facti euidentia
mundū oſtendit. Nō vt oblatis donis eos ſuſtētaret ſacerdotes, q̄ ſacerdotio indigni erant,
& cōtra Chriſtū, ſummū ſacerdotē cōſpirauerāt: ſed profecto, vt obediētia legis iam finiē-
Iohan. 2. dæ, obediētia legis Euāgelicæ & æternæ nobis cōmendaret, à qua nemo ſe abſtrahere pōt,
qui ſalutē deſiderat. Hinc Maria alibi in nuptijs Chanæ Galileę ad miniſtros ait. Quodcūq;
dixerit vobis, facite. Q. d. nihil de cauſa interrogate. ¶Quarta, p̄ctōrem, etſi ipſe forti pec E
catorū, propter deū deteſtatione à p̄ctōrū lepra curet, nihilominus & eccleſię deberi in p̄ctō-
rū ſuorū pro loco & tp̄e ſacramētali cōfeſſione recōciliari, qn̄quidē vera pœnitētia ī voto cō
cludat cōfeſſionē. Q̄d in Lazari reſuſcitatōe dn̄s ſubindicauit, quē iam viuificatū ap̄lis ſoluē
Iohan. 11. dū dedit. ¶Quinta, deū ſic eſſe oīpotentē & p̄ntē vbiq;, vt quēadmodū ipſe oīa nouit, ita F
ſolo etiānū verbo & nutu, oīa pōt: nēpe cui⁹ dicere, eſt facere, cuius verbo cœli firmati ſunt.
Pſalm. 32 Qm̄ ipſe dixit, & facta ſunt, ipſe mādauit & creata ſunt. Hinc æthnicus ille magnæ fidei Cē-
Pſal. 148 turio, audiēs hodie Chri miracula, hūc deū vbiq; p̄ntem, vbiq; potentē intellexit, atq; fide ī-
tegra, hūilitate plena p̄ intermedias pſonas p̄ puero ſuo interrogaturus ait. Dn̄e nō ſum di
nus, &c. ſed tm̄ dic verbo & ſanabiť puer meus. Et recte nimirū, q̄a nō eſt īpoſſibile apud de
Luce. 1 um oīne verbū. ¶Quā ſane potentiā ſi ſemp̄ p̄ntem cōſideraremus, hauddubie deū time- G
Heb. 4. remus & corā eo cū oībus humiliaremur, vt q̄ agimus ante oculos ipſius, q̄ oīa cernit, quicq̄
Eccleſ. 11 nihil mali relinquit inultū. Cui de oībus reddēda eſt ratio, qui oīa punire pōt & vult.
Matt. 21 ¶Sexta, nihil q̄d ſalutis eſt, peti à deo poſſe, q̄d nō vera fide obtineať, Chro alias dicente. H
Iacobi. 1. Omia, q̄cunq; petieritis in oratōe credētes accipietis. Et Iacobus, ſi quis, inq̄t, vr̄m indiget
ſapientia, poſtulet à deo, q̄ dat om̄ibus affluenter, poſtulet autē in fide & nihil hęſitet. Hinc
hodie tā Centurio q̄ Leproſus ſuæ petitōis p̄ fidē factus eſt cōpos. ¶Septima, nos debe- I
re attēdere, ne ſi minus, q̄ fidei ſunt nr̄æ, fecerimus à deo & eius ſanctorū cōſortio & ab ęter-
na beatitudine excludamur. Id q̄d Iudęis de ſua religione ſine fructu gloriātib⁹ factū ſcim⁹,
2. Petri. 1. proinde Petrus, frēs, ait, magis ſatagite, vt p̄ bona opa certā veſtrā vocationē & electionē
Iacobi. 2. faciatis. Fides eñ, inquit Iacobus, ſine operibus eſt mortua. Et hoc eſt, q̄d Iohānes Bap. faci
Matt. 3. te, inquit, fructū pœnitentia dignū. Et ne velitis dicere intra vos, patrē habemus Abraham
&c. Quod confirmans Chriſtus ait. Ideo dico vobis, quia auferetur à vobis regnū dei, & da-
Matt. 21 bitur genti, facienti fructus eius. Idemq̄ hodie inquit, dico aūt vobis, quod multi, &c. Atq;
vtinā huius dicti ſerio ſempq̄ memores eſſemus.

HOMILIA DECIMATERTIA, DE EO QVOD LEGITVR.

Matt. 8. Marc. 4. Luc. 8. Aſcendente Ieſu in nauiculam, &c.

Dominica tertia poſt octa. Epiphanię.

QVAMVIS hodierni Euangelij cōtextus ſub hiſtoria, q̄ plus quàm clara ē, A
tā valde multas q̄ præclaras & ſalutares cōtineat doctrinas, q̄ & ad lōgū tracta
ri poſſent, propter tn̄ tēporis importunitatē & quia hoc anno in æde diui Pe
tri, quū pro aduerſitatibus imminētibus depellendis habebať proceſſio, reue-
rendiſſimo & illuſtriſſimo principe. Archiep̄o nr̄o p̄ñte, eiuſmodi doctrinas
penè oēs tetigimus, in p̄ñtia duas tm̄ dilucidemus, quarū ¶Prima eſt, nos in B
tentationibus, q̄bus in hoc mūdo carere nequimus, nequaq̄ deſperare debere, q̄ſi dn̄s ob pec
cata nr̄a dormiens. i. quaſi nō noſtri curā gerens, nos tribulatos ſit deſerturus, imo fortiter
Pſalm. 33 ſuſtinere & immobiliter in bono pſeuerare, qn̄quidē, ait propheta, iuxta eſt dn̄s ijs, q̄ tribu-
Iohan. 16 lato ſunt corde. Hic alibi dn̄s. In mūdo pſſurā habebitis, ſed cōfidete. Ego vici mūdum. Si-
quidē ait ap̄lus. Fidelis eſt deus, q̄ nō patieť vos tentari ſupra id, q̄d poteſtis, ſed faciet etiam
1. Cor. 10 cū tentatōe prouentū, vt poſſimus ſuſtinere. Sic patriarchā Iacob, opinione mortis filij ſui
Gene. 37. Ioſeph viginti q̄tuor annis adfligi ſuſtinuit, quē poſtea videntem lætitia copioſiore refecit.
Gene. 40 Sic ip̄m Ioſeph ſeruitute & carcere aliquandiu permiſit tribulari, quem poſtea in Aegypto
glorioſius

Digitized by Google

glorioſius exaltauit. Sic Iobũ illum, patientiæ exemplũ, diu ſuſtinuit & multipharia tribulari, quẽ poſt flagella reſtitutis duplo omnibus per. CXL. vitæ annos in omni quiete & gaudio cõſeruauit. Sic & Tobiã in exilio cæcitate annis. XIIII. exanimari permiſit, quẽ deniq; eripuit, ei duplicia gaudia largitus eſt. ¶ Sic itaq; fratres chariſſimi, etſi propter peccata nr̃a proculdubio totus quaſi mundus tanq̃ mare cõtra nos incipiat ebullire, atq; in furorẽ conſurgere. Etſi omes venti & vertigines dæmonũ vndiq; ſæuiant. Etſi om̃is poteſtas maris. i. om̃es principatus & ptãtes mũdi concitent & in timore iracundiæ ſpument. Etſi deniq; ad cœlos vſq; ſe extollãt tempeſtates maris, malignitates, dolos & fremitus ſic cõcitent, vt etiã elementa in nos videantur armari, minitantes bella, peſtem & cariſtiã, nõ tamen eſt, quod plus æquo timeamus, cõtremiſcamus, turbemur, aut deſperemus aut deficiamus, quinimò ſimus ſtabiles, fidem nõ deſeramus, memores deũ ſic nos facere memores noſtrorũ peccatorum, & velle, vt emendemur, ad ſe cõfugiamus veniã ſimul à peccatis & auxiliũ in tribulationibus oportunũ petamus, mallẽtẽ nos hic pati q̃ alibi æternaliter dãnatum iri. Dũ, em̃, inquit apoſtolus, à dño iudicamur, corripimur, ne cũ hoc mundo damnemur. Hinc ſequitur doctrinarũ. ¶ Secunda, vt de noſtris peccatis pœnitentes in omnibus aduerſitatibus, vndecunq; ſurgentibus magna fiducia ad Chr̃m ob peccata noſtra dormientem. i. cõniuentẽ cõfugiamus, ip̃m piis orationibus lachrymis & bonis opibus excitemus, orãtib⁹ ſuccurrat, ne peream⁹: dicẽtes humillime cũ rege Ioſaphat. In nobis dñe nõ eſt tãta fortitudo, vt poſſimus reſiſtere, ſed cũ ignoramus qd agere debeamus, hoc ſolũ habemus reſidui, vt oculos nr̃os dirigamus ad te: q̃nquidẽ ſolus es, q oĩa potes, & cuius volũtati nemo p̃t reſiſtere. Exurge dñe, & ne repellas in finẽ, adiuua nos, & redime nos ꝑpter nomẽ tuũ. Adiuua nos deus ſalutaris nr̃, & propter gloriã noĩs tui libera nos. Et propitius eſto peccatis nr̃is propter nomẽ tuũ, &c. ¶ Quod vbi cũ diſcipulis hodie fecerimus, hauddubiũ, quin ſurgẽs iperabit vẽtis & mari, dæmonibus & mũdi ptãtibus, oẽs mitigabit, q oĩbus iperat, diaboli & tyrãnorũ ſæuitiã reprimet, & eccleſię ſuę pacẽ cõcedet, voce cõſolatoria ad nos dicẽs. Nõ relinquã vos orphanos. Et ecce ego vobiſcũ ſum oĩbus diebus, vſq; ad cõſumationẽ ſeculi, vtpote qui alias in Dauide de vno quoq; tribulato dicit. Cum ipſo ſum in tribulatione, eripiã eũ & glorificabo eum. Cui fit, quod ſuis fit. Vnde ad Saulũ, Saule, inqt, Saule, qd me pſeq̃ris.

(Margin: C; D; E. Job. viii.; 1. Cor. xi.; 2. Par. 20; Psal. 73; Mat. vl.; Psal. 90; Actor. 9.)

HOMILIA XIIII. DE EO QVOD LEGITVR. MAT. XIIII.

Simile factũ eſt regnũ cœlorũ homini, qui ſeminauit, &c.

Dominica quarta poſt octa. Epiphanie.

A QVVM annis paulo p̃teritis dubitaret à multis, an poſſent hæretici è medio tolli, iidemq; ſupplicio ſupremo adfici, equidẽ ex officio ſine aliq̃ ſiniſtro adfectu reſpõdi poſſe, ideq; inter multa alia, q̃ nũc trãſeo, probaui ex hodierno euangelio. Quã ſanè probationẽ, vti firmã & incõuincibilẽ nũc intactã relinq̃, quã nec tpis anguſtia repeti patit: quũ interea nõ vulgaris apud plerosq; oẽs & alia vertat quæſtio, qua quærit, quum iure etiamnũ diuino tam hæretici q̃ id genus improbi alii è medio tolli poſſint à magiſtratibus Chriſtianis, quur illos mulctare B tardunt. ¶ Cui nimirũ reſponſioni antequã reſpõdeatur prius Euãgelii parabola per partes eſt exponenda, vnde tandem p doctrinas inde eliciendas ſua fermè ſponte reſponſio patebit. Regnum cœlorũ eſt ſtatus ipſius eccleſiæ militantis. Homo eſt Chriſtus. Ager eſt eccleſia, vbi ille ſeminauit ſemen bonum, q̃d eſt omnis pius & fidelis homo, adeoq; Catholica doctrina & fides. Homines dormientes, ſunt p̃lati & regentes qui vel inertia torpẽt vel laſciuia reſoluunt vel ignorãtia vel culpa p̃munt. Inimicus ſuperueniens eſt diabolus, q ſemp bonis aduerſat. Qui negligẽtibus ſupioribus ſupſeminauit zizania. i. malos hoĩes & hæreticos ſuis ſuggeſtionibus in medio tritici. i. bonorũ hoĩm, q̃s prius ſemẽ bonũ noĩauit. Accedẽtes ſerui, q̃rentesq; vñ veniãt tot hæretici & eorũ mala dogmata, & nunquid debeãt illos & hæc è medio tollere, ſunt q zelo bono ægrè ferũt tot iprobos hæreticos & eorũ dogmata, minus tñ ſufficiẽtes reſiſtere. Dominus verò eſt ipe deus adeoq; ſaluator noſter Ieſus Chr̃s, qui parabolam loquitur, eamq; deinde ipſemet noſtro modo exponit. Vnde aliquot colli-C guntur notatu digna, quorum eſt ¶ Primum in eccleſia eſſe permiſtos bonos cũ malis & ediuerſo ſicq; fuiſſe ab initio mundi. Id quod alia parabola Chriſtus arguit, dicẽs. Simile eſt regnum cœlorũ ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti, quam cum impleta eſſet educentes & ſecus littus ſedentes, elegerunt bonos in vaſa ſua, malos autem foras miſerunt. Errant igitur hæretici, dicentes, eccleſiam eſſe dumtaxat bonorum & iuſtorũ, quo ſanè pacto prorſus eſſet incerta eccleſia nec facile ſciri poſſet, quis eſſet in eccleſia: quandoquidem neſciat homo vtrum amore an odio dignus ſit, ſed omnia in futurum ſeruentur incerta. Inſuper ſæpe coram deo peſſimi ſint, qui habentur hic optimi, & è regione,

(Margin: Deute. 17; Deute. 13; Roma. 13; Matt. 13; Eccle. 9)

Digitized by Google

Matt. 21 & ſolus ſit Deus qui qualis quiſq; eſt verè nouit. Vnde dominus ad eos q̃ probi videbant aitr
1. Cor. 4. Amē dico vobis, q̃a publicani & meretrices pręcedēt vos in regno Dei. Ipſe enim pœnitue-
Hebre. 4 runt, vos aūt nō pœnituiſtis. Hinc Ap̃lus vtcūq; coram Deo & hoīe iuſtus dicebat de ſe. Ni-
hil em̄ mihi cōſcius ſum, ſed nō in hoc iuſtificatus ſum. Qui aūt iudicat mē, dñs eſt. ſ. q̃ melius
Eccl. 10 quales ſumus, nouit q̃ nos, cui oīa ſunt ſole clariora. Eſt igit Eccleſia bonoꝝ & maloꝝ hoim.

¶Sc̃do, malos prælatos eſſe cauſam mali populi. Qualis em̄ rector (ait ſcriptura) ciuitatis eſt D
tales & inhabitantes in ea. Sic dormientibus ſuperioribus, nata ſunt zizania, id eſt mali.

¶Tertiū, pręlatos debere eſſe vigilantes. i. nō torpere inertia, reſolui laſciuia, premi ignorā E
tia vl̃ culpa, ne inde ſuboriant mali & bonis noceāt, & ipſi ſint in culpa, à q̃bus Deus meritò pę
Hiere. 48 nam ſit ſumpturus. Hinc Propheta, maledictus, q̃ facit opus dñi fraudulēter & maledictus, qui
Ezechi. 3. ꝓhibet gladiū ſuū à ſanguine. Siqdem Deus ipſe ſanguinē ſubditoꝝ pditoꝝ de manu negligē
33. 34 Heb. 13 tium paſtoꝝ eſt req̃ſiturus. Sūt em̄ illi (ait Ap̃lus) q̃ ꝓ aīabus ſubditoꝝ rōnem ſunt reddituri.

¶Quartū, ꝑlatos & rectores poſſe & debere iprobos & maxīe hęreticos aliq̄diu tolerare. F

¶Primo quando ſine magno periculo & ſchiſmate puniri nequeūt, qđ fit quum multitudo G
Nume. 16 Gene. 18. vel princeps eſt in cauſa, ceu fuit in ſchiſmate Chore & Abyronis & cætera.

Eccl. 23. ¶Sc̃do, quando nō ſatis cōſtet de improbitate & hęreſi, ſiqdem ꝑ ſolā ſuſpitionē, & nudā cō H
Lucæ. 16 iecturā, nemo eſt puniēdus, niſi à Deo, q̃ corda hoim nouit, in iudicio ſuo vnicuiq; daturus ſe-
1. Cor. 4. cundū opa. Vnde Ap̃lus: Itaq; nolite (inq̃t) ante tp̃s iudicare, q̄adusq; veniat dñs, q̃ & illumina
bit abſcōdita tenebraꝝ & manifeſtabit cōſilia cordiū. Hiſce ergo duobus modis monemur,
ne puniamus malos, q̄niam ſimul poſſit & bonis noceri, q̃s Deus in ſuo iudicio rectiſſimè diſ-
cernet & caſtigabit. ¶Sed cur (ais) Deus ita tolerat malos, & ab eis ſinit tribulari bonos? I

2. Petri. 3. ¶Primo (inquā) vt ſi velint, cōuertant, & ꝑ bonos adiuuent. Hinc Petrus: Non tardat (inq̃t) K
Roma. 2. dñs ꝓmiſſionē ſuam, ſicut q̄dam exiſtimāt, ſed patiēter agit ꝓpter vos, nollēs aliq̃s perire, ſed
oēs ad pœniam reuerti. Vnde ad peccantem, ait Ap̃lus: An diuitias bonitatis eius, & patientię,
& longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?

¶Sc̃do, vt ſic boni cōparatōe eoꝝ plus nitant ad bonū, Deoq; ſint ex animo grati, qđ electi L
2. Timo. 3 ſunt ꝑ grām de numero pereuntiū, qđ tūc ſciēt, vbi nomīe Ieſu libēter patiunt tribulatōes, cu
iuſmodi oēs ſunt, q̃ piè volunt viuere in Chr̃o. ¶Tertio, vt ſic boni ꝓficiāt, & eis merita au M
1. Cor. 11. geant ꝓbatōe bonoꝝ. Sic Ap̃ls ait: Oportet & hęreſes eē, vt & q̃ ꝓbati ſunt, manifeſti fiāt in
vobis. Atq; ita nimirū Deus ꝓ ſua bonitate & ſapīa ſuffert malos inter bonos, vt ſic boni ꝑ eos
purgent, & à pc̄ti rubigine eliminent, atq; exerceant, vt ſic virtus in bonis manifeſtet, adeoq;
ipſi electi in via huius exilij ſegnes nō efficiant, ſed ad pr̃iam ſuā feſtinēt, corā accepturi in ęter
na beatitudine, à q̃bus ſegregent tū mali & collecti in faſciculos ad cōburēdū in ignē mittent.

HOMILIA DECIMAQVINTA DE EO QVOD LEGITVR
Matth. 20. Simile eſt regnū cœloꝝ homini pr̃iſamilias, qui exijt &c.

Dominica Septuageſime.

QVOD HODIE Non ſine luctu agit catholica Eccleſia, ad ip̄m A
multis ante tp̄ibus in veteri teſtamēto in ſe nō ſine mœrore ꝓfigura-
rūt filij Iſrahel. Tradit ſacra ſanè hiſtoria, cū ſuis olim peccatis Deum
4. Reg. 25 offenderant, audijſſe ſibi à Propheta (Deo iubēte) ꝓphetizari in hęc
verba. Trademini in manu hoſtili, & ſeruietis Nabuchodonoſoro ſe
ptuaginta annis. Idq; (vt Prophetaꝝ oīa) factū deniq; veꝝ fuiſſe. Si-
quidē illis ſic in peccādo pſeuerātibus, venit ſummo cū exercitu rex
Babylonioꝝ Nabuchodonoſorus in Iudæā & pp̃lm Iudaicū à Hieru
ſalem ſumma tyrānide in Babylonē captiuū abduxit, atq; eum inibi
ſeptuaginta annis opibus admodū duris adfecit. Ipſe vero populus
Eſdræ. 1. Iudaicus illic miſerè captus, depoſitis lætitiæ veſtimētis, & canticis, ſeptuaginta annis in luctu
& mœrore degit, donec liberatus per Cyrum (q̃ & Chriſtus eſt dictus) à iugo quoq; exem-
ptus Hieroſolymam cum venia redijt: rogatus vero in captiuitate ab hoſtibus, vt caneret ver-
Pſal. 136. ba Cantionum. ſ. vt in Hieroſolymis facere conſueuerant, reſpondiſſe perhibetur. Quomo
do cantabimus canticum domini, in terra aliena? Super flumina Babylonis illic ſedimus & fle
uimus, quum recordaremur Syon. In ſalicibus in medio eius ſuſpendimus organa noſtra. Ha-
ctens hiſtoria, in figura, quæ hoc habet.

Gala. 4. Gene. 3 ¶Hieruſalem eſt paradiſus, mater illa noſtra ſurſum. Populus Iudaicus eſt humanū genus, B
quod inibi contra Deum in primis parentibus peccauit. Nabuchodonoſorus eſt diabolus, qui
illud ex paradiſo cathenis peccatorum captum, in Babylonem, id eſt, in hunc mūdum, miſeriē
Heb. 11 vallē & cōfuſiōis abduxit. Vbi illud, depoſitis veſtibus & Canticis lętitię peregrinat exul in lu
ctu & mœrore multaꝝ tribulationū & aduerſitatum ſeptuaginta annis. i. toto tp̃e vitæ, quod
numero

Digitized by Google

numero ſeptenario agitur & finitur, ſperans ſe demum exacto vitæ tempore per Chriſtū Pſal.89
Ieſum, qui verus eſt deus, ſe liberatum iri & rediturum, vnde abductum eſt.
C ¶Hinc catholica eccleſia ab hodierna die vſq; ad ſabbathū in albis (q̃d tēpus ſeptuaginta
dies, vñ dici ſeptuageſima cœpit, conplectit) p̄dictā in peccatis captiuitatē ſingulari luctu. ſ.
lugubribus veſtibus & cāticis repſentat, ac interim pro pctīs nr̃is gemit & mœret, ſperans
ſe mediāte Cyro. i. Ieſu Chriſto ex hac cōfuſa Babylone, & ex hoc miſeriaꝝ exilio liberatū
iri, & poſt hanc vitā (quæ natura ſeptuaginta annis plærūq; intercluditur) in verā noſtram Pſal.89
Hieruſalē, quæ cœlū eſt, rediturā. Cuius ſpes vt certa eſſe poſſit, neceſſum eſt, vt ſinguli viua
mus iuxta hodierni Euangelij tenorem. Qui nobis facile per aliquot doctrinas patebit, vbi
D illius parabolā elucidauerimus in hunc modū. ¶Regnū cœloꝝ eſt ſtatus eccleſiæ militā-
tis. Paterfamilias eſt deus. Vinea eſt eccleſia, & eius fides. Operarij ſunt homines ad eccleſiā
& fidem à deo vocati & conducti. Operatio eſt om̄is virtuoſa actio ex fide per charitatē ve-
niens. Conuentio ex diurno denario, eſt merces. ſ. vita æterna, quam deus homini pro hu-
iuſmodi virtuoſa actione, quaſi ex quadam conuentione daturus eſt. Primū mane, eſt tem-
pus à principio mundi vſq; ad Noe, quod continuit. MDCLVI. annos. Hora tertia eſt tē
pus à Noe vſq; ad Abraham, quod. CCCLXXXIX annos cōplexum eſt. Sexta hora eſt tē
pus Ab Abraham vſq; ad Moyſen, quod annos CCC continuit. Hora nona, eſt tempus à
Moyſe vſq; ad Chriſtum, quod annos MDIX continuit. Vndecima hora eſt tēpus à Chr̃o
vſq; in finem mūdi. Sero eſt tempus mortis & vltimi iudicij. Procurator patrisfamilias eſt
Ieſus Chriſtus, qui huc propter procurationem humanæ ſalutis eſt miſſus. Eius vocatio eſt Iohan.5.
iuſſio ad iudicium, de qua ipſe alias, Venit hora, inquit, qñ mortui audient vocem filij dei, & 1. Cor.3. B
qui audierint viuent. Tunc em̄, inquit apoſtolus, vnuſquiſq; propriam mercedem accipiet
ſecundū laborem ſuum. Quæ reliqua ſunt, vnicuiq; obuia ſunt. Ex quibus nunc om̄ibus col
E ligimus aliquot ſalutares doctrinas, quarum. ¶Prima eſt, deū om̄es homines à principio
vſq; ad finē mundi ad ſuam eccleſiā & fidē vocaſſe, proptereaq; om̄es velle fieri ſaluos, q̃sq; Luc.19
non ad perditionem ſed ad æternā beatitudinē creauit, ac vt redeant ex hac Babylonia, ad 1. Timo.2
Hieroſolymā æternam, vnde p peccatū primoꝝ parentū ſunt extruſi. Sap.2.11.
F ¶Secunda, neminē poſſe ad illam ipſam Hieroſolymā redire, niſi per pœnitentiam tribu
lationū & aduerſitatū, quas iuſto iudicio propter peccatū protoplaſti luimus iuxta maledi- Gene.3
ctionē dei, dicētis. In laboribus comedes, & in ſudore vultis tui veſceris pane tuo cūctis die
bus vitæ tuæ, donec reuertaris in terrā, de qua ſumptus es. Vñ in actis ſcribitur. Qm̄ per mul Actor.14
G tas tribulatiōes oportet nos intrare in regnū dei. ¶Tertia, nulli prodeſſe Chriſti fidē ſine
operibus, neceſſum ideoq;, vt eā habeat fidē, quæ p charitatē operet. ſ. opera pietatis & mi- Galat.5
ſericordiæ. Siquidē fides ſine operibus ſit mortua, nō viuificans. Hinc hodie in vinea ope- Iacob.2
rantes remunerātur, veꝝ otioſi redarguunt, & q in vineam dñi laborare tardauerunt. Hinc 2. Tim.2.
apoſtolus, labora, inqt, ſicut bonus miles Chriſti. Qui certat in agone nō coronabit, niſi le-
gitime certauerit. Errāt ergo & ſeducunt ſeipſos, dicētes & arbitrantes, ſe nuda fide ſaluari
H poſſe. Qua de re alias perq̃ plurima diximus. ¶Quarta, nemini viā mœrendi regnū cœlo-
rum claudi, donec p̄ſentis vitæ dies terminet: quādoquidē ad labores vineæ, om̄es cuiuſli-
bet ætatis, etiā qui ad vltimā vitæ horā (quæ per XI. horā intelligitur) puenerint, vocātur.
Nec à vocatiōe ceſſatū eſt, donec veniret ſero p̄ſentis vitæ. i. mors. Hinc dñs per ſcripturā. Ezech.18
Cum. i. qñcunq;, auerterit ſe impius ab impietate ſua, & fecerit iuſtitiā & iudiciū, ipſe ani-
mam ſuā viuificauit. Nō eſt igitur, vt aliquis vel q̃libet peccator inueteratus deſperet, quaſi
diutius æquo expectarit pœnitere. Qūo em̄ deſperet, quū audit dñm om̄i hora & om̄i ætate
ad pœnitentiā vocare, atq; dñs cōuerti volentes ſuſcipit, q̃diu ſpūs in eis eſt. Reliqua, q̃ hic
I quoq; dici queant, ſuo tpe ad longū retulimus. ¶Quinta, ne quis nimiū dei miſericordiæ
confidat, expectando ad craſtinum, & procraſtinando pœnitentiam, perinde diutius vi-
cturus, & quaſi ſatis adhuc reſtet tēpus pœnitendi, imo cogitet ſubito plærūq; adeſſe ſero. i.
mortē, vbi operari nō licebit, ſed p̄mia recipere, iuxta Chriſtū, dicentem. Ambulate dū lu-
cem habetis, vt tenebræ vos nō comprehendant. Venit nox, quando nemo poteſt operari. Iohan.12
Ideoq; fratres chariſſimi, nulla occaſione conuerſionē veſtram in poſteriorem ætatē differ Iohan.9.
re debetis, ſed in timore dñi accelerare. Si em̄ iuſtus de ſua iuſtitia cōſeruanda certitudinem
non habet, apoſtolo dicente. Qui ſtat, videat, ne cadat, quam certitudinē vitæ peccator ſibi 1. Cor.10. C.
promittere poteſt? maxime q̃d Chriſtus ait. Vigilate. i. operamini, qa neſcitis, quando dñs
veniet, ſero, an media nocte, an gallicātu, an mane, ne cū venerit dñs, inuenerit vos dormi Marc.13
entes. Itaq; ſimus memores, q̃d qui venientem XI, id eſt, vltima hora nō reſpuit, ipſam ho-
ram non promiſit XI. Atq; ſit om̄ibus tam iuſtis quàm iniuſtis ſemper horribilis ſententia
dñi dicentis. Multi ſunt vocati, pauci vero electi. Conemur pœnitendo in hoc tēpore ſa-
cro eſſe de numero paucoꝝ, quales non erimus, niſi in dñi timore ſteterimus. Qui em̄, inqt
ſcriptura, in timore dñi ſe non tenuerit, cito ſubuertetur domus ſua. Eccle.27. A

¶Homilia

HOMILIA DECIMASEXTA, DE EO QVOD LEGITVR, Matth.13.Marc.4.Lucæ.8.Cum turba plurima.&c.

Dominica Sexageſime.

QVONIAM Præcedenti dominica vocati ſumus in vineam do- A
mini,vt iſthic fructuoſa opera ꝓducamus:opa(inquam) quæ fructi
ficant in vitam æternã,recte hodierna dñica nobis Euangelium ſub
oculos ponit Eccleſia de verbo Dei diſſerẽs, vnde fructuoſa opera
ſuam accipiunt radicem. Quanti vero hodiernæ diei Euangelij ver-
ba ſint habenda,& quanta animi diligentia & deuotione attenden-
da hinc facile intelligimus:quoniam Chriſtus more optimi orato-
ris,de re ardua dicentis,auditores ſingulariter ad audiendum inhor
tatur,dicens:Qui habet aure audiẽdi,audiat,id eſt,qui quę dicturus
ſum audiet,hortor audiat,nõs ꝑfunctoriè ſed diligentiſſime.i.audiat
Lucæ.2. ea auribus cordis & ſenſibus interioribus,auribus(inquam)intelligẽtiæ,obedientiæ & opera-
tionis:veluti diua virgo audiuit,qua deſcribit Euangeliſta:Maria autem conſeruabat omnia
verba hæc conſerens in corde ſuo. Quo nimirum modo vult Chriſtus,nos audire debere ver-
ba præſentis Euangelij,inquiens:Qui habet aures audiendi,audiat.Quibus ſanè verbis vtitur
plęrumq; ſemper dominus,quum intendit aliquid dicere ſub myſterio,quodq; vtile & arduũ
eſt intellectu indigẽs:quale eſt,q̃d diſputat in hodierno Euangelio. Id enim tantum eſt,vt ſi-
ne ipſo ſaluus eſſe nequeat quiſqàm,nec ad veritatis agnitionem peruenire.Siquidem diſputet
inibi dominus de fructificatione verbi diuini. Verbum autem diuinum quantum ſit, hinc ac-
Hebre.11. cipimus,qđ in ipſo ſit principiũ totius ſpiritualis vitæ & fructus æternæ beatitudinis, adeoq;
fundamentum quoq; & ſubſtantia reꝝ ſperandaꝝ,quod eſt fides,q̃ vtiq; actualr̃,non niſi per
Roma.10 verbũ Dei haberi poteſt.Cũ enim(Apl'o teſte)ſaluus eſſe nequeat,niſi q inuocat nomen dñi:
modo conſtat,illud neminem poſſe inuocare, niſi q credit & fidem habet,quam nemo habet
ſine prædicãte:quandoquidẽ fides ex auditu ſit,auditus autem per verbũ Dei. Ex qbus patet
ſine verbo Dei neminẽ poſſe ſaluari, quum ex eo ſit fides, qua iuſtificamur, & ſine qua nemo
poſſit placere Deo.Cuius proinde arduitatẽ & neceſſitatẽ dominus aperto demonſtrauit,in-
quiens Qui habet aures audiẽdi audiat, quemadmodum ſatis abundè claret in Euangelio ho-
dierno.Quod quoniam ipſemet ſummus omnium doctor & magiſter exponit,non eſt,quod
ipſe mgr̃o me ꝓferã,idipm̃ pariter expoſiturus,q hoc ſolũ admonuerim. ¶Primo,Chr̃m inibi B
ſummatim ſubindicare,multos quidem vndiq; confluere ad prædicationẽ Euangelij, in om-
nibus gigni fructum ſed tamẽ non,idq; accidere non culpa docẽtis,ſed audientiũ vitio,nec pa
rem fructum gigni in ijs,q audiunt,ſed vt quiſq; adfert animũ à mundanis curis,& cupidita-
tibus vacuũ,ita ſermonis auditi maximũ eſſe fructũ. Igit̃ non verè eum prædicatorẽ induce-
mus malũ,cuius verbũ.ſ.Dei non apud oẽs vel m̃tos fructificat:quandoquidẽ ſanctiſſimi nõ
Eſa.53 nunq̃ viri apud auditores induratos paꝝ vel nihil profecerint. Id qđ conquerit̃ Eſaias,dicẽs:
Domine,qs credidit auditui noſtro.Sic(obſecro)qdnam ſanctiſſimi Prophetæ & patriarchæ
Gene.17. cõtinuis fidelibusq; ſuis cõcionibus ꝓfecerunt apud eos, q tẽpore Noe vixerunt, q increduli
Gene.19. fuere donec diluuio vniuerſi perierunt. Quid ꝓfecerunt apud Sodomitas, q increduli fuere,
Matt.24 Lucæ.17 donec igne & ſulphure funditus periere.Quid apud Iudæos olim alij? Quum eoꝝ partim fue
Matt.23 rint effugati,partim flagellati,partim cæſi,partim lapidati,partim aliò mortis genere trucida
ti? Quid deniq; Chriſtus apud Iudæos ꝓfecit? Parum vtiq; vl' planè nihil, hoc ipm̃ alibi con-
Iohan.15 querẽs in hæc verba:Si non veniſſem & locutus fuiſſem eis, pctm̃ non haberẽt.Nunc aũt ex-
cuſationẽ non habẽt de peccato ſuo.Si opa non feciſſem in eis, quę nemo alius fecit,pctm̃ nõ
haberẽt.Nunc aũt viderũt & oderũt,& me & patrẽ meũ. Sed cuius obſecro vitio? Non vtiq;
Chriſti,nõ Prophetaꝝ nec Apl'oꝝ,ſed planè culpa audientiũ,q ſe ex cauſis,quæ recenſent̃ in
Iohan.15. hodierno Euangelio,Dei verbo indignos reddũt. Ad dignam vero & ſalutarẽ eiuſdem ver- C
bi auditionem requiritur. ¶Primo,vt ſit intus, in animo auditoris,ſcilicet ſpiritus ſan-
Pſal.126 ctus,q inſtruat,ſine quo ille nihil facere poteſt.Niſi enim(inqt Proheta)dñs ædificauerit do-
mum,in vanũ laborauerũt,q ædificant eam.Sanè domus, ppl'us Dei eſt, quam domũ domi-
nus ædificat,ſine quo interius operante fruſtra laborant prædicatores foris loquẽtes tanq̃ mi
.Cor.3. niſtri ędificatõis.Deus eñ(ait Apl'us)ſolus eſt q dat incremẽtum ſcilicet verbi. Hinc Moyſes
Deute.32 ppl'o prædicaturus ait:Concreſcat in pluuia doctrina mea,fluat vt ros eloquiũ meũ,quaſi im-
ber ſup herbam,& quaſi ſtellæ ſup gramina. Sic verbi auditor primũ debet exorare gratiam
diuinã. ¶Scđo,vt nõ mõ audiat,ſed in memoria recõdat,nõ aliò vagabundus,vt huc intret D
Pſal.118 & illuc exeat illicò. Sic audiuit ꝓpheta,de ſe dicẽs:In corde meo abſcõdi eloqa tua,vt nõ pec
cẽ tibi.Si eñ verbũ ẽ ſemẽ,ꝑfectò cõſtat,ſemẽ qđ ſeminat̃,niſi ſub terra cõdat̃, ſine fructu ma-
nere.Sic verbũ dei ſine mẽoria auditũ,diabolus tollit,ne audiẽs fructificãdo ſaluet̃,ſed pereat.
Siqui-

Digitized by Google

Siquidem natura didicimus, de eius vita deſperari, qui languente ſtomacho alimenta nõ retinet. Sic æternæ mortis periculũ formidare habet, qui verbũ dei, alimentũ iuſtitiæ in memoria nõ tenet. E ¶Tertio, vt nõ ſtatim ingruentibus tribulatõibus & aduerſitatibus deficiat à verbo dei, quaſi hoc ipm nil ſibi profit, imò adſumat ſibi illud pro cõſolatione & patientia, qm (vt apoſtolus ſcribit) omia ſint ſcripta, vt p patientiã & cõſolationem ſcripturarũ ſpem habeamus. Roma.15. Debet em illud nõ modo cum gaudio audire, ſed & cũ charitate, qua facile omia ſuffert, & ita, vt in eo iuxta prophetã, eloquium dei fiat quaſi argentũ igne examinatũ probatum terræ, purgatũ ſeptuplũ. 1.Cor.13. Psal.11. Non eſt igit verbum dei relinquendũ propter tribulationes, q̃s propter ipm patimur ab illius pſequutoribus, ſed ſequi apl'os, qui quũ paterentur propter dei verbũ & prohiberent id pdicare, gaudentes ibant à conſpectu concilij, qm digni eſſent habiti pro noĩe Ieſu contumeliã pati. F ¶Quarto, vt audiens verbũ dei interim abſtineat à diuitijs & voluptatibus huius mundi, quibus illud nõ ſecus atq; ſemen inter ſpinas ſuffocatur, ne fructificet. Acto.5. Neceſſum eſt, vt qui verſat inter mundi diuitias & voluptates ſemper aliqd amittat de verbo dei, queadmodũ ouis cõuerſans inter ſpinas ſemp ibi aliqd de lana dimittit. G ¶Quinto, vt fructũ in patientia adferat. i. vt prorſus iuxta dei verbũ intentum & tenorẽ agat. Siquidẽ verbum, ſine fructu ſit, quemadmodũ artifex ſine opere artificij. Hinc apoſtolus Iacobus inquit. Eſtote factores verbi, & non auditores tantum, fallẽtes voſmetipſos, &c. Iacobi.1. Factor em operis in facto ſuo beatus erit. Haſce quinq; conditiões dominus apertò ſubindicat in Euangelio.

HOMILIA XVII. DE EO QVOD LEGITVR. LVC. XVIII. Matt.20. Mar.10. Aſſumpſit Ieſus duodecim diſcipulos ſuos, &c.

Dominica Quinquageſime.

A HORRENDVM ſanè eſt idemq; prorſus deplorandum, q̃d etſi deus ille Opt. ſua ſolius bonitate omes hoĩes ad beatitudinẽ creauerit eosq; velit ſaluos fieri vniuerſos, pauci tñ ex eis ſaluent, Chriſto nuper dicente. Sapie.11. Matt.20. Matt.7. Multi ſunt vocati, pauci vero electi. Eſtq; lata porta & ſpacioſa via, quæ ducit ad perditionẽ & multi ſunt, qui intrãt per eam, & ediuerſo anguſta eſt porta & arta via, q ducit ad vitã & pauci, q inueniũt eã. Neq; hoc ad multitudinẽ infideliũ & ad paucitatem credentiũ referendũ putauerim, quinimò prorſus de male Chriſtianis dici putem, quũ & ipſi ſint quadamtenus infideles, vtpote qui deũ verbis noſſe fateantur, factis autem negent, nequaq̃ ad beatitudinẽ futuri, dño dicente. Titum.1. Nõ omis, qui dicit mihi dñe dñe, intrabit in regnũ cœloꝝ, ſed qui facit voluntatẽ patris mei, qui ĩ cœlis eſt, ipſe intrabit in regnũ cœloꝝ. Matt.7. Eheu q̃ pauci ſunt, qui ex Chriſtianis voluntatẽ patris facto faciũt? Ad q̃s olim dicturus eſt dñs. Diſcedite à me omes, qui operamini iniquitatẽ. Adde q̃d male Chriſtiani durius punientur, quã infideles, qui fidem nunq̃ habuere: qñquidem, ille ſeruus, inquit Chrs, qui cognouit voluntatem dñi ſui, & nõ ſe pparauit, & non fecit ſcdm voluntatẽ eius, vapulabit multis, qui autẽ non cognouit & fecit digna plagis, vapulabit paucis. Lucæ.12. Cui em multũ datum eſt, multũ quæretur ab eo. Indubitato proinde Chriſtus dixit de nobis Chriſtianis. Multi ſunt vocati, ſed pauci electi, vtpote qui ſe indignos faciunt vocatione p mala opera, quũ per bona opera ſuam vocationẽ & electionẽ facere certã deberent, id q̃d (proh dolor) pauciſſimi faciunt. 2.Petri.1.

B ¶Atq; hinc eſt, q̃d mater eccleſia hiſce diebus præcipuè deplãgit caſum primoꝝ parentum, qui ſic in propagine inualuit, vt licet omes hoĩes ad imaginẽ dei facti ſint, vt æternã ſalutem adipiſcatur, pauciſſimi tñ ex plurimis eam nanciſcuntur. Quod dñica ſeptuageſimæ dñs per tremendã illã vocem dñi eccleſia nobis intulit. Multi ſunt vocati, pauci vero electi. Et idem q̃q; dñica ſexageſimæ deſignauit per parabolã, qua dñs inſinuat tm partem ſeminis verbi dei quartam fructificare. Deniq; hoc ipm in hodierno Euangelio ptendit, paucitatem ſaluandoꝝ Chriſtianoꝝ inde oſtendens, q̃d inter multos dũtaxat vnus veꝝ lumen petijt, & hunc in ſua petitione ptereuntium multitudo ſuis increpationibus pturbauit.

C ¶Quis em, obſecro, per cæcũ in Euãgelio alius intelligitur, q̃ peccator conuerti, cupiens? Per increpantes vero qui alij accipiuntur, quã ea, quæ peccatorẽ pœnitere volentem retrahunt? cuiuſmõ ſunt diabolus, caro & mũd', ij nimiꝝ ſunt, q ne q̃d volumus facimus ipediũt. Siquidẽ quũ quis peccator ad Ieſum clamare incipit. i. incipit cõtemnere mundũ, ſpernere cũ ſuis voluptatibus ſeculũ, diſpergere ſua & dare pauperibus (quod vere eſt clamare ad Ieſum) mox increpant præcedentes & ſequẽtes. i. caro, diabolus & mundus. i. malus Chriſtianus, & prohibent factis & verbis, ſuggerẽtes & dicẽtes. Quid inſanis? Nimius es. Demẽtia eſt. Nunquid alij non ſunt Chriſtiani? Quod & ita ſit, vt vix vnus ex plurimis propter varia impe-

Digitized by Google

impedimenta ſaluari poſſit, quod vtiq; lamentatione dignum eſt. Quid ergo agendum aliud
cæco peccatori, illuminari tñ cupiẽti, niſi vt cũ cæco in Euangelio. ¶Primo, clamet & oret D
à Chr̃o, vt ſui miſeraſ, dicẽs: Ieſu fili Dauid, miſereri mei. Clamanti eñ ſe & grãm ſuam nõ ne-
Matt. 11. gabit, q dixit: Venite ad me oẽs, q laboratis & onerati eſtis, & ego reficiã vos. Nolo eñ mor-
Ezech. 18 tem pctõris, ſed vt cõuertaſ & viuat. ¶Scd̃o, petat, nõ falſas diuitias, nõ terrena dona, nõ fu- E
gitiuos honores, ſed lucẽ. Nec lucẽ illam, quę loco claudiſ, quę cũ tpe finiſ, quę noctiũ interru-
ptione variaſ, quę à nobis cõiter cũ pctõribus cerniſ, ſed petat lucẽ iuſtitiæ, vt oculo mentis vi
Iohan. 18 1. Tim. 6. dere poſſit & cognoſcere, et ſemp quæ iuſta ſunt & placita Deo, vt tandẽ poſſit venire ad eũ,
Apoca. 21. qui vera eſt lux & inhabitat lucẽ inacceſſibilẽ in ea ciuitate, quę nõ eget ſole & luna, vt luceant
inibi: qñquidem claritas Dei illuminet eam, & lucerna eius eſt agnus. ¶Tertio, vt nõ ſinat ſe F
intercipi à turba.ſ. carnis, diaboli, & mũdi ip̃m retrahẽte, clamando pſeueret, ppoſitum ex-
ęquaſ, cœptũ pficiat, memor ſcripturæ, dicẽtis: Ne ſequaris turbam ad faciendũ malum, nec
Exo. 23 in iudicio plurimoꝝ adquieſcas ſniæ, vt à vero deuies. Qd' vbi fecerit & pſeuerauerit, pculdu
biò faciet Chr̃m ſtare, ſibiq;, q̃d petit, miſericorditer largiri, quũ aliàs dixerit: Qui pſeuerauc-
Matt. 10 rit, hic ſaluus erit. Et alibi: Eſto fidelis vſq; ad mortẽ, & dabo tibi coronam vitæ. ¶Quarto, G
Apoca. 2 Pſalm. 83 apertis oculis cordis ac cognitõis lumine iuſtitię iam pficiſcaſ.ſ. de virtute in virtutẽ, atq; ope
re ip̃o ſequaſ Chr̃m cum cæco in hodierno Euangelio. Quo? vtiq; in Hieruſalem.ſ. ęternam.
Qua via? Nimiꝝ p Hiericho.i. p hũc mũdũ &c. vtiq; tribulatõis, p quã dũtaxat illuc venire pt.
q̃niam Chriſtus, q pc̃m non fecit, nõ ſine maximo dolore illuc puenire potuit ſed oportuit,
vt ideò prius crucifigereſ, hodie inquiẽs: Ecce aſcẽdimus Hieroſolymã, & filius hoĩs tradetur,
gentibus & illudeſ, & flagellabiſ, & conſpueſ, & poſtq̃ flagellauerint, occident eum, & tertia
2. Cor. 4. die reſurget. Illuc, pinde pctõr cõuerſus dñm ſequaſ, crucifigaſ in eo filius hoĩs.i. homo verus
Coloſſ. 3 homo carnalis, vt viuat deinde p grãm regeneratõis. Apl̃o hortãte, quũ ait: Semp mortifica-
tionem Chr̃i in corpe noſtro circũferentes, vt & vita Ieſu in corpe noſtro manifeſteſ. Eapro-
pter dilectiſſimi fratres, quũ ppter pctã cęci ſumus, hiſce ſacris diebus cũ cæco in Euangelio
ad dñm tranſeũtes, vt ad agẽda illuminemur, clamemus, atq; deinde cœleſti doctrina illumi-
nati illũ fortiter ſequemur, nõ terreamur ab ijs, q̃ increpãt & impedire volũt, veꝝ nos crucifi-
gamus p abſtinentiã ab oĩbus q̃ carni placẽt, diabolo, & mũdo, vt ſic tpe paſchatos cũ Chriſto
reſurgamus, hic p grãm, & aliàs in Hieroſolymis per gloriam.

HOMILIA DECIMAOCTAVA, DE EO QVOD LEGITVR, Matth. 5. Lucæ. 6. Audiſtis quia dictum eſt antiquis, &c.

Feria ſexta poſt Cinerum.

QVANDOQVIDEM Hoc ſacrum quadrageſimæ tẽpus ſit, vel A
ideò potiſſimũ ab Eccleſia ſolẽne inſtitutũ, vt vltra Chr̃i imitationẽ
in ieiunando ipſi Chr̃o dño Deo nr̃o, quẽ hactenus noſtris peccatis
multipharià offendimus, reconciliari poſſimus, pinde rectè hodier
na die in frontiſpicio q̃drageſimæ legi ſolet Euangeliũ de vera in p
ximũ dilectõe, quæ baſis eſt & origo verę cũ Deo recõciliatõis. Siq-
dem dilectio cõſiſtit nõ mõ in hoc, q̃d illi.ſ. proximo benefaciamus
ſed & vt illi donemus, q̃d cõtra nos vł ope vł verbo fecit. Qd' niſi fe
cerimus, nõ eſt, q̃d vnq̃ ſperemus nos deo reconciliari, & eius in nos
Matth. 6 grãm nanciſci, dño dicẽte: Si eñ dimiſeritis hoĩbus pctã eoꝝ, dimit
Lucæ. 6. tet & vobis pater veſter cœleſtis delicta vr̃a. Si aũt nõ dimiſeritis hoĩbus, nec pater veſter di-
mittet vobis pctã vr̃a. Et hoc eſt, q̃d hodie dñs ip̃e dicit: Diligite inimicos veſtros & cætera.
¶Quia vero inimicus nobis aliq̃s eẽ queat, primo quia cõtra nos habet rancorẽ & odium, B
pinde primũ dat remediũ, dicẽs: Diligite inimicos vr̃os. Scd̃o, q͂a ore nobis detrahit & ma-
ledicit, hinc ſcd̃m remediũ dat, inquiẽs: Benedicite maledicẽtibus vobis. Tertio q͂a corporal'r
nos lædit. Ideò tertium addit remedium, dicẽs: Benefacite ijs, qui oderunt vos. Proinde ſi vo-
lumus eẽ Chriſti diſcipuli, adeoq; pfecti, debemus iniuriantibus nobis beneficium dare, corde
ipſos diligendo, beneficium oris, pro eis orando, & beneficium operis benefaciẽdo ipſis.
¶Sed inq̃t quiſpiã, qũo nobis Chr̃us tam arctè p̃cipit, vt amemus inimicos noſtros, quũ C
antiquis, q̃bus idem, q nobis eſt Deus, dictũ ſit: Dilige proximũ tuũ, & odio habebis inimicũ?
¶Reſpondeo q̃dem primo, nõ eſſe q̃rendũ de hoc, quũ cõſtet legẽ fuiſſe impfectiõis. Euan- D
Matth. 5 geliũ verò pfectõis, q̃d planè vltra legẽ vult, vt iuſtitia nr̃a plus q̃ ſcribaꝝ & phariſæoꝝ abun
Exo. 20 det. Siq̃dem lex voluerit, ne q̃s re ipſa occidat. Euangeliũ verò addit, ne q̃s etiã alteri iraſcaſ, ſi
Deuter. 5 modo velit intrare regnũ cœloꝝ. ¶Scd̃o, in lege quondã aliqua Iudæis induratis fuiſſe per- E
Deute. 24 miſſa, nõ vt bona, ſed ne peiora facerẽt, quẽadmodũ erat libellus repudij, de q̃ Iudæi ad Chr̃m:
Matt. 19 Quid ergo Moyſes mandauit dari libellũ repudij & dimittere vxorẽ? Ait dominus: Quoniam

Moyſes

Digitized by Google

Moyſes ad duriciā cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras, ab initio aūt nō erat
ſic. Durities aūt hæc erat, Quū Moyſes videret propter deſideriū coniugū ſecundarū, quæ illis
ditiores vel iuniores vel pulchriores eſſent, primas vxores interfici, aut malā vitā ducere, ma-
luit indulgere diſſidiū ꝗ̄ odia & homicidia perſeuerare. Sed hæc duricies apud nos per verita-
tē euāgelicā eſt mitigata, ideoq́ repudiū nō eſt admiſſum, niſi in caſu, dicēte Chriſto. Ego au Matt. 5
tē dico vobis, quia oīs, qui dimiſerit vxorē ſuā (excepta fornicationis cauſa) facit eā mœchari,
& qui dimiſſam duxerit, adulterat. Mœchus aūt & adultera morte morianť. i. lapidentur. Leuit. 20
F ¶ Tertio, non eſſe vſpiam in lege ſcriptū. Et oderis inimicum tuū, ſed eſſe traditionē phari Iohan. 8. Exodi. 17
ſæorū & ſcribarū, qui idipſum addiderāt, tum quia dñs pceperat filijs Iſrael perſequi inimicos Deute 25
ſuos, & delere Amalech, de ſub cœlo, tū quia dñs pceperat, diliges proximū tuū ſicut teipſum
& diliges amicū tuū, &c. ipſi arguebāt à cōtrario ſenſu, quod debebant odire inimicū, quod
falſum eſt, qm̄ omnis homo ex charitate diligendus eſt, qa ad imaginē dei creatus, & ipſius p
cognitionē & amorē capax. Sin alicubi lex dixerit (quod nō facile crediderim) inimicū oderis
profecto nō eſt vox iubentis iuſto accipiēda, ſed permittētis infirmo. ¶ Cæterū rurſus dicit
aliquis, quō diligamus inimicos? Reſpondeo ex Euāgelio, diligēdi ſunt inimici adfectu, vt il-
lis bona gratiæ & gloriæ optemus, quæ ad ſalutē eorū ſunt, procuremus, atq; indigētibus ipſis
opem noſtrā exhibeamus, miſericordes in eos, apoſtolo dicēte. Si eſurierit inimicus tuus, ciba Roma. 12
illū: ſi ſitit, potū da illi: quēadmodū & Chriſtus in Euangelio docet, inquiens. Benefacite ijs, q
G oderunt vos, &c. Ad dilectionē vero inimici nos permouere debet. ¶ Primo, natura, quā
eandē nobiſcū habet & eidē fortunæ obnoxius eſt. ¶ Secundo, vtilitas, qa ſic charitas illius
erga nos ſubnaſcit̄ & pax, quæ res eſt ſub cœlo lōge optima. Hinc aplus inquit: Hoc eīm faciēs Roma. 12
carbones ignis cōgeres ſup caput eius. ¶ Tertio, qa dñs deus ita pcepit, cuius pceptum ſine
æterno ſupplicio negligi nō poteſt. ¶ Quarto, quia aliter quis deo reconciliari nō pt, cuius
ipſe per peccatū eſt inimicus. Si ergo volumus, vt deus nos redamet, neceſſum eſt, vt prius ini-
micū redamemus, veluti in dñica oratione oramus. ¶ Quinto, exemplū dei ſummi, quū &
ipſe ſuos diligat inimicos. ſ. peccatores, quū eis æque vt bonis largiať ſolē & pluuiam, & alia
H hoc genus neceſſaria. ¶ Sexto, exēplū Chriſti & eius ſanctorū, qui & pro inimicis ſuis oraſſe 1. Reg. 24
leguntur. Dauid quidē Saulo & Abſoloni & Semæi plurimū pepercit & indulſit. Chriſtus in 2. Reg. 18
cruce inquit. Pater ignoſce illis, quia neſciunt, quid faciunt. Stephanus quoq; poſitis genibus 2. Reg. 16
clamauit, dicēs. Dñe ne ſtatuas illis hoc peccatū. Et Paulus. ¶ Vltimo, pclara ipſa merces, q- Luce. 23. Actorū. 7.
niā ſi dilexerimus inimicos noſtros, filij erimus patris altiſſimi, q in cœlis eſt, filij, inquā, p bo- Romañ. 2
nitatis imitationē, p gratię adoptionē, p educationē, p hæreditatis adoptionē. Quę āt maior
eſſe poſſit merces, ꝗ̄ ꝙ terrigenæ efficiamur filij cœleſtis. Si eīm filij, inquit aplus, erimus & hæ Roma. 8.
redes: hæredes quidē dei, cohæredes aūt Chriſti. Amemus igitur fratres chariſſimi inimicos
noſtros propter hmōi mercedē ineffabilē, quæ eſt ipſemet deus, cuius gratia eleemoſynam & Matt. 6
omnia bona opera faciamus, non ob aliquā mercedē temporalē, quæ nec nobis deerit, vbi fe Luce. 12.
cerimus, quæ ille iubet. Quærite, dicēs, primo regnū dei, & poſtea hæc oīa adijcienť vobis.

¶ HOMILIA XIX. DE EO QVOD LEGITVR, Matth. 4 Marci. 1. Lucæ. 4. Ductus eſt Ieſus in deſertum, &c.

Dominica Inuocauit.

A RECTA nimirū ratione nobis dñica hodierna proponitur Euan-
geliū, in quo Euangeliſta deſcribit ingreſſum dñi Ieſu Chriſti in de-
ſertū, atq; quid ille inibi fecerit, donec egreſſo angeli acceſſerint, eiq́
miniſtrauerint. Siquidē hæc ſit prima dñica & caput quadrageſimæ
deuotiſſimi illius temporis, in quo cū animi dolore in memoriā re-
uocare debemus id tēporis, in quo per peccatū ex paradiſo, ea ſumus
expulſi cōditione in huius mundi deſertū, vt per pœnitentiā inde ad
B cū beatitudinis locum, vnde ſumus protruſi, tandem redeamus.
¶ Hinc hodie dñs in Euangelio palā docet, vnde vera incipiat pœ
nitentia, & per quā viā ex hoc deſerto in paradiſum nos ire oporte-
at, vtpote qui dux, viam ipſam primo tranſierit. Atq; ſane ait Euangeliſta in primis, ductus
C eſt Ieſus à ſpū. ſ. ſuo ſancto in deſertum: nempe perdocens. ¶ Primo, vt pœnitere volen-
tes huius mundi cōuerſationē relinquamus, & ſeculi turbas, & eamus in deſertum. i. in locum
pœnitentiæ aptū, ac inibi peccata noſtra defleamus deo in ſecreto. Vnde dñs. Cū oraueris, in Matt. 6
quit, intra in cubiculū tuū, & clauſo oſtio, ora patrē tuū in abſcondito, & pater tuus, q videt in Matth. 3
abſcondito, reddet tibi, Et hoc eſt, quod Iohannes dñi pcurſor, typus pœnitētis, pœnitētiam Luc. 3
in deſerto extra turbas docuit & demonſtrauit, inquiens: Pœnitentiā agite, appropinquabit Matt. 26
e. ſ. regnū cœlorū. Ita q; Petrus pœnitēs de pctō in atrio Caiphæ, nō potuit agere pœnitētiā

ſed foras egreſſus de impiorum concilio, pauidæ negationis ſordes amarè defleuit. Ita & Maria
Luc.7 Magdalena Lazari ſoror pœnitura ſeceſſit in deſertũ, vbi triginta annos demorata, nec ho-
minem vidit, nec ipſa ab vllo viſa eſt. Ita & nos fratres pœnitere volentes, exire debemus in
1.Iohã.5 deſertum & relinquere mũdũ, perinde atq; occaſionẽ lõge maximam, vbi vix quis eſſe poſſit
ſine peccato, quum totus ſit in maligno poſitus ſecundum apoſtolum Iohannẽ, qui propter-
1.Iohan.2 ea hortatur, dicens: Nolite diligere mundũ, neq; ea quæ in mundo ſunt. Quoniã omne, quod
eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum & ſuperbia vitæ.
¶Secundo, ſtudeamus bonis virtutibus, atq; pijs operibus aduerſum peccata, quæ in hoc D
deſertum nos pepulerunt. Atq; ita pugnemus ieiunio & abſtinentia contra gulam, humilita-
te, contra ſuperbiam & ambitionem, parſimonia contra auaritiam. Si quidem gula, ſuperbia,
Gene.3 auaritia tribus capitalibus peccatis Cacodæmon prothoplaſtos ſeduxit à deo ac ſibi adſciuit:
Per gulam enim eos iſte ſeduxit, ſuadens vt de ligno vetito comederent, per ſuperbiam & va-
nam gloriam, dicens. Et eritis ſicut dij. Per auaritiam, inquiens, ſcientes bonum & malum:
quandoquidem auaritia non modo ſit pecuniæ, ſed & altitudinis, quum ſupra modum ſubli-
mitas ambitur. Ita quoq; Chriſtum, ac vnumquemq; Chriſti veſtigia ſequentem, idem ſedu-
cere tentauit per gulam, dicens. Dic vt lapides iſti fiant panes. Per ſuperbiam & vanam glo-
riam. Si filius dei es, mitte te deorſum, per auaritiam, dicens. Hæc omnia tibi dabo.
¶Eapropter fratres, quũ per ea peccata nos ille ſeduxit & vicit, adeoq; à deo ſubmouit, ne E
ceſſum eſt, vt illum cõtrarijs virtutibus vincamus atq; ſic deo reconciliemur, id quod ipſemet
Roma.6. dominus exemplo docuit. Vnde apoſtolus. Sicut enim, inquit, exhibuiſtis membra veſtra ſer-
uire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire
iuſtitiæ in ſanctificationem. Hæc ille. Et recte nimirum quis eiſdem membris pœnitet, qui-
Sapiẽ. 11. bus antea peccauit, ſcriptura dicente. Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur. Sic plerumq;
medici antidotis .i. contraria contrarijs curant. Sic qui guloſus fuit, nunc ieiunet: qui ſuper-
biuit, nunc ſe humiliet: qui auarus vixit, nunc paucis ſit contentus: qui choreas duxit, nũc deo
in orando geniculetur: qui laſciuit loquendo, ille nunc oret, verbaq; ſancta legat, &c. F
¶Tertio, bonis operibus pœnitendo adhærentes fortiter reſiſtamus ſuggeſtionibus dia-
Eccleſi. 2 boli, qui quocunq; bono prætextu, variaq; falſi ſpecie nititur nos ab operibus pœnitentiæ di
ſtrahere, & in antiqua vitia pellicere. Id facienti & ſic tentãti cum Chriſto repugnemus. Hinc
1.Petri.5 ſcriptura: Fili, inquit, accedens ad ſeruitutem dei, ſta in iuſtitia & timore, & præpara animã
tuam ad tentationẽ. Deprime cor tuum & ſuſtine. Et Petrus quoq; ait. Sobrij eſtote & vigila
Iob.7 te, quia aduerſarius veſter diabolus tanquã leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Cui re
ſiſtite fortes in fide. Ideoq; fratres, quoniã hæc vita in hoc mundi deſerto ſit militia & tenta-
tio, atq; ipſe diabolus nunquã quieſcit, ſed quos videt pœnitere, vel pœnitere volentes omni G
modo ab operibus pœnitentiæ ſubmouere molitur, omnino nõ debemus illi conſentire nec
acquieſcere. ¶Proinde ad gulam, ſi nobis ieiunantibus ſuaſerit ob infirmitatem & volu-
Deuter.8 ptatem comedere, dicemus cũ Chriſto. Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod
procedit de ore dei. Si pellicit ad ſuperbiam, ſuggerens vanam gloriam. Reſpondeamus, ſoli
Pſalm.113 deo deberi gloriã, non nobis, qui ſumus puluis, cinis & vmbra. Nec curemus ſcripturas, quas
vt decipiat, ſuggerit, ſed cogitemus eum illas falſo allegare, deprauare, & detorquere, imò &
2.Petri.3 obmittere quod contra ſe eſt, vt pleriq; omnes eius complices adſolent. Si ſuggerit tentando
auaritiam, vt ſimus ampli & diuites, tẽporalibus rebus ſemper dediti, illi obuiemus, dicentes,
Pſalm.23 Domini eſſe terram & plenitudinẽ eius, qui nobis ſuo etiam nutu bene poſſit prouidere, noſ-
q; debere paucis eſſe cõtentos, quũ natura paucis ſit contenta, apoſtolo dicente. Nihil enim in-
1.Tim.6 tulimus in hunc mundum, haud dubium, quia nec auferre quid poſſimus. Habentes autem ali H
menta, & quibus tegamur, his contenti ſimus.
¶Hoc eſt fratres chariſſimi, quod Chriſtus hodie in Euangelio ſategit, non vt ipſe aliquo
corum, quæ fecit, indiguerit, qui erat ſine peccato, ſed vt qui docere venerat, exemplo ſuo quod
Iohan.13 ad comparandam ſalutem facere deberemus, inſtrueret, inquiens. Exemplum dedi vobis, vt
queadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Nos proinde hodie ex hoc mundi deſerto, decepti-
onibus & peccatis pleno exeamus, non tam corpore, quàm animo & ſpiritu cũ Chriſto in deſer-
tum ſpirituale .i. in cor noſtrũ ſecretũ, inibi pœniteamus de peccatis præteritis, pijs operibus
contra priora vitia, incumbamus quaſi per ea pro virili ſatisfacturi, & diabolo ad vetera pec-
cata prouocanti & ad malum tentãti viriliter repugnemus atq; contrarijs virtutibus eundem
cũ Chriſto vincamus, vt & ſic angeli accedant, & nobis hic in gratia, alibi in gloria miniſtrẽt.

¶HOMILIA XX. DE EO QVOD LEGITVR Matth.12 Acceſſerunt ad Ieſum ſcribæ & phariſæi, &c.

Feria quarta poſt Inuocauit.

Digitized by Google

A TRIVM maloꝝ in hodierno Euangelio notanẽ Iudæi perfidiſſimi,
à quibus exẽplo Niniuitaꝝ & reginæ Auſtri retrahit nos Chriſtus
dominus. ¶Primo nimiꝝ Iudæi notanẽ pernicioſæ adulationis,
q̃ eſt, quũ quis ſub ſpecie boni decipit, amicè loquẽs, inimicè cogitãs
cuiuſmodi vere Iudæi hodie fuerunt, q Chriſtũ dñm amico noĩe &
reuerẽdo appellãt magiſtrũ, quũ interim peſſime in illũ cogitarunt,
vtpote ſe eundẽ ꝑdituri, ſi quod reſponderet, minus placeret, de q-
bus propheta. Qui loquunẽ, inqt, pacẽ cũ proximo ſuo, mala aũt in
cordibus eoꝝ. Atqui tales oĩno ſunt homicidæ, & ſimillimi eorũ, q Pſalm. 27
volẽtes aliquẽ intoxicare, ſub dulcedine aliqua cibi vel potus ve-
nenũ mortis immittunt, q̃d vtiq; maius eſt malũ, q̃ hominẽ gladio occidere.
B ¶Secũdo, notanẽ ingratitudinis, q̃ eſt benefactoꝝ vel obliuio vel negligẽtia, vẽ nulla regra L. 1. C. de maleficiis.
tificatio: q̃ certe in Iudæis fuiſſe notaẽ, quãdoquidẽ illi ſignũ aliquod à dño fieri voluerint, vt-
pote cœleſte, quũ antea nõ paꝝ multa nec paꝝ magna fecerat, q̃ iſti pro nihilo ſic reputabãt,
vt neq; eis crederent, dicẽtes. Magiſter, volumus à te ſignũ videre. ſ. nõ quodcũq;, ſed de cœ
lo, quaſi nõ poſſent & hæc vti terreſtria calũniari & negligere. Nã qd facturi fuiſſent de ĳs, q̃
de cœlo veniſſent, q ea calũnianẽ & negligunt, q̃ oculis vident, manu tenẽt, vtilitate ſentiunt? Ionæ. 1. 2
Ideo eis vt ingratis, proindeq; indignis ait dominus. Generatio mala & adultera ſignũ querit,
& ſignũ non dabiẽ ei, niſi ſignũ Ionæ prophetæ, id eſt, indigna ſignũ videre diuinũ & cœleſte
ſed terrenũ, & id quidẽ in Iona propheta, q fuit Niniuitis ſignũ verbo, qa viua voce eis ſigni-
ficabat, q̃d perirent, niſi cõuerterenẽ, facto quoq; ſignũ fuit, qm̃ fuerit in ventre ceti tribus die-
bus & noctibus. Vbi & tria fuere ſigna in Chriſto deinde reddita. Abſorptio, & erat ſignum
C mortis, detentio ſepulturæ, exanitio reſurrectionis Chriſti. ¶Tertio, notanẽ induratæ in-
credulitatis, qñquidẽ etſi multa plane ſigna viderãt, q̃ nullus hoĩm facere poterat, In Chriſtũ
tñ, vti in filiũ dei credere noluerũt. Id q̃d dñs alibi cõquærit, dicẽs. Si nõ facio opera patris mei Iohan. 10
nolite credere mihi. Si aũt facio, etſi mihi nõ vultis credere, operibus credite. Et rurſus. Si opa
nõ feciſſem in eis, q̃ nemo alius fecit, peccatũ nõ haberẽt. Nunc aũt & viderunt & oderunt, & Iohan. 15
me & patrẽ meũ. Quia proinde increduli fuere, ideo merito cõdẽnati ſunt. Siquidẽ veritas di Iohan. 3
xerit. Qui autẽ nõ credit, iã iudicatus eſt. Ipſos vero iuſte cõdẽnari, cõdẽnatoſq; eſſe, dñs ho-
D die exẽplo & facto tã Niniuitaꝝ q̃ reginæ auſtri arguit. ¶Et hoc quidẽ quadriphariã. Pri-
mo ex cõparatione populi ad populũ in qua Niniuitæ ibi gẽtiles & Barbari, hic populus dei.
Secundo ex cõparatiõe p̄dicantis ad p̄dicantẽ, qa ibi Ionas propheta, purus hõ, hic Chrs, dñs
prophetaꝝ, deus & hõ. Ibi Ionas peregrinus, hic Chrs cõciuis eoꝝ. Tertio, ex cõparatiõe p̄di
cationis ad p̄dicationẽ, qa ibi Ionas tantũ tribus diebus, hic Chrs tribus annis p̄dicauit. Ibi Io
nas nullũ miraculũ, hic Chrs multa fecit. Quarto, ex cõparatione effectus ad effectum, qa ibi
egerunt pœnitentiã, Iſti vero nõ, ſed etiã addiderũt blaſphemiã. Illi prophetã ſuſceperũt, iſti
dñm ipm̃ repulerũt. Illi neq; in lege inſtructi, neq; prophetis admoniti ad dñm cõuerſi ſunt,
cognoſcẽtes ſuũ pctm̃, iſti & p̄ceptis eruditi legis & ꝓphetaꝝ à dño receſſerũt. Illi, q ſemp fu
erũt populus diaboli, infra tres dies facti ſunt populꝰ dei. Iſti q ſemp videbanẽ pplus dei, infra
E tres dies facti ſunt Chro crucifixo, pplus Satanæ. ¶Recte igiẽ hodie Chrs inqt. Viri Niniui
tæ ſurgẽt in iudicio cũ gñatione iſta, & cõdẽnabũt eã. i. oſtendẽt ex ſuo facto Iudæos recte cõ
dẽnatos & cõdẽnandos. ¶Ne igiẽ, frẽs, nos q̃q; (q̃d abſit) ex facto Niniuitaꝝ & reginæ au-
ſtri longe rectius q̃ Iudæi cõdẽnari poſſimus, vtpote qbus nõ vmbra, ſed veritas ex Euãgelio Hebræ. 10
illuxit, neceſſum eſt. ¶Primo, ne alicui adulemur. i. aliud loquamur q̃ mẽte concepimus. A
quo dehortaẽ aplus, dicẽs. Propter q̃d deponẽtes mendaciũ, loquimini veritatẽ vnuſqſq; cũ Pſalm. 14
proximo ſuo, qm̃ ſumus inuicẽ mẽbra. Et Iacobus. Sic, inquit, loquimini, & ſic facite. Quod Ephe. 4
euidentius exprimit Iohãnes, inquiens. Filioli mei, nõ diligamus verbo neq; lingua, ſed ope- Iacobi. 2
F re & veritate. In hoc cognoſcimus, quoniam ex veritate ſumus. ¶Secũdo, ne ſimus, neque 1. Iohan. 3
deo neq; hoĩbus ingrati, quandoquidẽ vitiũ ſit longe ꝑnicioſiſſimũ ingratitudo, vt q̃ & pri- Gene. 3
mũ hominẽ & angelũ dãnauerit. De deo aũt & de proximo noſtro tũ grati erimus, qñ de ipſis Eſaiæ. 14
bene cogitamus, ac ipſos de bñficĳs honoramus, vicẽ (ſi poſſibile eſt) reddẽtes. Sed de ingra-
titudine memini me aliàs multa dixiſſe. ¶Tertio, ne ſimus dño nro eiuſq; Euãgelio incre-
duli, quaſi q illе p̄teritũ dixit, nõ p̄terĳſſet, vel quod dixit futuꝝ, nõ eueniat in tẽpore. In quo
certe multo eſſemus Iudæis cõdemnabiliores. Hinc Petrus in terrorem Chriſtianoꝝ, inquit, 1. Petri. 4
Quis finis eoꝝ, qui non credunt dei Euangelio? 2. Petri. 3

¶HOMILIA XXI. DE EO QVOD LEGITVR,
Iohan. 5. Erat dies feſtus Iudæorum, &c.

Feria ſexta poſt Inuocauit.

REcenſet huius diei Euangeliū, q̄uo Chriſtus, verus ab æterno medi- A
Matt. 9 cus, qui malehabentes curare venit, hominē plane valetudinarium
Marci. 2 in die feſto Iudæoꝝ.ſ. ſabbato indignantibus Iudæis curauerit, vt-
Luc. 5 pote quod ipſoꝝ peruerſo iudicio ſabbatum fregiſſet. Iam vero for
taſſis videretur nonnullis à me eſſe dicendū de conditionibus ſabba-
ti, & quatenus ad ipſum obſeruari debuerit nec ne, ac quid inibi me-
rito fieri & negligi poſſit: Quia autē de hoc & de id genus alijs, quæ
hiſce temporibus in controuerſiam venere, ſic locupletanter dixe-
rim, vt plane crambē ſim recocturus, ſi quicq̄ inde repetiuero, Ideo-
q; de ea re in præſentia conſultò tacuerim, quod ad præſens vtilius
ſit dicturus, non meum, ſed quod veſtrum eſt, quæſiturus. B

¶Hinc eſt, quod literam Euangelij. i. hiſtoriam, quæ plus q̄ clara eſt, tranſeam & ſpiritum
ipſum ſim ſuſcepturus. Atq; ſane ſpiritus indicat, hominem iſtum, qui triginta octo annis la-
borauit, non eſſe alium, q̄ peccatorem, peccatis inueteratum, qui ſic peccandi conſuetudine
infirmus eſt, vt quaſi litargicus & amens ſe peccare non ſentit ratione carens, quo nihil deplo
ratius, extrema indigens cura, vtpote morti proximus. C

¶Piſcina vero, de qua Euangelium, profecto eſt ipſa pœnitentia, habēs omnium ſpiritua-
Actorū. 2 lium morborum curatiuam, Petro dicente: Pœnitentiam agite, & accipietis donum ſpiritus
ſancti. In qua ſine dubio omnia perdita & neceſſaria ad vitam æternam reducuntur, per quā
& omnia bona per peccatū mortua, ad meritum vitæ æternæ reuiuiſcunt. Ad quā ſane piſci-
nā, quia aquæ amaritudine horret, non poteſt quiſpiā venire facilius, q̄ per quinq; porticus, q D
nihil aliud ſunt, q̄ quinq; ſalutares cōſiderationes, quæ ad pœnitentiā perducunt & alliciunt,
Prouer. 18 quarum. ¶Prima eſt, cōſideratio reatus proprij, ita vt peccator in ſe tranſeat, ſua peccata fa
teatur, ſe infectum agnoſcat & peccaſſe, offendiſſeq; deum & proximū grauiter, nō ſe excu-
Hiere. 2 ſans, quaſi non peccauerit, ſed bene fecerit, dicens hoc in Eſaiæ. Non ſum pollutus, poſt Balā
Ezech. 36 non ambulaui, imò cogitet (iuxta dictū prophetæ) vias ſuas peſſimas, & diſplicebunt ſibi ini-
quitates ſuæ & ſuper his erubeſcet, ac cū Dauide dicet. Qm̄ iniquitatē ego cognoſco, & pctm̄
Pſalm. 50 meū cōtra me eſt ſemp. Qd̄ cū ex corde dixerit, hauddubie cū eodē dicturus eſt. Dixi confite
Pſalm. 31 bor aduerſum me iniuſtitiā meā dño, & tu remiſiſti ipietatē peccati mei: qñquidē neceſſum ē E
vt veniā petēs, delictū cōfiteaṫ, quū nō ſaneṫ vulneratus, niſi vulnus detegat. ¶Secūda ſeue
Matt. 12 ritatis iudicij, q̄ deus etiā de q̄libet verbo ocioſo poſtulaturus eſt rationē, q & cogitatus eſt iu
Oſee. 4 dicaturus. Siqdē cūcta, inqt Eccl's, q̄ fiunt adducet deus in iudiciū ꝑ omni errato, q vnicuiq;
Eccl's. vl. q̄d meruit, ſine miſcdia reddet. Horribilis ideo erit vox dñi, olim clamaturi. Surgite mortui
Matt. 16 ad iudiciū, q̄ profecto ī auribus pctōris deberet inſonare, ſiue comederet, ſiue biberet, ſiue dor F
Iohan. 5 miret, ſiue vigilaret. ¶Tertia eſt opportunitatis loci & tpis, qñquidē hic eſt tēpus & locus
græ ac miſcdiæ, nō aliàs, dño dicēte. Me oportet operari opa eius, q miſit me, donec dies eſt.
Iohan. 9 Venit nox, qñ nemo pt operari. Et qm̄ (iuxta apl'm) nunc eſt tēpus acceptabile & ſalutis, ideo
2. Cor. 6 hortaṫ alibi, dicēs: Ergo dū tēpus habem⁹, opemur bonū ad oēs. Quæ em̄ hō hic ſeminauerit,
Galat. 6 hæc & aliàs metet. Atq; ſic hō dū viuit, ſequi debet formicā, q̄ (vt habet ſcriptura) quū nō ha-
Prouer. 6 beat ducē, neq; pceptorē, nec principē, parat in æſtate cibū ſibi, & cōgregat in meſſe, q̄d come G
dat in hyeme. ¶Quarta, incertitudinis ꝓprij ſtatus: qñquidē nullus cōi lege certitudinē ha
Eccl's. 9 bere poſſit, vtrū ſit dei odio vel amore dignus, imò ſcit ſe eſſe pctōrē, Iohāne dicēte. Si dixeri-
1. Iohā. 1. mus, qm̄ pctā nō habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis nō eſt. Debet igiṫ vnuſqſq;
pœnitere, vt vel occulta ſibi pctā deleanṫ, dicēs. Delicta qs intelligit, ab occultis meis munda H
Pſalm. 18 me. ¶Quinta eſt certitudinis mortis & incertitudinis tpis mortis, qñquidē nihil certius ſit
morte, nec incertius hora mortis, dño proinde hortāte. Vigilate itaq;, qm̄ neſcitis diem ne-
Lucæ. 12. q; horā, q̄ em̄ hora non putabitis, filius hoīs veniet. Hæ ſunt frēs, qnq; porticus, p q̄s infirmus
.i. pctōr ingredi pt in piſcinā ꝓbaticā, in qbus vel ſolis nec aliter curari pt. Siquidē pctōr poſt
baptiſmū habeat ſolā pœnitētiā, p quā reſtitui pt in integrū, dño dicēte. Niſi pœnitētiā ege-
Lucæ. 13. ritis, oēs peribitis. Ideoq; Petrus admonet, inquiēs. Pœnitemini & cōuertimini, vt deleantur
Actorū. 3 pctā vr̄a. Siquidē, inqt dñs p prophetā, ſi ipius pœnitētiā egerit ab oībus pctis ſuis, vita viuet
Ezech. 18 & nō morieṫ. Hinc nō dubitet pœnitēs ſe ſanari à dño, à q̄ cū ſanatus. i. grām nactus fuerit. Pri
mo curet, ne vltra peccet, quū alioqui peius ſit habiturus: qm̄ frequētia peccādi aggrauet pœ
Pſalm. 36 nā. Secūdo cū hodierno ſanato ambulet de virtute in virtutē, iuxta Dauidē dicēte. Declina à
malo & fac bonū: ſiquidē non ſufficiat malum dimittere, ſed & bonū operari.

¶HOMILIA XXII. DE EO QVOD LEGITVR,
Matth. 15. Egreſſus Ieſus, ſeceſſit, &c.

Dominica Reminiſcere.

Digitized by Google

A VIX putauerim eſſe quenq̃ tã durũ & lapideũ, quẽ nõ ꝓmoueat Euã
gelij hodierni hiſtoria, vtpote, in qua audit tãtopere Chananæã mu
lierculã filiæ ſuæ ſalutẽ petere atq; eandẽ toties à dño, alioqui miſe-
ricordiſſimo, repelli, impetraſſe tñ finaliter q̃d orauit. Atq; ſane hi-
ſtoria plena eſt cõpaſſione, ſimul'q; dictu & auditu pia, ſed pius ma-
gis & mirabilior eſt ipſius ſenſus myſticus, q(vt ſemꝑ)litera ꝓualet,
ideo'q; nunq̃ nõ ſumma fide & diligẽtia q̃rendus & inueſtigãdus, vt
qui plane docet, q̃d Chrũs ſibi voluit, ſimul vtilis & delectabilis, qui
ſemper viuificat, quũ interim litera plerunq;(ꝑcipue cũ male intelli 2. Cor. 3
gat)mortificet. Sane dixi aliàs, & nũc repeto, ſic miracula dñi & no-
ſtri ſaluatoris eſſe accipienda, vt in veritate credantur facta, & tñ per ſignificationẽ nobis ali-
B quid innuant, quandoquidẽ opera eius & per potentiã aliud oſtẽdunt, & per myſteriũ aliud
loquunt. Id q̃d facile ex hodierno perſpicuũ fit Euãgelio. In q̃ nimirũ. ¶Primo, Ieſu Chri-
ſti diuina potẽtia oſtendit, q̃a, vnico verbo, imò quaſi nutu filiã Chananææ obſeſſam curaue
rit. ¶Secũdo, quænã ſit mulier illa Chananæa, eius'q; filia obſeſſa, & q̃uo poſſit ſanari patet
¶Quẽ enĩ eẽ in ſpũ remur mulierẽ illã Chananæã, niſi vnũquẽq; peccatorẽ, ſua pctã agnoſ
cere & de ijs dolere, pœnitere'q; incipiẽtẽ? Et q̃ alia eſt huius mulieris filia, niſi aĩa pctõris, quę
vtiq; in hoc à dęmone vexat, q̃d relicto optimo creatore, peſſimũ ſequit dãnatorẽ, in ſeipam
C ſuã'q; ſalutẽ ꝑniciosiſſime machinans. ¶Tyrus aũt & Sydon Chananæorũ & gẽtilium fuere
vrbes & in ſpũ ipſa ſunt pctã, à q̃rũ finibus muliercula illa Chananæa egreſſa tradit, ſuo plane
D nobis exẽplo oſtendẽs, q̃d facere debeamus, vt vere pœnitẽtes grãm apud dñm inueniamus
atq; ſimul aĩa & corpore ſanemur & in tribulationibus & aduerſitatibus iuuemur. ¶Primo
igit huius mulieris exẽplo docemur, ſi vere pœnitere hoc tẽpore & grãm nanciſci volueri-
mus, nõ ſolũ debemus egredi Tyrũ & Sydonẽ. i. pctã relinq̃re, ſed & ſimul fines eorũ. i. cauſas,
& occaſiones, q̃ ad peccandũ prouocãt. Siquidẽ fines pctõrũ exire, eſt cauſas pctõrũ excinde-
re, & eorũ ſuggeſtiõibus aditũ nõ ꝑbere. Impoſſibile quidẽ eſt, vt à morbo vere cõualeas, niſi
morbi cauſam expellas. Ita nunq̃ pctõr vere pœnitebit, niſi peccãdi occaſionẽ vitet, quũ tũc
(ait ſcriptura) extingui ſoleat ignis, q̃n deficere ſolẽt ligna. Ita vix à peccãdo q̃s erit liber, ni- Prou. 26
ſi fugiat q̃ ipſm ad peccãdũ pellicit, quẽadmodũ neceſſum ſit eũ inq̃nari, q tãgit picẽ. Ita frẽs, 13
ſi q̃s de luxuria vult pœnitere, is abſtineat à vino, in q̃ eſt luxuria. Qui pœniturus ẽ de mœcha Eccleſ. 13
tu, ille auertat oculos, ne videat vanitatẽ. Si q̃s pœnitere voluerit à mẽdacio, is vitet multilo- Epheſi. 5
quiũ, in q̃ raro deeſt mẽdacium. Qui ab induratiõe cordis pœnitere vult, is caueat à crapula & Pſal. 118
ebrietate, dño hortãte, quũ ait. Attẽdite vobis, ne forte grauent corda vr̃a in crapula & ebrie- Prouer. 10
tate. Qui à malitia pœnitere vult, ille vitet malũ cõſortiũ, iuxta ſcripturã dicẽtẽ. Diſcede ab Lucæ. 21
impio & deficiẽt mala abs te. In ſumma, q vere vult pœnitere. i. de cõmiſſis dolere, & à peccã Eccleſi. 7
E di ꝓpoſito vere, nõ ficte diſcedere, neceſſum ẽ, vt pctõrũ occaſiões declinet. ¶Cuius deus fi
gurã nobis ꝑſcribit, nollẽs olim filios Iſrael in terrã ꝓmiſſiõis ituros, inire fœdus cũ habitato- exo. 23. 24
ribus terrę illius, ne. ſ. eos peccare facerẽt, ſi ſeruirẽt dijs eorũ. Sic dñs monet cauere falſos pro Matth. 7
phetas & attẽdere à phariſæorũ fermẽto. Sic apl's hortat, vt ab oĩ fratre inordinate ambulãte 2 Theſſ. 3
nos ſubtraham⁹. Sic Matthæus reliq̃t teloneũ, vt eẽt ſine vſura & deceptiõe. Sic Petrus exiuit Matt. 9
curiã principis, vt foret ab adulatiõe & traditiõe & reliq̃s curialiũ vitijs oĩo ĩmunis. Sic hodie Matt. 26
mulier Chananæa pœnitura reliq̃t, nõ mõ Tyrũ & Sydonẽ. i. pctã, ſ; & fines eorũ. i. occaſiões
ad peccãdũ, vt oſtẽderet nobis verę pœnitẽtię initiũ eẽ, à pctis ceſſare & à pctõrũ occaſioni-
bus recedere. Q̃d & ſinguli hoc tp̃e in primis facere debem⁹, fugiẽtes p q̃ nobis antea nocitũ
eſt, imitãtes bruta aĩalia, q̃ fugiũt ea, ex q̃bus læſionẽ ſenſerũt, nec facile ad ea cõpelli poſſunt.
Atq; ſane, q̃s nõ vitet occaſiões pctõrũ, q̃bus occidit aĩa & corpus, quũ nemo facile ſecũ patiat
F furẽ, traditorẽ, aut fraudulẽtũ aut corporũ aut rerũ ſuarũ inſidiatorẽ. ¶Secũdo, vera fide, fi-
ducia & humilitate ad dñm Ieſum Chriſtũ pro venia & gr̃a clamemus, ſuppliciter orantes, vt
ipſe filius Dauid. i. deus & hõ nr̃æ aĩæ infirmæ miſereat, ac illã ſanet, & in ſuã grãm recipiat. Hebr. 4
Sic hortat nos apl's, dicẽs: Adeamus ergo cũ fiducia ad thronũ gr̃æ eius, vt miſcdiã cõſeq̃mur,
& grãm inueniam⁹ in auxilio opportuno. Et recte nimirũ, quũ ipſe nos oẽs ad ſe venire iuſſe- Matt. 11
rit, dicẽs. Venite ad me oẽs, q laboratis & onerati eſtis, & ego reficiã vos. Cuius fortaſſis haud
ignara mulier illa Chananęa relictis finibus, primo nõ ad Petrũ nõ ad Iohãnẽ, ſed in primis ad
Chriſtũ, nõ ad riuulũ, ſed ad fontẽ venit, inquiẽs. Miſerere mei fili Dauid, filia mea male à dæ-
G monio vexat. ¶En q̃ta fides, q̃ credit ſanari poſſe filiã ſuã, deũ credẽs illũ & eſſe ſemel homi
nẽ, dicẽs. Miſerere mei fili Dauid. Dñe adiuua me. Dñe, q̃a deus es ipſe. Fili Dauid, quia hõ ſi-
mul ex tribu Dauid prognatus. Quia igit deus es, certe potẽs es me iuuare, quia hõ & filius Da
uid ꝓcul dubio mãſuetudine Dauidica me nõ dedignaberis iuuare. O fili Dauid miſerere mei Pſalm. 131
q̃m miſera ſum, ab oĩbus alioqui derelicta, & in te ſolo mea eſt ſpes, mea cõſolatio, mea fidu-
cia, q ſolus es potẽs me iuuare, Ideo'q; miſerere mei. Nihil ſane poſtulo ex merito, q̃d non ha-

Digitized by Google

bẽo,ſed ſolã tuã efflagito miſericordiã,cuius vbiq; laudaris.Nõ habeo cõſcientiã bonoꝝ operũ,nec recte vitæ fiduciã,ad ſolã tuã cõfugio miſericordiã.Miſerere proinde mei.En modicus ſermo,ſed immẽſum benignitatis pelagus cõtinens.Vbi eñ miſericordia poſtulatur,ibi vniuerſa cõprehenſa ſunt bona,quemadmodũ in hac muliere Chananæa facile oſtendit,quæ plus q̃ voluit impetrauit ſola oratione & remiſſionis cõfidentia ſine auri & argenti oblatione, dicens:Dñe,fili Dauid miſerere mei & adiuua me,qm̃ filia mea male vexat à dæmonio.

¶O mira prudentia mulieris,quæ tã pium & rectũ obſeruat in petendo ordinẽ. Primo q̃dẽ cõfitet ſe miſerã,dicens. Fili Dauid miſerere mei. Deinde infirmã,dicens,Adiuua me dñe. In tertia mẽdicã,ideo inquit,Nã & catelli. Hic vtiq; eſt ordo.Primo fit homo miſer per peccatũ,ſecundo impotens ad reſurgendũ,& tertio mendicus ad releuandũ.Primo nimiꝝ petit gratiã ex ordine remiſſionis,& hæc pertinet ad grãm iuſtificantẽ, In ſecundo gratiã operationis,& hæc ad grãm operantem.In tertio grãm cõſolationis,& hæc ad grãm cõſumantẽ. H

Lucæ.18 ¶Tertio,patienter oremus,& non exauditi ſtatim,non ceſſemus.Oportet eñ ſemp orare, I

Lucæ.11 ait Chrũs,& non ceſſare,exẽplo eius viduæ,quã etiã iudex iniquitatis, propter moleſtiã deniq; exaudiuit. Et exẽplo quoq; eius,q ab amico tres panes nocte comodato petijt,& ſedulitate petitionis longe plures q̃ voluit,accepit.Sic ait Chrũs.Petite,& dabitur vobis : quærite,

Matt.6 & inuenietis:pulſate,& aperietur vobis.Eſt igit,fratres,patienter & ſedulo petendũ, nõ quia dñs neſciat nos indigere,qui ſcit,quo nobis opus eſt,anteq̃ petimus,nõ quia non poſſit dare, quod petimus,qui oĩa poteſt,nõ quia nolit dare,quoniã pater noſter ſit, qui filios ſuos non derelinquit,qui & nos petere vult,verũ vt in nobis excitet fidẽ & deuotionẽ, ſimulq; probet conſtantiã,illãq; ad vtilitatẽ manifeſtet,veluti hodie fecit in muliere Chananæa.

G ¶Quarto, neminẽ debere ſuã quærere gloriã, ſed dei. Siquidem quærit ſuã gloriã, qui quod glorioſum eſt, per ſe facit, vt inde poſſint ab hominibus glorificari, cuiuſmodi erant hypocritæ, qui (vt alibi Chriſtus ait) eleemoſynam daturi ſibi præcinere ſinebãt tuba in ſynagogis & in vicis, vt honorificarentur ab hominibus. Qui vtiq; ſuorũ operũ non aliam habent mercedẽ q̃ vanã iſtã gloriolã, quã ab hominibus ambierunt. Et quid etiam q̃rit homo gloriã in hoc mundo ſuã, q̃m nihil ſit hæc mundi gloria aliud q̃ fumus tranſiens & ventus tumẽs, ad inferos deducẽs. Atq; inſup, ſi q̃d gloria dignũ in hoĩe videat aut ab eo pficí, nõ eius eſt, ſed dei opt. vnde illa venit, Paulo dicẽte ad eum qui gloriatur. Quid habes quod nõ accepiſti: Si aũt accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis: Et rurſus. Qui aũt gloriatur, in dño glorietur. Non eñi ille, qui ſeipſum cõmendat, probatus eſt, ſed quẽ deus cõmendat, qui cũ veniet, illuminabit abſcondita tenebrarũ, & manifeſtabit cõſilia cordiũ, & tunc laus erit vnicuiq; à deo. Et hoc eſt, quod Chrũs hodie vti homo ait. Ego aũt non quæro gloriã meã, eſt qui quærit & iudicat. Si ergo glorifico meipſum, gloria mea nihil eſt. Solus eñ deus eſt, qui poteſt gloriam ſuã quærere abſq; culpa & pc̃õ, alij autẽ non niſi in deo. Et reuera Chrũs ſuã nõ quæſiuit gloriã, q ſemetipſum exinaniuit, formã ſerui accipiẽs. Nõ quæſiuit vllã in mũdo gloriã, nec vllã magnificentiã, qui venit vt illã cõtemnendã doceret, q quod docuit, ipſe ſeruauit, alibi fugiens, quũ erat in regẽ ſeligendus. Qui & Matt. 6 1. Cor. 4 2. Cor. 10 Philip. 2 Actorũ. 1 Johan. 6 Matt. 8
H aliquoties inhibuit glorioſa de ſe prædicari. ¶Quinto, nullũ debere obdurato corde Chriſti doctrinæ & eius verbo contradicere, cũ impugnatione veritatis, quod fruſtra quis agit & pernicioſe. Non cõtradicas verbo veritatis, q̃m, vt ſcriptura alia dicit, veritas ſemper vincit. Qui autẽ Chr̃o & eius verbo cõtradicit, q̃d agit q̃ ꝙ cũ Iudæis tollit lapides, vt Chr̃m lapidet? Marci. 1 Luce. 5 Matt. 17 Marci. 7 Eccleſ. 4 3. Eſdre. 3

Digitized by Google

Veritas em̄ Chriſtus eſt, qui veritatē mentis duritia impugnat, quid aliud quàm Chriſtū la
pidare tentat, quod & Iudæi factitare ſolebant.
¶ Verū ipſe dn̄s ſe abſcondens de templo exiuit, ſignificans, veritatē non pati iacturā, nec I
propterea eſſe victā, quia ad tēpus occultetur vel ſupprimatur, quū vtiq; tandem prodeat.
Sicut vere cū Chriſto factū eſt, quē illi putabant prorſus morte deleſſe, qui poſt mortē reſur
gens toto terrarū orbe fuſius regnare cœpit, & cui prius angulū in Iudæa non fauebant, iam
Iere. 23 coguntur, vt ſinant eū regnare in om̄i terra, qui cœlū & terra implet ſua maieſtate. Quam-
Eſaię. 53 uis hodie loco ceſſerit ſed nō ſine cauſa. ¶ Siquidē, q̄d tempus ſuæ mortis nondū venerat, K
Pſal. 95
Heb. 2 qui deinde ſua ſponte, hora veniente, in manus inimicorū ſe obtulit. Deinde quia nō tale ge
nus mortis elegerat, qui cruci adſigi voluit, vt in ligno per mortē vinceret eū, qui per lignū
homini mortē intulerat. Poſtremo, vt nos doceret, vt locū iræ demus, & vt perſequutorū ac
malorū ſæuitiā quantū ſine periculo fidei fieri poſſit, fugiamus, & iram ſuperbientiū decli-
nemus Chriſti exemplo, quod nobis ſemper eſt imitandū, vt quemadmodū ipſe humilita-
te eſt exaltatus, ſic & nos per eandē exaltemur.

HOMILIA TRICESIMAPRIMA, DE EO QVOD LEGITVR.

Iohan. 10. Facta ſunt encænia in Hieroſolymis.

Feria quarta poſt Iudica.

APpropinquāte tp̄e paſſionis dn̄i nr̄i Ieſu Chriſti, merito nobis ſub A
oculos ponit hodierni Euāgelij lectio, in q̄ plane oſtendit, quā pr-
ſus nullā poſſint vnq̄ Iudæi habere de morte illius excuſatoem, q̄ſi
vellent p̄tendere, ſe illū ignoranter fuiſſe pſequutos, atq; neſciſſe
eū ſibi à deo miſſum Meſſiam: q̄nquidē illi ipm̄ plane ex operibus
potuerint cognoſcere, quēadmodū cōtra illos dn̄s argumento vtit
in hunc ferme modū. Dubitari nequit, quin ille, q facit opa, quę ſo
lus deus, non autem neq; natura neq; creatura, facere pōt, deus ſit
ipſe. Sed opa, quæ vobis teſtibus hactenus feci & adhuc facio, talia
ſunt, qualia nō pōt neq; natura neq; creatura facere ſed ſolus deus,
ergo deus ſum adeóq; eius filius, quē & vos eū eſſe ex opibus noſſe oportuit. Non eſt igit, q̄d
tantoper rogatis, an ſim Chr̄s adeóq; dei filius, quū res ipſa loquat, qualis ſint.
¶ Sed vos nec factis nec dictis meis creditis. Cuius rei nō ſum ego cā, ſed vr̄ animus inſyn B
cerus, minimeq; ſimplex. Qui ſimplici ſunt aio ad morē ſimpliciū ouiū, nulláq; mundi huius
malicia viciato, credūt verbis meis, ac velut oues agnoſcūt boni paſtoris vocē, atq; ego vi-
ciſſim illas, licet hūiles iuxta mūdū pro meis agnoſco. Vos aūt ideo nō agnoſcitis vocē meā
qa nō eſtis de numero ouiū mearū, quarū ſimplicitas docilis ē, quū vos habeatis aīos ambi-
tione turgidos, odio fermētatos, liuore corruptos, auaritia īfectos, varijsq; huius mūdi cupi-
ditatib⁹ viciatos, qbus malis ſi repurgaretis aīos vr̄os, nimirū audiretis & ipſi vocē meā, nec
id gratuito faceretis. Primo qdē vitaretis exitiū, q̄d iminet oībus rebellātibus aduerſus dei
filiū, deinde vitā ęternā cōſeq̄remini. Hic ſrēs penè totius Euāgelij hodierni ſenſus ē. Vn̄ q̄-
uis varia poſſent colligi iuxta varias inibi ſentētias, qa tn̄ ipſa ſupioribus annis quęq; p loco
& tp̄e fuſius egim⁹, nō eſt, vt nūc, q̄ diximus, in tāta pſertim breuitate tp̄is repetam⁹, duo in
terim dūtaxat vna cū vnius q̄ſtionis ſolutione notātes. ¶ Primo Chr̄m fuiſſe ac eſſe verū C
ac vnicū ab ęterno dei patris filiū cū illo vnū. i. ad oīa parē, q̄m palā fecerit, q̄ niſi deus facere
Iudith. 9 pōt, author oīs creaturę & naturę: q̄nquidē cęcos illuminauerit, mutos loquētes reddiderit,
ſurdos audire fecerit, mancos reſtituerit & claudos, leproſos mūdauerit, dęmonia expule-
rit, atq; mortuos deniq; reſuſcitauerit. Ideóq; recte ad Iudæos hodie ait. Si nō facio opa pa-
tris mei, nolite credere mihi. Si aūt facio, etſi mihi non vultis credere, opibus credite, vt co-
gnoſcatis & credatis, qa in me eſt pr̄, & ego in pr̄e. Ego & pr̄ vnū ſumus, vtpote q pr̄e neq;
ſum maior neq; minor, alia tn̄ ab eo pſona, qa filius ego, ipſe vero pr̄ eſt. Atq; recte nimirū,
Matt. 3 quū de ipſo pr̄ dixerit. Hic eſt filius meus dilectus, in q̄ mihi cōplacui, ipm̄ audite. Et ad ipm̄
Marci. 1. in pſalmis. Filius meus es tu, ego hodie genui te: filiū q̄n dicit, intellige natura, nō adoptiōe
Matt. 17 neq; participatōe, neq; nūcupatōe. Ideóq; perperā Iudæi illū blaſphemiæ accuſarunt, quia
Pſalm. 2 ſe vnū cū patre eſſe dixerit, & q̄ſi filiū ſe dei vocauerit, quū ſcriptura nō blaſphema ſit, q̄ ap-
Pſalm. 81 pellat hoīes ſanctos & pphetas deos, ac illis deitatē attribuit participatōe. Dr̄ em̄ deus tripli
Deuter. 6
Pſalm. 81 ci ex cauſa, natura, vt deus oīpotēs, adoptione, vt particeps deitatis, opinione ſeu nūcupa-
Pſal. 95 tione, vt idola & dæmones, vt in Catholicis nr̄is abūde diſputauimus. Si ergo participatōe
deitatis aliq dicunt dij, atq; ijdē nō ſunt blaſphemi, qūo blaſphemus eſt Chr̄s, q̄d ſe filiū dei
noīarit, quū inter multa alia teſtimonia cōſtet, ex diuinis opibus ipm̄ eſſe deū & dei filiū na
turalē. ¶ Scd̄o notemus Iudæos, nullā poſſe de morte Chr̄i habere excuſationē ac ſi illum D
non

Digitized by Google

non cognouiſſent, qñquidē ipſi illū euidēter cognouerint ex operibus, de quibus hodie. Vn- Johan. 15
de de ipſis ait dñs. Si nō veniſſem & loquutus fuiſſem eis, & opera non feciſſem in eis, q̄ nemo
alius fecit, pctm̄ nō haberēt. Nūc aūt excuſationē nō habēt de pctō ſuo, qa viderūt, & oderūt Matt. 21
& me & patrē meū. Atq; illi ſup ſeipſos dedere teſtimoniū, q eū cognouerint, alibi in parabo
la de patrefamilias, q vineā plātarat, dicēs. Hic ē hæres, venite occidam⁹ eū, & habebim⁹ hęre
ditatē eius. Et apprehēſum eiecerūt extra vineā, & occiderūt. Quis erat ille hæres? Vtiq; dñs
Ieſus, quē pr̄ cœleſtis poſt tot interfectos à Iudæis pphetas & patriarchas miſit, inquiēs. Ve-
rebunt filiū meū, &c. Nullā pinde pñt ptēdere ignorātiā de Chr̄o, & ſic nullā q̄q; de eius mor
E te excuſationē habere. ¶Sed qd dicemus ad ſcripturas, q̄ perhibēt illos nō cognouiſſe Chri Lucæ 23
ſtū. Siquidē dñs in cruce orans pro eis, ad patrē dicit: Pater dimitte illis, qa neſciūt, qd faciunt Actorū. 3
Et Petrus q̄q; ad ipſos ait. Et nūc frēs ſcio, quia p ignorantiā feciſtis, ſicut & principes vr̄i. Et 1. Coꝛ. 2
F Paulus q̄q; de illis inquit. Si eñ cognouiſſent, nunq̄ dñm gloriæ crucifixiſſent? ¶Reſpōdeo
q̄uis pleriq; ad hoc adhibeāt rñſum, dicētes, q Chr̄s vnà cū Petro & Paulo intelligat mino-
res ipſos Iudæos, vtpote plebeios, qui vtiq; eū eſſe Chriſtū ignorāt, nō etiā primores. Verum
ipſe ad oēs retulerim, quia æque oēs viderūt diuina Chr̄i miracula, qbus vtiq; cognoſcebatur
nō vt purus hō, ſed vt deus ſimul, adeoq; Meſſias in lege promiſſus. Hinc & populares, quum
vidiſſent miraculū q̄d fecerat Ieſus, paſcēs quinq; panibus hordeaceis & duobus piſcibus qn- Johan. 6
q; millia hoīm clamare cœperūt. Hic eſt vere propheta, q vēturus eſt in mūdū. ¶Eſt igit̄ Matt. 15
G rñdendū, q pleriq; oēs Iudæi Ieſum cognouerint eſſe Chriſtū, & eū qui in lege pmiſſus erat,
myſterium tñ eius, quo filius dei eſt, neſciebāt. Atq; ſic Chr̄s, Petrus, & Paulus loquunt̄. Quan
q̄ in hoc illi culpæ nō excuſantur, tū quia rem impie fecerūt, nō neſcij, tū quia illā ſuā ignoran-
tiā ſibimet illi faciebant ex rancore & odio, quo ſic excæcebant̄, vt neſcierint, nec audire, nec Matt. 13
intelligere veritatē, quēadmodū de eis dudū, teſte Chr̄o, Eſaias pphetauerat, inquiēs. Incraſ- Eſaię. 6
ſatū eſt cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oēs oculos ſuos clauſerūt, ne qñ vi-
deant oculis, & auribus audiāt, & corde intelligāt, & cōuertant̄, & ſanē eos. Porrò, quē hic co-
gnoſcere noluerunt, alibi in nouiſſimo die venientē ſigno crucis ſuæ, venientē prorſus cū plā-
ctu & inaudito dolore cognoſcēt, ſed ſerò nimis. Et videbunt, inquit Iohānes poſt prophetā, Johan. 19
in quem transfixerunt. Nos itaq; fratres dilectiſſimi, in Chriſtum & Chriſto credamus, nec fi Zacha. 12
dem noſtram malis operibus obfuſcemus, atq; ſic illum denuo, vt ap̄lus ſcribit, crucifigerem⁹ Hebræ. 6
per ſupinā ignorantiam, à cuius culpa nequaq̄ poſſemus excuſari.

¶HOMILIA XXXII. DE EO QVOD LEGITVR,
Iohannis. 12. Collegerunt pontifices.

Feria ſexta poſt Judica.

A MIraculo de Lazari ſuſcitatione publicato, publicani & phariſæi, qui
pro diuinæ virtutis tā euidēti declaratione Ieſum colere debuerant
& deo gratulari, inuidiæ ſtimulis acti iā ſibi nō tēperāt amplius, cō-
gregati ineunt cōciliū, in quo cōſultant inter ſeſe, qua ratione peri-
culo imminēti poſſit occurri. Conciliū dico, plane malignantiū, de Pſalm. 26
quo dudū dñs p prophetā cōqueſtus, ait. Cōciliū malignantiū obſe-
dit me: vtpote in quo, relicta omni iuſtitia & veritate, ex odio & ran
core cōſuluerunt, qūo ſub ptextu publicæ ſalutis occideret̄ oīs ſalu-
tis author, Ieſus Chr̄s. Siquidē cōſtet, eos ab illo die ſnīam cōfirmaſſe
& antea quidē fuiſſe cædē meditatos, ſed remiſſius, & q̄ſtionē magis
fuiſſe q̄ ſententiā, nunc autē poſtremū iudiciū & firmā ſententiā, quēadmodū ex eoꝝ verbis
plane intelligimus ex hodierni Euangelij lectione. Vnde aliquot colligimus notatu nō indi-
B gna. Quoꝝ eſt. ¶Primum, nihil recte geri poſſe nec ſalutariter cōtra deum & eius veritatē: Proue. 21
quandoquidem ſcriptura dicit. Non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium cōtra
dñm. Sic Iudæi cōtra Chriſtum cōſulentes non modo nihil profecerunt, ſed & prorſus ſe per
diderūt, vt quibus ſua euenit ſnīa omnino in cōtrarium. Aiunt eñ, quid facimus, quia hic hō
multa ſigna facit. Si dimittimus eum ſic, omnes credent in eum. Imò ò cæci, ò fatui conſulto-
res, ſi Chriſto credidiſſetis, ſiq; ipſum non occidiſſetis, nec locum, nec gentem amiſiſſetis. Sed
quia Chriſtum occidere non timuerunt, & locum & gentem perdiderunt. Nam & Romani Luc 19
anno poſt domini paſſionem quadrigeſimoſecundo tulerunt eis locum & gentē, expugnan- Joſe. li. 6
do, occidendo, transferendoq;. Atq; ſane qui temporalia perdere timuerunt & æterna non c. 19. lib. 7
cogitauerunt, vtraque amiſerunt. Quid vobis profuit ò inſani Iudæi, quod tantum ſce- cap. 12. 13
lus commiſiſtis? Nunquid quia Chriſto domino, vt docuit, ſeruire noluiſtis, ideo domino ca- Euſebius
ruiſtis? Imò propterea facti eſtis ſerui tyrannorum, per quos conterit contumaciam ve lib. 3. ca. 6
ſtram, per ipſos diſſipat conſilia veſtra, per ipſos retribuit ſcelera veſtra in capita veſtra.

Digitized by Google

Ipſe aũt dñs, quem vos interemiſtis, nõ vos ſeruos, ſed liberos eſſe cupiebat, quãdo dicebat, Johan. 8.
ſi vos filius liberauerit, vere liberi eritis. Vos autem dñm deũ & regẽ, & ipſam verã liberta-
tem non ſolũ repudiaſtis, verumetiã negare cupientes, clamaſtis: Non habemus regem niſi
Cæſarem. Sic plane cõſtat, nihil poſſe agi contra deum impune.

¶ Secundũ col. duo eſſe præcipua. ſ. inuidiam & auaritiã, quæ potiſſimũ peruertunt om̃e C
conſilium & iudicium. Quia eñ pontifices odio mouebãtur contra Chriſtũ ob ipſius gloriã
& veritatem, & qm̃ timebãt ſibi per illius doctrinã nõnihil de ſuo quæſtu & apparatu depe
riturum, ideoq; peruerſiſſime cõtra Chriſtum cõſultarunt, videlicet, vt morti traderet. Si-
quidem in conſilio & iudicio ſequendum ſit, quod iuſtum eſt & veꝝ, ſed iuſtitiã & veritatẽ
Eccle. 37. ne ſuſtinere quidẽ poteſt inuidia, adeoq; queſtus. Hinc ſcriptura, à zelantibus te, inquit, ab-
ſconde conſilium. Hinc principes illi ac proceres, quibus opus eſt conſiliarijs, eos debent à
Exodi. 18 conſilijs habere, qui ſunt veraces & ſynceri, reꝝ temporaliũ contemptores, nõ ſua ſed quæ
alioꝝ ſunt quærentes: qm̃ ſi ſunt inſynceri probis inuidebunt, ſi ſunt quæſtuoſi, ſuã rem, nõ
publicam curabunt, vnde certũ ſit primores ipſos vnà cũ ſua republica perituros, quemad-
modum Iudæoꝝ reſp. hodie cœpit periclitari ex conſilio maloꝝ cõſultoꝝ, quod tale erat.
Chriſtum quidem eſſe morti tradẽdum, quia expediret, vt vnus moreretur pro toto popu
lo, ne tota gens periret. ¶ Sed hoc loco inquis ſcio, videri ſolet conſilium, quod hodie põ- D
tifices & phariſæi, authore Caypha, dederunt, fuiſſe bonũ, iuſtũ & rectum, quãdoquidẽ ex-
pedierit, Chriſtũ mori. ¶ Reſponderim. Quod vtiq; idipſum cõſiliũ ex parte ſpũs ſancti, E
quo authore, ille ipſum protulit, nedũ bonũ ſed optimum fuit. Cuius rationem Euangeliſta
depromit, qm̃ ad ſalutem noſtrã intenderit. Expediebat vtiq; vt moreret Chriſtus, vt ſua
nos morte viuificaret, q morti æternæ ꝑpter peccata obnoxij eramus, filij iræ, nec niſi mor
Roma. 5. te Ieſu Chri viuificãdi, Paulo dicente. Recõciliati ſumus deo ꝑ mortem filij eius, in cuius vi
ta & ſalui erimus. Ex parte itaq; ſpũs ſancti ad noſtrã ſalutẽ intendẽtis, bonũ & optimũ fuit
conſiliũ hodie datum. Sed malum fuit & iniuſtum ex parte cõſultoris. ſ. Caypħ, qm̃ id ma
la intentiõe dederit. Futuꝝ eñ intẽdebat, vt Chriſto ꝑ mortẽ extincto, populus ipſe in ſuis
tẽporalibus maneret, nec venirẽt Romani, ſublaturi gentẽ & locũ & ſic ipſi ꝑſeuerare poſ-
ſent in pompa, auaritia & queſtu. ¶ Ad hoc eñ, vt opus aliqd ſit vere bonũ & iuſtũ ex pte F
facientis ipm̃, opere ꝑtiũ eſt, vt bona fiat intentõe. ſ. vt qa deus ſic voluerit, qa ſic ꝑcepit, in
quo faciẽs nõ ſuã, ſed dei velit ꝑficere voluntatẽ, nec in alterius finaliter quã in dei gloriã. Et
Matt. 6. hoc eſt, qd Chriſtus alibi inquit. Si oculus tuus fuerit ſimplex, totũ corpus tuũ erit lucidum.
Luc. 11. Si aũt oculus tuus fuerit nequã, totũ corpus tuũ erit tenebroſum. Oculus eſt intẽtio nr̃a, cor-
pus vero om̃e opus nr̃m, qd tũ eſt lucidum. i. bonũ & meritoriũ, qñ operãtis intentio eſt bo
na, quæ ſi mala ẽ & tenebroſa, malũ eſt & opus. Ideoq; nõ qd qſq; facit, ſed q anĩo facit cõſi-
derandũ eſt. Fieri eñ poteſt, qd opus ꝑ ſe optimum, operanti futuꝝ ſit nequaq̃ bonũ, vtpo-
te qñ nõ bona intentione operatus eſt. An nõ bonum eſt, largiri eleemoſynas? vtiq;. Nihil
Matt. 6. tñ inde meret, qui vt videat ab hoĩbus largit. Quid melius eſt q̃ enarrare iuſtitiã dei? Cõtra
Psal. 49 tamen faciem eius ſtatuet deus, qui illam male & ꝑuerſa intentione enarrat. Quid melius,
3 Petri. 1. quid vtilius, qd deniq; ſalutarius prophetia, quã hodie Cayphas protulit. Expedit, dicẽs, vt
vnus moriat, pro toto populo. Et tamen mala & damnoſa fuit Caiphæ cũ oĩbus ipſius ad-
ſtipulatoribus, qa mala intentõe protulerit. Fuit autẽ illi᷒ conſiliũ malũ & iniuſtũ tribus de
cauſis, quaꝝ eſt. ¶ Prima, quia nõ proceſſit ex amore iuſtitiæ ſed liuore vindictæ & ex in- G
uidia, quã plæriq; om̃es habebãt cõtra Chriſtum, qd Pilatus ſciens, noluit à principio aliqd
Matt. 27 duri contra illum ſtatuere. ¶ Secunda, quia nulla iuſta cauſa ſuberat, quur debebat mori, H
Lucæ. 23. Pilato dicente. Obtuliſtis mihi hominẽ quaſi auertentẽ populum, & ecce corã vobis inter-
rogãs nõ inuenio cauſam in eo. Nemo aũt ſine culpa neq; eſt dãnãdus neq; puniend᷒, quũ
L. abſent. etiã L L. Imp. teſtibus: Tolerabilius ſit nocentẽ relinqui ĩpunitũ q̃ punire innocentem.
ff. de pœ ¶ Tertia, qm̃ ſine iuris ordine, q nemo eſt dãnandus, niſi q vel ſit ſponte cõfeſſus vel legi- I
nis. time ꝑ teſtes cõuictus. At nullũ eoꝝ factũ eſt, quũ & Euãgeliſta dicat, teſtificãtium teſtimo-
Marc. 14 nia fuiſſe incõuenientia. Proinde ſententia & cõſultatio Caiphæ pontificis, ex parte ipſius
L. 1. §. Si fuit iniqua & mala, ex parte vero ſpũs ſancti, qui eã per illũ loquutus eſt, æqua & bona. Vn-
ꝗſtionibus. de colligimus aliqt doct. quaꝝ eſt. ¶ Prima, maliciã perſonæ nõ obſtare, quo minus ipſa K
ratione officij & ordinis ꝑſtare poſſit, qd dei eſt. Quis iniquior Caypha qui & Symoniacus
pontificatũ pecunijs redemerat, ipſe tñ, quia pontifex erat, cuius erat prophetare, prophe-
tiam longe optimã protulit, mouente eius labia ſpũ ſancto, nõ autẽ cor. Sic & Iudam cre-
Matt. 10 dimus æquè cũ alijs miracula operatũ, qa ex ordine erat apoſtolico. Vnde plurimum hacte
Marci 6 nus errarunt, qui nihil ordini ſacerdotali tribuerunt & vnctioni, quiq; oẽs æquè dixerunt
Lucæ 9 nos eſſe ſacerdotes, quiq; oẽs poſſemus baptizare, cõicare, cõſecrare, abſoluere, & cętera ſa
cramẽta miniſtrare, quũ certo cõſtet, nõ niſi eos hęc facere poſſe, q ſunt ordinis ſacerdotalis
qbus & dñs hęc ipſa ſolis commiſit, qs ꝑpter illa & nõ laicos eſt alloquutus, vt planè con-

ſtat ex

L ſtat ex Euāgelio. ¶ Secūda doct. Nō oēs eſſe prophetas & iuſtos, q vel ꝓphetias vel iuſta
per ſe faciūt & ꝓferunt, ſed q ſcienter & bona intentōe ꝓphetizāt & faciunt, prophetę ſunt
& iuſti. Siquidē hodie Cayphas prophetizat, & tñ nō propheta, nec bonus. Et Pharao ꝓ- Gene. 41
phetizabat de fertilitate ac ſterilitate, quū eſſet infidelis. Et Nabuchodonoſor de regnis & Daniel. 2
Chr̄o, quū tyrannus eſſet. Et Balaam de Chr̄o, qa ꝓphanus eſſet. Hinc adhibēdū erat ſingu Num. 24.
lare ex diuina inuocatōe iudiciū ſedi apoſtolicæ canonizaturo nōnullos, à nobis vt dei pla-
ne electos honorādos propter miracula, q̄ fecerūt vel hoc genus aliq̄ laudabilia, quū & fieri
pōt, vt peſſimi ſint, q talia egerūt, imò quū & dæmones ipſi p eos in deluſionē ſimplicū potu-
erint, nō tñ bona intentōe, operari. Quos, quū dn̄s olim ad ſe nō eſt recepturus, dicere audi Matt. 7.
emus. Dn̄e, dn̄e nonne in noīe tuo prophetauimus, & in noīe tuo dæmonia eiecimus, & in
noīe tuo multas virtutes fecimus? Ad quos ediuerſo dn̄m dicere audiemus. Nunq̄ noui vos. 2. Cor. 11.
Diſcedite à me oēs, q operamini iniquitatē. Nec mirū, quū & diabolus ipſe, ap̄lo teſte, ſe in
M angelū lucis trāſfigurare poſſit ac cōſueuerit. ¶ Tertia doct. nos debere ea, quę de ſe vera
& bona ſunt, æquè audire à malis atq; bonis, quū ſp̄us ſanctus tā ſit bon⁹ & potēs, vt & poſſit
ac velit aliq̄ties, q̄ ſalutis ſunt, etiā per peſſimos īpartiri. Etſi eñ, q̄ dicūt ſi bona & vera ſunt,
ipſis obſint nō proſint, nobis tñ, qui boni ſumus ꝓpoſiti, in ſalutē operanī virtute ſp̄us ſan- Roma. 8.
cti. Et hoc eſt, q̄d Chr̄s ait. Sup cathedrā Moyſi ſederunt ſcribæ & phariſæi. Om̄ia ergo q̄- Matt. 23
cūq; dixerint vobis, ſeruate & facite, ſcd̄m opera vero eorū nolite facere. Dicūt & nō faciūt.
Debēt āt ſubditi ī hoc facere, q̄d natura ſuadet. Ex terra aurū eligūt & terrā relinquūt, ita &
doctrinā recipiāt & mores deſerāt. Ac inde mouenī, vt potius propter bonos ſacerdotes ve
lint & malos honorare, q̄ propter malos negligere bonos. Melius eſt eñ malis iniuſta p̄ſta-
re, quā bonis iuſta ſubtrahere, argumento huius, neutros adſpernaī ſp̄us ſanctus, q & hodie
ore peſſimi ſacerdotis, nō āt corde locutus ē, ꝓpter officiū, ob q̄d & officialis ipſe ē honorād⁹

HOMILIA XXXIII. DE EO QVOD LEGITVR MAT. XXI.
Marc. 11. Luc. 19. Iohan. 12. Cum appropinquaſſet Ieſus.

Dominica Palmarum.

A ABſit, fratres chariſſimi, hodierna die, hoc'q; tpe triſtemur, vtcunq;
multa paſſim audianī & fiant, q̄ nobis iuxta mundū nō vulgarē de-
berent incutere mœrorē, ſed quis cōtra nos, ſi deus eſt nobiſcū, qui Roma. 8.
hodie tāto ad nos, q ipſi ſumus in ſp̄u Hieruſalē, triūpho & gaudio
venit. Cui⁹ cauſa lętemur oportet nō triſtemur, quū nihil nobis e-
uāgelium hodiernū aliud q̄ ſummū plauſum & gaudiū in Chr̄o Ie-
ſu, rege nr̄o benedicto ꝓponat, nec tñ ſine magna oīm admiratōe.
Res profecto prorſus admirāda, q̄d quum dn̄s toties Hieruſalē in-
trauerit, nunq̄ tñ vel animaliū ſibi adhiberi miniſteria, vł etiā à tur
ba regios ſibi paſſus ſit impēdi honores, imò, qui quū vellent eū fa- Iohan. 6
cere regem, poſt cibationē. 5000. hoīm de quinq; panibus in montē ſolus aufugerit. Appro
pinquante vero paſſionis tpe, tantā ſibi paſſus eſt īpendi gloriā & laudē, quātam vix intelli-
gimus impenſam eſſe vlli vnq̄ regi vel magno q̄libet. Hodie eñ ipſe dn̄s Ieſus ſine aliq̄ fictio
ne à turba rex eſt agnitus, rex eſt aduocatus, rex eſt laudatus ab oībus clamātibus, benedict⁹
qui venit rex in noīe dn̄i, pax in cœlo, & gloria in excelſis, vſq; adeo vt & primores vrbis Hi
eroſolymitani, vtpote ſummi ſacerdotes, phariſæi & legiſperiti obſtupuerint, atq; eius in-
uidentes honori, dn̄o dixerint. Magiſter increpa diſcipulos tuos. Quibus ipſe ait. Dico vo-
B bis, qa ſi ĩ tacuerint, clamabunt lapides. ¶ Porro nō mirabimur tm̄ plauſum, tm̄ honorē,
tm̄ triumphum, vbi ipſius cauſam paulo altius repetiuerim⁹, quempiā principē ac regē ter-
ræ, qui quū poſſit de rebus ablatis repetendis aut cauſa propulſandorū hoīm defenſione ſua 23. q. 3. ca.
vel patriæ vel legū paternarū indicere bellum, indicturus bellū, primo p̄conizandum curat iuſtū bell.
vt quiq; oēs ſibi arma cōtra hoſtē, qui immineat, præparent, Secundo vexilla protēdit, Ter
tio cōtra hoſtem in bellum cum ſuis progreditur. Ita nimirum Chriſtus Ieſus, princeps re- Apoca. 19
gum terræ & dominus dominantium, cōſiderans hominem à ſe creatum per hoſtē ſibi in- 1. Tim. 6.
iuſtum ablatū, & veram illam Hieruſalē. ſ. paradiſum, tam violēter turbatā, ac ſuis inde de-
iectos amore iuſtitiæ, illi indixit bellum, contra eum cum ſuis pugnaturus. Vt autem ſui cer
tiores de futuro bello reddantur ac quid facere debent, agnoſcant, ſtatim vt nobis præpare
mus arma iuſſit per Hieremiam præconem, dicentem. Præparate ſcutum & clipeū, & pro-
cedite ad bellum. Et per Paulum quoq;, dicentem. Induite vos armaturā dei, vt poſſitis reſi Hier. 46
ſtere in die malo, quę nimirum arma ſibi illi per opera pœnitentię vſq; ad dominicam pro- Ephe. 6
xime præcedentem fieri curarunt. Secundo in præfata dominica protendi fecit in om̄i ſuo
regno. i. eccleſia, vexilla illa rubea & ſanguinolenta. ſ. crucem, clauos, coronam & lanceam.

Digitized by Google

Tertio, vtpotè hodie ad bellum procedit hoſtem deuicturus. Officio optimo regis fungens.
¶Siqdem rex quiſpiam bellū intraturus ꝓ animatione militū ſe prius in gloria regia demō- C
ſtrat, ſimulq́ꝫ ꝑdocet quō ipm ſequi debeant, à qbus armis hoſtē ſuperare. Sic & rex regū Chri
ſtus hodie contra hoſtē noſtrū communē proceſſurus, ſe in regia gloria demonſtrauit, ꝑbens
modum victoriæ, & quo pacto ſecum contra hoſtem belligerare debemus, docens iuxta ſpi-
ritum Euangelicę lectionis. Ex qua. ¶Primo audimus, ꝙ Chriſtus in bellū pro nobis con D
tra mundi principē ꝓceſſurus, initio venit ad montē Oliuaꝝ, quæ ſignū ſunt pacis, & per quas
Gene. 8, pax ſignificat̃, docēs non aliter nec aliam ob cauſam eē bellandū, q̃ vt habeat̃ pax. Siqdem bel
Vergil. 8. lum eē debet neceſſitatis, vt liberet Deus à neceſſitate, & conſeruet in pace. Non eñ pax quę-
Aeneidos
Roma. 12, rit̃, vt bellū exerceat̃, ſed bellū gerit̃, vt pax acquirat̃, ita vt mali coerceant̃, & boni ſubleuent̃.
Et hoc eſt, qd' Apoſtolus ait: Si fieri poteſt, q̊d ex vobis eſt, cū omnibus hominibus pacē ha-
bentes. Ita quoq; contra diabolum, mundū & carnē belligerare debemus, vt cū Deo pacē ha-
bere firmam poſſimus, quam illi turbare peccatis moliunt̃. ¶Scd̄o, dicūt Euangeliſtæ, q̊d do E
Matt. 22 minus pręmiſerit duos diſcipulos, qbus ſignificant̃, duo charitatis præcepta, documēto, vt q
Marc. 12, volumus belligerare præmittamus antea charitatē in Deū & proximū, huiusq́ꝫ gratia omnia
agamus, in ijs eñ duobus ꝑceptis pendet lex & Prophetæ. ¶Tertio, narrant Euangeliſtæ vt F
eant diſcipuli in caſtellū, qd' contra eos ſit, intelligēs Hieruſalē, qd' nominat caſtellū non ciui-
tatē, quoniam cū ciuitas ꝓpriè ſit vbi eſt ciuiū vnio, non merebat̃ vltra dici ciuitas, in qua non
erat ciuiū vnitas, ſed multiplex diſcordia armis militiæ contra Chriſtū more caſtelli munita.
Ideoq́ꝫ diſtribuēda, documēto nos non debere belligerare, niſi contra eos, q diſſident, & pacē
Ephe. 4 publicam ꝑturbant, eoſq́ꝫ primum monere, vt concordēt amore Dei & proximi, quū alioqui
ꝑ diſcordiam ſint ꝑdendi, vtpotè quæ regna & imperia deſtruxerit. Hinc Apoſtolus: Obſecro
(inqt) vos, ego vinctus in dño, vt dignè ambuletis vocatōe, qua vocati eſtis cū omni humili-
tate & manſuetudine, cū patiētia ſupportantes in charitate inuicē. Et reuera neq; contra dia-
Lucæ. 11 bolū aliter nobis eſt pugnandū, niſi vt ipe cū ſuis ſit cōcors, noſq́ꝫ ſinat eē in pace, quū ipe oīs
ſit diſcordiæ author, & pacis diſturbator. Vnde & eius regnū eſt confuſum, qñquidē omne re
gnū in ſe diuiſum deſolet̃. ¶Quarto: Iuſſit vt ſoluerēt aſinam alligatam & pullū cū ea, ꝑ aſinā G
intelligēs ſtultitiam, & ꝑ pullū vtiq; laſciuiam, quas bellaturi ꝓ victoria debemus ſoluere. i. cō
fiteri & pœnitere, ac dño adducere. ſ. vt ea nobis remittat ꝑ pœniæ opa, qbus ipe opus habet
non ꝓpter ſuā neceſſitatē, ſed ꝓpter noſtrā ſalutē, quā ex ordinata iuſtitia nobis dare nequit,
Lucæ. 13, niſi eandē ſtultitiā & laſciuiā. i. hoc genus pctōꝝ illecebras, ſoluerimus. i. dimiſerimus, cōfeſſi
fuerimus & pœnituerimus. Dño dicēte: Niſi pœniam feceritis, oēs peribitis. Fruſtra nimirū
pugnabimus contra hoſtes quoſcūq; peccatis irretiti & ligati. Vnde & militantibus mos eſt, H
Zacha. 9 vt initio pugnæ Deū ꝑcent̃ veniā pctōꝝ ꝓ victoria habēda. ¶Quinto, iubet vt dicant filiæ
Syon: Ecce rex venit tuus manſuetus. Quid filia Syon? Vtiq; Hieruſalē, nō illa in Iudæa, ſed
quæ eſt corpore noſtro circūdata, ſcilicet anima. Huic nimiꝝ pro peccatis dolentes & pœni-
tentes dicere, id eſt, eam admonere debemus, ne timeat ſibi à dño, quaſi ipe tyrannus et do-
minus immitis & imiſericors nō ſit indulturus peccata, quandoqdem ipe ſit rex & pater man
ſuetiſſimus & miſericordiſſimus, ideoq́ꝫ Hieroſolyma ingreſſurus ſederit non more principū
huius mundi in curru aureo præfulgēs, nō ſup feruido equo, diſcordiæ & litis amatore, ſed ſup
aſina pacis & tranqllitatis, manſuetudinis & humilitatis amica: nimiꝝ ſubindicans, ne Hieru-
ſalē ipa, id eſt, aīa noſtra nullam in eo timeat tyrannidē vl' crudelitatem, vtpotè qui tam ſit
mitis & miſericors ad remittendū peccata, & dandū gratiam, vt de ſe ex aīo clamare non de-
Matt. 11, ſinat, dicēs: Venite ad me omnes, q laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Et diſcite à
me, quia mitis ſum & humilis corde. Atq; verè dixit, quodq́ꝫ dixit hodie facto ipo comproba
Pſal. 145, uit. Nónne quæſo magna humilitas & clemētia dñi noſtri Ieſu Chri, qd' ipe rex regum & dñs
dominantiū, creator & rector cœli & terræ, ac oīm quę inibi ſunt, cuius regnū non eſt de hoc
Lucæ. 1 breui, fragili, ac pereunte mundo, ſed regnū eius oīm populoꝝ, & dñtio eius in generatōe in
Pſal. 144 generationē, regnans in domo Iacob, in æternū, & cuius regni nō erit finis: quod (inquam) ipe
tantus rex hodie tam nullo apparatu, tam vili ornatu, tamq́ꝫ paruo & ruſtico comitatu, ingreſ-
ſus ſit regiam ciuitatē, cuius eſt cœlū & terra, & oīa quæ in eis ſunt. ¶Ingredit̃ ſup ſtulta aſi I
na, ꝓculdubio nō ornata frenis & phalaris aureis, quū eēt in paupeꝝ vſum eundemq́ꝫ publi-
cum deputata, non ſtrata tapetis vl' ſericeis vl' aureis, ſed planè ruſticis diſcipulorum veſtimē-
tis. Nec ipſe quoq; aduenit magna virorum ac militum multitudine, quoniam niſi duo-
decim & quaſi oībus penè piſcatoribus planè hoībus ſimplicibus comitatus. Nec ſit hodie mē
tio aliqua de bombardis, de armis bellicis, de curribus, de tubis de tympanis, deq́ꝫ ijs genus alijs
Iohelis. 2 ad pompam huius mūdi idoneis, vtiq; documēto, qd' ipe ſit rex humilis & mitis & clemēs, nō
aduenięs ꝑditurus ſed ſaluaturus vt tyrannus timeat̃, ſed vt pater diligat̃, quē Hierlm. i. ipa aīa
nr̄a adire nō vereat̃, quaſi nullā poſſit inuenire grām & mīam inuenire apud eum, q benignus
eſt & miſericors, patiēs & multæ miſericordiæ & ꝑſtabilis ſup malitia: qui ſua ſponte aduenit,
vt ſaluet,

Digitized by Google

vt ſaluet, gratiã ſuã quaſi obuijs vlnis offerẽs, id ꝗd hodie ex iuſſu ipſius debemus dicere Hi-
eruſalem ſpũali, q̃ eſt aĩa nr̃a. Deniq; hodie ſuo ingreſſu ꝑdocet dñs, quõ ad ſuos & ad hoſtes
quoq; aduenire debet vnuſquiſq; ſuus ſucceſſor, vtpote princeps Chriſtianus, maxime Ec-
K cleſiaſticꝰ: vtiq; ſimplici & nõ niſi neceſſario ornatu & ſtatui idoneo. ¶Hęc ſunt frẽs, quæ
moraliter ꝑdocet hodie nos facturos Euãgeliũ, ſi cõtra hoſtes tã viſibiles q̃ inuiſibiles victo
ria potiri voluerimus. Quę vbi fecerimus ingredieť hauddubie rex ille mãſuetus in Hieruſa
lem .i. animã noſtrã, cui ipſi occurramus ſumma deuotõe, quiq; ꝓ facultate ſua eũ laudãtes,
aliqui ex nobis illi ſternent veſtimenta in via .i. alimẽta ꝓbeant indigentibus. In q̃bus dñs
eſt, & in ſe vult collatũ, ꝗd illis cõfertur, alibi dicens. Quicq̃d vni ex minimis meis feciſtis mi
hi feciſtis. Aliqui vero cædãt ramos de arboribus .ſ. oliuarꝫ & palmarꝫ .i. eũ ornent alijs bo- Matt. 25
nis ac pijs operibus ad pacẽ & charitatẽ proximorꝫ neceſſarijs. Aliqui vero illum hymnis &
canticis & orationibus collaudent ac orent dicentes. Oſianna filio Dauid. Benedictus q̃ ve-
nis in nomine dñi. Benedictus qui venis in nomine dñi .ſ. patris tui cœleſtis, Ideoq; benedi Roma. 9.
ctus & laudabilis, nõ vt alij benedictus, ſed deus ſup oĩa benedictus in ſecula, qui vt bene-
diceres .i. benefaceres veniſti, quẽ te benedicamus verbis & factis laudamus, magnificamꝰ,
ꝓdicamus, ꝑ quem oĩes tribus terræ benedicunť. Oſianna .i. ſalua nos fili Dauid Ieſu Chri-
L ſte, rex inclyte, rex mãſuete & miſericors ¶Hiſce fratres, & horꝫ modis ſimillibus hodie
ac deinde laudemus regẽ & dñm nr̃m, nobiſcũ cõtra hoſtes q̃ſcunq; pugnantem. Qua ſanè
laude & ipm̃ hodie ꝓſequuti ſunt Iudæi. Quãuis aũt laus illa tãta fuit, quãta nõ exhibita eſt à
cõdito mũdo alicui vel maximo principi, parua tñ pro Chriſti dignitate. Quid em̃ magni-
fecit populus hodie Iudaicus, acclamãs Chr̃m regẽ Iſrael, quũ eis nedũ ſit rex Iſrael, ſed rex
regũ, cœli & terræ. Quid erat, ꝗd benedixerit illũ, vti regẽ hoĩm, qui erat nedũ hominũ, ſed
angelorꝫ rex nec vnius tp̃is, ſed oĩm ſeculorꝫ? Nec modo ſcd̃m carnem filius Dauid, ſed ab
æterno filius altiſſimi, patris, inquã, cœleſtis, qui illum pro nobis cõtra diabolum pugnatu-
rum miſit, in quo & victoriam ſumus adepti pro peccatis tranſactis, adepturi & in eo victo
riam contra ea, in quibus ſumus, peccata, Ideoq; merito hodie illum benedicemus, dicen-
tes. Oſianna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine dñi.

HOMILIA TRICESIMAQVARTA DE EO QVOD LEGITVR, in cœna domini. Iohan. 13.

Ante diem feſtum Paſche.

A GAudete, fratres chariſſimi, gaudete, inquã, in dño deo nr̃o, qm̃ ipſo
duce, trãſiuimus mare, mare rubrũ pœnitẽtię & lachrymarꝫ. Ap-
propinquauimus portui, in ꝗ nr̃ę ſalutis ſacramẽta relucẽt. Gaude
te, q̃a vmbra propulſata ſol illuxit, q̃a veritas apparuit figura ꝑte-
reunte, dies illuxit nocte fugata. Exituris olim ex Aegypto Iudæis Exodi. 12.
per mare rubrũ in terrã promiſſionis, terrã quietis & abundantiæ, Exodi 16.
dñs præcepit, vt renes ſuos accingerent pro maiori expeditione Deute. 8.
viæ, & baculos haberent in manibus peregrini, & agnũ paſchalem Psalm. 77
anniculum igne aſſatum feſtinãter comederent. Id ꝗd illi perfece-
re ac deinde ex Aegypto per mare rubrum ſalui tranſierunt, & ad
terram promiſſionis peruenere per deſertũ, in quo deus nimia motus charitate eos manna
de cœlo pauit, omne in ſe delectamentũ habente.

B ¶Hæc nimirꝫ in vmbra, in figura, in nocte cõtigere. Accedente vero ſole veritate & die Sapię. 16
ante feſtũ paſche, Ieſus qui ſua ſpõte pro nobis offerri voluit, ſciẽs. qui oĩa nouit, q̃a venit 1. Cor. 10
hora eius vt trãſeat ex hoc mũdo, vñ & paſchæ trãſitus eſt, ꝗd tum ꝑ mortẽ in cruce ex hoc Eſaiæ. 53
mundo eſſet ad patrẽ tranſiturus, quũ dilexiſſet ſuos, diſcipulos .ſ. & oẽs Chriſtianos q̃ erãt Heb. 4
in mũdo, in finẽ dilexit eos: q̃ñquidẽ quũ ſciret nos fragiles & infirmos hic nõ ſecus eſſe atq;
peregrinos, quibus nulla eſt hoc in ſeculo firma manſio, & ſe omnino per rubrũ mare mũ-
di huius, periculo & inconſtantia pleni, ad terram promiſſionis, ad quã ipſe præceſſit ꝑ de-
ſerta mortem ipſa tranſituros, ne in via fame deficeremus, nobis nedum præcepit, vt agnũ
paſchalem pro vita æderemus, ſed & eundem nobis præparauit & tradidit dicens. Accipi- Matt. 26
te & manducate. Quid inquã, manducemus & accipiamus? Non dico manna de cœlo ange Marc. 14
licis manibus præparatum, antiquo Hebræorꝫ populo conceſſum in deſerto, ſed ꝗd eſt ſu- Lucæ. 22
pra cœlũ, ſupra angelos, q̃a cœli & angelorꝫ creator ꝓparatꝰ in vtero glorioſæ virginis Ma 1. Cor. 11.
riæ ſpũ ſct̃õ authore. Nõ illud mãna, ꝗd reſeruatũ in diẽ alterꝫ cõputruit & vermibꝰ ſcaturi
ebat, ſed ꝗd mẽtẽ viuificat in ęternũ, & vermes interficit pc̃tõrꝫ. Nõ ꝗd comeſtũ cõuertitur
in ſumentem, ſed manducantem vertit in ſeipſum. Nõ quod corpus nutrit ad mortem, ſed
quod

Johan. 6, quod animam cibat ad vitam immortalem, de eo dicente ipſo dño: Accipite & manducate,
hoc eſt corpus meũ, quod ꝓ vobis tradet. Caro mea verè ẽ cibus, & ſanguis meus verè eſt po
tus. Qui manducat ex hoc pane nõ videbit mortẽ in æternum. Non Moyſes dedit vobis panẽ
de cœlo, ſed pater meus dat vobis panem de cœlo. Ego ſum panis qui de cœlo deſcendi. Qui
manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem habet vitam æternam.

¶Hoc fratres eſt manna, quod dñs tradidit nobis ex hoc mundo ꝑ mortem ad patrẽ breui
ituris, qđ accipiamus, qđ manducemus. Hic eſt agnus paſchalis, q à nobis ꝑ rubrũ mare trãſ-
euntibus feſtinanter, id eſt, ſine aliqua dubitatõe & quęſtione comedẽdus eſt: nõ agnus ille ve
Roma. 6, tus Iudaici populi, q ſumptus abſumit, ſed paſcha nouũ, paſcha noſtrũ, qđ immolatus ẽ Chrus
1. Cor. 5, Agnus (inquam) ille viuus, q dudũ pro nobis occiſus vltra nõ moriturus reuixit. Qui ſemp in
eis, q ipm dignè ſumũt, & viuit, & vitam ſine termino tribuit, ſub ſpecie panis & vini verè cõ-
Matt. 26 tentus. Eo ipo quaſi iuramẽto adfirmante: Accipite & manducate: Hoc eſt corpus meũ, qđ ꝓ
Marc. 14 vobis tradet. Hic eſt ſanguis meus noui teſtamẽti, q pro vobis effundetur.
Lucæ 22, ¶Sed quare accipiamus & ad quid manducemus? ¶Primo, vt tam ſalutari dono cũ gra- C
1. Cor. 11, tiaꝝ actione vtamur, in cuius argumentũ dominus ipe hoc ipm donũ conſecraturus, inſtitu-
turus & daturus oculos ſubleuans egit gratias. nimiꝝ nos ꝑdocẽs, vt & ipſi vteremur tanto do
no cũ gratiaꝝ actione. Atq; ſanè qs tam ingratus, q Deo ſuo ꝓ tam immenſo & eo qdem do-
no non ſummas ageret gratias, qđ vniuerſa diuinæ benignitatis dona excellit, in quo vniuer-
ſa nobis excellẽtiſſima donauit. In eo ſiqdem vera Chriſti caro, anima diuinitaſq; continet.
In quo (inquam) eſt diuinitatis pręſentia, mundi redemptio, peccatoꝝ remiſſio, gratiaꝝ diui-
ſio, virtutũ omniũ aggeratio. Nec mirum, qa omniũ gratiaꝝ & virtutũ fontẽ continet & au-
thorem. Accipimus igit & manducamus vt memores tanti doni gratias agamus.

¶Scđo, vt accipiẽtes, habeamus memoriam ineffabilis Ieſu Chri amoris erga nos, quandoq D
1. Cor. 11, dem notet dñicam quoq; paſſionẽ. Apoſtolo dicẽte: Quotiẽſcunq; manducabitis panẽ hunc
& calicẽ bibetis mortẽ dñi annũtiabitis, donec veniat. Et ipe qꝫ dñs corpus ſuũ tradẽs ait: Hoc
Lucæ. 22, facite in meam cõmemorationẽ. Q. d. Accipite & manducate, hoc eſt corpus meũ. Et accipiẽ
Johan. 15 tes & manducantes recordamini magni mei erga vos amoris, qniam id ſacramentũ memoria
le meæ ꝓ vobis paſſionis, in qua ſingularẽ meam erga vos charitatẽ oſtẽdi. Atq; maiorẽ hac
dilectione nemo habet, quam vt aĩam ſuã ponat qs ꝓ amicis ſuis. O ineffabilis charitas, quum
Romañ. 5 (vt Apoſtolus ſcribit) pro bono forſitan qs audeat mori. Pro iuſto verò vix qs morit, ipe tñ
ſaluator noſter ꝓ nobis ſuis inimicis mori dignatus eſt. O mira, O inaudita charitas erga nos
Ieſu Chriſti. Siquidem illi non ſatis viſum ſit, noſtrum reatum ſua morte ſoluere, niſi etiam me
moriale inſtitueret, quo etiam ipſam ſolutionem contemptam recuperare poſſemus. O inef-
fabilis charitas, qua non ſolum voluit nobis eſſe pater ꝑ creationẽ, frater ꝑ incarnationem, re-
demptor ꝑ pręcij ſolutionẽ, ſed etiam noſtra placuit eẽ ſpiritualis refectio in Euchariſtiæ ſa-
Pſal. 110, cramẽto ad pręmij beatifici prægustationẽ. Vnde veriſſime dudũ cecinit Propheta, dicẽs: Me
moriam fecit mirabiliũ ſuoꝝ miſericors & miſerator dñs, eſcam dedit timẽtibus ſe. Hinc illam
ſanctiſſimã eſcam ſumere debemus in memoriã .ſ. amoris erga nos Ieſu Chri, qa ille ꝓ nobis
peccatoribus mortuus ſit, ac in ipſius memoriam ſe nobis in eſcam contulerit. E

¶Tertio, ꝓpter vtilitatẽ & vtilitatis neceſſitatẽ, qa ſine manducatõe illius, nemo .ſ. mentis
compos, ſaluari poſſit. Ipſiſſima charitate dicẽte: Amen amẽ dico vobis, niſi manducaueritis
Johan. 6, carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitã in vobis. Qui manducat
meam carnẽ & bibit meum ſanguinẽ habet vitam æternã, & ego reſuſcitabo eum in nouiſſi-
mo die. ¶Sed quæris, nunquid æquè omnes participant de corpore Chriſti, nunquid ęquè
omnes iſtam vtilitatem & tanti doni fructus nanciſcuntur. F

¶Reſpõdet Eccleſia: Vtiq; omes accipiũt, & tam mali q̃ boni comedũt, ſorte tñ inæquali vi
tæ vł interitus. Mors eſt malis, vita bonis, & planè diſpar paris ſumptõis exitus. Et planè eadẽ
medicina ritè ꝑparatis ad eã ſuſcipiendã eſt ſalutifera, minus verò diſpoſitis exitialis & morti-
1. Cor. 11 fera. Id Aplus ꝓbans ait: Quicũq; mãducauerit panẽ, & biberit calicẽ dñi indignè, reus erit cor
poris & ſanguinis dñi. Nã q mãducat & bibit indigne, iudiciũ ſibi mãducat & bibit. Et ſubdit
mox idẽ Aplus pœnã eoꝝ, q indigne participarunt de hoc ſanctiſſimo ſacro, dicẽs: qđ ꝓpter
indignã huius tractationẽ multi eoꝝ ſint mortui .ſ. ſubitanea morte, nõnulli facti ſint ægroti
& infirmi, Et ꝓfectò frẽs, arbitror nobis hæc tot & tãta mala, qbus nũc paſſim obruimur, po-
tiſſimũ euenire, qa plus q̃ dici poſſit indigne hoc ſacratiſſimũ myſteriũ tractauimus, & plane
Pſal. 68, verendũ, niſi deſtiterimus, fore, vt duplicata veniãt hęc mala & tpalia & ęterna. Iuxta Prophe
tam dicentẽ: Fiat mẽſa illoꝝ corã ipſis in laqueũ, & in retributionẽ & in ſcandalũ. ¶Quęris G
aũt qũo digne accipiamus, & in ſalutẽ nrãm? Rñdeo Chrm in hodierno Euãgelio ſuo facto fa
cile docere, q̃ ad dignã ſumptionẽ reqrant. Primo nãq; ait Euãgeliſta, ꝙ Chrus ſurrexerit, &
veſtimẽta depoſuerit documẽto, qđ corpus eius mãducaturi à pctĩs ſurgamus & ꝑ verã pœ-
Coloſſ. 3, nitẽtiã (Paulo ſcribẽte) veterẽ hoĩem cũ veſtibus, i. cũ actibus ſuis deponamus & expoliemus.

¶Secũdo

Digitized by Google

H ¶Secundo, quia lintheo ſe pcinxerit, documēto, vt lumbos nros cingamus cingulo fidei
Erit em̄, inquit Eſaias, fides, cinctoriū renū eius. Credendū ſane eſt, nos certo ſumere ſub- Eſaiæ. 11.
ſpeciebus panis & vini verū Chri corpus, qd pro nobis traditū eſt in ara crucis, qđq; indies
toto terrarū orbe in altario ſub myſterio in memoriā paſſionis dnicæ offerri vere. Nec debe- Iohan. 6.
mus, vt increduli Iudæi olim, qrere. Quō pōt hic carnē ſuā dare ad mäducandū? Et quō no-
biſcū eſt, q cœlos aſcendit? Sed comedamus feſtinanter, ſine diutina diſputatiōe, quō id fiat. Eſaiæ. 7.
Id qđ nō intelligemus, niſi antea crediderimus. Ideoq; canit eccleſia, qđ non capis, qđ non
vides, animoſa firmat fides, pter rerū ordinē. Quā ſane habebimus, vbi intellectū nrm̄, apl'o 2. Cor. 10
docente, captiuemus in obſequiū Ieſu Chri. Qđ facile faciemus, vbi aduerterimus eum eſſe
nō modo os veritatis æternæ, ſed & ipſam eſſe veritatē, q dicit. Accipite & manducate, hoc Matt. 26
eſt corpus meū, qđ pro vobis tradet. Hoc facite in meā cōmemoratiōem. Caro mea vere eſt
cibus, & ſanguis meus vere eſt potus. Amen amen dico vobis, niſi mäducaueritis carnē filij
hoīs, & biberitis ſanguinē eius nō habebitis vitā in vobis. Nolite murmurare. Nemo aſcē-
dit in cœlū, niſi q deſcēdit de cœlo, filius hoīs, q eſt in cœlo. Et ecce ego vobiſcū ſum oībus Iohan. 3 Mat. vlt.
I diebus vſq; ad cōſumationē ſeculi. ¶Tertio qđ accepto lintheo pcinxerit ſe vtiq; ad ter-
gendū, ſignificās puritatē corpis, documēto, vt mäducaturi ſimus puri à libidinoſis actib9. 1. Reg. 21.
In cuius exemplū, nō licuit olim neq; Dauidi nec eius miniſtris edere panes ppoſitionis, niſi
cōtinuiſſent ab heri & nudiuſtertius à mulieribus. Quū tñ hic maior ſit panis illo, quāto ma-
K ior eſt ueritas vmbra & figura. ¶Quarto qđ pcubuerit an̄ diſcipulorū pedes, notās humi
litatē, documēto, vt accedamus in hūilitate, recognoſcētes q ſimus indigni tāto dono, inte-
rim donātes ex hūilitate offenſas inimicorū. Quid em̄ o hō, quicūq; es, qd tibi videt de crea- Ephe. 4.
tore tuo? Ecce pronus lauit pedes ſuis diſcipulis, & tu dedignaris cōſuetudine proximi pau
peris, quaſi illo melior. Pondera qſo hodie humilitatē Ieſu Chri, quē oportet imitari. Nō-
ne magna pietas, nōne mira & inaudita humilitas, qđ Chriſtus rex regū, dn̄s dominantiū, Apoca. 19
& filius altiſſimi ante diſcipulos ſuos plane ruſticos & piſcatores venerāda ſua genua flectit 1. Tim. 6.
ac ſanctis manibus lauit illorū pedes, veriſimiliter lutoſos, qm̄ diſcalciati ambulauerint. Hāc Matt. 10
plane inauditā humilitatem cras in exemplo videbitis, vbi prælatus noſter manus noſtras Marci. 6
L deo volente, lauabit. ¶Quinto & poſtremo, qđ iterū reſederit, diſcipulos in varijs erudiēs Luc. 10
ac deinde ad corporis ſui cōſecrationem & participationem proceſſerit, argumēto, vt mā-
ducaturi reſidere debemus per mentis quietem, oīa impertinentia excludentes, apud nos
diligenter meditemur, quis qualis & quantus ſit cibus, quē ſumus recepturi iuxta conſilium
Solomonis, dicentis. Quando ſederis, vt comedas cum principe, diligenter attende, q po- Prouer. 23
ſita ſunt ante faciem tuā? Et quare? Nimirum, vt digne comedatur, & ſi quid eſſet in eo ma-
li, vt & ille hoc ipſum expurget. Et hoc eſt, quod apoſtolus monet, dicēs. Probet homo ſe- 1. Cor. 11.
ipſum, & ſic de pane illo ædat, & de calice bibat. Qui em̄ indignè manducat & bibit, iudici-
um ſibi manducat & bibit? Quare Paule? Quoniam reſpondet, non dijudicat corpus domi
ni. Id eſt, quia accedit & mäducat acſi eſſet materialis quiſpiā panis, & nō diſcernēs hūc pa Iohan. 6
nem ab alijs panibus, quandoquidem hic ſit panis viuus, qui cœlo deſcendit, qui dat mūdo
vitam, quo nec in cœlo nec in terra eſt prætioſius nec nobilius nec maius, quia ipſe deus a-
deoq; filius dei altiſſimi. Eapropter quum peccator, vtcunq; pœnitens, tantam meditatur
dignitatem eius, qui vt cibus eſt ingreſſurus, recte cum humilitate & deuotione cum Centu
rione dicet. Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum, ſed tantum dic verbo & Matt. 8.
ſanabitur anima mea. Id quod ſaxit idem, quem ſumpturi ſumus intentione ſalutis æternæ
conſequendæ.

¶HOMILIA TRICESIMAQVINA.

In die Paraſceues ante lectionem dominicæ paſſionis.

A AGimus hodie diem, fratres chariſſimi, luctu & lamento plenā, diem
ſcilicet, in qua dn̄s noſter Ieſus Chrus pro nobis ſuſtinuit mortem
in ara crucis innocentiſſimā & ignominioſiſſimā, vt nos ab eterna Eſaiæ. 53
morte, cui eramus ob peccata nr̄a obnoxij, redimeret, & q (vt Pe- 1. Petri. 2.
trus ſcribit) pctm̄ nō fecit, nec inuētus eſt dolus in ore eius, ille pctā
nr̄a hodie ptulit in corpore ſuo ſup lignū, vt peccatis mortui, iuſti-
tiæ viuamus. Si igitur, ſocij eſſe cupitis lætitiæ & cōſolationis in die 2. Cor. 1.
reſurrectionis Ieſu Chriſti, curabitis & eſſe ſocij in hodierna die
paſſionum eius, compatientes ei. Id quod natura exigit, quā compa-
rari videmus, vt ſi quid patitur vnum membrum compati-
untur omnia membra, fieriquē comperimus, vt capite ægrotante dolent omnia membra.

Quia

Digitized by Google

1. Cor. 12. 6. q. 1. c. Ex merito Quia vero hodie Chriſtus caput noſtrum, vnde omnis noſtra vis et vita, pro nobis ſic dolu-
it, vt ante initium paſſionis in monte Oliueti ex animo dixerit: Triſtis eſt anima mea vſq; ad
Marc. 6 mortem, & quum ſic paſſus fuerit vt nulla in mundo paſſio eius paſſioni poſſit conferri. Ipſo
Marc. 14 dicente p Prophetam: O vos omnes q tranſitis p viam, attendite & videte, ſi eſt dolor ſimilis,
ſicut dolor meus: nimirũ admonẽs, vt ſibi cõpatiamur p deuotã cõpaſſionẽ cum doloroſa me-
ditatione magnitudinis ſuæ paſſionis, rectè cum eo compatiemur. ¶Quũ vero nihil ſit, qđ B
æquè dñs à nobis velit cogitari, atq; ſuã erga nos dilectionẽ, vt & ipſi eũ redamemus, certè ni
hil põt eẽ qđ idem malit, quã vt ſemp ſimus memores dñicæ ſuæ paſſionis p deuotã & ſanctã
meditationẽ: qñquidẽ nullibi illius erga nos charitas magis eluceſcit, q̃ in ipſius p nobis paſ-
Johan. 15 ſione & morte. Nemo eñ (inqt ipẽ) maiorẽ hac dilectõe habet, q̃ vt aĩam ſuã ponat qs p ami
Joh. 10 cis ſuis. Id q̃d ipẽ nõ coactus ſed ſpõtẽ fecit, dicẽs: Ego ſum paſt or bonus & pono aĩam meã p
1. Cor. 11. ouibus meis. In cuius ppetuã memoriam ipẽ ſacrm̃ ſanctiſſimi ſui corporis inſtituit, à nobiſq;
ſumendũ tradidit, Paulo monente in hęc verba: Quotiẽſcũq; manducabitis panẽ hunc, & cali
Gala. 1. cem bibetis, mortẽ dñi annuntiabitis, donec veniat. Id qđ ille adeò diligẽter obſeruauit, vt li-
cet doctiſſimus eſſet, abundantius æmulator exiſtẽs paternarũ traditionũ, & magnitudine re-
2. Cor. 12 uelationũ exaltatus, velut in tertiũ cœlũ raptus archana audiẽs, quę nõ licet homini loqui, non
1. Corin. 2 aliud iudicauit ſe ſcire niſi Chrm̃ Ieſum & hunc crucifixum, nec in alio q̃ in cruce dñi gloriatus
eſt. Et pfectò nullius rei æquè frequẽter mentionẽ fecit in ſuis epiſtolis, atq; paſſionis & mor-
tis Ieſu Chriſti, vtpotè p quam vl'ſolam ille nos patri ſuo reconciliauit. Agite pinde fratres di
lectiſſimi, gloriemur & ipſi in eiuſdẽ paſſione & morte, ſedula nimirũ compaſſione & medita-
tione eorũ quæ pro nobis hac in primis die ſuſtinuit, quæ quatuor Euangeliſtæ ſuis in locis in
hæc, vt ſubſequuntur, verba recenſent. Et hymno dicto, egreſſus eſt Ieſus cum diſcipulis ſuis
trans torrentem Cedron, & cætera.

HOMILIA TRICESIMASEXTA IN CONCLVSIONEM eiuſdem paſſionis dominicæ.

HAEC FRATRES Dilectiſſimi, eſt paſſio dñi noſtri Ieſu Chri- A
ſti iuxta veritatẽ quatuor Euangeliſtarũ, cui (obſecro) corde deuoto
Thren. 1. compatiemini, quũ ipẽ vos tam paternè admonet, dicẽs: O vos oẽs,
qui tranſitis p viam, attẽdite & videte, ſi eſt dolor, ſicut dolor meus.
Compatiemini (inquã) ne vos deteſtari & damnare videanſ creata
inanimata, adeóq; elementa ipa, vtpotè quę vl'cuncta, vt audiuimus
hodie ſuo creatori pinde lugentia ſunt compaſſa. Sol nimirum ob-
ſcuratus eſt, terra tremuit, petræ ſciſſæ ſunt, velum diuiſum eſt tem- B
pli, ſuntq; mortuorũ aperta monumenta. ¶Quis proinde obſecro
tam irreligioſus hodie, qui non compungaſ, quis tam durus vt non
molliatur, quis tam inhumanus, qui non compatiatur, quis tam delicioſus, qui non abſti-
neat, quis tam flagitioſus vt non hac die pœniteat de peccatis ſuis, quorum cauſa ſuus domi-
nus & creator ſubijt mortem om̃ium amariſſimam & ignominioſiſſimam, ſemel vtiq; mortu
1. Petri. 3. us (vt ait Petrus) pro peccatis, iuſtus pro iniuſtis, vt nos offerret Deo, deglutiens mortem, vt
vitæ æternæ hæredes efficeremur, quales tamen non eritis, niſi (vt ait Paulus) compatiemini.
Roma. 8. Compatientes autem confidite, quòd eius conſolationis ſocij in futuro efficiamini. Nec enim
pro ipſo lugentibus piè gloriam ſuam negabit, qui nec Petro flenti, nec Magdalenæ quæren-
Psal. 125. ti & dolenti gloriam reſurrectionis ſuæ occultare voluit. Fieri enim nequit, quin verè dixerit C
Propheta: Qui ſeminant in lachrymis, in exultatione metent. Seminant autem in lachrymis,
qui pœnitentes hodie Chriſto compatiuntur, & quidem: ¶Primo, vt huius paſſionem,
& crucem in corde per deuotam recordationem baiulent. ¶Secundo, in ore per crebram
& deuotam gratiarũ actionẽ. Tertio, in corpore p caſtigationẽ & abſtinentiam ab ijs, quę vo
1. Petri. 2. luptuoſa ſunt & delicioſa, memores quòd hodie dñs Ieſus duriſſima quæq; pro nobis ſuſtinue
rit, quæ & ipſi ſufferre libenter debemus, crucemq; tollere, & ſequi ipſum, Petro dicente: In
hoc enim vocati eſtis, quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſe
quamini veſtigia eius. Si enim fratres, in paſſione illum non ſequemur, nec ſequemur eum
Lucæ. 24 ad gloriam, ad quam nec ipſe niſi per paſſionem venire potuit, ita & nos non niſi per multas
Acto. 14. tribulationes eò venire poſſumus, quò perducat nos dominus Ieſus Chriſtus medio innocen-
tiſſimæ ſuæ paſſionis, Amen.

HOMILIA XXXVII. DE EO, QVOD LEGITVR, Marci. 16. Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & cætera.

In ſacroſanctis ferijs glorioſe et letabunde reſurrectionis domini noſtri Ieſu Chriſti.

Gaudete

GAudete fratres, ſumma deuotione gaudete, qm̄ hæc eſt dies tertia, in
A qua Chrūs dn̄s reſurrexit, ſicut moriturus p̄dixit, factus ſine adiuto- Pſalm. 87
rio inter mortuos, liber. Gaudeamus, inquā, tā illi, q̄ nobis, quoniā 2. Cor. 1.
tam ſibi q̄ nobis reſurrexit, vt ſic qui fuiſſemus ſocij tribulationis, eſ- Apocal. 1.
ſemus & ſocij cōſolationis, vt ſic, queadmodū languente vno mem
bro, langueſcunt & reliqua, ita quoq; gaudente vno membro gau-
derent, & reliqua, quaſi ſimul gaudium participantia. Nec tamen ſi-
cut luctus, ita & gaudiū, ſed abundantius multo magis, quia granū
frumēti, quod ſolū mortificatum eſt in paſſione, multū fructū attu- Iohan. 12
lit in reſurrectione. Solus em̄ mortuus, ſed ſolus minime reſurrexit,
quandoquidē multa, inqt Euangeliſta, corpora ſanctoꝝ, q̄ dormierāt, ſurrexerunt, & exeun
tes de monumentis poſt reſurrectionē eius, venerunt in ſanctā ciuitatē & apparuerūt multis, Matt. 27
quo manifeſtius demōſtrauit, qa in virtute ſuæ reſurrectionis oēs reſurrecturi eſſemus, & q-
dē credētes ad vitā æternā. Scientes em̄, inqt apl'us, qa qui ſuſcitauit Ieſum, & nos cū Ieſu ſuſci Coloſſ. 2.
tabit, q nō modo ſuſcitatus eſt ad gloriā, ſed & nos ipſi in Chr̄o ad eandē gloriā ſuſcitati nūc
in ſpe, reſuſcitandi tandē in re. Siquidē dubitandū nō ſit de cōſortio gloriæ, queadmodū non
eſt dubitandū de cōmunione naturæ. Nos quidē in Chr̄o crucifixi, nos in Chr̄o ſumus mor-
tui, nos in Chr̄o die tertia ſuſcitati. Sicut em̄ ille nobis, Eſaia teſtāte, natus eſt, ita nobis mor- Eſaiæ. 9
tuus, nobis crucifixus, nobiſq; hodierna die reſuſcitatus, immortalis & glorioſus, qm̄, vt ho-
die dicit angelus, ſurrexit, & nō eſt hic. Nō eſt hic, inqt, in monumēto, in hoc mutabili mūdo Roma. 6
B loco vtiq; corruptiōis & imagine mortis. ¶Surrexit & Lazarus cū cæteris à dn̄o adhuc mo Iohan. 11.
rituro ſuſcitatis, ſed hic māſit iteꝝ moriturus. Chr̄s vero hodierna die reſurgēs ex mortuis, iā
nō morit, mors illi vltrà nō dn̄abit. Qđ em̄ mortuus eſt, pctō mortuus eſt ſemel. Qđ aūt viuit,
viuit deo, & q perfecte reſurrexit, nō eſt hic ſecundū legē huius corruptibilis tēporis, præſens Mat. vl.
vero glorificatus ſub venerabili Euchariſtiæ ſacramento omnibus diebus vſq; ad conſum-
mationē ſeculi. ¶Qui & deinde, exacto hoc ſeculo, reformabit corpus noſtrū virtute ſuæ Philip. 3.
reſurrectionis cōfiguratū corpori claritatis ſuæ, vt qui reſurrectionē in ſe oſtēdit, ideo, vt ſic
illā aliqn̄ in nobis eſſet facturus, vt ſe vt caput noſtrū mēbra ſeqremur, q & mortē ſuſcepit, ne
mori timerem⁹, & reſurrexit vt nos reſurgere poſſe cōfidamus, qbus caro erit lōge pulchrius
reformata q̄ olim fuerat in paradiſo cōdita, vtpote quæ etſi mortua nō fuiſſet, ſi nō peccaſſet,
mortalis tn̄ ſemp erat, nimiꝝ elementoꝝ actionibus ſubiecta, q̄ virtute Chr̄i Ieſu reſurrectio-
nis tū per dotes gloriæ oīno erit immortalis, impaſſibilis, ſubtilis, agilis, & clara, pro ſua con- Gene. 3
ſeruatiōe, neq; loco, neq; cibo indigebit. Nec illi tū dicet. Terra es, & in terrā reuerteris, vtpo
C te immortalitate & ſtola glorię nobiliter induta. Idq; totū fiet virtute reſurrectiōis Ieſu Chri Pſal. 117
ſti, q̄ hodie facta eſt. ¶O vere venerāda dies, ò iucunda dies, ò dies tota deſiderabilis, ò dies
plena cōſolatione, q̄ vere (propheta teſte) dn̄s ſingulariter fecit in diebus anni tranſeuntibus
non cōputanda, ſed æternitatis æuo inſcribenda, nobis gloriā æternitatis repromittēs in no-
uiſſimo die reſurrectionis futurā. Quis proinde, fratres chariſſimi, non toto exultaret animo
hac glorioſæ reſurrectionis Ieſu Chriſti die, in qua dn̄s redemptor noſter eum nobis in vita
æterna reparauit ſtatum, in quo finē habitura eſt oīs noſtra aduerſitas & inceptura felicitas,
nullo tēpore finitura. Quis hodie cū Iob in tot huius mūdi tribulationibus, aduerſitatibus, mi Iob. 9
ſerijs, & ærūnis cōſtitutus, nō ſe velit ex aīo cōſolari per reſurrectionē Ieſu Chr̄i, atq; cum illo
aīatus dicere. Scio q redemptor meus viuit, & in nouiſſimo die reſurrecturus ſum, & in carne
mea videbo dn̄m ſaluatorē meum. Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo: nimiꝝ nō ignarus,
ſe cū Chriſto ituꝝ in Galilæā, quod trāſitus eſt, à paſſione ad reſurrectionē, à morte ad vitam
à pœna ad gloriam, à corruptione ad incorruptionem, & cum eodem futurum in tanto gau- Eſaię. 64
dio, quantū nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, ſecū eā & tantam 1. Cor. 2
habens gloriā, ad quā nō ſunt cōdignæ paſſiones huius tpis, quā vtiq; pleriq; oēs habituri ſu- Roma. 8
mus virtute Ieſu Chr̄i hodie reſurgentis teſtimonio angelico, ſi fecerimus in ſpiritu ea, quę fa
cto ipſo hodie fecerunt tres Mariæ, iuxta tenorem Euangelij hodierni, adſerentis.
D ¶Primo, q tres Mariæ, mulieres vtiq; religioſæ ſepulto dn̄o, cū licuit operari, i. vſq; ad ſo
lis occaſum vngēta parauerūt, & qa præ anguſtia tpis nō potuerint explere, mox trāſacto ſab
bato, i. occidēte ſole, vt operādi licētia redit, feſtinauerint emere aromata, nimiꝝ vt vngerēt
more Iudæoꝝ corpus Ieſu, vt. ſ. maneret odoriferꝝ, & ne humiditate ſcaturiret: q̄nquidē aro-
mata virtutē habeāt deſiccantē humiditatē corporis, inde corpus incorruptū cōſeruātia, in-
ſciæ Ieſu Chr̄i ad patrē per prophetā, dicētis. Inſup & caro mea requieſcet in ſpe. Qm̄ nō de- Pſalm. 15
relinques animā meā in inferno, nec dabis ſanctū tuū videre corruptionē. Et recte nimiꝝ nō Act. 2
oportuit in ſepulchro putreſcere corpus Ieſu Chr̄i, qđ erat in caſtiſſimo corpore diuæ virgi- Matth. 1
nis & matris Mariæ ſpū ſctō cooperatore citra ſeminis putredinē mirabilr̄ cōceptū & natum Lucæ. 1.
quodq; ille dū viuit, prorſus puꝝ, mūdū & incōtaminatū ſeruarat, indignū proinde ire in ver

Digitized by Google

Eſaię. 18 Actorū. 2 mium,pulueru̅ꝗ diſſipatione̅.Emptis itaꝗ aromatibus,inqt Eua̅geliſta,ꝙ venerūt Chriſtū
reſurgente̅ quærere in monume̅to cu̅ aromatibus valde mane,orto ia̅ ſole,atq; in itinere q̄ſi
uerit qs è monume̅to euolueret lapide̅ q deſup poſitus erat,cuius ipſæ capaces haud erant.

¶Sed qd hæc in myſterio? Profecto monumentū eſt cor noſtrū,in quo Chrūs ſub velami E
ne vult latere,aliàs reuelata facie vide̅dus. Lapis deſup,eſt omne peccatū, quod cor nō ſecus
atq; ſepulchrū lapis claudit,ne inibi conſpici queat Chrūs. Valde mane,eſt cito & ſine mora.
Ortus ſol,eſt diſcuſſio tenebrarū peccati. Sabbatū eſt quies & tranquillitas. Quærere qs reuol
uat lapide̅ à monumento,eſt ex aīo deſiderare à deo ſpū ſancto,vt remiſſo pc̄tō cor illuminet,
vt inibi Chriſtus reſurge̅s videri poſſit. Præcedere in Galilæā Chriſtū,eſt nobis facere tranſi-
tū,q̄d Galilæa notat,in vitā æternā,ad quā nobis ſurrexit,vt ip̄m eo ſequamur. Ex q̄bus mo- F
Eſaiæ. 29 do docemur. ¶Primo,ſi Chriſtū cū gr̄a & gloria inuenire volumus, debemus eū q̄rere in
Matt. 15 monume̅to.i.in corde nr̄o,in nō ficta charitate nec hypocriſi. Ne ipſe dicat, Populus hic la-
biјs me honorat,cor aūt lo̅ge eſt à me. ¶Secūdo,vbi cognouerimus cor nr̄m lapide.i.pc̄tō
Matt. 9 induratū,q̄ramus.i.optemus aromatibus.i.pijs ac odoriferis orationibus qs illū reuoluat, &
Lucæ. 5 certe nō erit,niſi ſolus deus,q ſolus pc̄tm̄ habet reuoluere.i.dimittere,ſolus illuminare, cui ſo
Mat. 26 Lucæ. 7 li peccat,ſine q̄ nihil facere poſſumus. Et certe q̄ſitus dūtaxat re̅mittet pc̄tm̄,que̅admodū ſolo
fletu Petrū & Magdalenā exaudiuit. ¶Tertio,vt q̄ramus eū pijs orationibus & hymnis pę G
nite̅tiæ valde mane.i.cito ſine aliqua mora,nō procraſtinantes,ne morte cita intercipiamur,
Eccl. 5. 14 cuius incerti ſumus. Hinc ſcriptura. Nō tardes co̅uerti ad dn̄m,& ne differas de die in die̅. Sub-
ito em̄ veniet ira illius,& in tp̄e vindictæ diſperdet te,memor eſto,qm̄ mors non tardat.

¶Quarto,vt q̄ram⁹ ſabbato.i.ī pace & q̄ete & ſecuritate ab oībus malis cogitatiōib⁹ ſecluſi H
ita vt nō ſit nob̄ propoſitū repeccādi,quū vtiq; alioq Chr̄s in ſepulchro.i.corde nō inueniat,
in q̄ eſt co̅ſcie̅tia ꝓpter pc̄tā irrequieta. Hanc ſane quiete̅ & pace̅ co̅ſcie̅tiæ optat nobis ap̄l'us
Coloſſ. 3. dice̅s: Et pax Chr̄i exultet in cordibus veſtris,in qua & vocati eſtis in vno corpore.

¶Quinto,ſequemur Chriſtū in Galilæā.i.trāſmigratione̅,quo ipſe nos p̄ceſſit. Id q̄d non I
aliud eſt,q̄ vt eā viā ad patriā eamus,quā Chrūs illuc p̄ceſſit,at Chr̄us illuc p̄ceſſit p paſſione̅,p
tribulatione̅,& deniq; p morte̅,ita & nos nō aliter co̅fidamus eū illuc ſequi poſſe,niſi tribula-
tionibus,aduerſitatibus & paſſiōibus & mortibus. Hinc Petrus ait. In hoc em̄ vocati eſtis,q̄a
Actor. 14 & Chriſtus paſſus eſt pro nobis,vobis relinque̅s exe̅plū,vt ſequamini veſtigia eius,tū em̄,in-
1. Petri. 2 quit Paulus,co̅glorificabimur,vbi co̅patiemur. Si proinde ſic deuotas hodie mulieres imitan
Roma. 8. tes,valde mane ſurrexerimus,& reuoluto lapide.i.pc̄tō per potentiā remoto,orto iam ſole.i.
diſcuſſis vitiorū tenebris,atq; ſic Chriſtū in monume̅to.i.toto corde aromatibus.i.operatio-
ne bonorū operū,odore virtutū,ſuauitateq́; orationū q̄ſiuerimus,Chriſtumq́; cruce noſtra ſe
quemur in Galilæam,haud dubitauerim,quin & ad nos angelus.i.diuinus inſtinctus ſit dictu
rus. Nolite expaueſcere,&c. quaſi quod Chriſtū nunc non corporali viſione videtis,non vl-
tra viuat,imò reſurrexit,& nō eſt hic.ſ.ſpecie viſibili,p̄cedens vos in Galilæam,ibi eū videbi-
1. Cor. 13 tis.ſ.non per ſpeculum in ænigmate vt nunc,ſed facie ad faciem,& ſicuti eſt.ſ.deus & homo,
1. Corin. 5 non mortali,ſed immortali & glorioſo corpore.

¶HOMILIA XXXVIII. DE EO QVOD LEGITVR, Lucæ. 24. Duo ex diſcipulis Ieſu ibant ipſa die.

Feria ſecunda paſchatos.

Job. 7. 14 Quamuis pręſens ſit vita prorſus vana & trāſitoria,multiſq́ repleta A
miſerijs & aduerſitatibus,nemo tn̄ eſt,qui non cupiat aut velit na-
tura viuere & quidem diu multumq́. Quia vero & è diuerſo om̄es
quotidiana experientia diſcimus hanc vitā plane nullam nec aliquā
in ea ſolidam eſſe beatitudine̅,ſed hāc oīno reſeruari futuræ, quam
credimus,vitæ,in qua tantū ſit bonorū dilige̅tibus deū p̄paratū,q̄tū
nec oculus vnq̄ vidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis aſcendit
Hinc eſt,vt eam nō modo oe̅s quicūq; baptizati ſumus & in Chri-
ſtū credimus,ex aīo deſideramus,in oratiōe dn̄ica pete̅tes ac dicen
Matt. 6 tes. Adueniat regnū tuū.ſ.cœleſte in alia vita,q̄d nobis à te repro-
Lucæ. 11. miſſum & Ieſu Chr̄i filij tui vnigeniti dn̄i nr̄i ſanguine acquiſitū eſt,ſed & ꝓpter ipſam hic oīa
agimus,ſufferentes quicq̄d vſpiā eſt malorū,laboramus,algemus,frigem⁹,eſurimus,ſitimus,&
hoc genus reliquas anguſtias & ærūnas patie̅ter ſuſtinem⁹,ſpera̅tes nos hoc pacto poſt hanc
Roma. 8. trāſitoriā vitā habituros vitā æternā,atq; inibi,Paulo teſte,tantā in nobis reuelatū iri gloriā,
ad quā huius tp̄is paſſiones vel quālibet multæ & magnæ nō ſint co̅dignæ: q̄nquide̅ paſſiones
huius tp̄is æque ſint breues,vt breue eſt te̅pus,ipſa vero gloria in tā aīa nr̄a q̄ corpore nr̄o ve-
re reuelāda nullo ſit tp̄e finitura,que̅admodū nec vita ſeque̅s eſt aliq̄n deſitura,in qua vel vna
dies

Digitized by Google

dies ſicut mille nobiſcũ anni,& mille anni ſicut vna nobiſcũ dies.Iã vero q̃ritur,vnde nobis ſit 2.Petri.3
de ea æterna vita,eiuſq́; æterna gloria fides? Nimirũ,q̃a credimus,nos in nouiſſimo huius ſe-
B culi die corporaliter reſurrecturos. ¶Sed vnde de eiuſmodi reſurrectiõe vltima fides? Nõ vti-
q; aliunde,q̃ ꝙ credimus Chriſtũ ipſm,caput noſtrũ,vere tertia poſt obitũ die reſurrexiſſe,&
ſic nos p ipſm reſurrecturos.Fieri em̃ nequit,quin caput vires q̃q; ſuas trãſfundat in ipſa mem-
bra,q̃ nos ſumus,q virtute capitis cũ eo & reſurgemus & cœlũ aſcendemus,cũ ipſo ſemp vi- Roma.6
cturi.Et hoc eſt q̃d apl̃us ait.Si aũt mortui ſumus cũ Chriſto,credimus,q̃a ſimul etiã viuemus
cũ illo:Sciẽtes,ꝙ Chrũs reſurgẽs à mortuis,iã nõ morit,mors illi vltrà nõ dñabit.Ideóq́;(inqt 1.Theſ.4
idem aliàs)ſi credimus,ꝙ Ieſus mortuus eſt & reſurrexit,ita & deus eos,q dormierũt p Ieſum,
adducet cũ eo.Atq; propterea ſi in hac dũtaxat vita ſperãtes in Chr̃o eſſemus,nec crederem⁹ 1.Cor.15
ipſm reſurrexiſſe,nec nos aliq̃n reſurrecturos,certe eſſemus miſerabiliores õibus hoĩbus: vtpo
te q hic tẽporalia quæq; oblectamẽta deſpiciẽtes alibi nullã haberemus vitã,nec pro labori-
bus & aduerſitatibus aliquã mercedẽ.Sed nũc,inqt Paulus,Chr̃s reſurrexit à mortuis primi-
C tiæ dormientiũ,q̃nquidẽ p hoĩem mors,& p hominẽ reſurrectio mortuorũ. ¶Nũc aũt quia Iohan.11. 1.Cor.15.
hæc ipſa reſurrectio dũtaxat eis ad vitã æternã ſit futura,q illam credunt,ſed aliis ad mortem
æternã,ſiquidẽ oẽs reſurgemus,ſed nõ oẽs immutabimur,ſit vt nõ mõ paſſim apoſtoli ſum-
mopere fidẽ eius reſurrectionis probare ſatagunt,ſed & Chrũs ipſe ea nobis atq; ſuis exhibuit Act.1
argumẽta,quibus illa merito pſuaderi poſſit ac debeat, vtpote q ſe ſuis diſcipulis poſt reſurre
ctionẽ ſuã in multis argumẽtis viuũ videri pbuit p dies quadraginta apparẽs eis,& loquẽs de
regno dei.Ita nimirũ in heſterno Euangelio probata eſt eius reſurrectio p apparitionẽ muli-
eribus factã,cuius & in hodierno Euangelio ſit mentio à duobus diſcipulis Emautem eunti-
bus,qui dicũt,Sed & mulieres quædã ex nr̃is terruerũt nos,q̃ & ante lucẽ fuerũt ad monumẽ-
tũ,& nõ inuẽto corpore eius,venerũt,dicẽtes,ſe etiã viſionẽ angelorũ vidiſſe,q dicũt eũ viue-
re.Sic & in hodierno Euãgelio probat eius reſurrectio,q̃m vere apparuerit duobus diſcipulis
D Emautẽ euntibus,apudq́; eos egit,q̃ ipſum vere viuentẽ teſtata ſunt.Et quidẽ. ¶Primo,ſi
vero viuentem oſtendit ex parte corporis,q̃m oſtendit ſe habere corpus verũ & ſolidum non
aereum nec phantaſticũ,vtpote q̃d potuerit agere,quæ corporis ſunt.Secundo ex parte ani-
mæ,& quidem primo per opera vitæ ſenſitiuæ,quia vidit diſcipulos ſuos,& cũ eis cõfabula-
tus eſt.Secundo,per opera vitæ vegetatiuæ vel nutritiuæ,q̃m cũ diſcipulis ſuis comederit &
biberit,imò & panẽ ſuo more fregerit,ita vt vere potuerit cognoſci idẽ nũero,qui fuit antea,
vtcunq; in alia qualitate.Tertio,per opera vitæ intellectiuæ,q̃m non modo diſcipulis ſuis fu
erit loquutus,ſed & eis ſcripturas,quę eius reſurrectionẽ fore teſtabant,eſt interpretatus,ceu
habet hodiernum Euangelium de duobus diſcipulis peregrinantibus,quibus & ipſe domin⁹
in forma peregrina apparuit,oſtendẽs pleroſq; oẽs,donec in hoc ſunt ſeculo,eſſe peregrinos,
& ſe tanq̃ fideli comite eundo & redeundo in itinere indigere.Atq; nimirũ,inquit ad dñm p Pſal.38
pheta,aduena ego ſum apud te,& peregrin⁹ ſicut oẽs patres mei.Et quare? q̃a,reſpõdet apl̃s, 2.Cor.4
dũ ſumus in corpore hoc,peregrinamur à dño.Nõ em̃ habemus hic manentẽ ciuitatẽ,ſed fu- Hebre.13
E turã inquirimus. ¶Hinc dñs hodie velut peregrinus apparuit peregrinãtibus,nec vult ad-
eſſe & apparere comes in hac peregrinatione mũdi ſua gratia niſi eis q ſpũ faciunt,q̃ peregri-
ni hodierni fecerunt. ¶Primo quidẽ illi fuere duo congregati.i.fuere vnanimes & cõcor-
des & pacifici,ſic & ipſi cõcordes eſſe debemus & pacifici.Hinc apl̃us,Pacẽ,inquit, habete & 2.Cor.13
deus pacis & dilectionis erit vobiſcũ.Siquidẽ Chrũs ipſe promiſerit ſe futurũ in medio eorũ q Matt.18
F vel tres vel duo in noĩe ſuo ſunt cõgregati. ¶Secundo fuere triſtes,vtpote q̃d putarant ſe
Chriſtũ amiſiſſe,ita & nos triſtari pœnitendo debemus,formidãtes,ꝙ noſtris pc̃tis eundem Pſal.118
amiſimus & fugauimus, q̃m longe à peccatoribus eſt ſalus.i.ipſe Ieſus,qui ſaluator eſt.Hæc
nimirũ eſt,Paulo teſte,illa triſtitia ſecundũ deum,q̃ pœnitentiã in ſalutẽ ſtabilẽ operatur. 2.Cor.7
G ¶Tertio,cõfabulati ſunt de deo,adeóq́; de dño Ieſu.Ita & ipſi triſtes in hac peregrinatiõe,
& tribulati de dño cõfabulari debemus.Ita fiet,vt eſt in prouerbio,Cũ de aliquo ſit mentio,
idem plerunq; adeſt vel aderit,ſic & ipſi cum de Chriſto,deq́; rebus illius loquemur,profecto
non procul aberit.Et ſane cõtra huiuſmodi tribulationes non eſt tutius remediũ q̃ loqui de
H deo. ¶Ita fratres,q̃m ſcimus plana nos opus habere pſente in hac peregrinatione Chriſto,
de ſe dicente.Sine me nihil poteſtis facere,neceſſum eſt,vt faciamus,q̃ peregrini hodie fece- Iohan.15
re,vt nobiſcũ ſit.Vtiq; ſi pacifici erimus,ipſe deus pacis nobiſcũ erit,haud ſecus atq; cũ ſuis fi- Matt.5
liis,& ipſe triſtitiã noſtrã vertet in gaudium,quo preſente,nemo triſtis eſſe queat,& ipſe nos
de ſe loquentes confortabit,illuminabit atq; ſic nobis aperiet ſcripturas,vt re ipſa eas intel-
ligamus,quæ vtiq; nobis nil proſunt,niſi opere compleantur.
I ¶Hinc dñs hodie nõ eſt cognitus dũ loqueret,ſed dũ paſtus eſt:argumẽto,fidẽ ſine operi- Iacobi.2
bus mortuã,quia dñm,quẽ diſcipuli nec ex viſione nec ex ſcripturarũ interpretatione & ex-
poſitione cognouerãt,mox vt opere,quod ſcripturæ præcipiunt,perfecere,eũ in fractione
panis cognouerũt.Ita & nos quũ ſic dñs apparuerit nobis ſua gratia,ipſm pñs operib⁹ adeóq; Matt.25

Digitized by Google

ore & corde inuitabimus & rogabimus p ſuos hic ſctōs.i.pauperes, vt nobiſcū maneat, nos
relicturus, qm̄ aduesperaſcit & inclinata ſit iā dies.ſ.ad noctē illā, in q̄ nemo poterit operari.
Iohan. 9 Et profecto inclinata eſt nūc dies, qm̄ oīa plane tēdāt ad interitū, breui futurū. Ideoq; opus eſt
Chriſto, die ipſiſſimo, vt comes fidelis & benignus viam ad patriā monſtret.

¶HOMILIA XXXIX. DE EO QVOD LEGITVR, Lucæ.14. Stetit Ieſus in medio diſcipulorum ſuorum.

Feria tertia paſchatos.

Psalm. 73 QVI, propheta teſte, noſtrā ſalutem in medio terræ operatus eſt, re- A
Psalm. 18 cte nimirū hodie ſtetit in medio ſuorū diſcipulorū, qui eam ſalutem
Roma. 10 quæ per dn̄i reſurrectionē perinde cōpleta eſt, erant toti mūdo de-
inde prædicaturi. Stetit aūt inter eos, vt ſol inter ſydera, vt eos illu-
minaret. Sicut flos inter lilia, vt eos decoraret. Sicut princeps inter
milites, vt eos roboraret. Sicut pater inter filios, vt eos cōcordaret.
Sicut cor inter membra, vt eos viuificaret. Sicut magiſter inter diſ-
cipulos, vt eos informaret, certioreſq; redderet de ſua apud ipſos
dubia reſurrectione, atq; illi eandē poſtea certiſſimam toto terra- B
rum orbe prædicarent. ¶Quia vero, teſtibus philoſophiæ magi-
ſtris, ad verā cognitionem alicuius facti requiri ſoleant, viſus, tactus, & auditus, ideo ipſe dn̄s ſe
vere reſurgentem & viuum hiſce tribus ſenſibus hodie prorſus approbauit, vtpote qui illos al
loquutus, ſe videri & tangi, palpariq; permiſit, ſimulq; illos audiuerit, atq; cum eis ob maio-
rem certitudinem eſitauerit. Quia enī ſe palpari præbuerit, probauit ſe verum habere corpus
cū præter corpus nihil poſſit palpari. Vn̄ dicit diſcipulis, putantibus ſpiritū videri, palpate &
videte, &c. Quòd autem comederit, probauit ſe viuere, contra mortua, quæ cibum non capi- C
unt. ¶Manducauit autem dominus poſt reſurrectionem, non quaſi cibo indigens, nec qua-
ſi in reſurrectione, quam expectamus, cibis egere ſignificans, ſed vt eo modo naturam corpo
ris reſurgentis adſtrueret, non comedēs ex neceſſitate, ſed poteſtate, vt ſuæ reſurrectiōis ve-
ritatē inſinuaret. Sicut aliter abſorbet aquā terra ſitiens, aliter ſol calēs, illa indigētia, hic potē-
tia. Hinc ob maiorē veritatis reſurrectionis experientiā, reliquit diſcipulis reliquias ex eo, de
quo manducarat, vt viderent, quod vere manducaſſet, vti euidenter exprimit Euangelium.
Id quod ſummatim arguit, quomō dominus de ſua reſurrectione diſcipulos reddiderit certi-
ores. Primo per viſum, dicens. Videte manus & pedes, quia ego ipſe ſum. Secundo, per tactū,
dicēs. Palpate & videte, quia ſpūs carnē & oſſa non habet. Tertio per guſtum, cū dicit. Habe-
tis hic aliquid, &c. Quarto per auditū, dicens. Hæc ſunt verba, &c. Iam vero ne in litera dum-
taxat laboremus, & in nuda fide, operæpretium erit, vt ipſius literæ ſumamus myſterium, vt
ſic diſcamus ſpū facere, quod litera factum re ipſa perdocet.

¶Et ſane videre pedes & manus Chriſti, eſt eius paſſionem meditari, eiuſq; vulnera. Eius D
corpus tangere & palpare, eſt eidem ſe per charitatem copulare. Offerre piſcem aſſatum, eſt
illi nos exhibere corpore caſtigatos per opera pietatis. Ideoq; ſi Chriſtum hodie cum diſcipu
lis vere & cum gaudio reſurgentem & videre & cognoſcere auemus.

¶Primo, meditemur ex animo eius amarā paſſionē, ei cōpatientes & gratias agentes, quo- E
niam, vt nobis reſurrexit, ita nobis quoq; mortuus eſt. Hinc ad eā meditationem nos ipſemet
Threni. 3 hortatur, dicens. Recordare paupertatis & tranſgreſſionis meæ, abſinthij & fellis. Nihil enim
æque placet Chriſto atq; ſuæ paſſionis memoria. Hinc & heri duobus diſcipulis benigniſſi- F
me apparuit, quia de eius paſſione cogitabant & loquebantur. ¶Secundo, illū palpemus.i.
corde & aīo diligamus, quaſiq; vnū cum eo efficiamur. Hinc Iohannes, Nos ergo, inquit, dili-
gamus deū, qm̄ deus prior dilexit nos. Eam vero dilectionē tunc deo exhibebimus, ſi proxi-
mos propter eum dilexerimus illis exhibentes, quæ decent & proſunt. Vnde Iohannes ait. Si
1. Ioha. 4 quis dixerit, qm̄ diligo deū, & fratrē ſuū oderit, mēdax eſt. Qui eī non diligit fratrē ſuū, quē
videt, deū quē non videt, qūo diliget? Et hoc mandatū habemus à deo, vt qui diligit deū, dili
gat & fratrē ſuū. ¶Tertio, offeramus nos quaſi piſces aſſatos.i. caſtigatos corpore p amo- G
tionē & ſubtractionē eorū, quæ corpori placēt, ac ſubinde ad peccandū prouocant. Et hoc
Roma. 6 eſt, q̄d apl̄us ait. Conſepulti eī ſumus cū illo per baptiſmū in mortē, vt qūo Chr̄us ſurrexit à
mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus, proinde, ſicut exhibuiſtis
membra veſtra ſeruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatē, ita nunc exhibete membra ve
ſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. Ad hunc modū fratres, ſi obtulerimus dn̄o nos aſſatos
ipſe ſe nobis cognobilem ꝓbet hic per grām & alibi ſic p gloriā, vt procul dubio credētes gau
debimus præ gaudio, quod nobis ex eius erit præſentia, in quo omnia bona ſunt contenta,
quemadmodum & diſcipuli viſo dn̄o gauiſi ſunt.

¶Homilia

¶HOMILIA XL. DE EO QVOD LEGITVR, Iohan. 20. Cum eſſet ſero.

In octa. paſche.

A QVAE ſuper hodierni Euangelij verba in vtranq; partem non ſine fructu diſ-
putari queunt, anno ſuperiore ſatis abunde tractauimus, nunc de eis merito ſu
perſedentes, atq; id ſolum propterea in principio monentes, Euangelium hu-
ius diei duas continere domini reſurgentis apparitiones, diuerſo quidem nec
vno factas tempore. ¶Prima, nimirum facta eſt in ipſa die reſurrectionis do
minicæ, dum venientibus duobus diſcipulis ex Emaus in Hieruſalem, inuene
runt illos vndecim, & eos, qui cum ipſis erant, dicentes, quod dñs vere ſurrexit, & apparuit Si Lucæ. 24
moni Petro, quibus & ipſi duo nuntiauerunt, quæ in via & in fractione panis contigerunt. Et
de hac apparitione diximus in tertijs ferijs paſchatos.
B ¶Altera vero apparitio facta eſt poſt octo dies præſente Thoma, dicente Euangeliſta. Et
poſt dies octo iterum erant diſcipuli eius intus, & Thomas cum eis, venit Ieſus ianuis clauſis,
& ſtetit in medio & dixit eis. Pax vobis, &c. Vnde. ¶Primo colligitur Chriſtũ inter cæte-
ra, quæ ex parte ipſius nuper recenſuimus, vel ideo ſemper apparuiſſe & ſtetiſſe in medio diſ-
cipulorum, vt oſtenderet, ſe nõ modo eſſe verum prælatũ, ſed & vt doceret, eum eſſe verum
& bonum ꝑlatum, qui ſic in medio eſt ſuorum ſubditorum, vt æque curet omniũ ſalutem &
vtilitatem, non plus in vnam q̃ in alterã partem inclinans. Sic ad ſummum ſacerdotẽ domi- Deute. 17
nus ait. Nec declinabis ad dextram neq; ad ſiniſtram. Non debet itaq; ꝑlatus acceptor eſſe ꝑ-
ſonarum, ſed plane quod iuſtum eſt ſequi, queadmodũ & dñs ipſe ſummus ꝑlatus, dicente Pe-
tro. In veritate cõperi, quia non eſt acceptor perſonaꝝ deus, ſed in omni gente, qui timet eũ, Actoꝝ. 10
& operaſ iuſtitiã, acceptus eſt illi. Ille ideo ſtetit hodie in medio in formã vniuſcuiuſq; ꝑlati, Leuiti. 19
vt idẽ in medio ſtet ſuoꝝ, æque oĩbus intẽdẽs, memor ſe cũ Paulo Græcis & Barbaris, ſapien Roma. 2.
tibus & inſipientibus, & deniq; oĩbus eſſe debitorẽ, quibus iuxta vniciuiuſq; cõditionẽ adeſſe Romanõ. 1
debet, queadmodũ ſol in medio firmamenti ex æquo oĩbus mundi partibus ſuũ profundit ca
lorẽ. Atq; profecto ꝑlatus in medio ſtans bene oĩa gubernabit, nec aliter. Siquidem columna
C nunq̃ ſuſtinet ædificiũ, ſi ſit ad partem prope parietẽ, & nõ in medio. ¶Secundo, Chriſtum Matt. 5
ſæpe ſuis diſcipulis optare & ꝑcipere pacẽ, vt primo oſtenderet, ſe non eſſe niſi inter pacifi- Pſal. 75
cos, qui eius ſunt filij, qui in eis dumtaxat vult inhabitare, qui pacem & concordiam diligunt,
cuius locus in pace factus eſt. Vnde aplus. Pacẽ habete, & deus pacis & dilectionis erit vobiſ- 2. Coꝛ. 13
cũ. Secundo, vt oſtenderet nullã prorſus cõmunitatẽ & rempub. ſine pace poſſe proficere vel
durare. Siquidẽ vt omne regnũ in ſe diuiſum, deſolaſ, ita pacificũ cõſeruaſ & dilataſ: quũ con- Lucæ. 11.
cordia res paruæ creſcant, magnæ vero dilabanſ. Et hoc eſt, q̃d Chrũs vbiq; ſuis optat & ꝑci- Saluſtiꝰ.
D pit pacẽ, quã & ſuis quilibet ꝑlatus cõmendare debet. ¶Tertio colligiſ ſumma Ieſu Chriſti
clementia, ꝙ ne dũ dominator ipſe oĩm & paſtor optimus de puſillo grege, ſed & de vno ho- Lucæ. 12
mine, itẽq; pro vna aĩa tã fuerit ſolicitus, vt ſeipſum vulnera habentẽ oſtenderit: qui & aliàs Lucæ. 15
relictis nonagintanouem ouibus in deſerto deperditam curioſius quæſiuit: nimirum relin-
quens exemplũ vnicuiq; ꝑlato, quàm debet eſſe ſolicitus de grege ſibi cõmiſſo, ne vel vnicam Hebrę. 13
inde ouiculã perdat, vtpote qui nõ pro ſe tantum, ſed pro omnium ſuoꝝ aĩabus, authore Pau
E lo, redditurus ſit rationẽ, atq; vtinã cum gaudio. ¶Quarto colligitur, verã eſſe fidem de ijs,
quæ non videntur. ſ. nec oculo corporis, nec intellectus, ſed ſolo aſſenſu, aplo dicente. Fides ẽ
ſperandarum ſubſtantia reꝝ, argumentũ non apparentiũ. Hinc vere beati hodie à dño adfir Lucæ. 1.
manſ, qui nõ viderunt & crediderunt. Queadmodũ & beatã eſſe adfirmauit virginem Mariã
Eliſabetha, qm̃ non viſa nec intellecta crediderat, inquiens. Et beata quæ credidiſti, qm̃ perfi
cientur ea, quæ tibi dicta ſunt à dño. Sic quia credidit Abrahã deo ad ſe dicenti. Suſpice cœ- Geneſ. 15
F lũ, & numera ſtellas ſi potes, &c. imputatũ eſt ei ad iuſtitiã. ¶Non eſt igitur, quod deſidera Roma. 4
mus ea, quæ nobis ad ſalutẽ conſequendã, credenda ſunt vel oculis vel ſignis videre. Id quod Galat. 3
inter alios paꝝ feliciter ceſſit Zachariæ, viro alioqui ſanctiſſimo. Ad quẽ angelus. Et ecce eris Lucæ. 1.
inquit, tacens, & nõ poteris loqui vſq; in diẽ, quo hæc fiant pro eo, quod non credidiſti verbis
meis, quæ implebuntur in tẽpore ſuo. Ita nimiꝝ hodie ſatis ſerio dñs benigniſſimus Thomã
dilectum diſcipulum videtur increpare, dicens. Infer digitum tuum & vide manus meas, &
adfer manum tuam & mitte in latus meum, & noli eſſe incredulus. Ad quod ſane verbum, ip-
ſe tremebundus proculdubio, exclamans ait, Dominus meus & deus meus. Q. d. O clemen-
tiſſime domine, meam mihi indulge incredulitatem: quandoquidem nihil nunc dubitauerim
de te viuente, qui vita, reſurrectio es & veritas. Iam certus ſum, confirmo reſurrectionem, ꝓ- Joh. 11. 14
dico immortalitatem. Tu es dominus meus & magiſter meus, ego ſeruus tuus & filius ancillæ
tuæ, Tu deniq; es deus meus, qui me creaſti & pro me carnẽ ſuſcepiſti, quam vt me redimeres
morti tradidiſti, & vt me tecum reſuſcitares, nunc à morte reſurrexiſti. Hæc eſt fides mea, ita

Digitized by Google

ſentio & ita credo. ¶Scias aũt non caſu,ſed diuinæ pietatis diſpenſatione geſtũ eſſe,vt Tho G
mas ille dilectus diſcipulus tunc abeſſet,qui audita reſurrectione dubitaret, dubitãs palparet,
& palpãs crederet,vt à nr̃is cordibus omnẽ dubitationẽ expelleret,& dũ in magiſtro ſuo vul
nera palparet carnis,in nobis vulnera ſanaret infidelitatis,noſtrã fidẽ nõ modo roborans,ſed
& excludens errorẽ hæreticoꝝ,dicentiũ,Ieſum verũ corpus non habuiſſe. Atq; ſic plus nobis
Hebr.11. Thomæ incredulitas q̃ alioꝝ credulitas ad fidem profuit. ¶Sed audio hic quæri,ſi fides eſt H
non apparentiũ,& quomodo dicit Thomas credere, quũ,quod credidit vidit, dñ̃o dicente:
Quia vidiſti me Thoma,credidiſti? Reſpondendum cenſeo,aliud Thomã vidiſſe & palpaſſe
corpore,& aliud corde credidiſſe. Hominẽ eñ̃ ſeu humanitatẽ vidit & tetigit,& deũ ſeu deita
tem,quæ in p̃ſenti videri nequit,credidit,factus profecto excellẽs theologus, antea infidelis,
vtpote qui duplicẽ naturam,vnicamq́; hypoſtaſim Chriſti edifferuerit, Dicendo eñ̃ domi-
nus meus,humanã naturã,cui datũ eſt totius creaturæ dominiũ,dicendo autẽ, deus meus,di-
Iohan.10 uinã,quæ omnia condidit,cõfeſſus eſt. ¶Quinto collige, nos debere ſcriptis,quæ tradunt I
Iohan.16 credẽda,credere,q̃n quidẽ,quæ credẽda ſunt, ideo ſint ſcripta vt credamus,ſ.abſq; alia proba
2.Petri.1. tione. Nec negãda eſt ſcripturæ fides,quũ ſolui nõ poſſit:nimiꝝ à ſpũ ſancto infuſa,Petro di-
cẽte. Nõ volũtate humana allata eſt aliqñ prophetia,ſed ſpũ ſc̃tõ inſpirati loquuti ſunt dei ho
Lucæ.16 mines. Sic Abrahã alibi duriter diuiti apud inferos epuloni,miraculũ pro fide fratrũ expoſtu
lanti,reſpõdit,dicẽs: Habẽt Moyſen & prophetas,quos ſi nõ audiunt,neq; ſi quis ex mortuis
reſurrexerit,credẽt. Nos itaq; fr̃es chariſſimi conemur eẽ ex nũero eoꝝ beatoꝝ,q nõ viderũt
& crediderũt,ſ.ex ſcriptis,quales erimus,vbi q̃ credimus operando exercemus.

¶HOMILIA XLI. DE EO QVOD LEGITVR,
Iohan.10. Ego ſum paſtor bonus.

Dominica prima poſt octa. paſchatos

BONI nimiꝝ eſt paſtoris,vt alio proficiſcens aliũ loco ſuo ſufficiat A
paſtorem,qui ſuis in abſentia ouibus vtiliter præſit,quod vt cõmo-
dius & certius facere poſſit,formã illi paſtoratus ex ſeipſo oſtendit,
dicẽs, Paſce interim oues meas,quẽadmodũ ipſe illos paui. Ita nimi
1.Petri.5 rum Chriſtus paſtor ſummus,idẽq; princeps hinc paulo poſt in cę-
lum abiturus,ne ſuos,quaſi oues ſine paſtore derelinqueret paſtorẽ
ſuo loco,nõ vnum,ſed multos ſuffecit,ap̃lo alibi ſcribente, illiſq; ſe
Ephe.4 ipſum præbuit in officio paſtoratus exẽplũ,quod eos ſequi oporte
ret,ſi ſibi & ſuis bene præeſſe vellẽt,idq́; facit in hodierno Euange-
lio,inquiẽs. Ego ſum paſtor bonus,&c. ¶In cuius exordio admo- B
Eccleſ.17 nuerim. Primo, Etſi vocabulo paſtoris veniat vnuſquiſq; mortaliũ,q vel vnius vel alterius vl̃
pluriũ hominũ curã ſuſcepit,ceu eſt paterfamilias, ludimagiſtri, artifex,&c. ſiquidẽ dñs vni-
cuiq; de proximo ſuo mandauerit,proprie tñ venit,q in publico regimine cõſtitutus eſt, ſiue
ſit prophanus ſiue eccleſiaſticus,veluti eſt papa,cardinalis,patriarcha,archiepiſcopus, epiſco
pus, Cæſar, rex, dux, princeps, baro, comes, conſul, magiſtratus, hocq́; genus p̃latorum alius,
ad cuiuſmodi Chriſtus hodie loquitur in Euangelio. Secundo quæri ſolet, quam ob rẽ vnuſ-
quiſq; p̃latus vocetur paſtor,quũ eñ̃ ex re plerunq; ſemper nõia imponi cõſueuerunt, neceſ-
ſum eſt, vt & ratio ſubſit, quur ſinguli prælati vocentur paſtores. Reſpondeo recte quæri,&
poſſe quoq; ad hunc modũ reſponderi,quoniã eadem eſſe debeant in p̃lato bono q̃ ſunt in bo
no paſtore. ¶Primo quidẽ boni eſt paſtoris,quũ nomen ſit eminentiæ,vt gregem præcel C
lat, ſicut ille ſit homo rationalis, iſtæ ſunt beſtiæ. Ita boni eſt paſtoris, vt vita & moribus hoc
p̃ſtet ſubditis, quo beſtijs hõ p̃ſtat,debetq́; tantũ actionẽ populi p̃cedere actio p̃lati,quãtum
diſtare ſolet à grege vita paſtoris. Ita eñ̃ in oĩbus recte debet p̃latus loqui & agere, vt poſſit cũ
Iohan.13 Chr̃o ad ſuos dicere. Exẽplũ dedi vobis, vt quẽadmodũ ego feci, ita & vos faciatis. Hinc ad p̃
latos dñs: Sic,inq̃t,luceat lux vr̃a corã hoĩb. vt videãt op̃a vr̃a bona,& glorificẽt patrẽ veſtrũ
Matt.5 q in cœlis eſt. Sed qualis ſit nũc vita quorundã p̃latoꝝ,& q̃uo luceãt moribus,nõ eſt,qđ mul-
tis oſtendã,quũ res ipſa loquat̃. ¶Secũdo,boni eſt paſtoris,quũ ſit nomẽ amoris,vt gregẽ p
potentiã amoris ſic defẽdat, vt nõ dubitet ob ſalutẽ oĩm oppetere mortẽ,Chr̃o hodie dicẽte D
Bonus paſtor aĩam ſuã ponit pro ouib. Sic etiã bonus p̃latus debet ſuos cõtra viſibiles & inui-
ſibiles hoſtes,ſ.hęreticos,tyrãnos,ſceleroſos & dęmones ad mortẽ vſq; defendere,nec fugere
ingruẽtibus lupis. ¶Eheu q̃ multi ſunt,q ſua dũtaxat curãtes,& remiſſi & negligẽtes p̃mit- E
tũt oues ſuas à lupis rapi,diſpergi,vorariq́;:q vtiq; nõ merent̃ dici paſtores,ſed mercenarij,
qui etſi p̃bendas recipiũt & emolumẽta nedũ mente timida fugiũt,ſed & loco & corpore lon
ge à cõmiſſis ouibus abſunt,nullã pro eis curã ſolicitudinis habẽt,de terrenis cõmodis & ho-
noribus lætãtes pereũtibus interim aĩabus ſubditoꝝ,de q̃bus tñ deo Max. in diſtricto iudicio

rationem

rationem ſunt reddituri, qui tum optarent ſe non fuiſſe paſtores hominum, ſed magis comedíſſe ſiliquas porcorum. Quibus proinde dominus minatur væ, inquiens: Væ vobis, non aſcēdiſtis ex aduerſo, neq; vos expoſuiſtis murum pro domo Iſrael, vt ſtaretis in prælio in die domini. Ex aduerſo aſcendere, eſt quibuſlibet poteſtatibus prauæ agentibus libera voce contraire, & eorum peccata (domino iubente) reprehendere. Pro domo domini Iſrael murum ſe opponere, eſt fideles & innocentes contra peruerſorum iniuſtitiam ex iuſtitiæ authoritate citra timorem vindicare, in quorum numero maximè ſunt diuini verbi præcones. Hebræ. 13 Ezech. 13 Eſaiæ. 58

F ¶ Tertio, boni eſt paſtoris, quum ſit nomen ſapientiæ, vt gregem per prudentiam & ſcientiam bene gubernent, ne errent & perdantur. Sic bonus prælatus eſſe debet prudens & doctus, vt ſubditos in omnibus regere poſſit, quæ ad ſalutem ſunt, ne perdantur. Hinc ad prælatos & maximè ſummates Propheta ait: Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Id quod Moyſes in perſona vniuſcuiuſq; prælati magnopere optabat, dicens: Prouideat dominus Deus hominem, qui ſit ſuper multitudinem hanc, & poſſit intrare & exire ante eos, & educere & introducere, ne ſit populus domini ſicut oues ſine paſtore. Quod vbi Solomon petijt à Deo longe maiora obtinuit, dicens: Et nunc domine Deus, tu regnare feciſti ſeruum tuum pro Dauid patre meo. Ego autem ſum puer paruulus & ignorans ingreſſum & introitū meum & cętera. Dabis ergo ſeruo tuo cor docile, vt populum tuum iudicare poſſit & diſcernere inter bonum & malum. Pſalm. 2. Nume. 27 3. Re. 3. 4.

G ¶ Atq; vtinam quiq; omnes prælati idipſum optarent & diſcerent, vt regere poſſent ſuos ne errore ꝑderentur, at vereor pleroſq; ſubditis eſſe indoctiores & imprudētiores, vtpote q̄bus penè nulla ē amplius rō doctrinę & prudētiæ, ſed potius inuentionis aſtutę, qua diteſcant & ſe non alios iuuent, q̄ vtiq; non cognoſcūt oues ſuas, nec oues ipſos iuxta Chri verbū, ideoq; mercēnarij potius ſunt, q̄ paſtores, q̄ tunc ſuos agnoſcūt vbi eos ꝓ qualitate regūt & inſtruūt.

H ¶ Quarto, boni ē paſtoris, quū ſit nomē ꝓſidētiæ, vt oues verbo & ſi opus fuerit, facto errantes corrigat. Ita bonus prælatus ſuos debet, ſi errant vel malè agunt, primo verbo: deinde, ſi acquieſcere noluerint, verbere corrigere & emēdare, ad ipſum, domino dicēte: Paſce populum tuum in virga tua. Sic ꝑ Prophetam dominus ait: In chamo & fręno maxillas eorū conſtringe qui non approximant ad te. Talis nimirum prælatus erat Paulus ad Corinthios dicens: Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate & manſuetudinis ſpiritu. Sic idē publicum fornicarium, quia fortaſſis admonitioni non acquieuerat, Satanæ in interitum carnis tradidit, vt ſpiritus ſaluus eſſet in die domini noſtri Ieſu Chriſti. Ita etiam faciundum eſt, vnicuiq; prælato & maximè ſeculari, qui propterea gladium portat, vt ſit vindex in iram ei, qui male agit. Sic Chriſtus: Oues quæ ex alio ouili erant, adduxit vario nimirum modo, vt eſſet vnum ouile, ſcilicet Gentilium & Iudæorum & vnus paſtor, ſcilicet omnium Chriſtus. Miche. 2 Pſalm. 31 1. Cor. 4. 1. Cor. 5. Roma. 13. Ephe. 2

I ¶ Quinto, boni eſt paſtoris, quum ſit nomen prouidentiæ cum miſericordia, vt ꝑ clementiam gregi prouideat ne deficiat. ſ. ob defectum paſcuæ tam ſpiritualis, quę eſt verbum Dei, q̄ corporalis, quæ eſt omen, quo alimur & ſuſtentamur. Ita nimirum prælatus bonus debet ſuos paſcere & fouere clementer. Primo, ꝑ paſcuam verbi Dei, in quo viuit homo ad vitam ęternam. Qui enim (ait ſcriptura) miſericordiam habet, docet, & erudit ſicut paſtor gregē ſuum. Secundo, ꝑ paſcuam cibi & alimenti temporalis: nempè prouidēter proſpiciens ne fames in ouili ſuo ſuboriaſ, aut ſi fames eſt, ne fame pereant ſubditi, dans modum, vt alimenta habeant tempore Cariſtiæ. Si enim prælatus debet animam, id eſt, vitam ſuam ponere pro ouibus, quanto magis debet efficere, ne fame moriaſ oues propter defectum cibariorum, quæ pro poſſe illis debet miniſtrare, quod niſi fecerit non paſtor eſt, ſed mercenarius, nec ſuos ſed ſe amans & diligens: Qui enim (inquit Iohannes) habuerit ſubſtantiam huius mundi, & viderit fratrē ſuū, neceſſe hr̄e, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas manet in eo? Ita nimirum et olim Ioſeph bonus fuit prælatus ſub Phararaone, qui tēpore fertilitatis diligenter collegit frumēta, quæ tēpore ſterilitatis & famis benigne diſtribuit. Aperuit enim vniuerſa horrea & vendidit Aegyptijs, & alijs. Ita & Chriſtus fuit optimus prælatus, videns alibi turbam eſurire & egere dixit: Miſereor turbæ, q̄a triduo iam perſeuerat mecum, & non habent, quod manducent. Ita & nunc vnuſquiſq; prælatus ſui populi miſereri debet, ne fame pereat, non ſe dumtaxat paſcens, cogitans ſe nihil eſſe ſine populo, qui laborauit & laborat. Quod niſi faceret, vę eſſet ei, dicit enim ad huiuſmodi paſtores dominus: Væ paſtoribus q̄ paſcūt ſemetipſos Lac comedebatis & lana operiebamini, & quod craſſum erat occidebatis, gregē aūt meū non paſcebatis, requiram gregē meum à manu eorū, & ceſſare faciam, vt vltra non paſcant gregem meum, nec paſcant amplius paſtores ſemetipſos. Deuter. 8 Eccl. 18 1. Iohan. 3 Gene. 41. Matt. 15 Ezech. 34

HOMILIA XLII. DE EO, QVOD LEGITVR,
Iohannis decimoſexto: Modicum & iam non videbitis me &c.

Dn̄ica. ij. poſt octa. paſche.

Digitized by Google

HODIERNI EVANGELII VERBA DVABVS QVI A
dem partibus tractanda cenſemus, quandoq̃dem duo ipſoꝝ intelle-
ctus inibi reſideant. Quoꝝ primus eſt literalis idemq́ꝫ hiſtoricus, al
ter verò moralis. Primus præcipuè ad diſcipulos, ſecundus autẽ ad
nos om̃es attinet. Quàm verò ſua primus intellectus indigeat de-
Johan.1 claratione hinc patet, quoniam illi eius rogauerint lucidationem, q
ſecum vl̃ corporaliter præſens habuerint lumẽ illud veꝝ, quod illu-
Johã.8.9 minat omnẽ hoĩem venientẽ in hunc mundũ, de ſe dicens: Ego ſum
lux mundi. Et quàm diu ſum in mũdo, ſum lux mundi. Qui ſequit̃
me nõ ambulat in tenebris. Modo ſi q cum luce morati ſunt illamq́ꝫ
diligẽter ſecuti rogant lucẽ ſibi dari verboꝝ hodierni Euangelij, dicẽtes: Quid eſt hoc, qđ di-
cit nobis, modicũ & non videbitis me, & iteꝝ modicũ & videbitis me, q̃a vado ad patrẽ, neſci
mus q̃d loquit̃, quanto magis ipſi orabimus eoꝝ verboꝝ declarationem, q (vt plurimũ vere-
or) in tenebris peccatoꝝ, relucta luce, cæcutientes ambulamus? Igit̃ auxilio æternæ lucis, ſci-
Johan.16 licet Ieſu Chriſti conemur prædicta verba vel paucis ad hunc ſanè modũ dilucidare. Quum
dñs Ieſus ſe in cœna cũ ſuis diſcipulis vltima paulòpoſt ex hoc mundo ituꝝ ad patrem ſciret,
nec ignarus quàm ex ſuo diſceſſu futuri eſſent mœſti, vtpotè quẽ ſupra quàm dici poſſit dili-
gebant, nihil æquè ſtuduit atq́ꝫ facere, vt bene ferrẽt ſuam ſeparationem. Quia verò plerumq́ꝫ
ſolemus p triſtium auditionem aſſueſieri ad ferendam patientiam, quaſi tæla (quod dici ſolet)
præuiſa minus noceant, proinde dominus aliquoties ſuæ, & ſic tamen apud illos meminit ab-
ſtionis, vt interim quoq́ꝫ eoſdẽ de ſua reuerſione conſolat̃. Sic in hodierno Euangelio fecit,
inquiens. Modicum & iam non videbitis me, & cætera. Quaſi diceret: Fortem animũ adſumi-
te aduerſus tempeſtatẽ imminentem, & in rebus adflictis ſeruate vos. Breue tempus eſt, quod
orbamini conſpectu meo, ſed id longum non erit. Poſt exiguũ enim tẽporis ſpaciũ rurſus red
dar oculis veſtris, vt paulatim aſſueſcatis carere corpis huius conſpectu, qui vobis inutilis eſt.
Nam ad patrẽ redeo, maiora vobis largiturus, vbi vobis conſpicuus eſſe deſiero. Tantus autẽ
mœror occuparat id tẽporis diſcipuloꝝ animos, vt toties iterata nec intelligerẽt, nec memi-
niſſent, dicentes: Quid ſibi vult hic ſermo? Breue tẽpus eſt, quod me non videbitis, & cætera.
Quomodo videbitis eum, q ſe ſubducit ad patrẽ? Aut q̃d ſibi vult hoc breue tempus, quo ſui
vidẽdi copiam nobis adimet? Rurſus aliud breue, quo ſui vidẽdi nobis copiam faciet. Obſcu-
rus eſt hic ſermo, nec intelligimus q̃d loquat̃? Quum tamẽ dñs Ieſus haud obſcurè hiſce ver-
bis indicaret, ſe p mortem & ſepulturam afutuꝝ à conſpectu ſuoꝝ, ſed rurſus poſt triduum
Acto.1, eodẽ quidẽ corpore, ſed iam immortali videndũ eſſe ſuis, vt aliquot dies confirmatis diſcipu-
lorum animis ſeſe reciperet in cœlum. Ieſus proinde intelligẽs, quod haberẽt in animo pcon-
tari ſe, quid ſibi vellet, quod dixiſſet, præuenit illorum interrogationẽ vt (quemadmodũ ſolet)
oñderet ſibi notas eẽ, q̃uis arcanas hoĩm cogitatões, inquiẽs: Rurſum hoc cõturbat animos ve
ſtros, qđ dixerim ad breue tẽpus, &c. ac vtens exemplo mulieris parientis.

¶Vnde non obſcurè patet (vt anno ſuperiore diximus) Euangelij ſenſus moralis, ad nos B
2.Petri.3, omnes attinẽs in hunc q̃dem modũ, ita vt modicũ tẽpus, quò Chriſtus à nobis non videt̃, ſit
totum tẽpus iſtius mortalis vitæ poſt domini aſcenſionẽ pro ætate cuiuſlibet hominis vſq́ꝫ
2.Timo,3 in finẽ mundi, in quo vtiq́ꝫ omnes, qui piè viuere volunt, contriſtantur propter varias in hoc
mundo tribulationes, anguſtias, & perſecutiones, quæ tamen breui deinde, viſo, ad iudicium
2.Timo.3 venturo Chriſto, in gaudium vertetur, quod nemo à pio homine ſit ablaturus. Ex quibus
modo breuiter colligimus.

Acto.14, ¶Primo: Hominẽ vel maximè pium hoc in ſeculo vſq́ꝫ ad vitæ exitũ ſemp forè tribulatũ, C
Job.7.14, & anguſtiatum, nec aliter lætitiam ſempiternæ vitæ poſſe ingredi, adeò qđ verè dixerit Iob:
Militia ẽ vita hoĩs ſup terram. Et homo natus eſt de muliere, breui viuẽs tẽpore, multis reple
tur miſerijs, & nunq̃ in eodẽ ſtatu pmanet. Atq́ꝫ ſanè neq́ꝫ labore, neq́ꝫ ſolicitudine carere pe-
Ephe.6. quẽ cõditio viæ p mediũ hoſtiũ ire cogit. An non p medium hoſtiũ ambulat, q̃ſq́s in huius vi
tæ via gradit̃, in q̃ bellũ gerere neceſſum ẽ, ſpm̃ aduerſus carnẽ intus, aduerſus mũdũ eminus,
periculoſius vero aduerſus principatus & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebratum ha
Plini⁹ in rum. Hinc ob tam periculoſas in hoc mundo tribulationes non modo Aethnici putarunt, vel
pro.libr.7, ſatius eẽ, vt qs non naſceretur vel perq̃ ocyſſimè moreret̃, ſed & idem ſenſit Eccleſiaſtes, di-
Eccle.4, cens: Et laudaui magis mortuos quàm viuẽtes, & feliciorẽ vtroq́ꝫ iudicaui, q necdum natus eſt
nec vidit mala, quæ ſub ſole fiunt. Non eſt igitur hic mundus diligendus, quum ſit vanus, &
vanitate plenus, non exhibens bona quæ promittit, ſed fallit, & ſpiritũ affligit, imò deniq́ꝫ de-
1.Johan.2 ficit, & in ſe confidentem prorſus confundit, prӕterit enim mundus & figura, & eius concu-
piſcentia, quia falſus & inſtabilis.

¶Secundo colligimus, vel ideò nos debere patienter ferre huius ſeculi anguſtias, & in eis D
piè perſeuerantes manere. Primo, quoniam, vt breue eſt hoc tempus, in quo tribulamur, ita
& bre-

& breues ſunt eius tribulationes & anguſtię: quandoquidem (Iob teſte) ventus eſt vita noſtra Iob. 7.
Et homo (vt inqt Propheta) vanitati ſimilis factus eſt, dies eius ſicut vmbra prętereunt. Atq; Pſal. 143
demũ quid eſt (ait Iacobus) vita noſtra, niſi vapor ad modicũ apparẽs, vt patet ex facti euiden Iaco. 4
tia. Quum ꝓinde frẽs, breue quod eſt, penè pro nihilo haberi ſoleat, agite hoc tpe modico pa-
E tienter feramus mala, quæ nos pręmunt, & qdem ¶ Secũdo, q̊niam ꝑ ijs breuibus tribulatio
nibus certò habituri ſimus æternam & immẽſam alibi lætitiam & mercedẽ, & adeò magnam, Roman. 8
vt (Paulo teſte) oẽs huius mundi paſſiones, eiuſmodi futura lætitia & mercede non ſatis ſint di
gnæ, quoniam (vt idem ſcribit) illud quod in prę̨ſenti eſt, momentaneum & leuæ tribulatio- 2. Cor. 4.
nis noſtrę ſuper modum in ſublimitate pondus operatur æternę gloriæ, in qua tantum Deus
ipſum diligentibus præparauit bonum, quantũ non auris audiuit, nec oculus vidit, nec in cor 1. Cor. 2.
hominis aſcendit. Et hoc eſt, quod Chriſtus hodie ad nos omnes, inquit: Vos nunc qdem tri-
ſtitiam habetis, iteꝝ autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrũ & gaudium veſtrum nemo tol
let à vobis. Quaſi diceret: Luctus erit breuis, ſed gaudiũ erit ꝑhenne, nec à quoquàm auferen-
dũ. Si itaq; fratres ꝓpter mercedẽ aliquam hic tẽporalẽ aliquoties peſſima quæq; toleramus,
F & quare non toleremus huius ſeculi mala propter mercedem alibi ineloquibilem.
¶ Tertio colligi: Totam noſtram ꝓ hiſce mũdi laboribus & anguſtijs mercedẽ conſtare in
glorioſa Ieſu Chriſti aliàs viſione. Quia enim (inqt dñs) me iteꝝ videbitis, triſtitia veſtra con- Iohan. 17
uertet in gaudiũ. Et rectè qdem, quũ eñ Philippus verè dixit: Dñe oſtẽde nobis patrẽ, & ſuf-
ficit nobis, & quare non ſufficeret nobis ad omne gaudiũ, videre aliàs Chrm, q idem ſit cum Iohan. 14 Pſal. 16
patre, ipſomet dicẽte: Philippe, q videt me, videt & patrẽ meũ. Et hoc eſt, qd' Propheta dice-
bat: Satiabor dum apparuerit gloria tua. Dei patris gloria quę eſt? Vtiq; Chriſtus, quẽ cũ poſt
hanc vitam videbimus, ꝓculdubio gaudebimus, & gaudiũ noſtrũ nemo auferet: quia æternũ
Ideoq; chariſſimi fratres, quum ſic Deo placet, demęretibus peccatis noſtris, vt ſine intermiſ-
ſione tribulemur, donec viuimus, admoneo, vt errata cognoſcentes, & emendantes patiẽtes
ſimus, non deficientes, nec deſpęrantes. Simus memores breue hoc eſſe tempus, in quo domi
num non videmus, propter quem abſentem tribulamur, ſed quæ tribulatio vtcunq; breuis ſit Apoc. 7. 21
nobis tamen acquiret gaudium æternum, in quo gaudebit cor noſtrum inenarrabili lætitia,
quum abſterget Deus ab oculis noſtris omnem lachrymam, neq; erit luctus, neq; clamor, ne
q; dolor, vtpotè quod tum nec meminerimus quidem præ nimio gaudio preſſuræ, quam per
peſſi ſumus in hoc mundo.

¶ HOMILIA XLIII. DE EO, QVOD LEGITVR, Iohannis decimoſexto: Vado ad eum, qui me miſit, &c.

Dñica. iij. poſt octa. paſche.

A QVAM FVERIT DISCIPVLIS IVCVNDA ET SVAVIS
Dñi Ieſu in terris conuerſatio & q̃ illi fuerint eidem adfecti, vl' inde facile eſt in
telligere, ex hoc: qd' etſi ipſi iam intellexerant non prorſus obſcurè dñm ipſm
per mortem in gloriam Dei patris hinc abituꝝ, fore tamẽ ſecum ſemp domi-
num optabant, mœſti ac triſtes de auditu & dictu illius abitionis, quanq̃ nec
mirũ, qd' illi more humano ipſi dño tantopere fuerint adfecti, quũ eſſet non
modo fons omnis grę, ſed vel gratia ipſa, quò ꝓſente nihil habebant timere de periculo, q̊niam
erat ipſe ſaluator, nihil de morte, qa erat vita, nihil à quopiam homĩe, qa ille Deus erat, nec de-
niq; de aliq̃ defectu, quũ ille eſſet, in q erat omne bonũ, omneq; gaudiũ. Et hoc eſt, qd' alibi do
minus in cęna paulòpoſt abiturus, ad eos dixit: Qñ miſi vos ſine ſacculo & pera & calciamẽtis, Lucæ. 22.
nunqd aliqd defuit vobis? At illi dixerũt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nũc q habet ſacculũ tollat
ſimiliter & perã. Et q non habet, vendat tunicam ſuã & emat gladiũ, incipiẽs Aplis ijſdẽ ꝓdi-
cere ꝑſecutionem quam eſſent in eius abſentia ſic paſſuri, vt quicũq; eos occideret, crediturus
eẽt Deo ſe facere obſequiũ. Id quod illi audientes eumq; receſſurum ꝑcipiẽtes, cœperunt eſſe
adeò triſtes & mę̨ſti, vt planè nullus ex eis rogaret, quò vellet ire? Dñs ꝓinde illos ſua abſentia
mœſtus agnoſcẽs, ne in ipſa ſua triſtitia ſuccumberẽt, paternè conſolatus eſt eos, ꝓmiſſione al
terius paraclæti ſpũs. ſ. ſancti, cuius conſolatõe oĩs eoꝝ triſtitia vertẽda erat in tale gaudiũ, qd'
B deinceps nemo tolleret ab eis, adijciens ſando verba præſentis Euangelij.
¶ Ex cuius ſenſu & verbis (obmiſſis quibus ſcatet, myſteriorum ſacramentis, quæ annis ſu-
C perioribus retulimus.) ¶ Primo colligimus non expedire filijs vt indulgentius apud paren-
tes domini foueantur: nimirum inibi voluptate domeſtica irretiti, nihil malorum experi-
untur, nec ad virtutes capeſſendas ſe erigunt, contenti, vt in quiete, & ſine cura bibant, &
comendant. Sunt ideoq; filij pro loco, & tempore, & perſona peregrè mittendi, vt ibi per-
diſcant, quid ſibi deſit, deinde ſibi & alijs futuri vtiles. Exemplo filij prodigi, qui niſi fo- Lucæ. 15
ris famem & ſitim, & hoc genus malorum expertus fuiſſet ad ſe & ad patris voluntatem
nunq̃

Digitized by Google

nunquàm rediſſet. Et hoc eſt, quod Chriſtus hodie ait ad ſuos: Sed quia hæc locutus ſum vobis, triſtitia impleuit cor veſtrũ, ſed ego veritatẽ dico vobis, expedit vobis, qđ ego vadam. Si enĩ non abiero paraclętus non veniet ad vos. Si aũt abiero, mitto eum ad vos. Quaſi diceret: Etiã ſi innumeris modis magis triſtitia adficiamini, ego qđ vobis vtile eſt, dico. Nam vos quidẽ velletis ſemp eẽ mecũ, atq hoc nõ eſt expediẽs. Nam ſi ego non abiero, paraclętus non veniet ad vos. Ideoq́ etſi vos meã velletis pręſentiã, nõ obedirẽ vobis, ſed eligerẽ potius, qđ vobis vtile, q̃ pniciosam vobis vrãm voluntatẽ. ¶ Vnde Scđo colligit nos eis, q̃s ex animo diligimus vti diligere oẽs debemus, debere loqui & facere, qđ ipſis eſt vtile, vł & ſimul ſuaue, nõ qđ ſuaue tantũ, ceu faciũt adulatores, q dumtaxat ad venti ſpirationẽ loquunt & agunt, vt captent fauorẽ & priuatũ commodũ. Quod hominũ genus facile omniũ eſt pnicioſiſſimũ maximè cõuerſans cũ principibus. Siqdem & vnicuiq; p loco & tpe dicẽda eſt veritas, vteũq; audita aſperrima, odiũ pariẽs. Qui enĩ corrigit (ait Solomon) hoĩem, gratiã poſtea inueniet apđ eum magis q̃ ille, q per linguæ blandimẽta decipit. Atq; ſanè (vt eadẽ inquit ſcriptura) melior eſt manifeſta correctio quam amor abſcõditus. Meliora ſunt vulnera diligẽtis q̃ fraudulenta oſcula odiẽtis. Et hoc eſt, quod Aplus hortať, dicẽs: Propter qđ deponẽtes mendacium, loquimini veritatẽ, vnuſquiſq; cum proximo ſuo. Proinde ait Chriſtus: Veritatẽ dico vobis, vt ego vadam expedit vobis. Q. d. etſi non libẽter auditis, quod dixerim me abiturũ, dico tamẽ vobis veritatem, id eſt, id loquor qđ vobis vtile eſt, nolens vos mẽdacio ſuauitatis traducere. D

Prouer. 28

Prouer. 27

Ephe. 4

¶ Vnde tertio colligiť, ſi volumus nobis à Chriſto ſpm̃ ſuum ſanctũ dari, atq; ea, quæ ſpiritus ſunt intelligere, neceſſum eſt, vt vltra nõ adficiamur viſibili & mortali Ieſu Chriſti præſentia, id eſt, neceſſum eſt, vt omnem huius mundi conſolationẽ & carnis relinquamus. Nec enim niſi ſpirituales ſpiritualia intelligere quimus. Hinc Apoſtolus: Quæ ſurſum ſunt (inquit) ſapite, non quę ſup terram. Et hoc eſt, qđ dominus ait ad diſcipulos: Si non abiero, paraclętus nõ veniet ad vos. Non hoc dicit, quod eius pręſentia eſſet impedimẽto ſpiritui ſancto, q ſemper cum eo fuit, & idẽ cum ipſo eſt. Quaſi diceret: Si hanc carnalẽ dilectionẽ à vobis abire non fecero, nõ eritis digni, vt paraclętus veniat ad vos: q̃diu enĩ de me carnaliter ſentietis, nõ eritis idonei vt ſpm̃ ſanctũ recipiatis. Diſcipuli enĩ corpali Ieſu Chři adfectu delectati & cõuerſatione, minus curauerunt diuina eius myſteria intelligere, minus etiam in Deũ amoris adfectibus ferri, ſed carnaliter nouerũt, carnalr & dilexerũt, cõtenti cum eo ſemp manere in terris. Adeo enĩ illi eius corporalẽ præſentiam dilexerũt, vt ſine illa nõ delectaret viuere: Vnde minus idonei efficiebanť ad ſuſceptionẽ ſpũs ſancti. Habita enĩ vna cõſolatõe nõ q̃riť alia. Qm̃ igiť diſcipuli delectabanť in pſentia Chři, nõ petebãt, nec deſiderabant aduentũ paracleti, vtpotè q nõ venit ad mentẽ hoĩs niſi vocatus & deſideratus, Sapiẽte dicẽte: Optaui, & datus eſt mihi ſenſus, vocaui, & venit in me ſpũs ſapiæ. Sic ĳdem diſcipuli, ſubtracta humana Ieſu Chři forma iam ad cœleſtia, quò caput ſuum migraſſe cognouerunt, deſiderio adſpirabant. Eam ob rem Chriſtus diſcipulis ſe ſubtraxit corporaliter & viſibiliter, vt eum diſcerẽt amare ſpiritualiter. Et aſcẽdit in cęlũ, vt corda poſt ſe traheret vt dilectio pgeret poſt dilectũ. Ideoq́ frẽs ſi dñi ſpiritum habere voluerimus, Chriſtum ſecundum carnẽ nõ noſcamus, ſed ſcđm ſpm̃ cum Aplo, id ẽ, deponamus huius mundi ſolatia carnalia, & quęramus cõſolationẽ ſpũalẽ & diuinã, q̃ nõ dať admittẽtibus alienam. Tam enĩ mundus eſt ille ſpũs ſanctus, vt in nullo quieſcat, niſi in eo q omnino eſt ſpũalis, nullo carnali ſolacio prępeditus: quando qdem non compatianť ſe conſolatio diuina, & ſenſualis ac ſecularis, quum nulla ſit conuentio Chriſti ad Belial: Nec aliqua participatio iuſtitiæ cũ iniq̃tate, nec ſocietas luci ad tenebras. Fugiamus proinde cõſolationẽ & mundi & carnis, q̃bus vt nutriť amor noſter, ita infirmať amor Dei, q ex omnibus viribus & ſup oĩa eſt diligẽdus. E

1. Cor. 2.

Coloſſ. 3.

Sapiæ. 7

1. Cor. 5.

Sapiæ. 1.

2. Cor. 6.

¶ Quarto colligiť officĳ eẽ ſpũs ſancti, vt mundũ. i. mundanũ hominẽ arguat de pctõ. ſ. infidelitatis, id qđ anthonomaticè & ſpecialr pctm̃ dr: q̃a eo manẽte, cętera manẽt, eo diſcedẽte, cętera remittunť. Et de pctõ. ſ. neglectę iuſtitię, & de pctõ. ſ. cõtẽpti iudicĳ. Et ſicut ſpũs ſanctus olim p diſcipulos mundũ maiorẽ (ad cuius cõuerſionẽ illi erant mittendi) arguit, vt ſic cõuerſus pœniteret, atq; in Chřm crederet, huius iuſtitiã ſequereť. ſ. ipſius mandata ſeruando, iudiciũq́ æternæ dãnatõis timeret, ita ipſe idem ſpũs ſanctus in nobis, qui ſumus mundus minor, noſipſos in conſciã propria de eiſdem peccatis emendando corripit. F

Marc. 6

Pſalm̃. 18

Roma. 10

¶ Vnde Quinto colligiť certiſſimũ eẽ ſignũ pſentię ſpũs ſancti nobiſcũ, arguitio peccati infidelitatis, iniuſtitię, & cõtemptus iudicĳ. i. vbi diſplicuerit nobis infidelitas, neglectus iuſtitiæ, cõtemptus iudicĳ. Si enĩ homo in Chřm credit, & eius iuſtitiã. ſ. bñ & virtuoſe opãdo ſequiť, timens, ne cum ſatana damnetur, certum eſt ſpiritum ſanctum ſalutariter cum eo habitare. G

Roma. 8.

¶ Quoniam pinde frẽs neceſſaria nobis eſt ſpũs ſancti inhabitatio, vtpotè ſine q̃ ſaluari nequeamus, quũ ſi q̃s ſpm̃ Chři nõ habet, hic nõ ẽ eius, firmiter in Chřm credamꝰ, vti in verũ dei filiũ, nřæ ſalutis authorẽ, qm̃ qui nõ credit, dãnať: & iuſtitiã eius. ſ. virtuoſam operationẽ, quã ipſe verbo & facto nobis exhibuit, ſequamur: non enim ingredi portam ad patrem poſſumus intrare, q̃ ipſe intrauit, niſi iuſti, eius mãdata ſeruauerimus atq; ſimul timeamus finale iudiciũ H

vbi ſecũ

Digitized by Google

vbi ſecundum opera quilibet iudicabitur, vbi nullum fugæ prędidium, nulla excuſatio, nullum
de alienis meritis auxiliū, nulla oīno pſonarū acceptio, ſed ſola quę hic fecimus opa, ſequunt. In Apoca.14
ijs certè tribus pctīs, in qbus cætera cōcludunt, ſi nos iudicauerimus, & noſipſos arguēdo, mo
nitore ſpū ſancto, emendauerimus, certū habebimus ſignū pſentiæ ſpūs ſancti, quem hic argu
entem attēdamus, & reformemur ad eius correptionē, vt ibi habeamus eundē nos ſaluantē &
oīa remittentē. Quē ſi neglexerimus ipſi iudiciū ſuū nō negliget, ſed qs hic iudicat ad emenda Eſa.14
tionē alibi iudicabit ad ęternā damnationē. Nec eſt qd nobis blādiamur: qnquidē ſi ſtella ma 2. Petri.2.
tutina nobiliſſima creatura lucifer ipe p neglectu iuſtitiæ piectus eſt ad inferos, & (vt ait Chri
ſtus in Euangelio) iudicatus, cui hominum parcet iudex iuſtiſſimus?

¶HOMILIA XLIIII. DE EO, QVOD LEGITVR, Iohannis decimoſexto: Amen amen dico vobis, &c.

Dñica. iiij. poſt octa. penteceſtes.

A HAVD AMBIGIMVS Chariſſimi fratres, ppter pctm̄ proto
plaſti ſic (ſcriptura teſte) terram à Deo maledici cœptam fuiſſeq̃ ma Gene.3
ledictam, vt iam olim nemo in ea ſit, nec vnq̄ futurus, q huius ſeculi
curis, ſolicitudinibus, anguſtijs, aduerſitatibus, hocq̃ genus miſerijs
careat, verū vnuſquiſq̃, vl' quàmlibet more humano ſingularis, in ſu
dore vultus ſui pane veſcit, donec reuertat in terrā, vnde ſumptus ē.
Idq̃ nō ſit, vt eiuſmōi tribulatōibus, Et eius culpā expiaremus idipm
pctm̄, qd ſolus Chrus teſtimonio ſcripturarū morte ſua ſubſtulit, vt-
potè qd nemo alius potuerit, verū vt ſic agnoſcamus q̄ ſit excellens
Dei Max. noſtri maieſtas, q̄ ſemel offenſa tm̄ exigit ſupplicij: dein-
deq̃ vt ſic caueamus à pctō eiuſmodi, à quo ſemel ſumus redempti. Poſtremo, vt ſic agnoſca
mus q̄ planè ſimus miſeri & inopes, imò prorſus nulli, q nec tantillū noſtris viribus poſſumus
aduerſum eiuſmodi maledictioni reluctari, ſed velimus, nolimus pati coacti iuxta Dei volun-
tatē, cui donec ille vult, parendū eſt. Cuius ſanè volūtas eſt, vt nō mō patiamur hāc primā ma
ledictionē, ſed vt eam patiamur etiā longè duriorē vbi repeccemus, qbus nouiſſima fiūt prio-
ribus deteriora. Atq̃ profectò ſic ſumus planè miſeri & inopes, vt nobis in omnibus deficia- Lucæ.11.
mus, nec in minimis nec maximis ſufficimus vt q (Aplo teſte) nec aliqd ex nobis cogitare qui- 2. Petr.2.
mus, q prorſus pendemus ex alieno adiutorio, q̄ omes indigemus, qm oēs peccauimus in vno 2 Corin.3
hoie qui ſic aduerſitatibus ſemp anguſtiamur, vt niſi aliūde fiat nobis auxiliū, neceſſum ſit nos Roma.5.
deficere & deſperare. Sed vnde (obſecro) in tantis tribulatōibus requiramus auxiliū? Nō vtiq̃ Romanā.8
à creatura, quæ vel oīs vanitati ſubiecta eſt, verū eſt idipm petendū à Deo ſolo, in quo ſolo vi-
uimus, ſumus & mouemur. Hinc ipe dñs noſter Ieſus Chrus à nobis hinc in cœlū receſſurus Acto.17
vnicū contra omnes imminētes aduerſitates commendauit præſidiū. ſ. oronem, quę nihil ali-
ud eſt, q̄ corā Deo expreſſio deſiderij ppter bonū adipiſcendū, vel malū remouendū in forma
B per verbū exterius vl' interius. Quē verò vt petere debeamus, & qūo & qd petēdū ſit planè ac
breuiter dñs pdocet in hodierno Euangelio. Ex q̄ colligit. ¶Prima doctrina, qd vnicū eſt in Judith.8
noſtris aduerſitatibus ad Deū Opt. refugium p oronem: qnquidē ille ſolus ſit, qui omnia pōt, Nume.23
quia dñs omniū & creator, qui & ſolus offendit, quiq̃ dare vult, qa pater miſericordiſſimus, Hebre.6.
qui & pmiſit nō fallit nec mentit. Et hoc eſt, qd ait hodie: Amen amen dico vobis, ſi quid pe-
tieritis prēm in noīe meo, dabit vobis, &c. Et hoc eſt, qd olim Ioſaphat princeps pijſſimus ho 2. Par.20
ſtium multitudine circūdatus ad Deum confugiens, inquit: Domine Deus patrū noſtrorū, tu
es Deus in cœlo, & dominaberis cūctis regnis gentium, in manu tua eſt fortitudo & potētia,
nec quiſq̄ tibi poteſt reſiſtere, &c. In nobis quidē nō eſt tanta fortitudo, vt poſſimus huic mul
C titudini reſiſtere quæ irruit ſup nos. Sed quū ignoremus, qd agere debeamus, hoc ſolum habe
mus reſidui, vt oculos noſtros dirigamus ad te. ¶Scda, vt Deū patrem Opt. petamus in no Mat.3.17
mine Ieſu Chri, filij eius, vt qui ſolus ſit, in q̄ ſibi pater p ſe cōplacuit, & in cæteris p ipſum, cui Marci.1.
nihil negat, quoniam eius fecit voluntatē ſolus. Vnde Iohannes: Filioli mei (inquit) hęc ſcribo Johan.11
vobis, vt nō peccetis. Sed & ſi quis peccauerit, aduocatū habemus apud patrē Ieſum Chrm iu- 1. Johā.2.
ſtū. Et ipe eſt ppitiatio p pctīs nrīs, nō p nrīs āt tm̄, ſed etiā p totius mundi. Inde ſit, vt etſi ec
cleſia aliqd medio alicuius ſctī à Deo orat, idipm tn̄ finalr cōcludens petit ſibi largiri p dñm Ie
ſum Chrm, filiū eius. Adeamus ergo (inquit Aplus) cū fidutia ad thronū grę eius, vt miam cō Heb.4
D ſequamur, & grām inueniamus in auxilio opportuno. ¶Tertia, vt petamus vt nrm ſit gau-
diū plenū, qd nihil eſt q̄ ſalus nrā. i. vt petamus id qd nobis ſaluti eſt, id qd petere eſt in nomie
Ieſus, quod ſignificat ſalus. Quale cum aliquoties non petimus, fit vt ſæpe non exaudimur, ad Matth.4
quos ipſe Deus dicere poteſt. Neſcitis quid petatis? Et Iacobus ait: Petitis, & non accipitis, eo Jaco.4
quod male petatis. Cum enim Deus vult nos fieri ſaluos, id eſt, habere ſalutem, ſubſequens eſt Matt.20 Marc.10

vt nil

Digitized by Google

1. Timo. 2 2. Johā 5 vt nil debeamus, quam quod in noſtram eſt ſalutem. Id ſi petierimus, haud dubiè exaudie-
mur Iohanne dicēte: Et hęc eſt fiducia, quam habemus ad Deū, q̄ quodcūq; petierimus ſcd'm
Matt. 8 voluntatē eius audit nos. In eis igit quæ neſcimus in noſtrā forè ſalutē, voluntas & petitio no
ſtra cōformāda eſt voluntati diuinę, adeoq; Deo ipſi, q anteq̄ petimus nouit, qd nobis vtile ē.
¶Vnde ſuborit nō vulgaris quęſtio, q̄ q̄rit, qd ergo petimus deū, quū ipe ſcit, quę nobis pro E
Eccl. 5 ſunt vl nō, quiq; quę vtilia ſunt, dare vult. Rñdeo, nos à deo nō petere, vt aliqd illi notificemus
Hebr. 4 qui cuncta nouit, anteq̄ fiant & illū nihil latet, ſed ei oīa ſunt nuda & aperta, nec vt alioqui nō
Matth. 5 Lucæ. 6 velit dare, quū etiam aliquoties ex ſua ineffabili mīa, & ſępe indignis det, qbus facit ſeruire ſo- F
Sapiæ. 11 lem & lunam, & pluere, verū ideò nos petere. ¶Primo, q̄niam etſi ſciat, qd nobis vtile ſit, ac
Nume. 16 illud dare velit, nō tñ velit vtiliter dare, niſi medio quodam, qd' ē orō. Siqdem ille oīa agat, vt
2. Reg. 24 plurimū ordine quodam, vtcūq; poſſit vl nutu inordinatim facere. Nutu em̄ etſi is poſſet ho-
2. Reg. 17, 18 mines interficere, pleroſq; tamē omnes ita ſinit mori, vt prius ex cauſis ſecūdis ægrotare inci
piant, & ſic deinceps morbo conficiant. Sic quoq; defectu pluuiaꝝ vl illaꝝ abundantia aliquo
Lucæ. 4 ties cariſtiam inducit & famē, quā tñ ob peccata nr̄a iratus aliquoties nutu inferre pōt in oīm
Jaco. 5 abundātia reꝝ, quas pmittit ſubtus manus noſtras, vt dici ſolet, euaneſcere: queadmodū non
ſine admiratōe & terrore hoc agit tpe in ſignū tam ſuę in nos indignatōis & patiētiæ & admo
nitōis noſtroꝝ delictoꝝ. Alioqui (vt dixi) q̄niam is, q pręuidit & ordinauit hęc vl illa certo ſe
tpe datuꝝ, pręuidit, & ordinauit etiam media, qbus hęc conſequamur. Orōnes, opa merito-
Matt. 6 ria noſtra vl alioꝝ, ꝓpter quę & nō aliter in ſalutē noſtram dare diſpoſuit. Ideoq; hodie dicit:
Lucæ. 11 Amen amen dico vobis, ſi qd petieritis patrē &c. Petite & accipietis. Et alibi: Petite (inqt) &
dabit vobis: quęrite, & inuenietis: pulſate, & aperiet vobis. ¶Scdo, nos à Deo petere, ipſeq; G
Exo 7. 10, nos vult petere, vt ſic eius dominationē & maieſtatē, & noſtram miſeriā & impoſſibilitatem
planè fateamur & agnoſcamus: quam confeſſionem & agnitionem nec aliud à nobis tam co-
gitatiōe quàm verbo & facto exigit. Neceſſaria enim nobis petentes à Deo, confitemur eum
Acto. 17 eſſe ſolum, in quo ſumus, viuimus, & mouemur ac nos ſine ipſo & eius auxilio prorſus eē nihil,
Psalm. 15 nec habere qcq̄, atq; ſimul fatemur, illū nullius eſſe debitorē, & quęcūq;, quę nobis impendat,
ſola voluntate gratuita ac liberatiſſima benignitate largiri, nec ipm noſtris indigere bonis,
ſed nos eius, cuius in hoc ſumma relucet bonitas, q orōne ſupplici cuncta nobis vult donare.
Cum aūt nihil ex nobis cōſumari pōt, niſi ex gratia Dei, neceſſum eſt ut illam ſupplici orōne
impetremus, quam ille rectè rogatus abundè dabit, nec denegabit, q ſolum hominē ſic diſpo
Johan. 15 ſuit, vt virtus illius ſit ipe, vt infirmitatis ſuæ neceſſitate coactus, ſemp neceſſariū habeat domi-
num ſuū ad quē orando cōfugiat, veluti ad eum ſine quo nihil ſumus nec poſſumus, ſine cuius
Matt. 10 voluntate, nec paſſerculus cadit ſup terram, vtpotè qd' qui cuncta potēter creauit, cuncta etiā
Lucæ. 12 potēter & ſapiēter regit, & dare vult ſalutariter non niſi rogatus. ¶Quia vero frēs Deus ille H
Opti. Maxi. quę nobis neceſſaria ſunt nos vult orare, & pręcipuè in tempore tribulatōis, atq;
nunc ea nobis partim adſit, partim talis ingruat qualis & quanta non fuit in memoria hominū
nec eius ſit in noſtra, ſed & in ſolius Dei ptāte liberatio, neceſſum eſt, vt ſuppliciter orando cō
Johe. 2 fugiamus ad Deum, cum Ioſaphat dicētes: In omi tribulatōe & anguſtia noſtra, ſuccurre no-
bis dñe Ieſu Chriſte. Parce dñe, parce ppl'o tuo ne des hęreditatē tuam in pditionē. Miſerere
noſtri, pater omipotens, & miſericors, quos pretioſo ſanguine dñi noſtri Ieſu Chri vnigeniti
filij tui redemiſti. In periculo em̄ mortis exiſtētes, quē quęramus adiutorē dñe, niſi te ſolū, quē
offendimus, qui ꝓpter pctā noſtra iuſtè iraſceris. Et tamē cū neſciamus qd debeamus facere,
hoc ſolū reſidui nobis ē, vt oculos noſtros ad te dirigamus, dicētes: Parce peccatis noſtris dñe,
& ne nos inducas in tentationē, in qua nūc ſumus, ſed libera nos à malo, in nomie filij tui Ieſu
Chri, q̄ ille nos te orare docuit, dicēs: Amē amē dico vobis, ſi qd petieritis patrem meum &c.
¶Igit frēs orabimus, maximè hoc tpe, ad remouendū ſalutariter mala, vtpotè bella, prælia, I
famē, peſtilentiam, hocq; genus mala alia, quę potiſſimū hoc tpe ſuboriunt ob pctā, qbus hoc
tpe voluptuantes frequētius indulgemus, vt (heu dolor) ſatis cōſtat. Vnde & hæc futura heb-
domada, & hęc dies dñica, appellari cœpit, rogationū, vtpotè qd' nunc ſingulariter deus ſit ro
Psal. 102 gandus, vt noſtri miſereat. In cuius diei Euangelio docemur ad orōnem cōfugere, & quō effi
Johan. 4 caciter orare debeamus inſtruimur. ¶Sed in quęſtionē venit, vtrū efficacius oret ſigillatim, K
1. Timo. 2 an cōgregatim? Reſpōdeo, Deū vbiq; & ſigillatim & cōgregatim poſſe orare, ſed vtilius tamē
Psal. 67 cōgregatim. i. in eccleſia. Id qd' in pceſſione, quam dicūt, fieri ſolet, Propheta dicēte: In Eccle
2. Par. 20 ſiis benedicite dño. Ideoq; pij olim hoīes tribulati, & anguſtiati cōgregatōes fecerūt, & pceſſi
Judith. 3 ones, queadmodū de Ioſaphat legimus, & de Iudith. Ad quam pceſſionē in hoc tribulationis
Johelis. 2 tpe, ppheta ex animo & ſeriò hortat. Canite tuba, ſanctificate ieiuniū, vocate cœtū, cōgrega-
te ppl'm, ſanctificate Eccleſiam, coadunate ſenes, congregate paruulos, & ſugentes vbera ma-
tris. Eſt aūt oratio in proceſſione cōgregatoꝝ efficacior & vtilior. ¶Primo, qd' in ſic ſimul L
orantibus attēdit charitas mutua, qua indiget orō, & vbi ea eſt, dñs vult eē præſens. ſ. exaudi-
tione ſua, alibi dicēs: Si duo ex vobis cōſenſerint ſup terram de omni re quā petierint, fiet illis à
p̄re meo

Digitized by Google

patre meo, qui in cœlis eſt. Vbi em̄ duo vel tres congregati ſunt in noīe meo, ibi ego ſum in Matt.18
medio eoꝝ. Siquidē eccleſia ſit cōuentio fideliū charitatis vinculo cōnexoꝝ. Modo ſi vſq; a-
deò placet dn̄o paucoꝝ cōſors oratio, quāto magis multoꝝ cōcordi charitate effuſa?
M ¶Scd̄o q̄d eiuſmodi cōgregatio excitat mutuā ad orandū deuotionē, quæ meref exaudiri. Coloſſ. 3
Prope em̄ eſt dn̄s omibus eū inuocātibus in veritate. Hinc Paulus admonet, dicēs: Cōmouē- Pſal.144
tes voſmetipſos in pſalmis & hymnis & canticis ſpūalibus. ¶Tertio, qm̄ ſi dn̄o grata ſit aſ- Iacobi.5
ſidua iuſti dep̄catio (vt Iacobus ſcribit) quāto magis grata eſt deprecatio multoꝝ iuſtoꝝ, cu-
iuſmodi ſunt vere pœnitētes, quales ſperamus eſſe in magna cōgregatōe. Speramus vel decē Geneſ.18
ſaltem eſſe iuſtos ex om̄i populo propter q̄d dn̄s voluit olim parcere Sodomitis. Quanq̄ inge Pſalm.13
nue nos fateri oportet, vt propheta teſtaf, nos oēs eſſe indignos p̄ctōres, qui om̄es declinaui-
mus & facti ſumus inutiles. Qui etſi om̄ia feciſſemus, quæ nobis p̄cepta ſunt, adhuc t̄n debere- Luc.17
N mus dicere, quia ſerui ſumus inutiles, quoniā fecimus, quæ debuimus. ¶Quarto, q̄d in con- Pſalm.101
gregatōe proceſſionis cōſiſtit, vt plurimū, ſumma orantiū humilitas & fides, q̄bus ad exaudi- Matt.21
tionem opus eſt, q̄ & exaudiri meref. Siquidē deus reſpiciat in orationē humiliū, qui & dicit
ad nos. Om̄ia quæcūq; petieritis in noīe meo credentes, accipietis. Sicut enim alicui, vtpote
principi, procedētes cognoſcimus eū nobis eſſe ſuperiorē, quē per proceſſionem & honora-
mus & ſimul honorātes iram contra nos illius mitigare ſtudemus, vti Iudith tertio ſcribitur.
Sic vtiq; deo proceſſionē faciētes proteſtatōe ſigni S. crucis, q̄d antefer, humiliter cōfitemur
noſtrā miſeriā, indigentiā & iniquitatē atq; ipſius om̄ipotentiā, qui ſolus ſit ſufficiens tollere
omnē noſtrā miſeriā ex gratia remiſſionis peccatoꝝ, quā ambimus humiliter, dicētes. Miſe-
rere miſerere populo tuo Ieſu Chriſte, quem p̄tioſo tuo ſanguine remediſti, &c. 2.Cor.11
O ¶Quinto, q̄d ſic in proceſſione exaudita multitudine, tota multitudo (teſte ap̄ſo) obligetur
deo ad gratiaꝝ actiones rependēdas, q̄s omnino deus à nobis & quidē ſeriò exigit, Cuius gra
tia & ipſe idem ap̄lus à pluribus pro ſe orari voluit, quēadmodū & oratio plurimoꝝ Petro Actor.12
ſubuenit, qm̄ exauditi oēs obligabātur deo gratias agere pro īpetratis petitis. ¶Itaq; cha-
riſſimi frēs, tot ſalutaribus p̄ceptis exemplis, ſcripturis & ratiōibus admoniti, & diuina inſtitu
tione formati, conemur & nūc ex vera pietate deū proceſſionalr̄ p̄cari, vt nr̄i in hac horrēda
fame & cariſtia, vltra alios aduerſitates, q̄ ingruūt, miſereri dignef, & vt nobis etiā peſſima ma
la in bonū velit operari. Nec em̄ dubito qn rogātes patrē in noīe eius, ſit exauditurus, q vtiq;
nos nō tantopere hortaref, vt peteremus, niſi dare vellet, q & pater eſt miſericors & domin'
oīpotens. Vnde vero tāta nūc orbi, p̄ſertim Germaniæ proueniat cariſtia, & qua oratione ab
eadē liberari poſſimus in ea homilia, deo fauēte, reddere ſtudebimus, quā ſumus habituri tp̄e
futuræ proceſſionis, ſi qua modo futura ſit, interim deus noſtri miſereatur.

¶HOMILIA XLV. DE EO QVOD LEGITVR, Marci.16. Recumbentibus vndecim diſcipulis.

In feriis admirādē & glorioſe aſcenſionis domini Ieſu Chriſti Dei Opt.

A ARBITROR fratres chariſſimi, non eſſe opus, vt multis oſtendam, huius diei
quæ dominicæ aſcenſioni ſacra eſt, ſolennitatem & lætitiam, vt quæ omnibus
eſſe poſſit ac debeat nota. Quis em̄ ignoret nobis omnibus hac eſſe die lætan-
dum & venerandam eſſe eandem propter admirandā ipſius gloriam, vtpote,
q̄ ipſa ſit dies, quæ adimplet oēs dn̄i noſtri dominicas dies, ac ſit finis, felixq; Pſalm.18
clauſula totius itinerarij filij dei. Cuius em̄, iuxta prophetæ oraculum, egreſſio
fuit à ſummo cœlo eius, hodie fuit regreſſus ad ſummū eius. Qui & à patre exiuit in hanc la-
chrymarum vallem noſtri cauſa veniens, hodie noſtri cauſa, mundum reliquit, ad patrem re
diens, duxq; nobis ſuis militibus præcedendo viā præparauit, ſimulq; locū inibi reſidendi per Mich.2
petuū, ad nos iam olim dicens. Vado parare vobis locum, etſi abiero & præparauero vobis Iohā.14
locū, iterū veniā & accipiā vos ad meipſum, vt vbi ſum ego & vos ſitis.
B ¶At quo iuit, & vbi eſt? Vtiq; ad cœlū iuit, & in cœlo eſt. Poſtq̄ em̄, inquit Euangeliſta, lo
cutus eſt eis, ſ. diſcipulis, adſumptus eſt in cœlū. Atq; ideo Paulus ait. Qui deſcendit, ipſe eſt,
qui aſcendit ſuper omnes cœlos, vt adimpleret oīa. Vnde deſcendit ſolus, ſed ſolus non aſcē- Epheſ.4
dit. Aſcendens em̄ ipſe in altū, captiuā duxit captiuitatē, quā ex inferis morte ſua victor glo- Pſal.67
rioſe redemit, atq; nos in ſeipſo aſcendere fecit tanquam membra in capite. Vt em̄ in vno ca Roma.5
pite Adamo omnes è paradiſo protruſi in hanc miſeriæ vallem deſcendimus, ita in vno ca-
pite Chriſto omnes in paradiſum longe meliorem aſcendimus.
C ¶Eapropter frēs, quur hodiernā diē nō ſummo gaudio ageremus, dum nr̄a natura olim in
Adam protoplaſto damnata, & in Chriſto in die ſuæ paſſionis patri reconciliata, hac die pa-
radiſo nō terrenæ vnde pulſa eſt, ſed cœleſti & multo meliori in Chriſto reſtituta eſt, & eius

Digitized by Google

Gene.3 magnificentia ſuper cœlos eleuata quæ & hodie iuit in cœlũ immortalis, cui quondã dictũ
eſt. Terra es, & in terrã ibis. Et merito quidẽ hodie totis lætari oportet cordibus, quũ & apo
ſtoli ipſi hodie dño aſcendente ſummo cũ gaudio in Hieruſalẽ ſunt reuerſi, qui antea toties
triſtes erãt, quoties de dñi abijtione audiebãt, nimirũ hodie edocti, quantæ vtilitati & ſaluti
ſibi & oĩbus profutura eſſet aſcenſio Ieſu Chriſti. ¶Per illã em̃ noſtra infirmitas longe D
fœlicius reparata eſt quàm olim in primo parente cecidit. Siqdem Chriſti aſcenſio noſtra
ſit prouectio. Et q̃ proceſſit gloria capitis eo vocat̃ ſpes & corporis. In hac eteñ die nõ ſolũ
paradiſi poſſeſſores firmati ſumus, ſed etiã cœlorũ in Chriſto ſuperna penetrauimus, ampli
ora adepti per ineffabilem Chriſti gratiã quã per diaboli amiſeramus inuidiã. Nã quos vi-
Pſal. 46. rulentus inimicus primi habitaculi felicitate deiecit, eos ſibi concorporatos, dei filius ad pa-
tris dextrã collocauit, ad quam ipſe hodierna die in iubilo virtute propria adſumptus eſt ac
ibi ſedens, cũ patre æquè viuens & regnãs. Cuius ſanè adſcenſionis ac eius virtutis vt digni
reddamur, hoc eſt, vt & ipſi illuc ſimus aſcenſuri neceſſum eſt, vt præcipuè duo, q̃ in Euãge- E
Johan.10 lio hodierno notantur, ſeruemus. ¶Primo vt credamus & Ieſum vere reſurrexiſſe & cœ
los propria virtute aſcẽdiſſe. Id q̃d facile credemus, ſi q̃ hactenus ex ſancta ſcriptura, q̃ ſolui
nequit, teſtimonia adduxi crediderimus. Sed quis vel reſurrectionẽ vł adſcenſionẽ ſit inficiã
as iturus, quũ vtraq; tam ſit euidenter facta, & tot approbata infallibilibus argumentis? Siq-
Actoꝝ.1. dem ſcriptura teſtetur Chr̃m dñm poſt reſurrectionẽ ꝑ quadraginta dies in vera & viſibili
carne decẽ vicibus, non vno nec tẽpore nec loco apparuiſſe. Quinquies em̃ apparuiſſe in die
Mat. vl. reſurrectionis, die octaua, ac deinde in piſcatione ac in monte Galileę, cũ ſuis loquutũ eſſe &
1.Tim.15 Johan.20 comediſſe, qui ſit & viſus & palpatus. Imò ſi Paulo credimus (vt certe credimus) ipſe multo
pluries apparuit: qui adfirmat ſemel pluſq̃. 500, fratribus eundẽ, imò & Iacobo & ſibi appa
ruiſſe: qñquidem ſcriptura nõ oĩa tradiderit, ſed ea dũtaxat, quæ ad fidem in nobis haben
dam, Iohanne teſte, ſufficiunt. Hodie nimirũ bis creditur apparuiſſe.

¶Primo quidẽ in Hieruſalem recumbentibus ac comedentibus vndecim diſcipulis, qñ il F
lis incredulitatẽ exprobrauit, q̃ toties illũ poſt reſurrectionẽ viderant & audierant, nec cre
diderant angelis & mulieribus qui viderãt eum reſurrexiſſe, merito reꝑhendendi, quum to
tus mundus nõ viſurus erat Chriſtum corporali ſpecie, & nihilominus eorũ teſtimonio cre
Marc.16 diturus. Ad quẽ conuertendũ illos miſit, dicens. Ite in orbẽ vniuerſum & prędicate Euange
Pſalm.18. lium oĩ creaturæ .i. omni nationi gentiũ. Qui crediderit & baptizatus, &c. Et cõueſcens
Actoꝝ.1 præcepit eis ne à Hieroſolymis diſcederent, ſed expectarẽt promiſſionẽ patris, quã audiſ-
ſent ꝑ os ſuum .ſ. poſt cœnã vltimã. Et poſt alia q̃q; verba, quæ ad eos vltro citroq; habuit,
præcepit eis, vt exirent de ciuitate in montẽ olyueti, vt inde viderent eum cœlos aſcenden-
tem, q̃ dicto diſparuit ipſe. Illi aũt iuxta eius præceptum illuc egreſſi ſunt, vbi

Pſal.46. ¶Secundo eis apparuit ac ibi corã oĩbus eleuatis manibus & cum iubilo & in voce tu- G
bæ iuxta oraculum prophetæ aſcendit, & in cœlum exhibita benedictione receſſit ab eis. ſ.
Mat. vl. præſentia viſibili & corporali, apud q̃s tñ manſit ꝑſentia inuiſibili maieſtatis. Receſſit, inq̃
Euangeliſta, & videntibus illis eleuatus eſt, & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorũ. Eleuatus,
inquã, & latus eſt in cœlum nõ aliena, ſed propria virtute, nedum diuina, ſed & humana iã
glorificata ꝑ dotem agilitatis, ꝑ quam glorificatum corpus obedit ſpiritui quãtum ad loca
lem motum. Eleuatus quidẽ eſt Chriſtus non ab alio ſed à ſeipſo, cuius nutu oĩa alia ſubſi-
ſtunt. Cui nubes, q̃ eum ſuſcepiſſe traditur, nõ adminiculum præbuit, ſed in ſignum appa-
Exod.40 ruit deitatis. Sicut gloria dei Iſrael apparuit ſuꝑ tabernaculum in nube. Et in trãsfiguratiõe
Matt.17 in teſtimonio deitatis nubes lucida obumbrauit eum. Et vox de nube. Hic eſt filius meus di
lectus, in q̃ mihi bñ complacui, ipm̃ audite, qui & in nube (ipſo alibi teſtante) ita reuerſurus
Mat.24 eſt, quemadmodum abijt in maieſtate magna, hodie q̃q; angelis duobus dicentibus. Viri
Galilæi, quid ſtatis, adſpiciẽtes in cœlum, hic Ieſus, qui adſumptus eſt à vobis in cœlum, ſic
veniet quẽadmodum vidiſtis eum euntẽ in cœlũ. Sanè in nube abijt, in nube redibit, vulne
Johan.19 Zacha.12 ra portauit, vulnera reportabit, crucẽ retulit cum triumpho, ſignũ filij hoĩs apparebit in cœ
lo, & ſic, teſte ſcriptura, videbunt qui trãsfixerunt in eum. Atq; vtinam nos eum ita videre
poſſimus reuertentem, vt abeũtem viderunt apoſtoli .ſ. cum gaudio & bñdictione. Siqui-
dem bonis veniet in conſolationẽ, malis vero in mœrorem, bonis in amore, malis vero in
terrore, bonis manſuetus, malis vero indignabundus, malis maledicet, inquiens. Diſcedite
à me maledicti in ignẽ æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Bonis vero bñdi-
Matt.25 cet, inquiens. Venite bñdicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione
mundi. Eum vero ita videbimus & audiemus, vbi primo crediderimus fide vera.

¶Secundo ſi fidẽ illam ſignis de quibus in Euangelio ſpiritualiter probauerimus, q̃ apo- H
ſtoli tam corporaliter q̃ ſpiritualiter, deo cooperante, ꝑfecerunt. Siquidẽ debemus in noĩe
Matt.17 Ieſu dæmonia eijcere .i. fide, oratione, ieiunio & ſigno crucis dæmonũ, mundi & carnis tẽ-
tatiões repellere. Linguis loqui nouis .i. dimiſſis obloquijs prauis & otioſis dei laudes & ver
ba ſacra

Digitized by Google

ba ſacra reſonare. Serpentes tollere.i.nomini detrahere & detractores reprehendere. Mor- 1.Petri.2
tiferū bibere ſine nocumēto.i.audita cōuitia aure ſurda tranſire & nihili facere, nō recōuitia- Matt.5 Luc.6
ri. Egris manū imponere.i.infirmos verbo & facto cōſolari, & bene loquēdo & operādo ali- Matt.18
os à peccato retrahere, & in bonis ita cōfirmare, vt deinde bene habeāt. Hæc nimirū ſunt ſi- Galat.5
gna vere credentiū, quæ & eos ſequētur, ſiquidē fides talia p charitatē operať. Qualē fidē ſi cū
apoſtolis habuerimus, haud dubiū, quin & ipſi hodie domū redibimus cū gaudio, & cū apo- Lucæ.24
ſtolis in tēplo noſtri cordis laudabimus & benedicemus deū, in oratione perſeuerantes vna- Actoꝝ.1.
nimiter, qui & ſuperuenientē hoc in ſeculo ſuſcipiemus ſpm̄ cōſolationis, viſuri deinde Chri-
ſtum Ieſum cū gaudio, quemadmodū in cœlum abijt.

¶HOMILIA XLVI. DE EO QVOD LEGITVR, Iohan.15. Cum venerit paracletus, &c.

Dominica poſt aſcenſionis dominicæ.

A Q Vum ex Chriſti alibi verbis oīno cōſtet, totū q̄d Chrs ore proprio Marci.13
ſuis apoſtolis olim dixit, idē nobis q̄q; oībus dixerit, ſcripto quidē
ad nos lato, q̄n quidem oēs Chriſtiani quondam ſint diſcipuli Ieſu Actoꝝ.11.
nuncupati, dubiū nō eſt, quin & verba hodierni Euangelij nobis il-
le dicta voluerit, quæ proinde nobis haud minus cōſolatoria de-
buerint eſſe atq; olim fuerunt apoſtolis. Duo aūt Chrūs illis dixe-
B rat, q̄bus ipſi maxime cōtriſtati fuerant, q̄ & nos æque contriſtare
poſſunt. ¶Primū quidē, q illi ſcientiā Euangelij, quæ oīm maxi-
ma eſt & excellentiſſima & malis tyrannis odioſiſſima prędicaturi
erāt corā incredulis potētatibus & magiſtratibus, vnde ipſi mœſti erant, quū ſcirent ſe pror-
C ſus eſſe idiotas & illiteratos, pleriſq; oēs ferme piſcatores, q nec literas vnq̄ didicerāt. Actoꝝ.4
¶Secundū q̄d ipſi habituri erāt aduerſarios q eos erāt armis ad mortē vſq; perſequuturi, at 1.Cor.1.
ipſi eſſent omnino inermes, vtpote qui nec arma ferre cōſueuerant, detecto quidem capite &
diſcalciati plerūq; ſemp incedētes, ſubruſtice veſtiti, nec plures q̄ duos habuiſſe gladios legun Matt.10
tur, quū tn̄ interim iuxta hodierni diei Euangeliū ſic erant perſequēdi odio, vt cōſortio hoīm Lucæ.22
haberenť indigni, extraq; ſynagogā eijcerenť, quoꝝ aliquot dilapidarenť, aliquot decollaren
tur, aliquot crucifigerentur, aliquot ſecarentur, aliquot ſuffocarentur, aliquot ſubmergeren- Hebr.11.
tur, aliquot aliter interficerentur. Quos proinde mœſtos, ne prorſus deficerēt, dominus hinc
D abiturus conſolatur miſſione ſui ſancti ſpūs, qui eis erat in vtraq; re ſuppecias laturus.
¶Siquidem cōtra inſcitiā & ignorantiam eoꝝ ipſis erat ſubuenturus, quoniā eſſet ſpūs ve-
ritatis, qui eos erat docturus omnē veritatē, quæ oīm eſt doctrinaꝝ vnica & maxima ſcientia,
quā ſolus ille docet ſpūs, q habet ſcientiā vocis.i.cuiuſlibet dicti.ſ.vel publice vel occulte: ni- Sapiē.1.
mirū ſpūs ſapiētiæ. Illū, dico, ſpm̄ ſuū illis ſe miſſuꝝ promiſit, ne eſſent quaſi indocti prorſus
obſtupeſcētes, inquiēs. Ecce ego mitto vos, ſicut oues in medio lupoꝝ. Ad reges ducemini ꝑ
pter me in teſtimoniū illis & gētibus. Cū aūt tradēt vos, nolite cogitare quō aut q̄d loq̄mini.
Dabiť em̄ vobis in illa hora, q̄d loq̄mini. Nō em̄ vos eſtis, q loq̄mini, ſed ſpūs patris vr̄i, q lo- Matt.10
quiť in vobis. Et ego em̄ dabo vobis os & ſapientiā, cui nō poterūt reſiſtere oēs aduerſarij ve Marci.13
ſtri. Id quod profecto ſeruauit, quū eis ſpm̄ ſanctum, ſpiritū veritatis & oīs ſcientiæ miſit, quo Lucæ.21.
in die pentecoſtes repleti, ſic Ieſu Chriſto p ipſum diſputādo & p̄dicādo, teſtimoniū dederūt, Ac.2.4.5
vt oēs audiētes obſtupuerint, dicētes. Quidnā vult hoc eſſe? nimirū cōperti q hoīes eſſent ſine
literis & idiotæ, q̄s cū prohiberēt magiſtratus, vt tacerēt p̄dicare Ieſum, admirabili fiducia illi
rn̄derunt. Obedire oportet magis deo q̄ hoībus. Nō em̄ poſſumus, q̄ vidimus & audiuim9 nō
loqui. Sed vnde tā ſciētifica (vt ſic dixerim) apłoꝝ teſtificatio? Vtiq; à ſpū veritatis, quē Chrūs
E à patre ſuo procedentē illis miſit, ſubmouēs ab eis omnē mœrorē. ¶Qui & deinde eos erat
ſic cōtra oēs omniū aduerſarioꝝ pſequutiones cōſolaturus & fortificaturus, vt nec minas nec Matt.10
vlla ſupplicia, vtcūq; inermes pertimeſcerēt, nēpe, qui nō deberēt timere eos, q occiderēt cor Lucæ.12
pus, animā aūt nō poſſent occidere, ſed potius deberēt timere eū, q poſſet & corpus & animā
perdere in gehennā. Id q̄d vtiq; cōpletū eſt, q̄n poſt ſpūs ſancti miſſionē p illū Chro teſtimo- Actorū.5
niū phibuerunt, ſteterūtq; ſic poſt accepta verbera fortes & intrepidi, vt plane gaudētes à cō
ſpectu cōcilij iuerint, q̄m digni habiti eſſent pro noīe Ieſu cōtumeliā pati, dicētes. Quia pro- Pſal.43
pter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus ſicut oues occiſiōis. Sed in ijs oībus ſuperamus, Roma.8
ꝑpter eū q dilexit nos. Quis nos ſeparabit à charitate Chri? tribulatio, an anguſtia, an fames,
an nuditas, an periculū, an pſecutio, an gladius? Nulla creatura poterit nos ſeparari à charita-
te dei, q̄ eſt ī Chro Ieſu dn̄o nr̄o. Vnde frēs tāta teſtificatio ī apłis? Nimirū à ſpū ſctō, q & ideo
dici cœpit, paracletus.i.cōſolator, quē illis Chrūs hodie ſe miſſuꝝ promittit ꝑpter informa-
tionē & corroborationē ipſoꝝ, vt poſſint ipſi in illo & ille p ipſos, de eo teſtimoniū phibere.

Digitized by Google

¶Eſt aũt Chriſto teſtimoniũ perhibere nihil aliud q̃ illũ dei & hoïs filiũ verbo & facto cõ B
ſiteri, & ambulare, vt ille ambulauit, q̊d fit vbi eius ꝓceptis obedimus & pie in eo viuimus.
Id q̊d facientes ſtatim habebimus dæmonẽ, mundũ & carnem hoſtes teterrimos, q nos ad
ſummũ ꝑſequenť, cõtra q̊s verbo & facto vſq; in mortẽ ſtemus, cõſolati p ſpiritũ ſanctum,
qui nobis præſtabit animũ & robur, ne deficiamus. Ideoq; tribulati patienter ſufferamus
noïe Ieſu, memores q̊d & ipſe gratis iã olim talia perpeſſus eſt vna cũ oĩbus ſuis diſcipu-
Joh.15.16 lis, dicens. In mundo preſſurã habebitis, ſed cõfidite. Ego vici mundũ, Si mundus vos odit,
ſcitote, qa me priorẽ vobis odio habuit. Si me ꝑſequuti ſunt, & vos ꝑſequenť. Et hæc faciẽt
vobis, qa nõ nouerunt patrẽ neq; me. Sed hæc loquutus ſum vobis, vt cũ venerit hora eoꝝ
Luc.9. reminiſcamini, qa ego dixi vobis. Nos igiť fratres intrepide demus Chr̃o teſtimoniũ, ne ſi
eũ hic erubuerimus & ſermones eius, ipſe nos erubeſcet, vẽturus in maieſtate ſua & patris &
ſanctoꝝ angeloꝝ.

HOMILIA XLVII. DE EO QVOD LEGITVR.
Iohan.14. Si quis diligit me, &c.

In feriis letabunde dominiceq; Pentecoſtes.

AGimus hodie diem, fratres in dño chariſſimi, tã dignã, tam celſam, A
tam'q; lætam, vt ſi eius vel dignitatẽ, vel celſitudinem, vel lætitiam
enarrare pergam plane me nõ ſolum oratio deficiat, ſed & locus &
tẽpus: qñquidẽ hæc eſt illa dñi dies, q̃ cæteras eiuſdẽ dñi nr̃i dies faci
le oĩes vel ideo ſuperat, qm̃ ipſa ſit q̃ſi cõſumatio & perfectio oĩm
aliarum dñi feſtiuitatum. Siquidẽ hodie fit dies illa quinquageſima
Leuit.25. à dominicæ reſurrectionis die, olim per annũ iubilæũ, q erat quinq̃-
geſimus, deſignata & poſt aſcenſionẽ decima, in qua dñs noſter Ie-
Mar. vl. ſus Chr̃s iam in dextera patris inæquali gloria & maieſtate reſidẽs
vniuerſam noſtræ redemptõis diſpenſationẽ cõſumauit, vtpote in
qua ſuis diſcipulis, vt promiſerat ſpm̃ ſuũ ſanctũ miſit, ſine cuius nimiꝝ miſſione nihil no-
bis profuiſſet eoꝝ, quæ Chr̃s in noſtrã iã antea ſalutẽ fecerat. Oĩa, inquã, quæ nobis Chr̃s
in carne meruit nõ proficerent, niſi per ſpiritũ ſanctũ hæc nobis cõmunicarentur. Id q̊d ex
ipſo quidem effectu perluceſcit. ¶Venit eñ Chriſtus in carnem, liberaturus carnẽ, prædi B
cauit voluntatẽ patris à nobis deinde implendã, miracula fecit ad fidem cõfirmandã, pau-
cos ad prædicandũ diſcipulos collegit, & q̊s iam collegerat, paſſionis timor, quæ mundũ re
Zacha.13. demit, iuxta prophetæ oraculũ, diſperſit, q̊s iteꝝ apparẽs poſt reſurrectionẽ collegit, ſed nõ
Mat.26. Marc.14 ſine eoꝝ timore. Promouit aliquantulũ aſcenſione, vt regrederenť cũ gaudio in Hieruſalẽ,
Actoꝝ.1. ſed cũ trepidatõe, adhuc eñ in cõclaui morabanť. Die vero hodierna cum iam eſſent repleti
ſpiritu ſancto velut ꝑfecti, cõſumati, ignitiq; poſtpoſito oĩi timore in publicum proſiliũt,
pleni donis cariſmatum, Chriſtũ tanta ꝓdicarunt authoritate ac tãta virtute teſtimoniũ re-
ſurrectionis Ieſu Chriſti reddiderũt, & oĩm opeꝝ eius, vt vno quidẽ ſermone tria millia ho
Actoꝝ.3 minũ cõuerſi ſint ad fidẽ, vnde ipſis & oĩbus vere credẽtibus acq̃ſita eſt ſalus & ſanctifica-
tio: nimiꝝ opus ſpũs ſancti vnicũ. Quandoquidẽ in receptione ſummi huius doni tota nr̃a
ſalus perficiať & cõſiſtat, inſinuante hoc ipſm aplõ in hæc verba. Si q̃s ſpiritũ Chriſti non ha
Roma.8. bet, hic nõ eſt eius. Quod ſi ſpũs eius, qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis, habitat in vobis, viuifi-
cabit & mortalia corpora veſtra propter inhabitantẽ ſpiritũ in vobis. Quicũq; eñ ſpũ dei
aguntur, ĳ filĳ dei ſunt. ¶Atq; nimiꝝ cætera omnia per Chriſtũ nobis ipenſa ſunt ordi- C
1.Theſ.4 nata, vt ſpũ inhabitante ſanctificaremur, quæ ſanctificatio, teſte aplõ, eſt voluntas dei. Cu-
ius cauſa Chrũs ſaluator è cœlo deſcendit, laborauit vſq; ad cõſumationẽ crucis, vt adfixis
Philip.2. cruci peccatis nr̃is purgaremur, ſicq; digna ſancti ſpũs habitatio efficeremur, qui & rurſus
1.Petri.2. in cœlũ aſcẽdit, vt diſpoſitis habitaculis inde mitteret ſpm̃ ſanctũ. Et ſane nihil prodeſſet no
Johan.16 bis vniuerſus Chriſti labor & actio in adſumpta carne exhibita, niſi inhabitãte ſpũ viuifica-
remur. Siquidẽ ſpiritus ſit, q viuificat, caro non prodeſt quicq̃ .ſ. ſine ſpiritu: vtpote qui vel
Johan.6. Pſalm.36 ſol⁹ ſua inhabitatõe vniuerſa cõfert cõmoda ac ad ſalutẽ neceſſaria: nimiꝝ declinare faciẽs
à malo, mundũ .ſ. de pctõ arguens, nec ſolũ arguens, ſed & lachrymaꝝ flumina pœnitẽtibus
Roma.6. quibus abluunť pctã ipſe tribuit, faciẽs nos poſtulare pro nobis gemitibus inenarrabilibus,
Johan.20 imò qui pctã remittit medio ſacerdotis. Qui deniq; facit nos operari bonũ, qñ adiuuat infir
Roma.8. mitatẽ noſtrã multiplici iuuamine, Et vt paucis cõcludã multa, quicq̃d bñficĳ, quicq̃d gra-
tiæ eſt, nõ niſi nobis datur p ſpiritũ ſanctũ, q hodie primitus ſub ſpecie ignis in aplõs noſter
ſaluator miſit, mittẽs & miſſurus in oẽs, q illi, queadmodũ apl̃i, manſionẽ præparant.

¶Hinc dies quidẽ hodierna dies eſt longe digniſſima & maxime ꝓcelſa, imò & lætiſſima D
qm̃ in ea Chriſtus ſummã ſuã in nos charitatẽ cũ gaudio cõmonſtrauit. Nõ eñ ſatis viſum
eſt clemẽtiæ dñi dei nr̃i Ieſu Chriſti, q̊d è ſummo cœli throno ad nos in hoc exilium noſtri
cauſa

Digitized by Google

cauſa venerit, vt nos p̄dicando ab erroribus reuocaret, moriēdo redimeret, reſurgēdo releua
ret, aſcendēdo confortaret, & quo ipſum ſequuturi eſſemus oſtēderet, ſpiritū ſuū ſanctū tertiā
in trinitate perſonā, ſibi coæternam & conſubſtantialem, ſpiritū veritatis & totius cōſolatio
nis mittere voluit, q̄ ſuā ipſius doctrinā fide ſuſceptā tenere ſine dubio, docere ſine formidine
E operari ſine fatigatione ſufficeret. ¶Iā vero chariſſimi frēs, quum tā nobis ad ſalutē ſit opus
p̄ſentia ſpūs ſancti, vt qui ſine ipſo Chri nō ſumus, nec aliquā habere quimus gratiam, quis nō
magnopere cōcupiſcat edoceri ea, per quæ ille ad ſeipſum venire, ſecūq̄ habitare digneē, vt
eius gratia poſſit habere ſanctificationē illā, quæ eſt volūtas dei, ſine qua nihil nobis prodeſt
oīs Chriſti actio? Certe nō arbitror eſſe tā à ratione alienū quemq̄, qui illius p̄ſentiam & coha-
bitationē non magnopere deſideret. Cuius ſane cauſa ſancta eccleſia hodie legendum ſtatuit
F Euangeliū, quod docet, per quæ ſpūs ille ſanctus digneē in nobis habitare. ¶Primo quidem
ſi volumus ſpm̄ ſanctū per ſuam gratiā nobiſcum habitare, ſimulq̄ ad vitā æternam ſanctifi-
cari, neceſſum eſt, vt deū diligamus. ſ. affectu cordis, quod ſit obſeruatione verbi dei, q̄nqui-
dē ſpūs ſanctus eſt ſpūs amoris, dulcis & benignus & veritatis, q̄ in verbo dei eſt. Hinc & ipſe Sapiē. 1.
hodie diſcipulis apparuit in linguis igneis, quoniam per ignem amor ſignificetur & pro amo Iohā. 14
re accipiatur, quo propheta petebat ſuos renes, corq̄ ſuum vri. Iam vero & ipſe ſpiritus ſan- Actoꝝ. 2
ctus non vult habitare niſi in eo, in quo amor eſt dei, quoniam & ipſe ſit amor ille increatus, à Pſal. 25
patre & filio per modum voluntatis ſiue amoris procedens, patrem & filium modo doni cha 1. Iohā. 4
ritatiui vniens ineffabiliter. Ipſe quoq̄ eſt ille ignis amoris, de quo Chriſtus dicit. Ignem ve-
ni mittere in terram. Et quid volo, niſi vt incendat. Ille nimirū ignis eſt, deus noſter cōſumēs. Luc. 12.
O vere ignis conſumēs, qui ſolus ſtipulam peccatoꝝ cremat, choruſcans flammam virtutum Deute. 9
qui ab omni corde torporem frigoris excutit, qui olim ap̄los & martyres non modo ſic luce Hebr. 12
ſua perfudit vt tanq̄ radij ſolis & lampades totum orbem ſuis doctrinis illuminauerint, verū
qui ſic eos accendit in amorē Ieſu Chriſti, vt huius gratia nō pertimuerint, neq̄ frigus, neque Roma. 8
æſtum, neq̄ famem, neq̄ nuditatē, neq̄ periculū, neq̄ perſequutionē, neq̄ gladiū, neq̄ mor- Hebr. 11.
G tē, ſed oīa ſuperarint propter ignē amoris Ieſu Chriſti. ¶Atq̄ vtinā nos hoc igne accenda
mur, velut eccleſia hodie deuotius orās, inq̄t: Veni ſancte ſpūs reple tuoꝝ corda fideliū, & tui
amoris ignē in eis accēde, &c. Qđ ille haud dubie faciet, vbi ſyncero cordis affectu deū dile-
xerimus, q̄d faciemus, vbi eius verbū deuote ſeruauerim⁹, Chr̄o hodie dicēte. Si q̄s diligit me,
ſermonē meū ſeruabit, & pr̄ meus diliget eū, & ad eū veniem⁹ & manſionē apud eū faciemus.
Vtiq̄ primū eſt ſignū amoris, vbi verba illius libēter audim⁹ & ea ſeruam⁹, veluti faciūt boni
filij, q̄ patris libēter audiūt verba & ſeruāt. Si ergo volum⁹ ita ſpūs ſc̄ti dilecti eē filij vt nobiſ- Iohan. 8.
H cū habitet, verba dei audiam⁹. Qui ei ex deo ē, inq̄t Chr̄s, verba dei audit. ¶Secūdo, ſi volu
mus ſpm̄ ſanctū habere cohabitātē cū ſua gr̄a, neceſſum ē, vt deū diligam⁹, nō mō cū ſyncero
cordis affectu, ſed & effectu op̄is p̄ mādatoꝝ obſeruationē, id q̄d eſt vera verboꝝ Chr̄i ob-
ſeruatio: vtpote, q̄n q̄d verba volūt, nos facto ipſo īplemus, q̄d eſt vere deū diligere, quo mo-
do viri illi ſancti apoſtoli & alij deū dilexerūt, q̄ ſic obſeruabāt dei verbū, vt auderēt corā ty- Actoꝝ. 5
rannis, magiſtratibus dicere, magis eſt obediendū deo q̄ hoībus, qui propterea vſq̄ adeo mor
tē nō timebant, vt gaudētes iuerint à cōſpectu concilij: nimirū læti, quod facto poſſent expe- Matt. 10
riri & ſufferre, quod Chriſtus olim verbis docuiſſet & p̄cepiſſet, dicēs, Nolite timere eos, q̄ oc
cidunt corpus, animā aūt nō poſſunt occidere, ſed potius timete eū, q̄ pt̄ & animā & corpus p̄
dere in gehennā. Id ſane verbū ex vera in ip̄m dilectiōe ſic adimplerūt, vt pleriq̄ oēs nō mo-
do duriſſima queq̄, ſed & mortē deniq̄ cū gaudio ſuſtinuerint. Ita frēs diligamus deū & ipſi,
.i. ſic & nos eius mādata & verba ſeruemus, niſi em̄ hoc fecerimus, deū nō diligem⁹, nec nobiſ
cū erit ſpūs ſc̄tūs, Chr̄o dicēte. Si diligitis me, mādata mea ſeruate. Qui habet mādata mea & Iohā. 14
ſeruat ea, ille eſt qui diligit me. ſ. vere & re ipſa. Ad quā dilectionē hortaē Iohannes, inquiens.
Filioli mei nō diligamus verbo neq̄ lingua, ſed opere & veritate. Ideoq̄ fratres hortor vos 1. Iohan. 3
cū diuo ap̄lo Iacobo, Eſtote factores verbi, & non auditores tantum, fallentes voſmetipſos. Iacobi. 1.
I Quod vbi feceritis, veniet ad vos ſpūs ſanctus, vobiſcum habitaturus. ¶Tertio, ſi p̄ſentiam
ſpūs ſancti cupierimus, neceſſum eſt, vt habeamus pacē nobis à Chr̄o relictā, q̄nquidē ſpiritus
ſc̄tūs ē deus pacis & cōcordię, & nō diſſenſiōis. Ad quā pacē hortaē Chr̄s hodie in hoc, quū ait 1. Cor. 14
Pacē meā do vobis, &c. Quæ nimirū pax eſt triplex, de qualibet aūt Chriſtus ſenſit. Siquidem
pax ad deū, ad nos, ad proximū. Pacem habemus ad deum, vbi cauebimus à peccatis, quę vel
ſola faciunt nobis deum inimicum. Ad nos, vbi curauerimus, vt caro obediat rationi ſiue ſpi-
ritui, contra quē illa ſemper belligerat, vt ſic cōſcientia noſtra ſit quieta, nec diſcordet aliquo Matt. 7
ſcrupulo malo. Ad proximum, vbi fecerimus illi q̄ nobis fieri velimus, & non fecerimus illi, q̄
nobis fieri nolimus atq̄ illi noīe Ieſu donemus, quod contra nos perpetrauit. Ad quam tri- Rom. 14
plicē pacē poſt Chriſtum hortaē Paulus, dicēs. Quæ pacis ſunt ſequemur. Obſecro itaq̄ vos Ephes. 4
ego vinctus in dn̄o, vt digne ambuletis vocatione, qua vocati eſtis cū omni humilitate & mā
ſuetudie, cū patiētia ſupportātes iuicē in charitate, ſoliciti ſeruare vnitatē ſpūs ī vinclo pacis.

Digitized by Google

Hæc tria, frẽs. ſ. ſi dilexerimus p obſeruationẽ verbi & auditionẽ eius & pacẽ ſi habuerimus,
proculdubio veniet ad nos ſpũs ſanctus, nobiſcũ vero exiſtẽs, nos ſic ſua charitate inflãma-
bit, ſic cõſolabit, ſic cõfortabit, vt cor noſtrũ à nullo malo triſtabit, vtcũq; Chr̃o viſibiliter
abſente, cũ p̃re glorioſe exiſtẽte, imò igne amoris ſpũs ſc̃ti inflãmati gaudebim⁹ vel q̃q; du-
riſſima huius mũdi, imò mortẽ ſufferre, vt ſic morte diſſoluti ad vitã ſimus vẽturi æternã, vbi
ille cũ deo patre viuit & regnat in vnitate ſpũs ſancti deus, per om̃ia ſecula ſeculoꝝ.

HOMILIA XLVIII. DE EO QVOD LEGITVR IOHAN. III.
Sic deus dilexit mundum.

Feria ſecunda Pentecoſtes.

CErtũ eſt nedũ ex ſacris literis, ſed ex ratõe ipſa piũ ſyncerũq; amorẽ A
eſſe primũ & ſummũ bonũ & donũ, in q̃ & propter q̃d oĩa alia dona
donãtur. Iã vero qa ſpũs ſanctus amor eſt. ſ. increatus (vt & heri di
ximus) Iohãne dicẽte. Qui nõ diligit, nõ nouit deũ, qa deus chari-
1. Johã. 4 tas eſt, & qa Catholica eccleſia his diebus ſingulariter adorat & ve-
nerat ſpm̃ ſanctũ, & ideo nobis ea ꝓponit Euãgelia, q̃ de dilectiõe
& dono variã faciũt mentionẽ, ceu claret ex hodierno euãgelio. In
cuius ſtatim frontiſpicio agit de dilectione, quũ dr̃ ſic deus dilexit
mundũ, ſtatimq; addit de dono eius dilectiõis. ſ. vt filiũ ſuũ vnige-
nitũ daret, &c. Et reuera dilectio eſt dei, q̃ & in hoc, inq̃t Iohãnes,
apparuit, qm̃ filiũ ſuũ vnigenitũ miſit in mundũ, vt viuamus p ipm̃. Id q̃d tm̃ eſt donũ, vt
eo magis donari nobis haud potuiſſet, ap̃lo dicẽte. Quia etiã proprio filio ſuo nõ pepercit,
Roma. 8. ſed ꝓ nobis oĩbus tradidit illũ. Q̃uo nõ etiã cũ illo oĩa nobis donauit? ¶ Cõplectit aũt p̃ns B
Euãgeliũ duas partes. ¶ In prima oſtẽdit deũ ipm̃ nr̃æ ſalutis eſſe principiũ effectiuũ, vt-
pote q ſolus eſt, q potuit recreare, qui ex infinitate potẽtiæ ſuæ potuit nos creare. Cuius ſo-
lius bonitate creati ſumus & ſaluati, in cuius ptãte mors & vita, qui deducit vſq; ad portas
1. Reg. 2. mortis & reducit: q æquè imò rectius potuiſſet nos dãnare, atq; ſaluare, nec merito fuiſſet à
Sapiẽ. 16 quopiã rep̃hendẽdus: q̃nquidẽ figulus, inquit ap̃lus, ptãtem habet ex eadẽ luti maſſa facere
Roma. 9. aliud quidẽ vas in honorẽ, aliud vero in cõtumeliã. Hinc ſane patet eius in nos bonitas & di
lectio, q̃d qm̃ nos pc̃tõres merito potuiſſet dãnare, tñ ſaluauit & q̃dẽ gratis miſſione p incar
nationẽ filij ſui: quẽ in primo ſuo aduẽtu miſit, nõ vt iudicaret, q̃ facta erãt, ſed vt dimitte-
ret, Chr̃o q̃q; alias dicẽte. Venit filius hoĩs q̃rere & ſaluũ facere, q̃d perierat. Nõ eſt ergo ſa-
Luc. 19 Luc. 9. lus nr̃a alteri q̃ diuinæ miæ & bonitate adſcribẽda, nec dãnatio alteri quã nobis, quũ de⁹ an
1. Timo. 2 tecedẽte volũtate oẽs vult ſaluos fieri. Et hoc eſt, q̃d ipſemet ait. Ex te Iſrael ꝑditio tua, tan-
Oſeæ. 13. tũmodo in me auxiliũ tuũ. ¶ In ſecũda parte oſtẽdit, ſolã incredulitatẽ eſſe impedimen- C
tum nr̃æ ſalutis, q̃nquidẽ qui nõ credit, nõ modo iudicet, ſed iã iudicatus ſit. Eſt aũt incredu
Galat. 5. Titum. 1. lus nõ ſolum ille qui prorſus nihil credit, vt gentilis, ſed & ille q nõ agit quæ fidei ſunt, velu-
ti bona opera, qm̃ vera eſt illa fides, quæ p charitatẽ operat. Qui em̃ verbo ſolum credit, &
fidẽ facto non cõprobat ex eoꝝ eſt numero, qui, teſte Paulo, confitentur ſe noſſe deũ, quem
tamen factis negant. Atq; ſanè ſunt illi, qui magis diligunt tenebras. i. peccata & mala ope-
ra, quam lucem. i. Chriſtum & eius opera, ideoq; iudicium habebunt, ſi minus recte credi-
derint. Caueamus igitur ne facto ſimus increduli, &c.

HOMILIA XLIX. DE EO QVOD LEGITVR.
Iohan. 3. Erat homo ex phariſæis.

In ferijs ſanctiſſime trinitatis.

REM modis om̃ibus altiſſimã Catholica eccleſia nobis hodie cele- A
brandã inſtituit, ac om̃i plane hũano cogitatui imparẽ: nempe ſan
ctiſſimã illã diuinãq; trinitatẽ. Quæ nihil aliud eſt, q̃ deus ipſe in eſ-
ſentia vnus idẽq; in perſonis trinus. Id q̃d habet fides ipſa Catholi-
ca, nimiꝝ, vt vnũ deũ in trinitate credamus & trinitatẽ in vnitate
veneremur. Neq; cõfundentes pſonas, neq; ſubſtantiam ſeparãtes.
Quã ſane fidẽ Catholicã neceſſum ẽ teneat, quicũq; vult ſaluus eſſe
Marc. vl quã niſi quiſq; integrã, inuiolatãq; ſeruauerit, abſq; dubio ingternũ
peribit. ¶ Quã quũ nõ liceat quenpiã ignorare, poſſet ꝑfecto nõ B
Daniel. 13 immerito aliqs dicere, q̃d olim fortis illa Suſanna inter metũ mor-
1. Cori. 14 tis naturalis & diuinæ timorẽ offenſionis agitata dixit. Anguſtiæ mihi ſunt vndiq;. Siquidẽ
Job. 19 ignorare deũ eſt dãnabile, quia, ut ait ap̃lus, ignorãs ignorabit. Q̃uo em̃ põt eſſe ſpes ſalutis

cum

Digitized by Google

cum dei ignorãtia? Cũ nemo poſſit amare, ꝙd neſciat, aut habere, quẽ nõ amauerit.

C ¶Iam vero cõſtat prorſus eſſe difficile, imò pene impoſſibile cognoſcere deũ in hac via,
ſcd̃m ꝙd eſt in ſeipſo, vtpote ꝗ ſic poſuit tenebras latibulũ ſuũ: de ꝗ propheta cõquerit, di- Pſalm. 17
cens. Mirabilis facta eſt ſciẽtia tua ex me, cõfortata eſt, & nõ potero ad eã. Nec miꝝ, q̃nquí Pſal. 139.
dẽ, dicẽte ſcriptura, difficile ęſtimamus, q̃ in terra ſunt, & q̃ in proſpectu ſunt inuenimus cũ
labore, q̃ in cœlis ſunt, aut qs inueſtigabit? Quid igit̃ fratres agundum, ne à deo ignoremur, Sapiæ. 9.
quũ ipm̃ noſcere neq̃amus? Nõ vtiqꝫ, inquã, deſperãdũ eſt. Siquidẽ deus reliqt, q̃tenus à no Roma. 1
bis ſe velit cognoſci, & q̃tenus ipm̃ ſcire poſſimus. Etſi deus ipſe in ſeipſo à nobis nequit ſci-
ri, ꝑ ſimilitudinem tñ cognoſci põt, in qua ſeipm̃ nobis reuelauit. In creaturis eñ ille ſe no-
bis reuelauit, ſed obſcurius, vtpote quaſi per nebulã. Quo perinde modo Moyſi quondã in Exod. 19.
monte in caligine nubis apparuit. Ad quẽ ſane modum, inquit apl̃us, videmus autem nunc
per ſpeculum in ænigmate, tunc autẽ facie ad faciẽ. Atqꝫ nunc cognoſcimus ex parte, tunc 1. Cor. 13.
autem cognoſcemus ſicut & cogniti ſumus. Et profecto nõ modo ſcripturę deum eſſe prę- Roma. 1
dicãt, vtpote in quibus ꝙd notum eſt dei, manifeſtum eſt in illis, ſed & vniuerſa reꝝ natura
illum eſſe ꝑ actus ſuos quodãmodo fatet̃, imo ſcriptura & creatura ab illo condita nõ ſolum
deum eſſe teſtãtur, verumetiã oſtendit quis & qualis ille ſit ꝑ ſimilitudinẽ in ſeipſis arguunt.

D ¶Si eñ deuotius reſpexerimus cœlum & terrã & q̃ in vtroqꝫ & in quem vſu & quãta ſa-
pientia, potentia, bonitate à deo creata ſunt, certè non poſſumus dicere deum eſſe aliud, q̃
illud, quo melius non eſt aliud, rebuſqꝫ cæteris om̃ibus ꝓponẽdum, in quo quicquid eſt bo
nitatis & excellentię pluſq̃ abundè, verè & eſſentialiter (vt ſic dixerim) poſitũ eſt ac reſidet.
Atqꝫ ſanè om̃es, cuiuſcunqꝫ ſectæ fuerunt aut opinionis, deũ naturã excellentiſſimã eſſe cõ-
ſentiunt, qua nihil melius, nihil ſublimius excogitari poſſit. Nec quiſquã inueniri põt, qui
hoc deum credat, ꝙ aliquid eſt melius, quia ipſe ſit ſummũ & vere vnicũ bonum. Vnde, qa
quod ſummum eſt nõ eſſe poteſt, niſi vnũ pleriqꝫ om̃es tam qui legẽ receperunt vt Iudæi & Roma. 11.
Chriſtiani, quã qui ſine lege fuerunt vt gentiles philoſophi pluralitatẽ deoꝝ reprobantes, Actorũ. 7
vnum crediderunt deũ per quẽ & à quo om̃ia ſint, in q̃ ſimus, moueamur, viuamus & ſpe- Iudith. 9
ramus, quemadmodum & paſſim ſcriptura ſancta perdocet.

E ¶Hoc aũt etſi oẽs fatentur, quia tñ hunc ſolum deũ, nec illum ſolitariũ, quia cõſortio triũ
perſonaꝝ in vnitate eſſentię ſcriptura profitetur & ꝓdicat, quidã proinde ſuo innitẽtes ſen
ſui, quãuis ſcripturas vtriuſqꝫ teſtamenti receperint, non capientes in vnitate ſubſtãtiæ ꝑ-
ſonalem diſtinctionẽ, in oppoſitas hæreſes prolapſi ſunt. Quidã eñ eoꝝ tenuerunt eſſentiæ
vnitatẽ & diſtinctionẽ perſonaꝝ negarunt, q̃ꝝ author fuit Sabellius cõtra illud. Tres ſunt, 1. Iohã. 5.
qui teſtimonſum perhibẽt in cœlo pater, verbũ & ſpũs ſanctus. Imo & cõtra illud ſaluato-
ris, dicentis. Cũ venerit paracletus, quẽ ego mittã vobis à patre ſpiritũ veritatis, qui à patre Iohan. 15
procedit. Certe hic ꝑſonaꝝ nominatur diuerſitas. Quidã vero (quoꝝ author fuit Arrius) at
tenderunt perſonaꝝ diſtinctionem & ſciderunt vnitatem ſubſtantię contra illud Iohãnis. 1. Iohã. 5.
Et hi tres vnum ſunt. Et Chriſto alibi dicente. Ego & pater vnum ſumus. Catholica vero Iohan. 10
eccleſia, pro cuius fide dñs orauit ne deficiat, quæ & eſt veritatis columna & firmamentum, Lucæ. 22.
longe aliam, vtpote veriſſimã fidem nobis præſcripſit pro ſalute obtinenda, quæ talis eſt. 1. Timo. 3
Vt credamus patrem & filium & ſpiritum ſanctũ vnum eſſe naturaliter deũ, neqꝫ tñ ipſum
patrem eſſe, qui filius eſt, neqꝫ filium ipſum eſſe, qui pater eſt, neqꝫ ſpiritũ ſanctum, eſſe ꝗ pa
ter eſt & filius. At vnã eſſe & patris & filij & ſpiritus ſancti naturã, eſſentiã & maieſtatẽ, ſed
plane eſſe in vnitate eſſentiæ perſonaꝝ trinitatem, in qua nihil ſit prius aut poſterius, nihil
maius aut minus, ſed totas tres perſonas coeternas ſibi eſſe & coequales. In qua, inquam, nõ
ſit aliud pater, aliud filius, aliud ſpiritus ſanctus, quamuis ſit perſonaliter alius pater, alius fi-
lius, alius ſpiritus ſanctus ratione proprietatis, quam habent ſingulas perſonæ ſingulæ, nimi
rum patris eſt ingenitum eſſe, filium à patre in principio genitum eſſe, ſpiritum ſanctum ab
vtroqꝫ ineffabiliter procedere. Id quod ſuperioribus annis ſimilitudinibus, argumentis ex-
empliſqꝫ, quoad fieri potuit, ſub oculos quodãmodo collocauimus.

F ¶Hæc fratres, eſt fides patriarchaꝝ & prophetaꝝ, figurata in lege naturæ, pronuntiatã
in lege ſcripta, reuelata à Chriſto domino & docta, & ab apoſtolis vſqꝫ in fines orbis terraꝝ
prædicata, à ſanctis martyribus ſanguinis effuſione teſtificata, ab om̃ibus orthodoxis firmi 2. Cor. 10
ter confeſſa. Cui in obſequium captiuemus intellectum noſtrũ, non interrogantes, q̃uo &
quid hoc ipſum in ſeipſo ſit: memores tale eſſe trinitatis myſteriũ, quale mens humana ca-
pere non poteſt, nec oratoria lingua enarrare, vtpote in quo intelligendo lingua deficit ra-
tioqꝫ ſubcumbit, ſed ſola fides comprehendit. Eſaiæ. 7.

G ¶Hoc eñ eſt ipſa ſanctiſſima trinitas, ꝙd cũ dicit̃, dici nõ poteſt. Cum æſtimat̃, æſtimari
nequit, Cũ cõparatur, non põt cõparari. Cũ diffinit̃ ipſa diffinitiõe creſcit, vtpote, ꝙd cœlũ
manu ſua cooperit, pugno oẽm mũdi ambitũ claudit, quẽ totũ oĩa neſciũt & metuẽdo ſciũt
Quid ergo lutũ & vas fictile de creatore diſputat, & ad naturæ ſuæ rationẽ nõ põt ꝑuenire.

At quid curioſe quærit ſcire de myſterio Trinitatis, quod angeli de cęlo ſcire nequeūt. Imò q̄d
ipſi vanitati ſubiecti quærimus ſcire & cognoſcere & ex toto illud, cuius ne opa & iudicia, quę
eſſentiam eius indicare ſolēt in creatura, ſcrutari vllo pacto poſſumus, & quibus quę in terris
ſunt difficili ſunt intellectu, & quō quæ in cœlis ſunt æſtimemus? Cuiuſmodi pfectò eſt ſup-
bum dicta illa Trinitas in diuinis, quę nō mō eſt in cœlis, ſed ſupra oēs cœlos, imò quæ maie-
Hiere.23. ſtate ſua cœlum & terram implet. Quomodo ergo illam in ſeipſa colligemus?

¶Cuius cauſa hodie in die feſto ſanctę Trinitatis legi conſueuit Euangelium, quod cōtinet H
inter Ieſum & Nicodemū diſputationē. In qua quum Nicodemus, vtcūq; magiſter in Iſrael,
paulòantea terrena, de morte Chriſti ſimiliterq; de baptiſmo nō intellexerat, at nihilominus
interim cuperet ſcire cœleſtia. ſ. fortaſſis generationē æternam filij Dei ex patre & ab vtroq;
ſpiritus ſancti pceſſionem à domino increpatus eſt, & audire coactus. Tu es magiſter in Iſrael
& cętera. Si terrena dixi vobis. Vnde inter alia, quæ annis ſupioribus ex hoc Euangelio abun-
dē collegimus, vnicam colligimus nunc doctrinam, quæ eſt talis.

¶Ea quæ prorſus ſunt diuina & ad Deū ſolū nec ad nos neceſſario ptinētia, nos non debere I
Eccl.3. curioſius pſcrutari, ſed admirari cū laude, & credere cū pietate. Scriptura alibi dicēte: Altiora
te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris, ſed quę pręcepit tibi Deus, illa cogita ſemp. Nō
em̄ eſt tibi neceſſariū ea, quę abſcōdita ſunt videre oculis tuis, quoꝝ ſuſpicio multos ſupplanta
uit, & in vanitate detinuit ſenſus illoꝝ. Sic cū Petrus alibi de morte diui Iohannis, quę deo de-
bet eſſe certa non homini, niſi ei cui ex cauſa reuelat Deus, quęrēs à Chr̄o in hęc verba incre-
Iohan.vl. patus eſt. Si eum volo manere, donec veniam. Quid ad te? Tu me ſequere. Sic & Apl̄i om̄es ab
Actorū.1. eodē ſcire cupiētes finē ſeculi & inſtauratōis regni Iſrahel, increpati ſunt ijſce verbis. Non eſt
veſtrū noſſe tp̄a, vł momēta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate, ſed accipietis virtutē ſupuenie̅
tis ſpūs ſancti in vos. Sic chariſſimi frēs, & nos digni eſſemus increpatione, ſi hodie vellemus
oīno ſcire naturam & conditionē ſanctæ Trinitatis, vtpotè rem oīno cœleſtē, & ſoli Deo co-
gnobilē, q terrena aliquoties non capimus. Suffecerit igit nos ſcire in vniuerſum & credere,
quod illa nobis reuelauit & expoſuit, nobis verò expoſuit per ſanctam Eccleſiam ſuam quod
diximus, id q̄d tum pfectius intelligemus, quū crediderimus pfectius. Et fiet, q̄d inueſtigari nō
poteſt, nec inueſtigatū eloqui, credi tn̄ pōt, & creditū cū Propheta ab vnoq; pdicari & dici:
Psal.115 Credidi propter quod locutus ſum. Nos proinde credamus, vt ſalui fiamus. Credamus autem
(inquam) vnum Deum in Trinitate, & Trinitatē in vnitate veneremur, quæ & noſtram fidem
augere dignetur & incredulitatem adiuuare. Amen.

¶HOMILIA L. DE EO, QVOD LEGITVR, Iohannis ſexto: Caro mea verè eſt cibus, &c.

In feriis corporis dn̄i noſtri Ieſu Chriſti.

QVVM MOYSES OLIM FILIOS ISRAEL VEL- A
Deut.4,8 let ad amorem Dei Max. & ad illius mandatoꝝ obſeruationē pinde
atq; dux fidelis & pius allicere & puocare incepit, inter alia beneficia
quæ illis paſſim Deus Opt. benigniſſimè contulerat prę cęteris mū-
di natōibus, tandē ſub oculis quoq; eoꝝ ſubijcere beneficiū Manne,
Psalm.77 quo in deſerto paſti à Deo fuerant, inquiēs: Et recordaberis cuncti
Exodi.16 itineris, p quod adduxit te dominus Deus tuus quadraginta annis p
deſertum, vt affligeret te atq; tentaret, & nota fierent, quæ in animo
tuo verſabant, vtrum cuſtodires mandata illius an non. Afflixit te
penuria, & dedit tibi cibum manna, q̄d ignorabas tu & patres tui, vt
oſtenderet tibi, quod non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod egreditur de ore
domini. Nec eſt alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes ſibi, ſicut Deus no
Hebræ.9 ſter adeſt cunctis noſtris obſecrationibus. In cuius diuinæ gratiæ, miſericordiæ & beneuolen
2.Regū.6 tiæ perpetuam memoriam manna ipm deinde in vrna aurea repoſitū & deinceps in archa ſta
1.Para.13 to tempore cum ſummo gaudio, cum canticis & hymnis, adeoq; cum cæteris deuotis cęrimo
nijs circūlatū eſt. ¶Si proinde fratres chariſſimi, Iſraelitæ olim ppter beneficiū mannę cor B
poralis vſqueadeò ſibi Deum eſſe ppinquum rati ſunt ac illi tantope laudē cecinerūt, q̄d nos
meritò facere oportet? vtpotè q̄bus Deus noſter longè ppinquior factus eſt q̄ pp̄lo Iſraeliti-
Baruch 3 co? nimirum, qui non modo humanam indutus carnem in terris viſus ſit, & cum hominibus
conuerſatus, ſed & ſeipſum ineffabiliter nobis in ſalutarem exhibuit potum & cibum, non qui
in noſtram conuertatur ſubſtantiam, ſed qui nos ſibi inſerat, arctius aſtringat, ſuæq; diuinita-
tis participationem nobis intima illa vnione coniunctioneq; cōmunicet, Chriſto hodie dicē
te: Caro mea verè eſt cibus & ſanguis meus & cętera. Atq; ſanè caro Chriſti verum eſt manna
Apocal.2. in abſcondito, vt ſcribit Iohannes, id quod & dominus apertis hodie verbis cōfirmat, inquiēs:
Hic eſt

Digitized by Google

Hic eſt panis qui de cœlo deſcendit. Nõ ſicut manducauerũt patres veſtri manna in deſerto,&c. Inde & apoſtolus adfirmat hoc, de quo ſupra, totũ eſſe in figura factũ. In cuius figuram? 1. Cor. 10 Vtiq; carnis Chriſti, venerabiliſſimi ſacramenti Euchariſtiæ, veri mannę.

C ¶ Eapropter dilectiſſimi fratres, dilectio veſtra hodiernũ diem nõ impiè ex inſtituto eccleſiæ feſtiuis cærimonijs, gaudijs & canticis perornaſtis, pie nimirũ exultaſtis tam iocunda pignoris amoroſi cõſolatione. recte etiamnũ in honorẽ tanti mannæ redoluerunt flores & gramina ſonuerunt cantus & organa, purpura & ꝑtioſa reſplenduerũt veſtimenta, & recte hodie à vobis exhibitũ eſt, quicquid olim Dauid in reductione archæ figuraliter exhibuit, ſig- 2. Reg. 6. niſ nõ diſſimilibus veritati, quã ſignificauit archa. Recte nimirũ hæc, inquã, oĩa facta ſunt à 1 Para. 13 vobis in reuerentiã nobiliſſimi mannæ, ſi modo cũ exteriore hoĩe interiorẽ obtuliſtis, ſi vos totos illi ſacrificaſtis in odorem ſuauitatis. Et vę animis ſiliquis porcorum aſuetis, quibus in tẽpore veritatis & gratiæ, præſente veritate, vacuæ ſunt cærimoniæ & figuræ.

D ¶ Si enim filij Iſrael ſub nube tantum degentes & vmbra futurorum bonorum, id vere de deo dixerunt, quod præſentior (vt ita dicam) ipſis erat, quam quicũq; dij nationum ſuis cultoribus, multò valentiore iure nos Chriſtiani de profuſiſſima Chriſti in nos & indulgẽtiſſima benignitate gratias agentes, decantare deo ex intimo cordis adfectu debemus. Nõ eſt alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes ſibi ſicut deus noſter adeſt nobis. En Emanuel. id eſt, nobiſcum deus, quãuis abſconditus, quamuis velatus, vere tamen de- Eſaiæ. 7 us. Siquidem ſe nobis ille admirabili diſpenſatione & condeſcẽſione videndũ exhibet & Matt. 1 contrectandum, & (quod amplius eſt) pro noſtræ peregrinationis viatico deguſtandum & manducandum, vt nos penitus ſibi inſerat. Habitat item in medio noſtri, & inambulat inter nos admiranda dignatione, ne deficiamus in via, ſocium ſe præbens nobis & ducem huius anfractuoſi itineris, quod magni muneris loco, populo Iſrael ante ꝓmiſerat, ſed id pro- Leuit. 26. miſſum in nobis perfecte compleuit. Neq; id quidem exiguo tempore præſtat, quod adſit nobis, ſed ſecundum pollicitationem ſuam nobiſcum eſt omnibus diebus, vſq; ad conſummationem ſeculi, Mat. vl. & ſecundum ſuæ diuinitatis omnia circumambientem præſentiam, & ſecundum prætioſi corporis & ſanguinis ſui myſterium in ſalutarem cibum animæ, & medicinã efficaciſſimam nobis relictum, approbante ſuis verbis hodie ipſiſſima veritate in Euãgelio.

E Vnde colligimus. ¶ Primo carnem Chriſti vere eſſe cibum non fictum, nõ phantaſticũ, non figuralem ceu hactenus contra ſcripturam nonnulli deblatterarunt. Vnde aliàs ad diſ- Matt. 26 cipulos, accipite, inquit, & manducate. hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur. Et Marc 14 differt ille cibus & potus à reliquis: quandoquidem caro & ſanguis Chriſti reficiunt animã, Lucæ. 22. quæ immortalis eſt, cibus autem corporalis, reficit tantum corpus, quod eſt corruptibile. 1. Cor. 11 Ideoq; omnem effectum, quem cibus & potus materialis facit, quãtum ad vitam corporalem, ſcilicet ſuſtentans, augens, reparans, delectans, hoc totum facit & illud ſacramentũ animæ, quantum ad vitam ſpiritualem. Hinc & appellari cœpit Euchariſtia, id eſt bona gratia quoniam in hoc ſacramento non modo eſt augmentum virtutis & gratiæ, ſed ille totus ſumitur, qui fons eſt totius gratiæ & origo. Et hoc eſt q̄d apoſtolus monet hũc cibum diligẽ- 1 Cor. 11. ter diſcernendum ab alijs, dicens. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit, nõ dijudicans corpus domini. Quare? Quia eſt caro Chriſti vere cibus, &c.

F ¶ Secundo col. Manducantem de carne Chriſti manere in Chriſto: intellige per ſpiritualem manducationem & dilectionem. Siquidem Euchariſtia ſit ſacramentum pietatis, ſignum vnitatis, vinculum charitatis: quæ vniuerſa membra Chriſti corporis vnit capiti & ſi- 1. Cor. 10 bijpſis. Hinc Paulus, Et panis, inquit, quem frangimus, nonne participatio corporis Chriſti eſt? Quoniam vnus panis & vnum corpus multi ſumus, oẽs qui de vno pane & de vno calice participamus. Eapropter, & dñs ſacramentũ Euchariſtiæ in eis rebus commendauit, quæ ad vnũ aliquod redigunt, vtpote ex granis & racemis multis cõficitur panis & vinum confluit. Quod propterea figuratũ eſt per Melchiſedech panẽ & vinũ, quæ ex multis colle- Geneſ. 14 ctis & vnitis conſtant, obtulit. Hinc Synaxis. i. communio dicitur. Quid proinde melius q̃ digne communicare de tãto ſacramento? & quid alicui optatius aut felicius obtingere poſſit, quã quod in Chriſto maneat, & Chriſtus in eo? vt nõ tam ipſe viuat, quam viuat in ipſo

G Chriſtus, vt vnus ſit cũ eo ſpũs. Vnde Chriſtus hodie, &c ¶ Tertio col. Eum, qui manducat panẽ Chriſti. i. eius carnẽ, viuere inæternũ. In quo nimirũ diſcrepat à manna, q̄d olim Iudæi manducarunt, quod nõ vitam æternã, ſed temporalem dũtaxat præſtitit. Nec mirũ, quãdo manna in deſerto dũtaxat figura fuerit huius mannæ cœleſtis, & vitã ſpiritualẽ eandemq; æternã datum iri oportere in hoc ſacramento præfigurarit. Idq; illud nõ eſt impoſſibile, quum enĩ poſſibile fuit ſine meſſe & frumento & alijs huiuſmodi. xl. annis illorũ vitã Pſal. 94 per manna cõſeruare: multo magis nũc cibo ſpũali hoc fieri poterit, cuius illa erant figuræ. 1. Cor. 10 Siquidem manna noſtrum eſt Chriſtus ipſe deus & homo, qui eſt vita æterna & via ad ean- Iohã. 14. dem, qui nos ad illam prouehere dignetur.

Digitized by Google

¶HOMILIA LI. DE EO, QVOD LEGITVR, Lucæ decimoſexto: Homo quidam erat diues &c.

Dñica.j. poſt pentecoſtes.

DVO NOBIS Hodierna die ocurrunt, quæ proculdubio deberẽt nos ad amandũ timendumq́ deũ & ad ſpernendum mundum & quę mundi ſunt. nedum prouocare ſed & vehementer cogere. A
¶Primũ eſt appellatio tẽporis qđ hodie incipit, vtpotè quod à ſanctiſſimis illis patribus appellari cœptũ ſit, tẽpus peregrinationis,
1.Reg.14 atq; ideò vt memores ſimus, neq; nos neq; nr̃a hoc in mundo poſſe
Eccl'ſ 2 ſemp aut diu pſeuerare ſed demũ deſinere & aliò pficiſci, quò nihil
Apoca 14 nos ſit ſecutuꝝ præter opa noſtra, quoꝝ bona ad vitam, quoꝝ mala
Iohan.5 ad mortẽ æternam pducẽt. Quam verò vtrobiq́ diſſimilis ſit ſtatus abundè ſatis nec ſine terrore perdocet hodierni Euangelij hiſtoria.
Heb.13 Hinc Apoſtolus: Non enim (inqt) habemus hic manentẽ ciuitatẽ ſed futuram inquirimus; Et
2 Cor.5 oportet nos oẽs manifeſtari ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſqſq; ppria coporis put geſſit ſiue bonũ ſiue malũ. ſ. in hoc peregrinationis tpe. Et hoc eſt, qđ huſuſq; à tpe aduẽtus Eccleſia nobis in Euangelijs, quæ hactenus ſtatis diebus ſunt audita, pppoſuit omnia quę in nr̃am ſalutẽ Deus Opti. Maxi. p filiũ ſuũ Ieſum Chr̃m nobis ita exhibuit, vt nihil ſupſit, quod ipſe in eandẽ ſalutẽ facere poſſet, q nihil obmiſit, veꝝ poſthac rem ipſam in nobis eſſe ac pendere, vt
Oſee.13 videlicet & ipſi cooperemur, quę oportet. Siqdem nemo nunc eſſe poſſit cauſa noſtræ damna
Eſaiæ.5 tionis quàm noſmetipſi. Ad ſingulos enim nunc dicit dominus. Ex te pditio tua Iſrahel, tantummodo in me auxilium tuũ. Quid vltra debui facere tibi, & non feci? Vniuerſis igiť & omnibus præparatis, nihil reſtat, niſi vt in hac peregrinatione viam arripiamus, quatenus parata
Eccli.15 gaudia conſequamur. Siqdem liberi ſumus ceu peregrini, quocunq; libet per libertatem arbitrij ambulare poſſumus. Nobis ipſe clementiſſimus & iuſtiſſimus dominus adiecit mandata, & præcepta ſua. Si voluerimus mandata conſeruare, conſeruabunt nos, quemadmodum idipſum haud obſcurè accipimus ex hodierno Euangelio, quod ¶Secundũ eſt, quò ad Dei B
timorẽ compelli deberemus, vnde inter cętera, quæ alio tẽpore dedimus, dumtaxat duas colligemus doctrinas, quaꝝ ¶Prima eſt, nullũ bonũ manere irremuneratũ, nec vllũ malum ma
Matt.16 Pſalm 7. nere impunitũ, ſiue hic ſiue aliàs, qñquidem Deus ipſe ſit iudex iuſtus, q reddit vnicuiq; ſcđm
Gala.6 opa eius. Atq; ſic certũ eſt (inqt Aplus) vt quæ ſeminat homo, hæc & metet. Ita dominus Lazaro p eius hic cruciatu & patientia reddidit conſolationẽ & quietẽ. Diuiti vero Epuloni pro diuitijs omnium adeò rerum dedit ęgeſtatem, vt non habuerit tantillum aquæ, quò linguam refrigerare potuiſſet, pro veſte purpurea recipiens flammam ppetuam, pro cibo delicato fa
Iaco.2 mem infinibilem, pro familia tartaream ſocietatem, pro tenacitate omnis gratiæ & miſericordiæ denegationem, vt cui iuſtè negata eſt miſericordia, qui miſereri noluit.
¶Non eſt igitur, quod aliquis murmuret contra Deum, quum videt ſibi probos & iuſtos C
Pſal.72 hic pati, improbos vero & iniuſtos voluptuari, & perinde impunes peccare, quandoquidem
Deute.32 relinquat hoc ipſum diuinæ iuſtitiæ & ſapiẽtiæ, quæ nouit quo modo, loco & tempore quiſq;
Roma.12 ſit appremiandus, alibi dicens: Mihi vindictam & ego retribuam. Etſi enim (inquit Valerius)
Valeri.de neg.rel. lento gradu ad vindictam ſui diuina procedit ira, tarditatem tamen ſupplicij grauitate compenſat. ¶Secunda doctrina eſt, neminem poſſe ſimul & ſemel hic & alibi lætari, nec quempiam hic pro voluptate carnali temporalibus his bonis & alibi æternalibus perfrui poſſe, verum qui hic patienter miſeriam tulerunt alibi lætitia gaudebunt, qui verò hic gauiſi ſunt voluptate ad nutum alibi triſtabuntur & cruciabuntur teſtante euidenter hodie Abrahamo qui in perſona Dei Max. ait ad diuitem: Fili recordare: quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala. Nunc autem conſolatur, tu vero cruciaris. Quaſi diceret: Stultè petis, vt hic bonis ad nutum tuum poſſis perfrui, quibus in terra abuſus es. Siquidem iniquũ ſit, vt quis vtriq;
Matth.5 eis queat ſatiari. Dictum enim eſt olim in terris: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt
Lucæ.6 regnum cœlorum. Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur.
¶Gaudeant igitur pauperes & tribulati in hoc mundo, nec deſperent quaſi à Deo derelicti D
imò ſciant ſe omnino eſſe in memoria dei miſericordis, qui propterea ipſas hic temporaľr ſinit
2.Tim.4 cruciari, vt alibi eos poſſit ęternaľr conſolari, imò ſinguli in ſuis aduerſitatibus dicãt cũ Aplo: Bonũ certamẽ certaui, curſum cõſumaui, fidẽ ſeruaui. In reliq eſt mihi repoſita corona iuſtitię quã reddet mihi dñs, in illa die iuſtus iudex. Ediuerſo timeãt & pœniteãt diuites, qbus hic oĩa ex voto obueniũt, ignari maloꝝ, imemores futuroꝝ, q neceſſum ẽ, credãt, ſi mõ credũt Euãgelio, cui ſi minus credũt, væ ipſis, qm̃ nulla eis relicta ẽ ſpes. Semp meminerint Abrahami, hodie dicentis: Fili recordare, qa recepiſti bona in vita tua, Lazarus verò mala. Ideò hic conſolatur, tu verò cruciaris. O durum, ò tremendũ verbum, maximè his, quos præſentis ſeculi tranſitoria bona,

bona, diuitiæ & honores delectãt. Ad q̃s & horrendũ verbũ dicit alibi dñs. Væ vobis diuiti
bus, qui habetis cõſolationẽ veſtrã. Væ vobis, qui ſaturati eſtis, quia eſurietis. Væ vobis qui Luc.6.
ridetis nũc, quia lugebitis & flebitis. Caueãt oro ipſi, ne pro pręſentibus, quæ amplectũtur,
perpetua perdãt, & pro gaudio momentaneo cruciatus ſuſtineãt ſempiternos.
E ¶Supereſt, proinde, vt neglectis ijs rebus mundanis tendamus ad ſuperna, vt illic ſit cor
noſtrũ, vbi eſt theſaurus noſter, & patria vera, vnde hic exules peregrinamur, q̃bus hic nõ Matt.6.
eſt aliud niſi labor, dolor, afflictioq; ſpũs, atq; nihil oĩ ex pte iucũdũ: q & experiẽtia diſcim⁹ Eccles.2.
vitæ noſtræ breuitatẽ, inſtabilitatẽ & rerũ oĩm mutabilitatẽ & interitũ, quũ mundus tran-
ſeat & cõcupiſcẽtia eius: qui deniq; hodie intelligimus diuinã iuſtitiã, cuilibet prout in hac 1.Johã.2.
vita meruit ſiue in bono ſiue in malo, pœnã vel gaudiũ retribuentem.

HOMILIA LII. DE EO QVOD LEGITVR. Lucæ 14. Homo quidã fecit cœnã magnam.

Dominica ſecunda poſt octa. Pentecoſtes.

A DE tribus ſit mentio in hodierno quidẽ Euãgelio, quorum eſt
¶Primũ cœna magna ad quã vocati ſumus, & eſt æterna nimirũ
beatitudo, q̃ cõſiſtit in iucundiſſima diuinitatis viſione, fruitione & Johan.17
tẽtione, Cœpitq; illa appellari cœna, q̃m vltima ſit hominis refectio
qua vel ſola homo ita ſaturabit̃, vt nihil amplius velit aut poſſit opta
re: quæ & ideo magna dicit̃, quia oĩe ſaciat deſideriũ, vbi omnium
eſt bonorũ ſacietas pfectiſſima, vtpote in qua oĩa ſunt parata, quæ
ad cõſumatiſſimã pertinẽt cœnã. Cuius propterea magnitudinẽ ſo
lus ille pdicet, qui effari poterit, quæ nec oculus vidit nec auris audi- Eſaię 64
uit. Cuiuſmodi eſt Chriſtus dñs, deus & homo, q vel ſolus magnus, 1.Cor.2.
qui & ſolus reficit, & hãc cœnã magnã ſic inſtruxit, vt nihil obmiſerit, quæ ad eã ſunt neceſ-
ſaria, nimirũ gratiæ collationẽ, ſacramentorũ efficaciã, regni apparitionẽ, ſpũs ſancti miſſio
nem, edulij cœleſtis pparationẽ, nec reſtat, niſi vt arripiamus viam & cœnã ingrediamur, Pſalm.16
dignæ cœnaturi, & ſaturãdi cũ propheta dicẽte. Saciabor quũ apparuerit gloria tua. Atq; Apoca.19
ide o o verè beati, qui ad cœnã nuptiarũ agni vocati ſunt, & q venire nõ recuſant, ſeq; eadẽ
B dignos reddunt. ¶Secundũ eñi in Euangelio eſt, numeroſa multitudo ſe excuſantiũ, atq;
habentur ij, qui ad oblata beneficia ſunt ingrati, cuiuſmodi ſunt omnes peccatores & infide
les, qui in Euangelio tribus peccatorũ præcipuorum generibus comprehenduntur: Et ſunt
C in ſumma ¶Superbi qui accipiuntur per eum, qui emit villam. Siquidẽ vere ſuperbi ſint,
qui villam. i. præſidentiam aliquam non accipiunt in commiſſionẽ, ſed emunt vel fauore,
vel obſequio vel pretio vel præce vel minarum terrore, vel promiſſo per ſe vel aliũ. Status
eñi præſidentiæ ſiue ſecularis ſiue ſpiritualis etſi licite ab idoneo acceptari poſſit, nõ tñ emi.
Id q̃d (proh dolor) nunc frequenter fieri adſolet. Hinc raro percõmodi nunc præſunt, quũ
nulla (vt olim) habeatur virtutis & probitatis ratio. Non ingrediuntur ergo cœnam ſuper-
bi, qui per villam ementes intelliguntur.
¶Auari quoq; nõ ingrediuntur ſe excuſantes, qui intelliguntur per eum, qui iuga boum
D quinq; emit: quãdoquidem auari relictis virtutũ lucris perpetuis, in caducis diuitiarũ adqui
ſitionibus delectantur. Et ſit (vt apoſtolus ſcribit) vt q volũt diuites fieri (quales ſunt auari)
incidunt in laqueos diaboli. Ideoq; vocati ad cœnã non veniunt, ſicut nec venient 1.Tim.6.
E ¶Libidinoſi, qui intelligunt̃ per eũ, qui vxorem duxit, q vtiq; ſignificat voluptatũ carna
lium ſectatores. Quãuis eñi bonum ſit cõiugium & thorus immaculatus atq; ad propagan- Heb.13.
dam ſobolem diuina prouidentia inſtitutũ, quia tñ nõnulli per hoc nõ fęcunditatẽ prolis, Gene.2
ſed deſideria expetunt voluptatis, fieri ſolet nõ immerito, vt per rem ſignificet̃ res iniuſta. i. Matt.19
libido. Et ſint excuſantes ſe, q̃m duxerint vxores, q carnalibus ſunt & libidinoſis amoribus Tobiæ.8
ita irretiti, vt carnalia magis curẽt q̃ cœleſtia & ſpiritualia. Cuiuſmodi eſt illa cœna in euã-
gelio magna. Ad quam ceu indigni nõ ingrediuntur, neq; ſuperbi, neq; auari, neq; libidino
ſi atq; hoc genus peccatores alij, qui in ijs tribus accipiunt̃, q̃m eo & cæteri referuntur. Hinc 1.Johan.2
Iohannes, Omne, inquit, quod eſt in mundo aut eſt concupiſcẽtia carnis aut oculorum vel
F ſuperbia vitæ. ¶Tertium in Euangelio eſt, conditio obedientium, qui ad cœnã vocati
& parati fuere, & fuerunt pauperes, debiles, cæci & claudi.
G ¶Ita nimirũ fratres, ſi ad cœnã illã magnã & eam q̃dem longe delicatiſſimã venire, ac ea
perfrui voluerimus, ad quam oĩes ſumus vocati, quos deus oĩes vult ſaluatum iri, quoſq; 1.Timo.2
H per famulos ſuos. i. fideles pdicatores indies vocat neceſſum eſt ¶Primo ne ſimus ex nu-
mero eorũ, q ſe excuſare cœperũt. i. ne ſimus vel ſupbi vel auari vel libidinoſi, vtpote q̃d ne
mo illorũ beatitudinẽ æternæ vitæ ſint poſſeſſuri, q̃ nihil coinquinatum intrat. Apoca.21

¶Secũ-

Digitized by Google

Luc.14.18 ¶Secundo,vt ſumus pauperes.ſ.ſpiritu,& ſunt verè humiles,quoniam illi verè exaltantur I
in gloria,q ſe hic humiliãt. ¶Tertio vt ſimus debiles, idemq́ cęci .i. terrena neſciẽtes cõtra
deũ,quales erimus,quũ ꝓpter deũ hęc inferiora nõ aſpexerimus ſed contẽpſerimus,oĩbus re-
nuntiãtes,quales vult nos alibi eẽ dñs.Cuiuſmodi vtiq́ habentur pro debilibus & cæcis huic
Lucæ.14 mũdo. ¶Quarto ſimus claudi.i. nõ prẹmamur affectu carnali, neſcientes carnẽ & ſpũ vi- k
uentes.Claudi(inquam)illecebroſo carnaliũ affectu, ſed rectæ ratõis vinculo compediti atq́
ſic parati ſimus ad cœnam venire,in qua qui cœnant indubiè beati ſunt: nulla deinde re indi-
gentes,quales nos faciat Deus ipſe,q illa eſt cœna,quam & prẹparauit oĩbus diligẽtibus eũ.

¶HOMILIA LIII. DE EO, QVOD LEGITVR, Lucæ decimoquinto: Erant appropinquantes &c.

Dñica.iij.poſt octa.penteroſtes.

QVVM TANTA ESSET Chriſtus g a omnes indiſcrimina A
tim humanitate & manſuetudine,vt planè adeò neminẽ vel ſubmo
ueret vl' faſtidiret,vt ad ſe etiam vniuerſos,q ſua indigebant opera,
Matt.11, benignius inuitaret,dicens: Venite ad me oẽs q laboratis & onerati
eſtis,& ego reficiam vos &c. & inuenietis requiẽ animabus veſtris.
factũ, eſt vt & ipſi publicani & pctõres ad illũ accedere auſi fuerint,
nõ vt eum obſeruarẽt,qđ peruerſi faciũt,veꝛ vt illũ audirẽt.ſ.ex ꝓ-
poſito emẽdatõis p verbũ ipſius veluti oẽs in pſentia debetis. Quos
Exodi.23 dominus humaniſſimè adeò nõ dedignatus ẽ ſuo adiutorio, vt eos
Deuter.7 etiam deinde conuiuantes habuit,cũ eis manducans & bibẽs. Id qđ
vidẽtes ſcribæ & phariſæi partim faſtu,partim pmoti ſcriptura,quæ dehortať à maloꝛ con-
ſortio,partim quo Chriſto infamiam impingerent,aut ipſius authoritati & nomini deroga-
rẽt, quia cum infamibus conuerſaretur, murmurare cœperunt, dicentes: Quia hic peccato-
res recipit,& manducat cũ illis. Q.d.Hic q nouam quandã ſanctimoniã ꝓfiteť,& cęteris ha-
beť probatior & ſanctior,non vitat maloꝛ cõſortia,ſed notos etiam pctõres admittit ad col-
loquiũ,& adeò nõ fugit congreſſum,vt cibũ etiam cũ illis capiat,nõ cogitans q̊d maloꝛ con-
Pſalm.17, tubernio contamineńť boni,argumẽto nimiꝛ,qđ vel ipe talis nõ ſit,qualis æſtimať,vl' qualis
vult haberi,vl' intra tp̄us talis efficieť,quales ſunt,qbuſcũ conuerſať,iuxta ꝓtritum verbũ,quo
dicũt,qualis vnuſqſq́ eſt, tali conſortio delectať: Cũ bono bonus eris,cum pverſo pverteris. B
¶Igiť dñs hmõi ſcribaꝛ & phariſęoꝛ murmura animaduertẽs, vt illoꝛ inclementẽ faſtũ
penitus eximeret,ſuæq́ apud oẽs famæ cõſuleret,oſtẽderetq́ ſe nihil contra ſcripturam age-
re duabus occurrit parabolis, qbus haud obſcurè rationẽ adfert, cur cũ pctõribus conuerſeť,
nimiꝛ,nõ quia ipſoꝛ vitia vl' amet vl' ea ſequi velit, aut vt alios ſcandalizet, ſed q̊d propterea
Matt.9, aduenerit,vt ſua pia conuerſatõe & ſancta doctrina malos & pctõres emendet, alibi inquiẽs:
Marci.2, Non eñ veni vocare iuſtos, ſed pctõres, nõ eñ egẽt,q ſani ſunt,medico, ſed q malè habẽt,cu
Lucæ.19, iuſmodi ſunt pctõres,in anima ęgrotantes.Hinc venit filius hoĩs,quęrere & ſaluũ facere quod
perierat.Id q̊d fit,pctõre p verbũ ſalutis reſipiſcẽte & pœniam agẽte.Vnde maius eſt gaudiũ C
angelis Dei,q̃ ſup nonagintanouẽ iuſtis q pœnĩa nõ indigẽt. ¶Quẽadmodũ agricola illam
amplius terram amat,q̃ poſt ſpinas vberes fruges ꝓfert,q̃ eam,q̃ nunq̃ ſpinas habuit,& ſemp
Gene.3, fertilẽ meſſem ꝓduxit.Imò quẽadmodũ etiam q habet centũ oues &c.Homo q centũ habuit
oues eſt Chr̄us theantropos,centũ oues ſunt nouẽ angeloꝛ chori & hominũ genus, qđ cum
Johan.1, per pctm̄ amiſit,relictis nonaginta.i. nouẽ angeloꝛ choris in deſerto.i.cœlo q̊d fortè deſer-
tum hic diciť,qa homo ipm peccando deſeruit.vadit quęſitũ humanũ genus,qñ venit incarna
Johan.19 tus,deinde doctrina & paſſione idem reducere ſategit,inuenit, qñ ipm oĩbus conſumatis,re-
Pſal.67, demit,ſup humeros in cruce ſua ponẽs,deinde venit ad domũ cœleſtẽ, qñ cœlos aſcendit ca-
Actoꝛũ.1, ptiuam ſecũ ducẽs captiuitatẽ,ad amicos & vicinos.i.angelos dicẽs: Congratulamini mihi,qa
Ephe.4 inueni ouẽ meam q̃ perierat &c. In quẽ ſenſum facile intelligiť,& altera parabola. Vnde colli-
guntť nõnullę doctrinę,quaꝛ eſt: ¶Prima,Chr̄m nõ ſecus ex cœlo ad nos veniſſe atq́ medi- D
1.Timo.1 cum ad ægrotantes,nimiꝛ vt nos ſaluaret,& cœlo,vñ cecidimus p pctm̄,referret.Hinc Apo
1.Timo.2 ſtolus: Fidelis(inqt)ſermo & oĩ acceptõe dignus,qa Chr̄us Ieſus venit in hunc mundũ, pec
catores ſaluos facere,quoꝛ primus ego ſum, vult eñ Deus ipe ſaluator noſter oẽs hoĩes ſaluos
fieri, et ad agnitionẽ veritatis venire. ¶Scđa: Nullum pctõrem vl' quàmlibet grauẽ debere E
de gr̄a Dei deſperare ꝓpter pctã ſua,quę nõ tam ſunt grauia neq́ numeroſa, quin indulgẽtiã
inueniant,dummõ pctõri diſpliceat peccaſſe: nec pctã iterari ꝓponat, ipaq́ ſibi deſiderat in-
dulgeri.Diſplicet,ſi p arbitrij libertatẽ vellet ſe nõ peccaſſe ꝓpter Deũ. Etiamſi quadam ſen-
ſuali cõplacentia redeat memoria pctõꝛ. Hæc veritas vbi firmiter inhęſerit deſperatio locũ
hr̄e nequit. ¶Eſt aũt deſperatio motus,quo qs de ſua prorſus beatitudine diffidit, cũ contẽ F
ptu diui-

Digitized by Google

ptu diuinæ miſericordiæ, quaſi impotentis vel nolētis peccata ſua dimittere & ſaluare. Ita nimirū Caimus deſperauit, inquiens: Maior eſt iniquitas mea, q̄ vt veniā merear. Deſperauit & Iudas Iſchariotis, dicens: Peccaui, tradēs ſanguinem iuſtum. Et proiectis argenteis in templo, receſſit, & abiens laqueo ſe ſuſpēdit. Sed impie vterq; fecit. Quomō em̄ de ſua quis ſalute deſperet, qui ſe ſaluandū firmiter, ſi ipſe velit, credat? Eū vero ſaluatū iri, qui credit ſe ſaluari ſi velit, argumēto eſt pater filio ſalutem petens, cui dominus dixit. Si potes credere, omnia poſſibilia ſunt credenti. Nec recte peccator alleget, nō eſſe in ſua poteſtate ſaluari, ſed tota ſua ſalus ſita ſit in deo, iuxta id quod dicit deus ad Iſrael. Perditio tua ex te Iſrael, ex me autem auxilium tuū. Siquidē reſpondeo dumtaxat à deo ſaluari peccatorem, qui ſolus remittit peccata, qui ſoli peccatur, ſed ipſe eſt, qui poteſt & vult ſaluare. Ipſum poſſe ſaluare dubiū non eſt, quū ſit, qui mortis & vitę habet poteſtatem, deducēs ad portas mortis & reducens, cuius dicere & velle eſt facere, dixit em̄ & facta ſunt, & omnia, quæcūq; voluit, fecit, cui ſubeſt, cum voluerit, poſſe. Ideoq; quū dominus alibi dixiſſet, apud hominē ſaluari impoſſibile eſt, adiunxit, om̄ia apud deū ſunt poſſibilia. Ideo Paulus, Ego, inquit, peccatorū primus miſericordiā conſequutus ſum, vt in me primo oſtenderet, Chriſtus Ieſus omnē potentiā ad informationē eorum, q cre dituri ſunt illi in vitam æternā. Nonne dn̄s quoq; latronē in cruce, qui vſq; ad extremū peccarat vitæ, ad vnam dūtaxat petitionem. ſ. dn̄e memento mei, dū veneris in regnum tuū ſaluauit? inquiens: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo. Quod autē vult ſaluare vnūquēq;, teſtatur ſuis ad peccatorē verbis, dicens: Et quare moriemini domus Iſrael? Quia nolo mortē peccatoris & morientis. Reuertimini & viuite. Cōuertimini & agite pœnitentiam ab oībus iniquitatibus veſtris, & nō erit vobis in ruinā iniquitas. Qui em̄ vellet perditū iri deus, quos ipſe, vt eſſent & viuerent. ſ. æternaliter, creauit, quorū animas amat, de qbus vult in æternū in cœleſti patria laudari? Cuius noīe propheta ſibi petit indulgeri pc̄tā, & ſe ab ipſo ſaluati, inquiēs. Conuertere dn̄e, & eripe animā meā, ſaluum me fac propter miſericordiam tuam. Qm̄ non eſt in morte, qui memor ſit tui, in inferno aūt quis cōfitebitur tibi? Et ſane qūo non vellet ille dare eis ſalutē, ſi modo velit, pro quibus ſuum proprium dedit filiū, ei non parcens? Ideoq; nemo dubitet vel quālibet horrendus peccator de indulgētia ſuorū peccatorū, ſi velit: quū eius ſit ſibi cōuerſio & ſalus tā grata & læta, vt dicat ad angelos. Cōgratulamini, &c. Eapropter ſi aliqn̄ peccatori (q̄d abſit) ſuccurrat deſperatio, murmuretq; inſipiēs cogitatio eius, dicens. Quis es tu, aut quanta eſt illa gloria, quibusūe meritis hanc obtinere ſperas, qui toties, tantopereq; in deū peccaſti, tuāq; ſalutē perdidiſti tua ſponte, reſpondeat dicens. Qui deſperē de eius gratia, qui creauit me vt eſſem, q charitate nimia me adoptauit, q me pœnitentem ſe receptur promiſit, q verax eſt in promiſſione, & potens in exhibitione, licet em̄ ei facere, quod voluerit, cuius miſericordiæ nō eſt nūerus, & charitas ipſius erga me plus q̄ immēſa, imò ineffabilis, vtpote q deus ipſe & omniū ſupremus, propter me viliſſimū peccatorē, & in nihilū redactū, ita ſe exinaniuit & cōdeſcendit, vt venerit & deſcēderit à ſummis ad infima, à gloria ad opprobria, à requie ad laborē, ab abūdātia ad paupertatē, à delicijs ad pœnā, à beatitudine ad miſeriā, ab æternitate ad mortē, & quidē turpiſſimā. ſ. crucis, haud ſane crediderim tā piū meū ſaluatorē, tantā propter me charitatē deperditam velle. Et ſcio cui credidi, & certus

F ſum. ¶ Tertia doctrina, eū, qui perfectus eſt, ita poſſe cōuerſari cū ipſis etiā malis & peccatoribus, vt nō palpādo vel diſſimulando fauere videaſ eorū vitijs, ſed vt eos pia cōuerſatione cōuertat & ad emendationē prouocet, deq; pc̄tis illos arguat. Sic em̄, inqt Chrūs, lux vr̄a luceat corā hoībus, vt videāt opa veſtra bona, & glorificent patrē veſtrum, qui in cœlis eſt. Sic apoſtoli, quia perfecti cōmunione malorū peruerti nō potuerūt, malis ſæpenūero conuerſati ſunt, vtpote q̄rū vitia arguerūt, & eos iuſtos reddiderūt. Sic & Chr̄s cū Matthæo publicano, ſic cū Maria Magdalena peccatrice, ſic cū Zachæo publicano, ſic cū muliere Samaritana, & hodie cū peccatoribus cōmunicaſſe legiſ, vt iuſtos dimitteret, vt q eorū vitia arguit, mores ve

G ro inſtruxit, vt patet ex decurſu Euāgelij. ¶ Atqui nō ita eſt cū imperfectis, qbus ſufficit, vt malis cōpatianſ, eoſq; apud deū orationibus adiuuēt, nedū cōuerſando alios lucrari & cōuertere velint, ab eis ipſi puertanſ & pereāt. Sæpe em̄ ſubmergi incipientē erepturus, dū ipſe neſcit natare, ſeipm̄ perimit cū eo, quē eripere ſtuduit. Hinc ad filios Iſrael dictū eſt, Nō habitent. ſ. idolatræ in terra tua, ne forte peccare te faciant. Et Paulus ad Theſſ. maxime infirmos, denunciamus, inquit, vobis, vt ſubtrahatis vos ab omni fratre inordinate ambulante.

H ¶ Quarta, nō deſpiciēdos ita à nobis eſſe peccatores, quaſi de noſtra probitate gloriaremur ceu cæteris meliores, id q̄d foret hypocriſis, quæ prohibita eſt, imò debemus cogitare ne quales ipſi ſunt, nos quoq; tales fore poſſe, & ipſos forte poſſe cōuerti & reſurgere, nos vero cadere, verū ne vel nos reddāt malos, vel vt ipſi ita deſpecti & vitati erubeſcāt, & erubeſcentes reuertanſ & emendenſ, queādmodū nuper ex Tobia docuimus. Sane diſtrictionem, vt ſcribit Gregorius, debemus vitijs, cōpaſſionē naturæ in ipſis pc̄toribus, q ſi ſunt inemēdabiles, oīno ſunt etiā à perfectis vitandi, vt ap̄lus Timotheo aliàs pcepit.

Genes. 4 · Matt. 27 · Marci. 9 · Oſee. 13 · Pſal. 50 · Marci. · Sapiē. 16 · 1. Regū. 2 · Matt. 19 · 1. Timo. 1 · Lucæ. 23 · Ezech. 18 · Sapiē. 11 · Pſalm. 6 · Roma. 8 · Philip. 2 · Matt. 5 · Matt. 9 · Lucæ. 7 · Lucæ. 19 · Iohan. 4 · Exodi. 23 · 2. Theſſ. 3 · Roma. 11 · Matt. 6 · 2. Theſſ. 3 · 2. Tim. 3

Digitized by Google

¶HOMILIA LIIII. DE EO QVOD LEGITVR, Matth.7. Marci.4. Luc.6. Eſtote miſericordes,&c.

Dñica quarta poſt octa. penteroſtes.

Matt.22 Roma.13 PRæſens Euangelium ad id nos dirigit, q̃d ex duobus,vnde pendet lex & prophetæ,ſecundũ eſt,in quo tota lex pficif,nimirũ ad proxi- A
mi charitatẽ.q em̃,ait aplus,proximũ diligit,legẽ impleuit,ſiquidẽ
plenitudo legis & finis ſit dilectio.Qui em̃ proximũ recte diligit p-
pter deũ,diligit ipm,& ita deũ & ſeipm diligit,& ſic totã dilectionis
Matt.7 Lucæ.6 impleuit legẽ,q̃ eſt,vt deũ modis oĩbus diligamus , & proximũ vt
noſipſos,q̃s ita diligemus,vbi eis fecerimus q̃ nobis fieri ab ipſis ve-
limus,& eis nõ fecerimus,q̃ nec nobis fieri velimus. Ad cuiuſmodi
dilectionẽ proximi iuxta Euangelij ſenſum requirif. ¶Primo,vt B
Iohan.3 proximis,noſtra ope indigẽtibus miſericordiã, quantũ poſſumus,
verbo & facto exhibeamus.Qui em̃,inquit Iohãnes,habuerit ſubſtantiã huius mundi, & viderit
fratrẽ ſuũ neceſſe habere,& claudit viſcera ſua ab eo,qũo charitas dei manet in eo? Filio-
li mei nõ diligamus verbo neq; lingua,ſed opere & veritate.Ad hanc aũt miſericordiã præ-
ſtandã nos attrahere debuerit exemplũ dei Opt.Max.qui in vniuerſos,etiã inimicos miſeri-
cors eſt,ſuã opem plane nulli negans:modo ſi pater cœleſtis alterius naturæ ſine proportio-
ne à nobis diſtans in perfectiõe,nobis miſericors eſt,q̃to magis nos proximo miſericordiam
impẽdere oportet,eiuſdẽ nobiſcum naturæ:nec cõuenit,vt filij à patre degeneremus,ſed de
miſericordia ſuo in loco plura. ¶Secundo, ne male de proximo ſine manifeſtiſſimis teſti- C
1.Cor.4 monijs,nõ aũt leuibus & incertis cõiecturis atq; pſumptionibus iudicemus.Nolite,ait Paulus
ante tẽpus iudicare.i.anteq̃ prorſus cõſtet,iudiciũ facere.Qua in parte notandũ cẽſuerim, q̃-
dã eſſe aperta mala,q̃ ſi q perpetrant,eos recte(nõ tñ iniquo aĩo) iudicamus malos,veluti ſi qs
hæreticos diceret carnales hoĩes,qm̃ apertò doceãt & agãt,q̃ carnis ſunt,de qbus veritas ait:
Matt.7 A fructibus eorũ cognoſcetis eos:mala quidẽ arbor,malos facit fructus,ſi opa hoĩs mala ſunt
apertò,neceſſum eſt,vt hominẽ iudicemus malũ.Quędã vero eſſe media.i.q̃ & in bonã & ma
lã partẽ fieri poſſunt,de qbus,qa ignoramus,quo aĩo.ſ.bono vel malo fiant,nõ recte,neq; ſi-
1.Cor.13 ne pctõ mortali hoĩes iudicemus,vtpote q̃ eſt cõtra proximi charitatẽ,q̃(aplo teſte)malũ nõ
cogitat.Profecto,de malo mihi nõ ſatis certo nequaq̃ aliquẽ iudicarẽ,quẽ vt me diligerẽ, ſed
defenderẽ,ſed excuſarẽ,q̃diu in publicũ nõ prodiret.ſ.p euidẽtia ſigna,ſed qa charitatẽ pdidi
Mat.4.ali. mus,facile alterutrũ iudicam⁹ cõtra pceptũ dñi,hodie dicẽtis,Nolite iudicare,&c.Peccãt igif
q tã proni iudicãt vel ob famã,q̃(vt poeta canit)tã ficti,prauiq; tenax q̃ nuntia veri eſt,& q-
dẽ fallax,iudicãs ſine ſufficiẽti probatiõe vel ob leues ſuſpitiones & cõiecturas,plerũq; falſas,
veluti ſi qs ilicò eũ putet fornicariũ,q cũ muliere parũ proba loquutus ſit,qm̃ potuit eſſe cauſa
colloquẽdi alia,eadẽq; nõ mala,vel ſi qs eũ iudicet eccleſię cõtemptorẽ,q nõdũ facta meridie
interdicto ieiunio,comedat,vt q forte ob ſtomachi laſſitudinẽ veſci cõpulſus ſit,vel ſi qs eũ
Pſal.68 iudicet tyrannũ,q cũ ſæueritate tardius indulget,vt q fortaſſis ſerius indulget zelo diſciplinæ,
& amore iuſtitiæ,quũ ſcriptũ ſit,Zelus domus tuæ comedit me,vel ſi qs eũ iudicet ſuperbũ,q
pauciloquus eſt,vt q forte natura talis eſt vel loqui nõ profit,bonũ em̃ eſt tacere,cũ fari nõ ex-
pedit.Cæterũ,qm̃ ita de proximo iudicare ſit periculo tã plenũ,vt plane iudicef à deo,q iudi-
cat,in rẽ videri ſolet,vt q̃dã cõtra iudicãdi morbũ remedia recenſeã,ſiquidẽ non profit, ſcire
morbũ,niſi cõtra ipm,quo curari queat,remediũ adferaf,at lõge opt.eſt remediũ auulſio radi-
Eccleſ.10 cis morbi,& cauſæ.Iudicare igif volẽs,iuſte videat. ¶Primo,ne facile vnicuiq; de quopiam
(vt ait ſcriptura)& omni verbo credat,q em̃ cito credit,leuis eſt corde,& facile decipif.

¶Secũdo,nõ ſit curioſus inquirẽdi de aliorũ factis,q̃ ad ſe nõ ptinẽt,qñquidẽ in ea inquiſiti- D
one multa audire cõtingit,ex qbus facile ſuſpitio ſuborif,vnde temerariũ ſequif iudiciũ, q̃ ſa-
Prou.24 ne pacto proderit abeſſe à cõſortio detractorũ,q vana loquif iuxta ſcripturã dicẽtẽ.Cũ detra
ctatoribus nõ cõmiſcearis:nimirũ q̃ ipſi peruerſe iudicãt,& iudicare alios peruerſe faciũt.

¶Tertio,nõ ſit hõ inuidus & infenſus,qñquidẽ nihil inuidia vel odio duce poſſit vere iudica E
ri:ſi qs em̃ male ad alterũ afficif,vtpote ipm odiens,ex leuibus ſignis mala de ipſo opinaf,imò
ſæpe illius mala requirit,nõ vt emẽdet,ſed vt infamet,q̃d grande ſcelus eſt,qa infamãs plus q̃
homicida eſt,quũ fama bona nobilior ſit vita.Qui proinde nõ voluerit proximum iudicare,
diſcat eũ prius amare,quẽ cũ amauerit,hauddubiũ defendet,nõ iudicabit. ¶Quarto,ſit ipſe F
Eccleſ.10 bonus & nõ malus in ſeipſo,q em̃ ſe talibus vitijs irretitũ nouit,quaſi propriæ cõſcius malitiæ,
facile de alijs malũ opinaf.Stultus quidẽ,inquit ſcriptura,in viã ambulãs,quũ ipſe ſit inſipiẽs,
oẽs ſtultos æſtimat. ¶Quinto,vt iudicaturus de alijs ſeipm prius iudicet & emẽdet:qui em̃ G
ſemetipm prius nõ iudicat,quid in alio recte iudicet,ignorat.qm̃ aliena merita iudicare ne-
quit,cui cõſcientiæ innocẽtia propriæ nullã iudicij regulã pbet.Hinc ad Iudæos,adulterã ad-
ducẽtes

Digitized by Google

ducentes, aiebat dñs. Qui ſine pc̄tō eſt veſtrũ, primus in illã lapidẽ mittat. i. prius propria cor
rigat, aliena reprehẽſurus, quo tẽdit verbũ dñi in Euãgelio. Quid aũt vides feſtucã, &c.
H ¶Sic ſuaſerim, ſi ſuſpitiones vitare nequimus, qa hoĩes ſumus, à definitiuis tñ & firmis ſentẽ
tijs cõtinere debemus. Et ſi qs ergo futurꝫ, q̄d à dño minaſ, iudiciũ metuit, curet diligẽter di- 1. Cor. 4.
ctas radices euellere, ſeq; magis, quẽ certius cognoſcit, iudicare ſtudeat, & proximũ relinquat Roma. 14
deo, q ſolus hoĩm corda nouit, cuius iudiciũ nõ fallit, ante cuius tribunal oẽs ſtabimus, vt refe 2. Cor. 5
rat vnuſqſq; ꝓpria corpis ꝓut geſſit, ſiue bonũ ſiue malũ, mercedẽ ſecũdũ opa ſua recepturus

¶HOMILIA LV. DE EO QVOD LEGITVR, Lucæ. 5. Cum turbæ irruerent, &c.

Dñica quinta poſt octa. penthecoſtes.

A IN proximæ dñicæ Euangelio dñs ad opera charitatis & miſericor
diæ nos cohortatus eſt, quibus ambulaſ ad dñm, iuſtitię regẽ, oĩbus
præmia diſtribuentẽ. In hodierno aũt Euangelio idem nos inſtruit
operãdi modũ, quo nr̃a opera ſint deo placita, grata, iuſta, & meri-
toria, hocq; facit myſtico Euãgelij ſenſu. Siquidem hodiernæ diei
Euangeliũ cõtinet hiſtoriã miraculo plenã, q̃ ad literã (vt ſic dixe-
rim) patet, itẽq; cõtinet allegoriã, qua p duas in Euãgelio naues vo-
cationẽ Iudæorꝫ & gentiũ intelligimus, p noctẽ vero vmbrã legis
accipimus, in qua laborãtes nihil vel parꝫ ad ęternã beatitudinẽ cœ
perũt, &c. Annis eñ ſuperioribus eiuſmodi allegoriã ſatis abunde
tractauimus. Ideoq; ad myſticũ ſenſum, quẽ idẽ cõtinet Euãgeliũ, feſtinemus, in qua dñs do-
cet modũ debitũ in operibus nr̃is obſeruandũ, quatenus p̄mio ſint digna æterno. Siquidẽ di-
cit Euangeliũ, ꝙ dñs docturus turbas, intrauit nauiculam Petri, quã paululũ reduci iuſſit, &c. Matt. 16
Nauicula Petri, in q̃ Chr̃s turbã docuit, eſt catholica eccleſia, quã ſup petrã dñs ſe ædificaturꝫ
promiſit, In altũ reducere nauiculã, eſt docere nõ terrena, ſed cœleſtia, nox eſt error cõſcien-
tiæ debitũ finẽ in ſuis opibus nõ intẽdens, In verbo relaxare rhete, eſt à ſomno noctis ſurgere
& iuxta p̄cepta dei facere & docere, & ad hũc ita ſenſum myſticũ colliguntſ aliquæ doctrinæ,
B quarꝫ. ¶Prima eſt, vanã eſſe omnẽ doctrinã & de falſitate ſuſpectã, q̃ ab eccleſia nõ eſt rece 1. Tim. 3
pta & approbata, vtpote q̃ vel ſola eſt colũna veritatis & firmamẽtũ, ex ea proinde fidelis hau
riat doctrinã nõ ex hæreticorꝫ ſynagoga, imò q̃ inde manet prorſus ſuſpectã habeat, quũ ſola Iohan. 14
catholica eccleſia habeat ſpm̃ veritatis, q̃ illã ſic omnẽ docet veritatẽ, vt fides, adeoq; doctri- Lucæ. 22
C na ipſius oĩno ſit ſine defectu, vt pro q̃ Chr̃s alibi orauerit. ¶Secunda, in eccleſia catholica
doceri, nec alia debere doceri q̃ cœleſtia, nõ terrena, cuiuſmodi ſunt, q̃ ſenſualitati & carni ar- Geneſ. 8
ridẽt, veluti carnalia & mollia, ad q̃ alioq natura ꝓniores ſum⁹ ſine doctore. Hinc aplſus ad ca Coloſſ. 3
tholicos. Igiſ ſi cõſurrexiſtis cũ Chr̃o, q̃ ſurſum ſunt q̃rite, vbi Chr̃s eſt in dextera dei ſedẽs, q̃
ſurſum ſunt ſapite, nõ q̃ ſup terrã. Hic facile pateſcit, hęreticos nõ eẽ fideles, cũ & terreni & car
nales ſint & terrena & carnalia dũtaxat docẽt, q (vt ſcribit Petrus) poſt carnẽ in cõcupiſcẽtia 2. Petri. 2
immũditiæ ambulãt, dominationẽq; cõtẽnũt, audaces, ſibi placẽtes ſectas nõ metuunt intro-
ducere, blaſphemãtes, q̄rꝫ multi ſequenſ luxurias, p q̄s via veritatis blaſphemabiſ, & in auari-
tia fictis verbis de vobis negotiabunſ, & ſic (Chr̃o teſte) p latã & voluptuoſam viã, q̃ ducit ad Matt. 7
D perditionẽ, tranſeunt. ¶Tertia, eũ qui operaſ in nocte. i. in ſtatu peccati vel alio q̃ dei noĩe
nihil capere, id eſt, mereri ad vitã æternam, veluti eſt, qui dat eleemoſynas propter hypocri-
ſim vt ab hoĩbus videatur, de quo dominus, Attendite ne iuſtitiam veſtrã faciatis corã homi Matt. 6
nibus, vt videamini ab eis, alioqui mercedẽ nõ habebitis apud patrẽ veſtrum, qui in cœlis eſt.
De hac nocte dñs, Venit, ait, nox in qua nullus operari p̄t. ſ. meritorie. Eſt aũt oĩs creatura nox Iohan. 9
ex ſe, qa vanitati ſubiecta eſt, & ſolus creator lux eſt. Ego, inquiẽs, ſum lux mũdi, quicũq; hãc Roma. 8.
lucẽ nõ participat, in tenebris ambulat, In ea idcirco luce. i. eius noĩe oĩa nr̃a opa ſunt agenda Iohan. 9
& nõ in ſtatu pc̄ti, in q̄tũ ſtatu pc̄ti, ſiquidẽ pc̄tõres nõ exaudiat deus. Sunt opa in nocte. i. pec
cato facta prorſus pdita quo ad p̄mia æterna, nõ quo ad tẽporalia, ad ea quidẽ valẽt, qa pœnã
vitãt, ad grãm diſponũt, habitũ inducũt, p quẽ adueniẽte gratia augenſ merita. Quapropter
etiã laborandũ eſſe cenſeo in nocte. i. non omittenda opa bona de genere, citra tamen pecca-
tũ, tãetſi nõ procedant ex die gratiæ, ſicq; laborãtes nihil p̄mij in æterna vita mereantur per
E huiuſmodi opera. ¶Quarta, fructuoſiſſima eſſe opera in verbo p̄cipientis dñi facta, in ver-
bo tuo laxabo rhete, verbo præceptiuo. Hæc quidem ſine medio ad regna perducunt, Chri-
ſto dicente. Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Et rurſus: Qui ſeruat mandata, hic eſt qui Matt. 19
diligit me. Hinc apoſtolis ad prædicandum euntibus, ait. Euntes ergo docete omnes gentes, Iohã. 14
baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, docentes eos ſeruare, omnia, quæ- Mat. vl.
cunq; mandaui vobis.

¶HOMILIA LVI. DE EO QVOD LEGITVR, Matth.5. Amen dico vobis, niſi abundauerit,&c.

Dñica ſexta poſt octa. penthecoſtes.

PRæſenti nimirũ Euangelio dñs complectitur normã, quæ eſt totius A
diuini cultus ac religiõis euangelicæ baſis in hũc ſane ſenſum. Ad re
gni cœleſtis introitũ ſola perfecta ſufficiant, nõ etiã imperfecta. Si
quidẽ dei opera ſint perfecta, in cuius regnũ, niſi quod perfectũ eſt
Apoca. 21 Pſal.14 ingredi nequit, Apocalypſi dicente. Nõ intrabit in eã aliquid coin
quinatũ aut abominationẽ faciens,&c. Hinc propheta quærẽs, ait.
Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in mon
te ſancto tuo? Reſpondet ſpũs, Qui ingreditur ſine macula,& ope
ratur iuſtitiã,&c. ¶Eſt aũt iuſtitia, eorũ quæ recte præcepta ſunt B
1.Iohan.3 actio & obſeruatio,& iuſtus, inquit Iohannes, q facit iuſtitiã, cuiuſ
Hebræ.11 modi fuere oẽs dei ſancti, de qbus ad Hebræos aplus. Iuſtitiã perfectã definimus, oẽm actio
nẽ virtuoſam, quæ aĩo fit & foris, eius dumtaxat nomine, à quo omnis eſt iuſtitia,& qui ſolus
Matt.19 Marc.10 eſt natura iuſtus.ſ.dei, de quo Chriſtus. Vnus eſt bonus, deus. Imperfectam vero dicimus iu
Lucæ.18 ſtitiam, virtutis actionem, quæ vel forinſecus ſolum vel non dei nomine, ſed alterius rei cau
ſa fit, vtpote, quando quis eleemoſynas non ex animo, nec in laudem dei, ſed vt videatur, di
ſtribuit. Aut ſi quis abſtinet à manuali (vt ſic dixerim) cæde proximi, interim odio in illum
interneciuo laborans: quæ nimirum iuſtitia recte apparens, dici ſolet, exteriora opera colo
rans, nequaq̃ ad vitam æternam ſufficiens, quum nõ ſit virtus, quia rationi rectæ diſſentanea,
cuiuſmodi quondã habuere Iudæorum phariſæi & ſcribæ: nimirum, falſo credentes, ſola ex
teriora inducere peccatũ, non etiam interiora, qui foris iuſtitiam ſimulabant in factis, vt vel
boni haberentur vel proximos deciperent, quorum coloratæ forinſecus iuſtitiæ nihil in ani
Matt.23 ma reſpondebat, qui propterea à domino ſepulchris dealbatis foris, intus omni ſpurcitia ple
Lucæ.11. nis comparabantur, quum ad eos dicebat. Væ vobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ, quia ſimi
les eſtis ſepulchris dealbatis, quæ foris apparent hominibus ſpecioſa, intus vero plena ſunt oſ
ſibus mortuorum & omni ſpurcitia. Sic & vos quidem foris apparetis hominibus iuſti, intus
autem pleni eſtis hypocriſi & iniquitate. Hinc in Euangelio idem vult, vt iuſtitia veſtra.i.no
ſtra bonorũ operum actio abundet plus q̃ iuſtitia ſcribarum & phariſæorũ, quæ alioqui nõ ſit
præſtitura regni introitũ. Ad hoc vero vt noſtra ſit iuſtitia abundans & perfecta requiritur. C
1.Iohan.3 ¶Primo, vt nõ ſolũ foris, ſed & intus.i.recto fiat animo. Sic Iohannes ait. Filioli mei, nõ di
Iohan.4 ligamus verbo neq; lingua, ſed opere & veritate. Sic & dñs inquit. Spiritus eſt deus,& eos qui
adorant eum in ſpiritu & veritate, oportet adorare. Igitur non ſufficit ad vitam æternam ab
1.Iohã.2 ſtinere foris à malo vel foris facere quod per ſe iuſtum eſt, niſi & intus abſtineatur,& intus be
ne quid fiat: quandoquidem & animo quis eſſe poſſit homicida, Iohanne dicente. Qui odit
fratrem ſuum, homicida eſt. Hinc nihil merentur apud deum, qui magnã diligentiam faciunt
in compoſitione corporis, in cuſtodia cerimoniarũ, pretioſis eccleſiarũ ornamentis, picturis,
ac ſtructuris, nihil interim de rectificatione cordis curantes. Siquidẽ nõ ſufficiat iuſtitia in re
ligioſa exteriori cõuerſatione, dum mens fuerit ĩmunda, qualis erat ſcribarũ & phariſæorũ, ve
luti triplici exemplo dominus declarat, opera iudicans ſecundũ cor, quod ſi bonum eſt, actio
Matt.15 bona eſt. Sin malum,& actio eſt mala. Hinc dominus ipſe, De corde exeunt cogitationes ma
Eſaie.29 læ,&c. Vnde non ad vitã operantur, qui non ex corde operanſ, cuiuſmodi erat populus, q la
bijs dominũ honorabat, quũ ab illo cor eorũ eſt longe. Inde fieri ſolet, vt nunq̃ aliquid com
miſſum vel obmiſſum per nos vel alios ad culpam imputetur, niſi ad id acceſſerit cor.i.volun
1.Cor.10 Coloſſ.3 tas noſtra, formaliter vel interpretatiue, formaliter conſentiendo. ¶Secundo, vt quicquid D
per ſe boni agimus, dei dumtaxat noĩe, non alterius cauſa agamus, aplo dicente. Omne quod
Matt.6 cunq; facitis in verbo, aut in opere, oĩa in noĩe dñi noſtri Ieſu Chriſti gratias agentes deo &
patri p Ieſum. Sic nihil iuuabat ad vitam phariſæorũ iuſtitia, quũ eã non in dei, ſed in gloriam
ſuã & priuati cõmodi & auaritiæ cã faciebãt. Et hoc eſt, quod Chrs, Tu aũt, ĩquit, cũ oraueris
intra in cubiculũ tuũ,& clauſo oſtio ora patrẽ tuũ in abſcondito,& pater tuus, qui videt in ab
ſcondito, reddet tibi. Eapropter chariſſimi, quicqd acturi ſumus in diuino cultu legẽdo, oran
do, celebrãdo, eccleſiã, ſermones, eleemoſynas frequentando, prius diſcutiamus intentionẽ
cordis, qua rectificata procedamus ad opus. Prius, inquam, meditemur quid, cui,& pro quo
facimus, qbus rectificatis & in deum finaliter ordinatis opus & iuſtum & meritorium produ
1.Tim.4 cemus. Sane verus dei cultus, non conſiſtit in exterioribus, ſed in interioribus pijs voluntatis
adfectionibus. Sic ad Timotheum ait apoſtolus. Exerce te ad pietatem. Nam corporalis ex
ercitatio ad modicum vtilis eſt. Pietas autem ad omnia vtilis, promiſſionem habens vitæ quæ
nunc eſt & futuræ.

¶Homilia

Digitized by Google

¶HOMILIA LVII. DE EO QVOD LEGITVR, Matth.15. Marci.8. Cum turba plurima,&c.

Dñica ſeptima poſt octa. pentecoſtes.

ſtum dicere ad ſingulos. Cõfide fili, remittunt tibi pctã tua. ſ. propter q̃ es infirmus, quibus
I remiſſis, remittet & dolor tuæ ægritudinis. ¶ O mira clemẽtia, õ ineffabilis miſericordia.
Accepit peccator remiſſionẽ peccatoꝝ ſuoꝝ, quam non petijt, quã nec pceſſit cõfeſſio, nec
meruerat ſatisfactio, nec exegit cõtritio. Corporis ſalutẽ optauit, nõ animæ, & ſalutem cor-
poris & animæ recepit. O vere domine, vita in voluntate tua, vere dicit ſcriptura, te habere Sapie.16
poteſtatem vitæ & mortis, te mortificare & viuificare. Ideoq; ſi decreueris, nos ſaluare ne- 1. Reg.2
mo poterit prohibere, ſi aliud cõtra ſalutẽ noſtrã ac felicitatem decreueris, nemo erit, q au-
deat dicere, quur ita facis. En fratres, quãta Ieſu Chriſti clemẽtia & miſericordia, cui vt de- Judith.7.
rogare ſumma eſt blaſphemia, ſic de ea præſumere ſumma eſt ſtultitia. Poteſt ipſe cuicunq; Pſalm.78
vult & hoc ipm efficaciter dicere, q̃d dixit paralytico, dimittuntur tibi peccata tua, ſed qui-
K cunq; ſine ſuo labore, vel cõtritione, vel confeſſione, vel etiã oratione ſibi hoc dicendo ex-
pectat, nunq̃ ei remittuntur peccata, nec curabitur.

¶ Supereſt igit, vt faciamus, q̃ Chrus paralytico facere pcepit, & inprimis ex aĩo dicam⁹.
Peccauimus dñe cũ patribus nrĩs, iniuſte egimus, iniquitatẽ fecimus, tu q pius es, miſerere
noſtri. Ne memineris iniquitatũ noſtraꝝ antiquaꝝ, cito anticipent nos miſericordię tuæ,
quia pauperes facti ſumus nimis. Adiuua nos deus ſalutaris noſter, & propter gloriã nomi-
nis tui dñe libera nos. Et propicius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum.

HOMILIA LXX. DE EO QVOD LEGITVR. Matt.22. Simile factum eſt regnum cœlorum.

Dominica. xx. poſt octa. penthecoſtes.

A Voluens ac reuoluẽs mecũ nõ ſemel, ſed iteꝝ atq; iteꝝ, q̃d paſſim in ſacris lite-
ris & maxime in hodierno Euangelio nobis ſcriptũ eſt, nihil æquè inuenio
atq; veriſſimũ eſſe, q̃d regi⁹ citharędus cõſcius diuinoꝝ ſecretoꝝ deprompſit
ac dulciſſime cecinit, inquiẽs. Vniuerſæ viæ domini miſericordia & veritas, Pſal.24
ſignificans deum æquè eſſe miſericordẽ & iuſtum, eſſe illum æquè miſeran-
tem & ſeuerum vltorem, proinde & alias verè permotus inquit: Miſeri-
cordiam & iudicium cantabo tibi domine. Rectè nimirum ac vere ei decantauit mi- Pſal.100.
ſericordi

Digitized by Google

ſericordiam & iudicium, qui æquè iuſtus eſt atque miſericors, imò cuius omnes viæ miſeri-
2. Cor. 1. cordia ſunt & iudicium ſimul, adeò vt ſimul & ſemel pater ſit miſericordiarum & Deus vltio-
Pſal. 93. num. Etſi enim duæ ſint viæ domini in duobus ipſius aduentibus, quorum vnus eſt miſericor
diæ, alter verò iuſtitiæ, vt qui in natiuitate venerit donare peccata, in nouiſſimo verò die pctã
ſeueriter iudicare & punire, qđ ad iuſtitiam ptinet & veritatē, in ſingulis tamē vijs & aduenti-
bus eius attēdimus ſimul mīam & iuſtitiam: mīam, qua præuenit cuncta bonitate, iuſtitiam &
veritatē, qua cuncta ſub integritate dijudicat. Adeò vt tametſi poteſtas Dei ſemp vel miſeret,
vel iudicet, neq; tamē eius eſt mīa ſine iudicio neq; iudiciū ſine mīa reperit, ſȝ vtraq; ſe mutua B
ſocietate coniungūt. ¶In prima nanq; via, dum incarnari venit, apparuit Dei mīa, & Chri
Titum. 3. ſti humanitas & benignitas, quū inibi non ex opibus noſtris, ſed ſcđm ſuam mīam ſaluos nos
Matt. 24 fecit, fuit & illic iuſtitia, qua p paſſionis amaritudinem debita noſtra pſoluit. Sic & in ſecunda
Marci. 13 via ſecundi ad iudicandū aduētus, quo vēturus eſt in gloria mīam faciet, inquiēs: Venite bene-
Lucæ. 21. dicti patris mei, ſed non ſine iuſtitia & ęquitate, quia fidelibus ſua pmiſſa reſtituet, poſtea ve-
rò iudiciū ſequit, quū dicit: Diſcedite à me maledicti in ignē æternū, quod tamē itidē non fiet
Roma. 9. ſine pietate, qniam poſt multam patiētiam noſcit proferre ſnīam. Addiderim & in ipſa puni-
tione reproboꝝ non deeſſe miſericordiam, quum etſi ſæuiſſimè & æternaliter non tamen tan
Eſa. vlti. tum punientur, quantum ex contemptu bonitatis & potentiæ infinitæ iuſtè punire poſſent. C

¶Quas iuſtitiæ & miſericordiæ vias Euangelij hodierni parabola planè arguit, vtpotè p
curſum humani generis ab exordio p medium vſq; in finē ſine carentē deducēs. Ipſa em Dei
Opt. miſericordiam in inſtructōe nuptialis conuiuij, iudiciū in finali examine, præparationē
ad vtrumq; in vocatoꝝ diuerſa habitudine manifeſtat, ſic habens re ipſa. ¶Rex in Euange D
lio eſt Deus pater, filius cui fecit nuptias, eius eſt vnigenitus ab æterno Ieſus Chriſtus. Nuptiæ
eius eſt incarnatio, qua in thalamo vteri virginalis coniūcta eſt deitati in verbo humana na-
tura, & p hoc Chrō vnita eſt Eccleſia, cuius ille ſponſus eſt & caput. Præparatio eaꝝ nuptiaꝝ
cœpit ab origine humani generis, vtpotè ab initio, figuris, pmiſſis, ac ſignificatōibus. Dehinc
pphetaꝝ prænuntiatōibus ac lineæ generatōes Ieſu Chri ab Adam vſq; ad virginē Mariam E
ordinatōibus præparata, in fine ſeculi, id eſt, in vltima ętate exhibita. ¶Pro deſpōſatōe prā
dium cœleſtis pabuli diſpoſuit cibū doctrinæ, panē vitæ, edulium pprij corporis, nutrimen-
tum gratiæ, potum precioſi ſanguinis & lachrymas deuotionis, ſacramēta quoq; medicinalia
ad purgandū, medendū, reformandū, ſaginandū, quæ vel oīa ſignificant in Euangelio, p thau
ros & altilia. Atq; ille interim ijſce ſic præparatis non ceſſauit, neq; p ſe neq; p ſuos vocare, qui
per ſeruos deſignant, omnes hoīes indiſcriminatim, ppinquos & extraneos cuiuſcūq; lingu̧ę
1. Timo. 2 & natōis, neminē excludēs, q vult oēs homīes ſaluos fieri, & ad nuptias. ſ. conſumatas æternæ
Iohan. 3. beatitudinis p agnitionē veritatis venire. Et hactenus eſt videre immenſam Dei mīam & pa-
tiētiam, quàm pręrogatam dico mīam ſecuta eſt non minor iuſtitia, qua pdidit infideles ve-
nire nolentes, q em non credūt iam iudicati ſunt, quos vt homicidas pdidit & eoꝝ ciuitatem
Iaco. 4 ſuccendit, cuiuſmodi fuere & ſunt Iudæi, diſcernēs quoq; credētes, illos reficiēs, illos ejciens:
1. Petri. 4 quandoqdem q habebunt veſtē nuptialē. i. charitatē, per quam fides operat, quę operit mul-
titudinē peccatoꝝ, de prandio ad cęnam transferet, quæ in cœlo in coniunctōe conſumatur,
reficiēs in tpe, vt ſatiēs in æternitate, carētes ea veſte ejciet in examine finalis iudicij extra lo-
cum beatitudinis, quò indigni ſunt, nec iſthuc admittent, in tenebras exteriores ligatis mani-
bus & pedibus ejciēdi. In quibus ſanè verbis tres ineffabiles damnatoꝝ pœnæ intelliguntur.
In eiectōe eſt ſeparatio à iuſtoꝝ conſortio, in tenebris exterioribus eſt pœna damni, in liga-
tione manuum &c. eſt pœna ſenſus. Hæc de intellectu Euangelicæ parabolæ, vnde breuiter F
1. Timo. 2 colligimus. ¶Primo Deū, nos oēs non ad pditionē, ſed ad beatitudinē creaſſe, quos & omes
Ezech. 18. vult ſaluatum iri, de ſe inquiēs: Nunqd voluntatis meæ eſt mors impij, & non magis, vt con-
uertatur & viuat? ¶Secundo, nobis præſcripſiſſe & præparaſſe omnia, quibus ad beatitu- G
Mat. 19. dinem peruenire valeamus. Hinc alibi Chriſtus: Si vis ingredi vitam, ſerua mandata.

¶Tertio, Deū non eſſe cauſam noſtrę damnatōis ſed noſtrum pprīū arbitriū, quò nolumus H
facere quæ ad beatitudinē ptinent, ſed recuſamus, ſed cōtemnimus venire, vtpotè oēs vocati,
Oſee. 13. ſed pauci electi, id eſt, dignos ſe æterna beatitudine faciētes. Hinc ipſe Deus p Prophetam: Ex
te pditio tua Iſrael, tantummodo in me auxilium tuum. Et aliàs: Teſtes inuoco hodie cœlum,
Deute. 30 & terram, quod propoſuerim vobis vitam & bonum, benedictionem & maledictionem, eli-
Gala. 5 ge ergo vitam, vt & tu viuas. ¶Quarto, non ſufficere ad ſalutē quamlibet fidē, ſed eam dū- I
taxat, quæ per charitatē operat, quam habēt, q ſeruant ea, quæ fidei ſunt, vtpotè pia opera, &
Gala. 5 ſunt fructus ſpūs. Ideoq; Chrus ad diſcipulos, quos prędicatū mittebat, dixit: Euntes ergo do
Mat. vlt. cete omnes gentes, & cętera ſeruare omnia quæcūq; mandaui vobis. Sic hodie ejcit à nuptijs
Chrianus noīe, q fidei charitatē in opibus non coniunxit. ¶Quinto, Deū æquè eſſe iuſtum K
Matt. 16 atq; miſericordē. Ideoq; neminē ſibi debere ad impunitatē blandiri de mīa Dei, q & ipſe ſimul
iuſtus eſt, retribuens vnicuiq; iuxta opa, & neminē quoq; in melius commutatum debere ex-
horrere

Digitized by Google

horrere iudiciũ dei, quia præcedit miſericordia dei. Atq; ſane nec deus in bonitate miſericordiæ perdit iudicij ſeueritatẽ, nec in iudicando cum ſeueritate amittit miſericordiæ bonitatem. Niſi em̃ deus primo per miſericordiam parceret, nõ inueniret, quos per iudicium coronaret, propheta ad ipſum exclamante. Si iniquitates obſeruaueris dñe, quis ſuſtinebit? Cuius diuinę Pſal. 129 miſericordiæ immenſitatem hodierni Euangelij parabola aperit ad bonum alliciẽs, ſimiliter & iuſtitiæ ſeueritatem à negligentiæ noſtræ torpore deterrens. Cõmendatur vtiq; nobis diuina bonitas & miſericordia in nuptiali cõiunctione, cõuiuij inſtitutiõe, noſtra inuitatione, ac multiplici vocatiõe. Seueritas vero diuinæ iuſtitiæ ſubindicaẗ in cõdigna negligentiũ, contemnentiũ & in honorantiũ punitione, queadmodũ videre eſt ex cõtextus intellectu.

¶HOMILIA LXXI. DE EO QVOD LEGITVR, Iohan. 4. Erat quidam regulus.

Dñica. xxi. poſt octa. pentecoſtes.

A ANNO ab hinc tertio & ſecundo ad longũ explanauimus, q̃ in hodierni diei Euãgelio eſſe poterãt diſputatione digna, & ideo intellectu difficilia, ſimulq; oſtẽdimus mortẽ hãc tẽporalẽ nõ eſſe formidandã, nec vitã à nobis amandã, niſi quatenus in laudem dei cedat. Præterea probauimus fidẽ noſtrã & religionẽ illã veterẽ, quã hactenus tot impugnarũt pfidiſſimi hoſtes, vſq; adeo ſignis & prodigijs vel nr̃a & patrũ memoria eẽ corroboratã in veritate vt nemo niſi plane ſit ĩpius, de minimo eius articulo iure poſſit dubitare, qd' & in nr̃is catholicis abũde docuimus. Supeſt proinde vt hodie breuius eiuſmodi tractemus Euãgelij verba, atq; ea in ſalutẽ oĩm mo-
B re nr̃o, diſcutiamus p aliq̃t doctrinas, quaꝝ. ¶Prima eſt, nos ilicò, vbi ſumus in procinctu lapſus in pct̃m, ad dñm debere cõfugere, vt pſeruemur ab aïæ morte, q̃ per pct̃m inducit. Ita nimiꝝ fecit hodie regulus, q ad dñm medicũ cõfugit, priuſq̃ moreret filius ipſius. Sed quẽ deſignat regulus ille, niſi hominẽ quẽlibet peccatoꝝ illecebris tentatũ, qui rex appellari pt, quia ſummi regis eſt imago & ſimilitudo, tũ quia ſuper oĩa ſumpſit principatũ, tũ quia habet ſibi cõmiſſum regimen aïæ & eius potentiaꝝ & operationũ. Huius filius eſt portio ratiõis inferi- Pſalm. 8
or, q̃ ſemper à ſuperiore regi, eiq; ſicut patri filius obedire debet, quæ vbi nimis ſenſualitati ad- Eccleſ. 15
hærẽs in ijs q̃ carnis ſunt aut mũdi delectaẗ febrili calore periculoſe inflammaẗ, quæ nimirum vbi ſic per ſenſualitatẽ ad cõſentiendũ ſibi trahitur, e veſtigio debemus ad dñm cõfugere, clamãtes. Dñe deſcẽde priuſq̃ moriaẗ filius meus. Id q̃d ſane apl's faciebat, tentatus em̃ à carne, & Satana ſcribit ſe ter rogaſſe dñm, vt diſcederet à ſe ſtimulus carnis ſuæ. Quod & ipſi quoq; 2. Cor. 12
modo tentati faciemus, nõ expectãtes nec differentes, imò memores ſimus tẽtationem & cõcupiſcentiã, vbi cõcipit, pct̃m parere, pct̃m vero, quũ fuerit cõſummatũ, generare mortẽ. Qua Iacobi. 1.
cũ nihil ſit horribilius, feſtinare debemus anteq̃ incipiamus mori. Facilius em̃ eſt curare languidũ, qualis eſt qui iã ad pct̃m tentaẗ, q̃ ſuſcitare mortuũ, qualis eſt peccator.

C ¶Hinc legimus Chriſtũ tres dũtaxat mortuos reſuſcitaſſe, infinitos vero lãguidos curaſſe. Siquidẽ q̃to profundius peccator cadit, tanto minus ſurgere appetit atq; auxiliũ q̃rit, & facilius reſurgit ad pœnitentiã, q ſola volũtate peccauit, q̃ qui etiã opere, quod male voluit, perpetrauit, iuxta ſcripturã, q̃ dicit. Impius quũ in profundũ venerit peccatoꝝ, cõtemnit. Quid ve- Prouer. 18
ro peius & nociuius eo ægroto, qui in infirmitate ſua delectaẗ, ea propemodũ aſſuetus? Quã obſecro ſpem habere poterit medicus de ægrotãte, q nõ curari, ſed ĩfirmari amat? Ideoq; grauiter cecinit poeta. Principijs obſta, ſera eſt medicina medẽtis. Cũ mala p lõgas inualuere mo- Ouid. li. de remẽ. amo.
ras. Eapropter ſentiẽtes nos ad peccãdũ tẽtari mox cõfugiam' ad dñm, dicẽtes. Dñe deſcẽde priuſq̃ moriaẗ filius. i. aïa, me'. Et ſane dñm ad ſingulos audiem' dicere. Vade. i. opare ſcd̃m grãm iã tibi cõceſſam, q filius tuus viuit. Et recte, qm̃ nulli deus negat grãm in tpe opportu-
D no, mõ ne qs ſibi petẽdo deſit. ¶Scd̃a doctrĩa, nos aïa & corpe ęgrotãtes & ad dñm currẽtes Hebre. 11
nõ debere de eius neq; potẽtia neq; benignitate dubitare, ſ; firmiter credere, ipm̃ poſſe ac velle nos ſanare, qm̃ credẽti oĩa poſſibilia. Nec eſt q̃d quiſpiã ſperet ſalutẽ ſine fide, q̃ cã eſt cura- Marci. 9
tionis & ſalutis, etiã in corporal' infirmãtibus, q raro vel nunq̃ curanẗ ab eo medico, de cuius arte dubitãt. Infirmi ergo nõ dubitem' de potẽtia dei in ſaluãdo, quũ ſolus ſit, q habet poteſta- Sapiẽ. 16 1. Regũ. 2
tẽ vitæ & mortis, q mortificat & viuificat, qualẽ ſe hodie in filio reguli approbauit.

¶HOMILIA LXII. DE EO QVOD LEGITVR, Matth. 18. Simile eſt regnum cœlorum homini regi, &c.

Dñica. xxii. poſt octa. pentecoſtes.

Digitized by Google

SI vel natura cōparatū eſt, vt oīs humana operatio in finem tendat, A
& ſecundū finis exigentiā omnia ordinantur, cumq; finis ad quem
Roma. 8 homo creatus eſt, vita ſit æterna, hæc quæ non aliud eſt, q̄ clara dei
viſio in cœleſti patria, quo toto deſiderio tendere debemus, & ne-
Johan. 17 mo tamen eo venire poſſit, niſi qui mundus ſit corde, qui vere bea-
Apoca. 21 tus eſt, cuiuſmodi per ſe vix reperiatur, quoniam nec infans vnius
Matt. 5 diei coram deo mundus ſit, nec ſit homo, qui non peccet. Nā quid
2. Para. 6 eſt homo, quærit Iob, vt immaculatus ſit, & vt iuſtus appareat na-
Eccleſ. 7 tus de muliere? Si eñ, ait Iohannes, dixerimus, quoniā peccatū non
Job. 15 habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Etſi dixe-
1. Johā. 1. rimus, quoniā non peccauimus, mendacē facimus eū, & verbū eius non eſt in nobis. Itaq; ne-
ceſſum eſt, vt omnis noſter labor ad hoc tendat, vt à pctō mundemur vt finē noſtrū. i. vitam
æternā conſequamur. At à pctō mundatio fieri nō poteſt, niſi à deo remittatur. Quam ſane re
miſſionē quomō acquiramus huius diei Euangeliū perdocet vnica doctrina, quæ eſt.

¶ Volentē peccatorū ſuoꝝ in deū commiſſoꝝ remiſſionē accipere, neceſſe eſt vt is proxi- B
morū peccata in ſe cōmiſſa propter deū, ex corde remittat. Hanc ſane regulā Chriſtus admo
dū ſeria parabola & apertis ad finē Euangelij verbis probat, qui & aliàs ait. Cū ſtabitis ad orā-
Matt. 6 dum, dimittite ſi quid habetis aduerſus aliquē, vt & pater veſter, q in cœlis eſt, dimittat vobis
Marc. 11. peccata veſtra. Quod ſi vos nō dimiſeritis, nec pater veſter, q in cœlis eſt, dimittet vobis pec-
cata veſtra. Et Paulus inquit, Donantes inuicem, ſicut & Chriſtus donauit vobis. Huic nimi-
Epheſ. 4 rū regulæ diuinæ ſubſcribit lex naturalis, quæ habet. Vt quæcunq; volumus, vt faciant nobis
homines, & nos faciamus illis. Et quæ nobis fieri nolumus, nec alijs faciamus. Quia vero no-
Matth. 7 lumus peccata noſtra nobis ad pœnā reſeruari, ſed volumus ea nobis miſericorditer remitti,
Tobię. 4 eadem lege iuſtum eſt, & nos proximis remittere, quæ lex vtiq; in cordibus noſtris ſcripta eſt
Roma. 1. cui natura conſentimus. Accedit ratio per locū à minore ad maius. Si eñ quod minus videtur
iuſtū, iuſtum eſt, & illud, quod maius. Sed minus videtur iuſtum, maiora peccata dimittere,
quod tamen iuſte deſideramus à deo. Ideoq; è diuerſo, minor patet, quoniam deſideramus no
bis remitti peccata in deum, quæ comparantur ad peccata in proximū, ſicut decem millia ta-
lenta ad centum denarios. Haud ſane, quod præciſe illa ſit proportio, quū longe magis exce-
dat peccatum in deum, peccatum in proximū, adeo vt numerus certus (vt ſępe fieri ſolet) pro
incerto ponatur, quandoquidē dignior eſt creatura creator deus in infinitū. Et hoc eſt quod
1. Regū. 2 Samuel dicebat. Si vir peccauerit in virū placari poterit ei deus, ſed ſi vir peccauerit in deum
quis orabit pro eo? Q. d. oratione placari poteſt deus pro peccato in hominē cōmiſſo, ſed ꝓ
cōmiſſo in deū nullo humano merito, ſed ſola eius miſericordia remitti poteſt.

¶ Cæteꝝ quæri hoc audio loco, quid hic dicit de peccato in deū & hominē, nonne quodli- C
bet peccatū contra deū eſt, quū peccatū nihil aliud ſit q̄ legis diuinæ pręuaricatio, & cœleſtiū
præceptoꝝ inobedientia? Reſpondeo, peccata quædā ſine medio fieri cōtra deum, eaq; ideo
peccata dici in deū, cuiuſmodi ſunt infidelitas, deſperatio, odiū dei, idolatria, blaſphemia, ma
ledictio, periuriū, irreuerentia, totalis auerſio à deo. In ijs deus eſt obiectū vitioſoꝝ actuū: quę
dā vero pctā fieri ſine medio cōtra proximū & cū medio per vilipenſionē contra deū, diciq;
proinde pctā in proximū veluti ſunt pleraq; omnia quæ ſiunt cōtra ſecundæ tabulæ ꝓcepta.
Inſuper hac in parte magis cōparatur peccatū in proximū, q̄tū ad id, q̄d eſt proximi offenſiuū
ad ipſummet vel aliud in quantū dei offenſiuū. In quantū proximi habet ſatisfactionē tempo
ralē, proximi dāno æquiualentē, In quantū vero eſt offenſiuū dei, habet pœnā æternā. Præ-
terea duo in peccato contra proximū attenduntur, quoꝝ vnū, quod maius eſt. ſ. offenſa dei, à
ſolo deo remittitur. Aliud. ſ. offenſa proximi, quod minus eſt, poteſt à proximo remitti. Et
hoc quidem oportet, ſi volumus nobis offenſam dei relaxari.

¶ At, inquis, ſi eſt, vt hæc ex Euangelio doctrina habet, ſubſequit, me oportere oīa remit- D
tere aduerſario, nec quicq̄ quod abſtulit vel rei vel honoris, &c. poſſe nec vi nec iure repetere,
atq; ideoq; ſequi, fruſtra nobis eſſe poſita iudicia forenſia, quibus hactenus orbis quoq; Chri-
ſtianus vbiq; terraꝝ vſus eſt, &c. Reſpondeo, Nullos ita quidē ſcripſiſſe & docuiſſe: nimirum
vt temeraria illa libertate contra omnes ſuperiores & magiſtratus in pernitiem totius eccle-
ſiæ ad carnalia ſua vota abuterentur, atq; illi voluere tolli omnia iudicia, & iuxta primæuæ
eccleſiæ inſtitutum (vt ipſi dicebant) omnia ſibi cum fratribus eſſe cōmunia debere, nec quē-
quam ab altero petere debere quicquam, nec receptum, nec mutuum, ſed perperam ſcripſe-
runt & docuere, nec vlla firmati ſcriptura, qui quoq; ad eum, quo docuere, modum.

¶ Primo, omnem diſcordiam inter fratres diſſeminare moliti ſunt contra Chriſti & apo- E
ſtoli doctrinam. Chriſtus quidem ait. Pacem habete inter vos. Ad quam (vt aliàs abunde do
cui) idem ante & poſt mortem magnopere ſuos cohortatus eſt, nil ex eis tantopere q̄ concor
diam amicam exoptans. Quem apoſtolus ſubſequens, inquit. Si fieri poteſt, quod ex vobis
eſt, cū

Digitized by Google

eſt,cum omnibus pacem habentes.Idem ad Philippẽſ.Nihil,inquit,per contentionem fa- Roma.12 Philip.2
E cietes:ſiquidem(vt idem ſcribit alio in loco)non ſit deus diſſenſionis,ſed pacis,ſicut & in om 1.Cor.14
nibus eccleſiis ſanctorum doceo. ¶Secundo,diſturbari conati ſunt(vt & fecerunt)omnem honeſtatem & ordinem,ſine quibus nil neq; coram deo,neq; corã homine recte geri poteſt. 1.Cor.14
Ideoq; Paulus ait.Omnia honeſte & ſecundum ordinẽ fiant in vobis: qui & proinde cohortatus eſt Theſſalociceñ.vt ſubtraherent ſe ab omni fratre ambulante inordinate. 2.Theſ.4

G ¶Tertio,prætẽdunt falſo dediſſe deũ Opt.Iſrahelitis quondam iudiciorum formam, vtique ad pacem ciuilem inter homines mutuo tuendam. Exodi 18 Sic ipſe Moyſes, deo autore,quum populũ Iudaicũ ex Aegypto duxiſſet cum centurionibus & tribunis ſuis ſapiẽtibus ſedit pro tribunali inter diſceptantes ſententiã laturus & iudicaturus,vt ſua cuiq; iuſtitia tribueret & cõcordia inter ipſos obſeruaret.Qua ex cauſa nobiſcũ frequentantur fora iudicialia,nõ(vt Sciolus ille ſedicioſus ſcribit)vt inde dũtaxat ſe alant rabulæ forenſes,imò illi(quos appellam⁹ iuriſconſultos)æquũ ab iniquo ſeparant,licitum ab illicito diſcernunt,bonos non ſolum metu pœnarum,verum premiorum quoq; exhortatione efficere cupientes. L.1.ff.de inſtic.7 iure.L.iuſtitia ff.vt ſupra Siquidem iuris præcepta ſint,honeſte viuere,alterum non lædere,ius ſuum cuiq; tribuere.Eſt etenim vel lex ciuilis,regula iuſtorum & iniuſtorum,& eorũ quæ natura ciuilia ſunt,præceptrix quidem faciendorum,prohibitrix aũt non faciendorũ. L.Nã,et ff.de lig.

H ¶Quarto,euidenter contra ſeipſos impugnãt apoſtolũ,qui ait.Poteſtate dei eſſe miniſtrũ in bonũ,à malũ faciente timendũ,vt qui nõ ſine cauſa gladiũ portet,vtpote dei miniſter,vindex in irã ei,qui malũ agit. Roma.13 Sed quomõ iudicabit inter diſſentientes de malo,niſi formis iudiciorũ,quibus fora ciuilia hactenus vtuntur,quæ & licita ſunt & omnia neceſſaria ad lites cõponendas & finiendas.

¶Nec eſt, quod.Primo, adſerũt Chriſtũ dicere. Matt.5 Ego autẽ dico vobis,non reſiſtere malo,ſed ſi quis percuſſerit in dexterã maxillam tuã,præbe illi & alterã,& ei qui vult tecũ in iudicio contendere,& tunicã tuam tollere, dimitte ei & pallium,&c.vbi inquiunt ipſi,videtur auferre omne forum ciuile.

I ¶Secundo,adlegant apſm,aiẽs dicentẽ.Iam quidẽ oĩno delictũ eſt in vobis,q iudicia habetis inter vos.Quare nõ magis iniuriã accipitis? 1.Cor.6 Certe dicunt eo in loco apſus adfirmat,Contendere iudicio Chriſtianis haud licere,nec eſſe Chriſtianũ,q litigat,vtpote qui ſemp peccet.

K ¶Tertio,aiunt ſibi ſuffragari hodierni diei Euangelium,quo monemur remittere proximis noſtris.ſ.ſine iudicio,&c.Reſpondeo,quãuis indigni reſponſione videantur eiuſmodi calumniatores verſipelles,quoniã quod ipſi ex aliis deſiderant,minus ſeruãt quiq; ſub melle venenum propinant,& omnes ſcripturas contra ſenſum germanicũ ad deſtructionẽ inuertunt, tamen non grauabor pro loco & tempore huius intellectum negotij paucis oſtendere,id qd vt ſequitur,habet:Pro damno nobis illato triplex malum expeti ſolet.

L ¶Primum eſt,vindicta æterna,quæ nunq̃ eſt aliquo modo petenda, quum fraterna charitate ad ſalutem mutuã cooperari tenemur. Luce 6 Sic Chriſtus ait.Orate pro perſequentibus vos. Iacobi.5 Et Iacobus.Orate,inquit,pro inuicem,vt ſaluemini. ¶Secundũ eſt,vindicta tẽporalis,quæ & peti & non peti poteſt.Peti poteſt ad inimici correctionẽ,vt ſic.ſ.iſte emendetur, & non in ſcelere pereat,vel vt reſpub.conſeruetur,& vt eius exemplo alij à malo , quod perpetrauit iſte,terreantur.Id quod non eſt malũ cupere iniurianti,ſed beneficium. 3.Reg.18 Quo ſane modo Helias multos morte affecit. Actorũ.5 Sic & Petrus curauit,vt ſuis verbis Ananias & vxor eius exanimes ceciderunt. 1.Cor.5 Et apoſtolus eo pacto quendã tradidit in interitum carnis,vt in die iudicij ſaluus fieret ſpiritus.Sic etiamnum pleriq; ſanctorum nonnullos morte propter peccata eorũ punierunt,quo & viuentibus,iuxta ſcripturã,vtilis metus incuteretur,& illis,qui morte puniebãtur,non ipſa mors noceret,ſed peccatũ,quod augeri poſſet,ſi viuerent.Ita pijſſimi quiq; magiſtratus facere poſſunt. Apocal.6 Eo nimirũ pacto ſancti ad deũ clamant pro vindicta peccati, dicentes.Vſquequo dñe non iudicas & vindicas ſanguinẽ noſtrum de ijs, qui habitant in terra? Pſal.78 Et propheta quoq; contra impios exclamans,ait.Effunde iram tuã in gentes,quæ te non nouerunt,& in regna,quæ nomen tuũ non inuocarunt.Quo ſane animo & ipſi nunc vindictam de Turcis recte poſcimus.Peti vindicta temporalis tamẽ non poteſt pro in nos peccato, qñ velimus noſtro iracundo adfectui ſic ſatisfactum iri: Deute.32 quandoquidẽ dominus vetet,inquiens, mihi vindictam,& ego retribuam. Roma.12 Sequitur apſus,dicens.Non voſmetipſos defendentes,ſed date locum iræ. Matt.5 Non debemus itaq; indignatione quadam de fratre in nos peccante vindicare, ſed remittere dei iudicio & eius amore indulgere,qui debemus etiam ijs,qui nos odere,benefacere. Exodi.23 Hinc mandat dñs,Si occurreris boui,dicens,inimici tui,aut aſino erranti reduc ad eũ. Si videris aſinum odientis te,iacentem ſub onere,non pertranſibis,ſed leuabis cum eo. Luce.9 Ad hunc modũ dominus alibi corripit diſcipulos, quum vellent.ſ.non amore correctionis,ſed indignationis quadam deſcendere ignem è cœlo & conſumpturum ciuitatem Samaritanorum,qui illos non receperant hoſpitio.Quo ſane modo Chriſtus hodie vult nos remittere debere,quod in nos peccauit proximus,quũ ipſe quod in ſe peccatũ ſit,remittat.

M ¶Tertiũ eſt,vindicta ſatisfactoria,quæ tũ peti nõ poteſt,quũ petitio vel exactio vergat in

Digitized by Google

deterius.ſ.in impedimentũ ſalutis iniuriãtis aut circũſtantiũ propter ſcandalũ,&c. Sic dimit
tenda eſt ſaltẽ,donec ſcandalũ ſeu ipedimentũ ceſſet. Quo in caſu locũ habet dñi cõſilium de
donando tunicã,auferenti palliũ,& præbendi alterã maxillã percutienti, qa proponẽda eſt
ſalus animæ corporis cõmodo,ordine charitatis. Quãuis idipm ad aim potius referaſ,ita vt
ad pparationẽ cordis,nõ ad oſtẽſionẽ operis pceptũ intelligatur, vtpote,qd Chriſtianus pa- N
tientiſſimus eſſe debeat & ad plura parat⁹ ferenda. Peti qq; põt vindicta & exigi ſatisfacto-
ria bifariã. ¶Primo,quũ nõ exacta ſatisfactio vergeret in licentiã peccãdi iniuriatoris aut
turbationẽ reip. vel in id genus mali aliud;qñq dem nihil ſit infelicius felicitate peccãtium,q
pœnalis nutritur impietas,& mala voluntas velut hoſtis interior roboraſ. Ad hunc qq; modũ
23.q.3 qui poteſt obuiare & perturbare peruerſos,& non facit,nihil eſt aliud q̃ fauere impietati eo-
Roma.1. rum,nec caret ſcrupulo ſocietatis occultę,qui manifeſto facinori deſinit obuiare. Quiq; non
repellit à ſocio iniuriam tam eſt in vitio q̃ ille q facit. Sic Moyſes,quum vidiſſet Hebræũ ab
Exodi.2. Aegyptio iniuriam accipientem,defendit,ita vt Aegyptium ſterneret,atq; in arena abſcon-
deret. Ita Chriſtus quoq; ab eo,qui ſe percuſſit in maxillam exigit rationem,inquiens. Si ma-
Iohan.18 le locutus ſum,teſtimoniũ perhibe de malo:ſi autẽ bene, qd me cędis?

¶Secundo,ſi exactio non vergit in ſalutis perniciem poteſt (ſine tamen indignatione) pro O
dãno, quod acceptũ ẽ,ſatisfactio exigi,non tamen propria,ſed iuris authoritate, quia nemo
Roma.12 ſibi iudex eſſe debet,quandoquidem ſicut debeo deſeruire,quando poſſum,, vtilitati proximi
etiam inimici,ita etiam debeo prouidere indemnitati propriæ,quum non minus debeo dili
Luc.18 gere meipſum q̃ proximũ,quem debeo diligere ſicut meipſum. Sic alias non reprehenditur
vidua,quæ erat in ciuitate,petẽs.ſ. ordine iuris, ſe ab aduerſario vindicari.

¶Nec obſtat,quod ex Paulo male adlegant:quoniã apſus non reprehendit Corinthios,qa P
1.Cor.6 more iudiciario contendãt. Sed primo,quoniã cõtendendo res ſuas cũ ſcandalo & nõ debito
modo petebãt,qa cõtendebãt corã iudicibus infidelibus,quaſi inter ſe nõ eſſent,q poſſent iu
dicare. Secundo,qa etiã aliqua per fraudẽ & iniuſtitiã petebãt,quũ magis iniuriã & fraudẽ pa
ti q̃ facere debuerant. Id quod ſenſum apoſtoli penitius inſpicienti facile patebit. Ita res ha-
bet,fratres chariſſimi,alioqui prorſus quicquid in nos peccauit proximus,remittere debem⁹
exemplo dei Opt. Max. Cur eñi non remitteremus,quod in nos peccatum eſt,qui puluis ſu-
mus & cinis,quum nobis viliſſimis creaturis & mancipiis remittat noſtra peccata longe ma-
xima deus ipſe,qui in infinitũ nobis eſt melior,qui nobis dedit eſſe naturæ vt creator,eſſe gra-
tiæ,vt redemptor, daturus eſſe gloriæ, vt beatificator. Atq; ipſe eſt, qui omnia propter nos
creauit & operatus eſt,nos conſeruans,nutriens,paſcens & in æternitate præmians. Ipſe, in-
quam,eſt ſine quo eſſe nequimus,nec bene eſſe,nec viuere,nec poſt mortem ad vitam immor
talem reſurgere poſſumus. Cuius dona ſine proportione excedunt omnẽ offenſam creaturę.

¶Cum igitur ille talis ac tantus dominus nobis quæ in ipſum peccauimus tam miſericordi- Q
ter remittit,quid eſt,quod tam magni pendamus noſtras & noſtrorum iniurias, vilipenden-
tes interim diuinas offenſas? Quid adeo peruerſe principes aliquando & rectores tam crude-
liter quę in ſe fiunt vlciſcuntur,blaſphemias vero dei deridẽt? Caueamus fratres,offenſam dei
negligamus & noſtram vindicemus,imò peccantibus in nos dimittamus. Quod niſi fecerim⁹
non ſolum de futuris peccatis veniam non merebimur,ſed & præterita,quę nobis dimiſſa cre
debamus,replicabuntur nobis iuſte ad vindictam æternã,quia offendimus eũ,q æternus eſt.

¶HOMILIA LXXIII. DE EO QVOD LEGITVR, Matth.22. Abeuntes pharisæi,concilium inierunt.

Dñica.xxiij.poſt octa.pentecoſtes.

QVi putarunt per mare illud magnum & ſpacioſum, de quo regius A
citharœdus cecinit,ſanctam ſcripturam poſſe intelligi,meo ſane iu
dicio nihil aberrarunt,verum rectiſſime puto illos ſenſiſſe:quando-
quidem vt mare illud magnum ſupra quàm dici poteſt profundum
ſit,ac in illud perquàm plurima intrent flumina,quæ in illo ſe con-
tinent & in tempore illinc denuo exeunt vt terras irrigant,ſic nimi
rum ſacroſancta ſcriptura ſatis ſuperq; profunda eſt ob ſuos,quos
in ſe habet,profundos ſenſus & ob altitudinem ænigmatum & pa-
rabolarum,quæ non cuiuis nec niſi præſente ſpiritu ſancto obuiæ
ſunt. In qua etiamnum ſcriptura ceu in quopiam mari plurima ſunt
flumina,id eſt,diuerſæ ac infinitæ propemodum ſalutares doctrinæ,quæ in tempore per fi-
deles doctores emiſſæ, terras,id eſt,homines de terra conditos irrigant, id eſt,ad bene beate-
Iohan.4 q; viuendum molliunt & imbuunt,vtpote quæ (Chriſto teſte) fluunt de ventre illius,in quo
ſunt

Digitized by Google

ſunt theſauri omnis ſcientiæ & ſapientiæ. Id verum eſſe inter plurimos Euangelij locos arguit vel vnicus hodierni Euangelij locus, vnde etſi tribus annis præteritis non parum multas pro ſalute veſtra collegerim doctrinas, reſtant tamen, quæ hactenus nondum hac in parte auditæ etiam inde colligi queunt, quarum eſt. Johan.7 Coloſſ.2.

B ¶Prima, eum, qui inter eos, qui partes fouent (quod reip. eſt oĩm longe pernitioſſimũ) viuere tuto velit, debere neutri partium, nec verbo, nec facto adulari, ſed vtriq; dicere & facere quod veritas adeoq; iuſtitia vtriq; faciundum perſuadet. Sic enim fiet, vt neutra partium iure poſſit de eo conqueri, quaſi poſthabita. Siquidem veritati contradicendum non ſit, quę, vt ait ſcriptura, ſuper om̃ia vincit. Hinc enatum eſt prouerbiũ, vulgo protritum, quo dicitur. Veritate quenpiam poſſe per orbem vniuerſum ire & redire. In quem ferme intellectũ dominus propterea dicit. Si vos manſeritis in ſermone meo, vere diſcipuli mei eritis, & cognoſcetis veritatẽ, & veritas liberabit vos. ſ. à morte tam temporanea quàm æterna. Quod ipſe tum dixit, in ipſo hodie approbatum eſt. Quum enim Iudæi partes fouentes (quoniam aliqui eorum dicerent Cæſari parendum, aliqui vero non parendum eſſe) ab eis, qui ex lege diuina liberi eẽnt ad ipſum venirent atq; ſubdole rogarent. Num Cæſari dandus eſſet cenſus? Ipſe, qui omnia nouit, idemq; iuſtiſſimus, ſapientiſſimus, veraciſſimusq; neutri partium adulatus ẽ, ſed quod in veritate vtriq; conuenit, reſpondens. Reddite Cæſari, quæ ſunt Cæſaris, & deo, q̃ ſunt dei. Eccleſ.4 3.Eſdr.3 Johan.8. Hebr.4 Eccleſ.1 Pſalm.33

C ¶Secunda, nos non debere propter, q̃ nobis fit, adulationem ab eo, quod rectum eſt diſcedere, nec aures adulatoribus ad nutũ ipſorum vel animum aperire, quaſi nobis ita velimus ex illorum adulatione placere, vt mox eis geri mos debeatur à nobis, vt pleriq; ſolent, quo nihil pernitioſius. Plerunq; enim ſemper fallunt adulatores. Et hoc eſt, quod Eccleſiaſtes ait. Melius eſt à ſapiente corripi, quam ſtultorum adulatione decipi. Siquidem meliora q̃q; ſint vulnera diligentis quàm fraudulenta oſcula odientis. Sic fratres, diſcamus hodie nemini adulatori ad nutum loqui contra id quod iuſtũ eſt, exemplo Chriſti, qui etſi à phariſæis adulatiſſimis (vt ſic dixerim) titulis tentaretur, tantum tamen abſuit, quo illis, quod vellent, reſponderet, vt etiam illos ignominioſo titulo cõpellarit, inquiens. Quid me tentatis hypocritæ? &c. Eccleſ.7 Prouer.27

D ¶Tertia, quod ſi quando tentati fuerimus ab eis, qui volunt occaſionem, & proponunt nobis quaſdam propoſitiones, nõ vt diſcant, ſed vt cauſam accuſationis (quod ſæpe fieri ſolet) contra nos inueniant, nos nec omnino tacere debere nec ſimpliciter reſpondere, ſed cum cogitatu & circumſpectu vt quantum poſſibile nobis fuerit præcidamus occaſionem quærentiũ in nobis occaſionem & doceamus irreprehenſibiliter ea, quæ poſſunt ſaluare volẽtes ſaluari: quemadmodum perbellè Chriſtus hodie erga Iudæos ſe quærentes geſſit. Hinc ſcriptura monet, inq̃ens. Priuſquam audias, ne reſpondeas verbum. Et alia, ne reſpondeas, inq̃t, ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne efficiaris ei ſimilis. Eccl.11. Prouer.26

E ¶Quarta doct. Non propterea nos à iugo poteſtatis temporariæ eſſe exemptos, nobiſq; ad libitũ licere omnia, quoniã ſcriptura nos appellet liberos, libertatẽq; dicat nobis à Chriſto acquiſitam: quandoq̃dem eam nobis libertatem Chriſtus acquiſierit, q̃ ſpiritus eſt: nimirum nihil aliud, quàm triplex illa redemptio, qua ſolus dominus Ieſus, nos, q in ipſum vere credi-

F mus, redemit, propter quam & liberi ſumus & dicimur, quum antea cum alijs eſſemus, vt ſerui plane obſtricti & ligati. ¶Prima quidem libertas eſt, quam nobis Chriſtus acquiſiuit, q̃d ille nos per ſuaue iugum euangelicæ legis ab onere legis Moſaicæ, cui nos Chriſtiani non ſumus addicti, redemit: ſiquidem lex per Moyſen data ſit, gratia autẽ & veritas per Chriſtum Ieſum facta eſt. Hinc Iacobus Euangeliũ vocat legem libertatis, vtpote multo faciliorem lege Moſaica. Quæ tam fuit olim oneroſa, vt de ea Petrus dicere nõ dubitauerit. Quid tentatis deũ, imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quod neq; nos neq; patres noſtri portare Matt.11. Johan.1. Jacobi.1. Actor.15

G potuimus. ¶Secũda vero nobis acquiſita p Chriſtũ libertas eſt, qua ille nos à ſeruitute peccati originalis, quo diabolo ſeruiebamus, ſua nos morte ita redemit, vt & interim eius fauente gratia & exercitio virtutũ, bonorũq; operũ in eadẽ libertate manere poſſimus, aut ſi ex ea peccando deciderimus, interceſſione paſſionis eius illam rurſus recuperare quimus. Hinc apoſtolus. Itaq;, inquit, fratres non ſumus ancillæ filij, ſed liberæ, qua libertate nos Chriſtus liberauit. Eapropter ad nos dicit Iohannes: Filioli mei, hæc ſcribo vobis, vt non peccetis. Sed & ſi quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrẽ Ieſum Chriſtũ iuſtũ. Et ipſe eſt propiciatio pro Galat.4.

H peccatis nr̃is, nõ pro noſtris aũt tantũ, ſed etiã pro totius mundi. ¶Tertia aũt libertas eſt, qua nos per glorioſam ſuã mortẽ à ſeruitute corruptionis liberauit in potẽtia liberaturus in reſurrectiõe iuſtorũ re ipſa, cui itaq; corruptioni obnoxij ſumus filij Adæ p hanc nobis legem à deo indictã. Puluis es, & in puluerẽ reuerteris. Siquidẽ virtute & merito Ieſu Chriſti ex pulueribus, in quos nr̃a ſunt corpora morte redacta, in cõſummatiõe ſeculi ad gloriã immortalitatis & vitæ ꝑpetuæ ſumus reſurrecturi Chriſtiformes. Qua de libertate ap̃lus. Ipſa, inq̃t, creatura liberabit à ſeruitute corruptionis in libertatẽ gloriæ filiorũ dei. Oportet em̃ (ait idẽ alio in loco) corruptibile hoc induere incorruptionẽ, & mortale hoc induere immortalitatem. 1.Johan.2 Gene.3 Roma.8. 1.Cor.15

Digitized by Google

¶Huiuſmodi igitur fratres chariſſimi libertate triplici in ſcripturis liberi appellamur Chri I
ſtiani,non ab ea,quæ nos ab omni ſuperioritate,eiuſq́ lege liberos faciat, quam plerięꝫ per-
nicioſiſſime hactenus iactitarunt,vtpote quæ nō eſt aliud q̄ quidlibet audendi licentia,præte
xtu pietatis in omnem prorumpens ſcelerate agendi audaciam,magnū habens malitiæ vela-
men:quæ ideóq; potius eſt ac dici debet duriſſima & teterrima ſeruitus,qua diabolo & mor-
1. Petri. 2 ti æternæ ſeruitur in omni contra deum & ab eo poteſtatem rebellione & ſeditione. *Hinc* ad
eos,qui hoc pacto liberos ſe dicunt,ſcribit Petrus dicens.Subiecti eſtote omni humanæ crea
turæ propter deum,ſiue regi quaſi præcellenti,ſiue ducibus tanquā ab eo miſſis,ad vindictam
malefactorū,laudem vero bonorum.Quia ſic eſt voluntas dei,vt benefacientes obmutesce-
Iohan. 8 re faciatis imprudentium hominū ignorantiam,quaſi liberi,& non quaſi velamen habentes
Deute.26 malitiæ libertatem,ſed ſicut ſerui dei.Ita nimirum liberos ſe putabāt plerięꝫ Iudæorū,qui q̄-
niam dei olim erant populus,arbitrabantur ſe ita liberos eſſe,vt nihil plane Cæſari,qui gen-
tilis erat,deberent.Quibus deinde(vtcunq; malicioſe)rogantibus,Chriſtus reſpondens,om
nem aperit veritatem & iuſtitiā,dicens.Oſtendite mihi numiſma cenſus.Quo viſo,& intelle
cto,quod deſuper eſſet Cæſaris inſcriptio,ait:Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris,Cæſari:& quæ
ſunt dei,deo.Q.d.Quia em̄ inſcriptio numiſmatis arguit vos Cæſari tributarios, ſubſequens
Roma. 13 eſt,vt ab eius exactione & ſubiectiōe liberi non eſtis,ſed ſub eius degere poteſtate,quæ à deo
1. Petri. 5 eſt.Neq; em̄ ex eo,quod quis reddit Cæſari,quæ Cęſaris ſunt,impeditur reddere deo,quę dei
ſunt,ideóq; non eſt Cæſar eius pietatis,quam ipſi prætenditis,occaſione à proprijs defraudan
dus. ¶Quæ nimirum verba & hodiernis temporibus recte reſpondebimus eis,qui animo K
ſatis(vt creditur)iniquo quærunt,quid nobis cum Cæſare? Quid eſt Cæſar? Qui illi merito
parent? Quid illi debemus? Et quare ei debemus,quum ſumus Chriſtiani liberi,nec ſcimus ali
Pſalm. 23 quid eſſe Cæſaris,verum omnia eſſe dei fatemur,iuxta prophetam dicentem:Domini eſt ter
Heſter.13 ra & plenitudo eius.In cuius ditione(vt ait Heſter)cuncta ſunt poſita,qui fecit cœlum & ter-
ram,& quicquid cœli ambitu continetur, qui dominus eſt omnium. Ergo quid ais Cæſari
reddenda? De libertate,quam habemus,abunde dictum eſt,reſtat vt quæ Cæſaris ſunt,breui-
ter dicamus. ¶Atq; ſane ſciendum velim,eſſe quædam quæ ſolus dedit deus,veluti anima L
& ſpiritualia,quæ animæ ſunt,quæ quaſi ſua ille dona propria repetit,de quibus alio in loco
diſputauimus.Eſſe quæ ſibi cum alijs vult eſſe communia,in quibus cooperatores admiſit,ceu
eſt corpus cum exterioribus,quæ perinde communia tam ſibi quàm hominibus reddi con-
ceſſit.Ex eis,quos vti ſuos cooperatores in ijs rebus temporalibus admiſit,primus adeóq; ſu-
premus eſt. ¶Cæſar ipſe,alioqui Imperator dici cœptus.Cæſar autem Iuliorum cogno-
men fuit,quum & ipſe primus fuerit Romanus Imperator,cui ſucceſſit Auguſtus,ab illo & ip M
ſe Cæſar appellatus,vnde demum omnes,qui ei in Rom̄.Imp.ſucceſſere,Cæſares nominari
cœpere,quos proprio nomine Imperatores dicimus.Eſt autem natura ſolus ipſe deus Impe-
Heſter.13 rator,in cuius ſunt ditione poſita cuncta,qui ſic imperat, vt eius imperio & voluntati nullus
Iob. 9 poſſit reſiſtere.Delegatione vero diuina(quoniam deus hæc inferiora per miniſtros vel per
inſtrumenta quædam gubernat)eſt & homo ipſe Imperator per excellentiam ille,qui tenet
monarchiam mundi & præeſt omnibus in tēporalibus, in quibus & omnes illi parere de-
bent,vtpote quem & lex diuina & humana per delegationem dei Max. dominum mundi fa-
tetur,per quem deus ipſe ſuo loco nos & temporalia noſtra vult gubernari.
Siquidem lex diuina in Euangelio Imperatorem Auguſtum non ſecus atq; totius orbis mo-
narcham deſcribit, in perſona Euangeliſtæ,dicens.Factum eſt autem in diebus illis,exijt edi
Lucę.2 ctum à Cæſare Auguſto,vt deſcriberetur orbis.Hæc ille, quibus euidenter oſtendit à lege
etiam diuina Rhomano Imperatori totius orbis eſſe commiſſum in temporalibus imperium
Philip. 2. ſub quo ille verus naſceretur Imperator,Chriſtus,in cuius nomine omne genu.ſ. cœleſtium,
terreſtrium & infernorum flectitur,argumento,vt eius ſit imperium ſine fine & regnum non
Iohan.18 de hoc mundo,ita illius ſit temporale & mundanum,quod ſua ei confirmet natiuitate, cui &
loco ſuo ſit ab omnibus obediendum in temporalibus & ſecularibus.Recte igitur Antoninus
Imperator Rhom̄.in perſona cuiuslibet Imperatoris Rhom̄.in lege humana de ſe ait ad Eu-
L. depre- demonem Nicomedem.Ego quidem mundi dominus,rex autem maris, &c.Scripturæ au-
catio ff. ad tem eiuſmodi dignitatem imperialem fuiſſe arguunt primo in gente Aſſyriorum, vtpote in
legē Rho Nino,Nabuchodonoſoro,Aſuero,& hoc genus alijs.Deinde ī Mœdis & Perſis ſub Cyro &
diā de iac- Dario,& quibuſdam alijs.Deinceps in Græcis,vtpote ſub Alexādro Magno.Demum in Ro
tu. manis,quorum primus fuit Iulius Cæſar,& ab eo ſecundus,Octauianus Auguſtus,ſub quo na
tus eſt Chriſtus,quem ſubſequutus eſt Tiberius,ſub quo idem baptizatus & crucifixus eſt.
¶Quia vero eccleſia conſiderans ſub infidelibus imperatoribus ijſdem æthnicis omnem N
ſublatū iri pietatē & veram religionem cœpit ſine intermiſſiōe in perſona prophetæ ad deū
Pſal.85 orare,vt puero.i.ſeruo ſuo,cuiuſmodi eſt Chriſtianus,qui per fidem veram deo vero ſeruit,
eſſet collaturus, dicens.Reſpice in me,& miſerere mei,da imperium tuum puero tuo,& ſal-

Digitized by Google

unum fac filium ancillæ ſuę. Cuius oratõe Deus permotus ab infidelibus pleno iure tranſtulit ad
Chŕianos, ita vt deinde ex eis ſolis Imperator & Cæſar futurus eēt, qui vel vnus haberet mo-
narchiam vice ſua in tēporalibus mundi, qui & in ijs præeſſet ſolus oĩbus, cui reliqui oēs popu
li & reges quilibet ꝓ ſua conditõe parerēt: nimirũ, cui ipſe ſolus vti tēporario ſuo Vicario, atq;
ſuo in rem noſtram miniſtro imperiũ cõtuliſſet: quandoquidē ſuũ ſit regnum (vt ait Daniel) Daniel. 4
& eius cui det: dat autem ei, cui vult. Illi autem Chriſtianorum primo omnium dedit impe-
O rium, Oroſio & Paulo diacono teſtibus. ¶ Valentiano, qui primus fuit Chŕianus Imperator
cui legitima. ſ. intercapedine & ſeriè tandē ſucceſſit Carolus ille huius noĩs quintus, quo nunc,
diuina benignitate fauēte Imperatore Romano ꝑfruimur: Qui noſter eſt Cæſar & Imperator
id ē, qui Dei grãm monarchiam mundi tenet, ac oĩbus præeſt, Dei ꝓ nobis miniſter, cui pro-
pterea quotquot ſumus ſub cœlo vel eis quos ille nobis pręficit, omnē debemus ſubiectionē
& obedientiam, quḗq; ſic neceſſitas poſtulat, corporibus rebuſq; noſtris oĩbus vel ideò adiu-
uare obſtringimur, iure diuino & naturali, qm̃ à Deo corporũ noſtrorũ & rerũ noſtrarũ tem-
poraliũ oĩm miniſter ſit ac defenſor, eorũ aliqñ coram Deo rõnem redditurus. In cuius ſubie-
ctionis argumētum tributa pręſtamus, vt ſciamus (Apſo teſte) nos ab eius obediētia nõ eſſe li- Hebrę. 13
beros, ſed ſub eius degere poteſtate, qui vicē Dei gerit, ꝑ quē imperat, in quo ipſe excelſus, id ē, Roma. 13.
Deus dominaẗ in regno hoĩm. Huic ergo atq; eiuſdē cuilibet vero ſucceſſori omnes ſub cœlo Prouer. 8
mortales æquè ſubijciēdi ſunt atq; Deo, cuius ſubiectõis ꝓbatio eſt hæc, qđ illi pendũt tribu-
P ta, Deo ſic ordinante. ¶ Et hoc eſt, qđ hodie Chŕus Deus & homo idemq; ſolus rex regum Apoca. 19
& dñs dominantiũ nõ ſolũ ad Iudæos, ſed & ad oēs inquit: Reddite ergo quę ſunt Cęſaris, Cæ- 1. Tim. 6.
ſari, & Deo, quæ Dei ſunt. Quē ſubſequiẗ Apſus, verbis admodũ terribilibus, inquiēs: Qui er- Roma. 13.
go reſiſtit ptãti, Dei ordinationi reſiſtit, qui aũt ipſi ſibi reſiſtũt, dãnationē acquirũt. i. cũ Deo Nume. 16.
tum hoĩbus pœnas dabũt. Id qđ olim horribiliter oſtēſum eſt in Dathan, Abyron, & Chore
quos terra deglutiuit atq; viuos ad inferos ſubtraxit, qm̃ ptãti murmurando reſiſtere moliebã 2. Reg. 24
tur. Caueamus igiẗ chariſſimi frẽs, ne rebelles verbo vel facto Cæſareæ poteſtati incidamus in Hebrę. 10
manus Dei & hoĩm, quod vtrũq; (ſcriptura teſte) horrendum eſt.

¶ HOMILIA LXXIIII. DE EO QVOD LEGITVR, Matth. 9. Marc. 5. Lucæ. 8. Loquente Ieſu ad turbas, &c.

Dñica. xxiiij. poſt octa. penthecoſtes

A QVEMADMODVM EI QVI Vult ſaluari, neceſſum eſt, vt
in Chriſtum & Chŕo. i. eius verbis, quibus ꝗ opus eſt ad fidē doceẗ,
credat, ita nimirũ fuit neceſſariũ, vt Chŕus ſuis verbis fidem ſignis &
miraculis adſtrueret, quandoquidē quũ ille plerũq; ſemp non carna-
lia, ſed cœleſtia & diuina, quæ ſupra humanũ ſunt captum, docue-
rit, certo opus erat ſignis, quibus tam ſublimes doctrinæ fidem nan-
ciſcerenẗ. Hinc ipſe alibi dñs ait: Niſi ſigna & ꝓdigia videritis, nõ cre Johan 4.
detis. Proinde vix ſe quiſpiam excuſaturus eſt à ſua incredulitate,
qui vel vidit Chŕi opa, vel ea ſanctis ſcripturis approbata, aut legit,
aut audiuit, Chriſto ipſo aliàs dicente: Si opera non feciſſem in eis, Johan. 15
quæ nemo alius fecit, peccatum non haberēt. Vnde fieri non dubitamus, quod hodie ſtatim
poſt admirabiles ad populũ ſermones opa adiunxerit miraculoſa dñs, vt hoc amplius obſtrue
renẗ phariſæi. Narranẗ aũt duo in hodierno Euangelio miracula, quæ corporaľr operatus eſt
dñs, vnũ. ſ. in termino, alterũ in via qua ambulauit. Siquidē in termino, id ē in domo principis Matt. 9.
cognomēto Iayri, filiã eiuſdē duodecim natã annos à morte reſuſcitant. In via verò mulierē Luc. 8
ſanguinis ꝓfluuio duodecim annis laborãtē, ꝗ & fruſtra qcqd habuit in medicos erogarat, cu
rauit. Quia verò tã ꝑ puellã quã fęmellã ſpũaľr aĩa nr̃a morti ꝓpter pctã ꝓxima deſigneẗ, haud
obſcure docemur ſpũaľr, nos vtrobiq; tã in via ꝗ in termino vitæ opus hr̃e auxilio dei Opt. à
ꝗ ſanitatē & vitã bñ opando petamus, qm̃ vtraq; hodie ꝑſona periſſet, niſi dñs auxiliãdo ſuc- Johan. 15.
curriſſet: ſiquidem ſolus ipſe ſit, ſine quo nihil ſumus nec poſſumus, ſed omnis eſt noſtra ab ipſo
ſufficiētia, de ſeipſo ad nos dicēs: Deum abſq; me neſcies, & ſaluator nõ eſt pręter me. Perditio Oſee. 13.
tua ex te Iſrael, tantũmodo in me axiliũ tuũ. Ideóq; rectè ſcriptura monet ægrotantē inquiēs: Eccle. 38
Fili in tua infirmitate non deſpicias teipſum, ſed ora dñm, & ipſe curabit te.
B ¶ Atq; ſanè quàmuis duo miracula de quibus hodie Euangelium, per ſe ſatis ſunt aperta,
modus tamen, qui inibi tam à domino, quàm à petentibus eſt obſeruatus, haud talis vtpotē
qui plenus ſit ſalutarium doctrinarum, quarum hæc eſt.
C ¶ Prima: Nos ſemper et vſq; ad vltimum ſpiritum bene debere operari. Vnde Apoſtolus: 1. Theſſ. 5
Sed ſemper (inquit) quod bonum eſt ſectamini in inuicem, & in omnes: abundantes in omni 1. Cor. 15
opere domini, ſemper ſcientes quod labor veſter non eſt inanis in domino.

¶Secunda, ſi quis vel aĩa vel corpore laborat, ad dominum cum principe ſynagogæ. Iayro clamare debet, dicẽs: Dñe filia mea. i. anima modo defuncta eſt. ſ. pctõ, veni impone manum, ſcilicet gratiæ tuæ & viuet. Atq; vocatus veniet ipſe p grãm puenientẽ, & manũ imponet per grãm cõcomitantẽ, ſicq; fiet, vt anima p grãm cooperantẽ ſit victura: quandoquidem ipſe eſt, inqt Propheta, qui ppitiaſ oĩbus iniqtatibus tuis, qui ſanat omnes infirmitates tuas. D

Pſal. 102.

¶Tertia, Prælatũ vnũquẽq; debere eẽ paratũ ad adiuuandos ſubditos malè habẽtes, vt qties audierit aliquẽ in anima male habere, ſtatim adeſſe debet. Memor ſe aliquando rõnem p animabus illoꝝ reddituꝝ. Sic in exemplo Chr̃us hodie quũ rogatus eſſet à Iayro, vt ad ſuſcitandam filiam ipſius veniret, non moraſ, ſed ſtatim ſurgẽs, ſecutus eſt eum. In quo & mira illius apparet humilitas & manſuetudo, quod rogatus ilicò rogantẽ cœpit ſequi, qđ & vnuſquiſq; prælatoꝝ facere debet, qbus nihil eſt humilitate & manſuetudine pulchrius. E

Hebre. 13

¶Quarta, ſubditos ediuerſo debere actutum parere prælato tanq̃ illi, q pro animabus ſuis, inquit Paulus, puigilet rõnem redditurus. Hinc idem ait Apl̃us: Serui obedite dñis carnalibus cum timore & tremore, in ſimplicitate cordis veſtri ſicut Chriſto, non ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placẽtes, ſed vt ſerui Chr̃i faciẽtes voluntatẽ Dei ex animo cum bona voluntate ſeruiẽtes ſicut dño, & non hominibus, ſciẽtes, quoniam vnuſq;ſq; q̃dcũq; fecerit bonum hoc recipiet à domino. Sic hodie dominum ſecuti ſunt diſcipuli obedientes. F

Hebre. 13
Ephe. 6.

¶Quinta, nos debere in humilitate corã Deo & pximo cõfundi p culpa nr̃a: quo nimiꝝ pacto mulier Emoroyſſa hodie retro & à tergo acceſſit, ſe indignã reputans tãgere pedes dñi, vł plenitudinẽ veſtimẽti, q̃ fimbriã dũtaxat veſtimẽti tetigit. ſ. nõ ſolũ tactu corpali ſʒ & fidei deuotiõe, credẽs ex eo ſe tactu ſanatũ iri. Et reuera admiranda eius fuit mulieris fides, q̃ deſperãs de ſalute medicoꝝ, in q̃s oĩa ſua erogauerat bona, intellexit cœleſtẽ adeſſe medicũ, & in eo totam ſuam intẽtionẽ collocauit. Eiuſmodi fidẽ & in humilitate cõfuſionẽ habuit publicanus q̃ʒ, de q̃ ait Euãgeliſta, q ipſe à lõgè ſtãs, nõ auſus fuerit, neq; voluerit oculos leuare ſed pcutiẽs pectus dixerit: Deus ppitius eſto mihi pctõri. Idẽ fecit Centurio, dicẽs: Dñe nõ ſum dignus, vt intres ſub tectũ meum, ſed tantũ dic verbo, & ſanabiſ puer meus. Hoꝝ & ipſi habere debemus cõfuſionẽ, vtpotè quæ (vt ſcriptura teſtaſ) nõ adducit pct̃m ſed gloriam & gratiam. G

Marc. 5.
Lucæ. 8.
Lucæ. 18.
Matth. 8
Eccl. 4

¶Sexta, fidẽ ſalutis duobus cõſtare. ſ. verbo & ope, vt q̃d q̃s ſe credere dicat, facto comprobet. Siquidẽ corde crediſ ad iuſtitiã, ore aũt fit cõfeſſio ad ſalutẽ. Hinc ſola ea fides approbaſ vera, q̃ per charitatẽ operaſ. Ita q̃a mulier credens dixit, acceſſit & tetigit ſaluata eſt. Eapropter Apl̃us adfirmat eos abominabiles & incredulos, qui Deũ noſſe cõfitenſ, factis aũt negant, H

Roma. 10
Gala. 5
Titum. 1.

¶Septima in virtuoſis actibus noſtris non noſtram, ſed Dei laudem nos debere quærere, & prædicare, & cum Propheta dicere: Non nobis dñe nõ nobis, ſed nomini tuo da gloriam. Sic Chr̃us hodie inquit mulieri, qđ fides ſua ipſam ſanarat, nolẽs ſuæ virtuti, ſed fidei eius ſanitatis beneficiũ arrogare. Non eñ (inquit) ego ſanaui te, ſed fides tua, vt vitandam oſtentationẽ doceat, & fidei meritum extollat, quanq̃ ipſe & nõ fides mulieris eam proprie curarat. I

Pſal. 103

¶Octaua, tam eſſe Chr̃o facile mortuos ſuo tpe ſuſcitare q̃ eſt facile nos à ſomno dormiẽtes excitare. Eapropter mortui in ſacris literis plęrumq; appellari ſolent dormientes. Hinc dñs ait: Recedite, non enim mortua eſt puella, ſed dormit, vtiq; ſibi dormiebat, qui eam nutu poterat viuificare, quum ſit qui mortificat & viuificat. k

Iohan. 11.
1. Regũ. 2

¶Nona: Nos ab eo qđ iuſtum & bonũ eſt, nõ ppterea debere deſiſtere, q̃m inibi à qbuſdã deridemur: quandoquidem nec Chr̃us hodie à bono inchoato deſiſtit, vtcunq; irriſus. L

Matt. 13.

¶Decima, nos nõ debere blaſphemis & irriſoribus ſed fidelibus reuelare myſteria, q honorant ea, ſic dñs hodie dũtaxat diſcipulos pmittit ſecũ intrare ad curationẽ puellæ, neq; tñ oẽs, vt nos ſimul erudiret, euitare inanẽ gloriã, atq; prorſus nihil eẽ faciendũ ad oſtẽtationẽ. Id q̃d ipſe dñs alibi arguẽs, inquit: Te faciẽte eleemoſynã, neſciat ſiniſtra tua qd faciat dextera tua, vt ſit eleemoſyna tua in abſcõdito, & pater tuus, q videt in abſcondito reddet tibi. M

Matth. 6

¶HOMILIA LXXV. DE EO, QVOD LEGITVR, Iohannis ſexto: Cum ſubleuaſſet Ieſus &c.

Dñica. xxv. poſt octa. penteroſtes.

QVANQVAM PLERVMQVE SEMPER INFRA OCTAuas Pentecoſtes & dñicam aduẽtus dñici nõ vltra vigintiquinq; dñicæ dies cõcurrant, qbus & totidem ſingularia Euãgelia in eo tpis ſpacio legi ſoleãt, quia tamẽ hoc anno accidũt dies, quos gręcè Embolymęos vel Emboliſmales, id ẽ, intercalares appellant, euenit, vt hoc nimirum anno vigintiſex dñicę intra id, de quo dixi, tempus occurrunt, quibus totidem deberẽt applicari, & ſingula p loco & tpe Euangelia, quum tñ in eccl̃ia viginti tantũ quinq; ordinata ſint, & ita quidem vt ſemper vltima dominica ſiue proxima ante dominicam aduentus legatur euangelium, qđ paulò- A B C D

Digitized by Google

paulò ante recenſuimus, qđ & in media quadrageſima legi cõſueuit, ſitq; in arbitrio Eccleſia-
ſtis ſiue Concionatoris diuini verbi, qđ voluerit populo recenſere Euangelium, proinde ne
quid tempori detrahat, & ſuis quoq; honor Dei electis aduerſet, nos Euangelium quod alio-
qui in Eccleſia ad proximam dominicam leget, hodie vobis exponẽdum ſuſcepimus vĩ ideò,
vt futura dominica, quæ cõmemorationi admirandæ præſentatõis in templum diuæ Deipa-
ræ virginis dicata eſt, eiuſdem virginis laudũ præconia p̃ virili detonemus, q̃niam ipſius iam
olim præcones vtcunq; indigni fuimus, futuri quoad hoſce ſpiritus rexerit artus. Sumamus
itaq; verba Euangelij & qđ ſit in ſpũ velint, breuiter quatenus annuet Deus, videamus.

B ¶Atq; ſanè ſciendum velim, cibationem quinq; millium viro℞, quam nobis Euangelium
ob oculos ponit, indubie repræſentare refectionẽ æternæ beatitudinis, in qua dñs, vt ipſe aliàs Lucæ.12.
adfirmat, præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiẽs miniſtrabit illis. Vſqueadeò mini Apoca.7.
ſtrabit, vt qui inibi diſcumbent nõ amplius neq; eſurient, neq; ſitient, vtpotè ſaturati perfruitio-
ne eius gloriæ, de qua Propheta: Satiabor (inq̃t) quum apparuerit gloria tua. Iure igitur, vt eſt Pſalm.16
in Apocalypſi: Beati qui ad cœnam nuptiarum agni, id eſt, ad refectionem æternæ beatitudi- Apoc.19
nis vocati ſunt, quiq; electi, id eſt, ea digni ſunt. Qua nimirum refectione, vt digni efficiamur,
Euangelium ſub myſterio quatuor recenſet, quæ facere habemus: nempè, vt exeamus de ci-
uitatibus in deſertum, dominum audiamus, noſtrarum infirmitatum curam ſuſcipiamus, ſu-
per fœnum diſcumbamus: ſiquidem hæc quatuor videantur re ipſa ſub myſterio feciſſe ho-
mines, qui hodie ad ſaturitatem refecti fuere.

C ¶Primo (inquam) vt & ipſi in æterna beatitudine reficiamur, neceſſum eſt, vt de ciuitatibus
in deſertũ. i. vt per ꝓpoſitum bonũ de voluptatibus, q̃bus plerumq; abundant ciuitates, exea-
mus in deſertũ abſtinẽtiæ, laborumq; pœniæ: Id qđ faciemus, vbi huius mundi vanitatibus
renuntiauerimus, & quæ in eo ſunt cõſtanter cõtempſerimus. Ad qđ hortat̃ Iohannes, dicẽs: 1.Iohã.2.
Nolite diligere mundũ, neq; ea, quæ in mũdo ſunt. Quoniam om̃e qđ eſt in mũdo, cõcupiſcẽ-
tia carnis eſt, & cõcupiſcẽtia oculo℞, & ſuperbia vitæ. Et mũdus tranſit, & cõcupiſcentia eius.
Exeundum igitur nobis eſt cum Chriſto trans mare Galilææ in deſertum. Galilæa quidem
eſt rota vel volubilis, cuiuſmodi profectò mundus eſt, & quicquid in eo viſitur.

D ¶Scđo, audiamus verbũ ſalutis. ſ. auribus firmæ fidei, quo ꝓpoſitum præcõceptũ exequa-
mur. Quo ſanè mõ dñs ſæpe monuit vt q̃ haberẽt aures audiẽdi audirẽt. i. vt nõ ſolum auribus Mat.11.13
corporeis, ſed & animi audirẽt, qđ fit, quũ bona, quæ audimus, ſequi prorſus ꝓponimus, & ea Lucæ.8.
deinde facimus, quales ſunt, q̃ verbi Dei in corde bono & optimo audientes retinẽt, & fructũ Lucę.8
afferunt in patientia. Non enim (inquit Apoſtolus) auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed Roman.2
factores legis iuſtificabuntur. Proinde hortatur diuus Iacobus, inquiens: Eſtote autem facto- Iaco.1.
res verbi, & non auditores tantum, fallentes voſmetipſos.

E ¶Tertio curemur à languoribus pctõ℞, q̃bus ꝑgrauantibus, impoſſibile eſt ꝓcedere ad cõ-
uiuiũ futuræ gloriæ. Sic & de eis, quo℞ alter ad villam. i. ſupbiã, alter ad negotiationẽ. i. auari-
tiam abijt, dñs dicebat. Nuptiæ q̃dem paratæ ſunt, ſed q̃ inuitati erant nõ fuere digni. Procedi- Matt.22
mus aũt ad eiuſmodi cõuiuiũ per opa bona, meritoria ex gr̃a & ex libero arbitrio ꝓcedẽtia, q̃-
niam verò pctõres ſuis delictis inimici dei cõſtituunt̃, ſubſequẽs eſt, vt gr̃a careant, & ſic opera Iaco.4
Deo accepta ꝓducere nequeant. Siquidẽ nunq̃ Deo placeat opus, dum operans diſplicet: quã-
doq̃dem dñs ad Abel prius, deinde ad munera eius reſpexerit. Vnde corollariũ hoc elicitur, Gene.4
nunq̃ Deo placere opus, vel quamlibet p̃ ſe bonũ nec eſſe meritoriũ, ſi q̃ id operat̃ ſit malus. Qđ
(obſecro) opus melius q̃ ꝓpl̃o Dei verbũ annuntiare, eumq; ad iuſtitiam erudire, vtpotè de cu-
ius ꝓdicatoribus, ſcriptura dicat: Qui ad iuſtitiam erudiũt multos, fulgebũt quaſi ſtellæ in ꝑpe-
tuas æternitates. Sed audi q̃d ad pctõrẽ prędicatorẽ dicit dñs: Quare tu enarras iuſtitias meas, Daniel.12
& adſumis teſtamentũ meũ p̃ os tuũ? Arguã te, & ſtatuã cõtra faciẽ tuã. Neceſſum eſt ꝓinde, Pſal.49
vt ante oĩa à peccatis purgemur, ſi ad cibationem æternæ felicitatis ꝑuenire voluerimus.

¶Quarto, vt à peccatis emundati ſup fœnũ recũbamus. i. vt quieti à tumultu paſſionũ qui-
eſcamus. Quid em̃ fœnũ eſt, niſi caro nr̃a iuxta Eſaiam, dicentẽ: Omnis caro fœnũ, & oĩs glo- Eſaie.40
ria eius quaſi flos agri. Iubemur ideoq; ſedere ſup fœnũ nr̃æ carnis, ipſam ſubiugando. ſ. ne ſur- 1.Petri.1.
gendo p̃ mala deſideria pugnet cõtra ſpm̃. Hinc Paulus hortat̃, inquiẽs: Mortificate ergo mẽ- Coloſſ.3.
bra vr̃a quæ ſunt ſup terram. ſ. fornicationẽ immunditiam, libidinẽ, auaritiam &c. Si em̃ ſecũ-
dũ carnẽ vixeritis, moriemini. Si ãt ſpũ carnẽ mortificaueritis, viuetis. ſ. hic p̃ gratiam, alibi p̃ Roma.8.
gloriam, reficiendi ibi vſq; ad ſaturitatem æternæ gloriæ per Chriſtũ, qui verè Propheta ve-
nit in mundum, ad eam refectionem nos inuitaturus.

¶HOMILIA LXXVI. DE EO QVOD LEGITVR, Geneſis.28. Vere dominus eſt in loco iſto, & ego neſciebam &c.

In ferijs dedicationis templi.

Digitized by Google

TRADIT SCRIPTVRA Poſtq̃ Deus Max. Iudæis feſta taber A
naculoꝝ ſuo tp̄e annuatim & ſuis ꝗdem cerimonijs ſeruari iuſſiſſet,
Deuter.6. eum deinde ſubiunxiſſe in hunc modū. Quū interrogabit te filius tu
us cras, dicēs: Quid ſibi volunt teſtimonia hęc atq; cęrimonię & iu-
dicia, quę pręcepit nobis dn̄s Deus noſter, dices ei: Serui eramus Pha
raonis in Aegypto, & eduxit nos dn̄s de manu forti, fecitq́; ſigna &
ꝓdigia magna & peſſima in Aegypto contra Pharaonē & omnē do
mū illius in conſpectu noſtro, & eduxit nos inde, vt introductis da-
ret terram, quam iurauit patribus noſtris. Pręcepitq́; nobis dominus
vt faciamus oīa legitima hæc, & timeamus dn̄m Deū noſtrum, & be
ne ſit nobis cunctis diebus vitę noſtrę ſicut eſt hodie, eritq́; nobis miſericors .ſ. in futuro, ſi cu-
ſtodierimus & fecerimus oīa pręcepta eius coram Deo noſtro, ſicut mandauit nobis. In qui-
bus ſanè verbis fratres chariſſimi, quid aliud dominus pręcipuè ſubindicauit q̃ cauſas, propter
quas velit aliquot ſingulares ſuo tempore inſtituendas ſolemnitates, feſtasq́; dies, nimirum
¶Primo, vt multipliciū beneficioꝝ Dei memoriam cū grāꝝ actōe innouemus. Scđo, vt per B
hoc ad maiora beneficia pręcipiēda ꝑparemur. Sic etenī ob memoriam liberatōis populi Iſra-
Exodi.13, hel ab Aegyptiaca ſeruitute in manu forti, percuſſis in vniuerſo Aegypto primogenitis, iuſſit
Leuiti.24 dn̄s celebrari ꝑ ſingulos annos feſta paſchalia, ac agnū manducare. Sic & feſta tabernaculoꝝ
ſeruari ꝑcepit. Inde quoq; Eccleſia catholica in nouo teſtamēto ꝑmota, varias in anno ſolēni
tates ſub diuerſis cęrimonijs celebrari Chr̄ianis ſubſtituit, vt & ipſi in diebus eaꝝ ſolēnitatum
planè eſſemus cum grāarum actione memores beneficiorum Dei in eis diebus nobis exhibi-
torum, & deinde ſic grati maiora à Deo beneficia conſequeremur. Sic nimirum inter pluri-
1. Cor. 5, ma alia feſta celebrandum ſtatuit paſcha, quippe vt in eo cum gratiaꝝ actione memores eſſe-
Iohan.1, mus, quomodo tunc temporis Chriſtus dominus & ſaluator noſter, perinde atq; paſcha no-
Oſee.13 ſtrum ꝓ nobis ſit immolatus, ipſeq́; verus & innocēs agnus morte ſua abſtulerit pctā mundi,
quiq́; ſua morte mortē nr̄am deſtruxerit, & reſurrectōe ſua vitam nobis repararit. Eoꝝ ſi (in-
quam) cū grāꝝ actōe eſſemus memores, vt & adhuc, qm̄ quotidie peccando ſpiritualiter mo-
rimur, virtute eius reſurrectionis denuo, & iterum nobis vitam reddere dignaretur & cętera.
¶Sic quoq; eaipſa Eccleſia hodie nobis hoc in loco eē voluit ſolēnitatē, quę dedicatōis tem- C
pli vel domus Dei appellari cōſueuit nō vtiq; citra exemplum neq; ſine cauſa. Siꝗdem conſtet
Gene.28 temploꝝ dedicatōis feſta oīm eſſe multo vetuſtiſſima, Dn̄o enī templa cōſtruxerūt & dedica-
Numer.7 runt viri ſanctiſſimi & ſapiētiſſimi & iuſtiſſimi, Iacob, Moyſes, Solomon, Iudasq́; Machabęus
3. Regū. 8 vt ſcripturæ nō obſcurè ꝓdunt, quę nimiꝝ feſta vſqueadeò Chr̄us nequaq̃ īprobāda cenſuit,
2. Para.5, vt etiam illa pręſentia ſua ſanctificare dignatus ſit. Facta enī (inqt Iohannes Euangeliſta) ſunt
1. Mac.4 Encęnia .i. feſta dedicatōis templi in Hieroſolymis & hyems erat & ambulabat Ieſus in tem-
Iohan.10, plo in porticu Solomonis. Sic (inquā) & hodie nobis ē feſtū dedicatōis huius loci & tēpli & ꝓin
de exēplo ſanctoꝝ patrū ſumma frequētia & veneratiōe frequētandū & cōcelebrandū, ſuisq́;
cęrimonijs & canticis ex animo colendū. Et ſi cauſam huiuſce feſtæ ſolēnitatis quæſieris, faci-
le reſpōderim cum ſancto patriarcha Iacob ꝗa hodie eſt dies, in qua deus dn̄s noſter primū ve
rè cœperit eſſe in hoc loco, qđ ego neſciebam. Quod ſanè reſpōſum adeoq́; thema noſtrum,
vt melius in profectum tuum intelligas, neceſſum eſt, audiamus breuiter hiſtoriam, vnde id
deſumptum eſt, quæ in hunc ſe habet ſenſum. ¶Iacob ꝗdem patriarcha quū ex obedientia D
Gene. 28, patris ꝓgeret ad auunculū pernoctans in campis obdormiuit. Quo in loco dormiēs, vidit in
ſomnis ſcalā ſtantē ſup terram, & cacumē illius tangēs cœlū, angelosq́; Dei aſcendētes & de-
ſcendētes ꝑ eam & dn̄m innixum ſcalæ, dicentē ſibi: Ego ſum dn̄s Deus Abrahā pr̄is tui & De-
us Iſaac. Terra in qua dormis, tibi dabo, & ſemini tuo, eritq́; ſemen tuū quaſi puluis terræ &c.
Cū igif euigilaſſet de ſomno Iacob ait: Verè dn̄s eſt in loco iſto, & ego neſciebā. Pauēsq; q̃ ter
ribilis (inqt) ē locus iſte. Nō eſt hic aliud, niſi domus Dei & porta cœli. Surgēs ergo Iacob ma-
ne tulit lapidē, quē ſuppoſuerat capiti ſuo, & erexit in titulū, fundens oleū deſup, appellauitq́;
2. Para.3, nomē vrbis Bethel &c. & lapis quē erexit domū Dei: nimiꝝ qđ tū viderit ibi fore templū, ꝓ-
ut futuꝝ erat, tū qđ ibi, vt in tēplo, ipſe in ſuo reditu eēt ſacrificaturus & oblaturus munera dn̄o
quē verè cognouit ex oraculo ꝑdicto eē in eo loco, id qđ prius ignorabat, inquiēs: Verè domi
nus eſt in loco iſto & ego neſciebam. ¶Id nimiꝝ Iacob ipſe in ſpū nō mō de eo, ſed & de om̄i E
loco vbi domus Dei eſt, vł cōſtructa, vł cōſtruenda dixit, quę tn̄ Dei peculiariter fieri adſolet
L. ſacra ff. q̄n eidem dedicaf .i. certis quibuſdam cęrimonijs, appropriaf. Eſt enī dedicare nihil aliud q̃ rē
de re. diui. aliquam alicui nō mō peculiarē, ſed & planè ꝓpriam facere, eiusq́; deinde vſum dumtaxat in
illius, cui facta eſt dedicatio, gloriam vtilitatemq́; referre. Hinc dedicatio templi, quando ipſm
prius ꝓphanū vſuiq́; terreno humanoq́; deputatū nūc Deo Opt. Max. vł eius diuis peculiari-
ter, & ita quidem appropriaf, vt deinceps nihil in eo aliud agaf, q̃ quod Dei eſt, & eius diuoꝝ:
q̄nquidem ipſm illud templū iam deinde ſit locus, in quo verè ſit dominus.

¶At audio

Digitized by Google

F ¶At audio hic quęri quomodo recte dixerim cum ſanctiſſimo Iacob patriarcha hoc in lo-
co verò eſſe dñm, pinde ille aliàs haud ſit vel eẽ poſſit? Nónne (inqs) Deus vbiq; eſt? Vtiq;. Siq Hiere. 23
dem Deus ipſe de ſe dicat: Nunqd nõ cœlũ & terram ego impleo? Et Dauid ad illum: Quò ibo Pſal. 138.
(inquit) à ſpũ tuo, & quò à facie tua fugiam? Si aſcẽdero in cœlum, tu illic es, ſi deſcẽdero ad in-
fernum ades. Si ſumpſero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris. Etenim illuc
G manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. ¶Et quomodo etiam Iacob dicit domi- 3. Reg. 8
num verè eſſe in loco iſto paruo, quum Solomon dixerit. Ergo ne putandũ eſt, quòd vere De
us habitet ſuper terram? Si enim cœlũ & cœli cœlorũ te capere non poſſunt, quanto magis do Actor. 7
mus hęc, quam ædificaui tibi? Cui Apl'us ſubſcribit, dicẽs: Deus q fecit mundũ & oĩa quę in eis
ſunt, hic cœli & terræ cũ ſit dñs, nõ in manufactis tẽplis habitat, q magis cõtinet oĩa, tanq̃ cau
H ſa, dans eis eſſe & conſeruãns. ¶Reſpondeo, Deũ vtiq; ſua diuina maieſtate eſſe vbiq;, non
vt corpus, ſed vt ſpm̃, & ita quidẽ in omni eſſe loco, vt oĩa vniuerſaliter continentem, omniaq;
diſponentẽ, ſed longè tamẽ aliter atq; aliter. Apud homines malos eſſe, præſtantem atq; diſſi
mulantem, apud electos homines, operantẽ & ſeruantẽ, apud ſuperos paſcentẽ & cubantem,
apud inferos arguentẽ & damnantẽ. Itaq; (ſi licet dicere) apud ipios ẽ in diſſimulatõe, quũ eñ
facit ſolẽ ſuũ oriri etiam ſup malos, cũ ipſis eſt in diſſimulatõe, & vbi diſſimulatio eſt, ibi veri-
tas eſſe quaſi non exiſtimat. Apud iuſtos eſt Deus in veritate, apud angelos in felicitate, apud
inferos in feritate ſua & furore ſuo. Sanè vbi idem pluit ſup iuſtos & iniuſtos, pater eſt miſeri- Matth. 5
cordiarũ, expectans homines ad pœniam. Vbi damnat obſtinatos, iudex eſt. Vbi cubat, ſpõ
ſus eſt, & beata anima, quam introduxerit in cubiculũ ſuũ. Hoc aũt in loco templi verè eſt, &
verè dñs eſt, qm̃ in nomine eius nõ duo aut tres hoĩes, ſed multi planè congregati perſeuerãt, Daniel. 7.
ſiquidem hic ſint homines fideles, & angeli ſancti iuxta Iacob viſionẽ, & ſua deniq; dñs pręſen
tia ſub ſacro ſancto Euchariſtiæ ſacro, vbi haud dubiè verè eſt, quum adeſt, exaudiens & ſtans
in medio, qualiter eſt vbi, ſicut hic, in eius nomine multi ſunt congregati: quandoquidem ipſe Matt. 18
ait: Dico vobis, quia ſi duo ex vobis conſenſerint ſup terram de omni re quacunq; petierint, Iohan. 16
fiet illis à patre meo, qui in cœlis eſt. Vbi eñ ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi
ſum in medio eorũ. Si hoc fratres, quanto magis in medio exaudiens, & vere erit in hoc loco
tẽpli, vbi in noĩe eius tot ſunt homines, ac tot angeli? An non verè ibi eſt vbi ẽ benignus, miſe Iohel. 2
ricorsq;? Vtiq; quum ipſe propriè ſit benignus & miſericors. Ideoq; verè ibi eſt, vbi talis eſt.
I ¶Quod verò Apl'us dicit dñm non habitare in templis manufactis, hoc ſanè vult ipſm non Actor. 17
ibi localiter & corporaliter quaſi alibi non eſſet, contentũ eſſe: quẽadmodũ nonnulli malè opi
nabant, q illum pinde vt corporalẽ & in vno nõ alio loco putarũt adorandũ, contra quos non
modo Paulus, ſed & Chr'us alibi dicit: Mulier crede mihi, quia venit hora quãdo neq; in mon Iohan 4.
te, neq; in Hieroſolymis adorabitis patrẽ. Sed venit hora, & nunc eſt, quando veri adoratores
adorabunt patrẽ in ſpũ, id eſt, non corporaliter vt vos, & in veritate, id eſt, non ſolũ verbo, ſed Eſaiæ. 29
corde. Nam & pater tales quærit, qui adorent eum. Spũs eſt Deus, & eos qui adorant eum in Matt. 15
ſpũ & veritate oportet adorare. Vult eñ Deum vbiq; poſſe adorari, quoniam vbiq; ſit, & non
in vno loco tantum eſſe contentũ: q̃uis verè eſſe dicat in hoc loco tẽpli, quod ibi tot in eius
ſint nomine & angeli & homines congregati, quos iuxta ſuam ineffabilẽ miſericordiam ideò
K citius, quàm alibi vult exaudire: quemadmodum ab illo exorauit Solomon, dicens: ¶Exau- 3. Reg. 8
di orationem domine, quam orat in loco iſto ad te ſeruus tuus, vt exaudias depcationem ſer-
ui tui, & populi tui Iſrael, & q̃dcunq; orauerit in loco iſto, & exaudias in loco habitaculi tui in
cœlo, & cum exaudieris propitius eris. Id quod ipſe dominus ſuis verbis ſe facturum promit-
tit, inquiens: Elegi & ſanctificaui locũ iſtum, vt ſit ibi nomen meũ in ſempiternũ. Et pmaneãt 2. Para. 7
oculi mei, & cor meũ ibi cunctis diebus, & aures meæ erectæ erunt, in oratões eius, qui in iſto
loco adorauerit. Hinc alibi Heliodorus ait: Qui habet in cœlis habitationem viſitator & adiu 2. Mac. 3.
tor eſt loci illius. Et hoc eſt, quòd Deus peculiarius hoc in loco nos orare voluerit, quàm alibi Hiere. 7.
ipſumq; ideò vocaſſe domũ oratõis eſſe domũ ſuam, vtpote in quo vere .ſ. propitius habitet, Eſaiæ. 56
L in quam & ipſe vnà Apoſtoli gratia docendi & orandi ingreſſi ſunt. ¶Ex ijs fratres puto cõ- Matt. 21
ſtare, quàm nobis dies illa eſſe debuerit læta, & quantam Deo in ea gratiarũ actionem exhibe- Marc. 11.
re, & quantam huic loco frequenter reuerentiam impendere, & quo honore ipſum viſitare de- Lucæ. 19.
beamus, vt in quo dominus vere hodie eſſe cœperit, & per fidem in cordibus noſtris pr mum Iohan. 2.
M habitare cum ineffabili gratia. ¶Quid ergo fratres, nos hodie & quomodo hic eſſe debemus Acto. 23.
in quanta reuerentia ſtare in loco iſto, vbi Deus eſt operans & ſeruans, aſcendentes & deſcen-
dentes? Vtiq; ſanctos nos eſſe oportet: quoniam ſi dominus hic vere eſt, idemq; ſanctus eſt
oportet vt ipſi ſancti ſimus, Eo ipſo dicente: Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum dominus Deus Leuit. 19.
veſter. Et præſertim eo in loco qui à domino ſancto ſanctus eſt, vbi nemo niſi cum puritate
exutis calceis ſtare debet, domino ad Moyſen dicente: Nõ appropinques huc, ſolue calciamẽ- Exod. 3
tum de pedibus tuis. Locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt. Si igitur fratres, in ſalutem animę
noſtræ hunc templi locum, in quo dominus vere eſt ingredi, & in eo eſſe voluerimus.

¶Primo

Digitized by Google

¶Primo, exuamus de pedibus noſtris calciamenta, id eſt, abijciamus ex animo deſiderium N
Matth.10. rerũ harũ inferiorũ & terrenarũ (quæ p calciamẽta deſignant) & corda ſurſum ad cœlos habea-
2. Timo.2. mus. Hinc Chrũs noluit ſuos Apoſtolos deferre calciamẽta, id ẽ, curas rerũ ſecularium. Qui enĩ
Coloſſ.3. (inqt Paulus) Deo militat, ſe negotijs ſecularibus nõ implicat, ſed vt ei placeat, cui ſe pbauit.
Matth.6. Eapropter idem aliàs ait: Quę ſurſum ſunt quęrite, vbi Chrũs eſt, in dextera Dei ſedẽs, nõ quę
ſup terram ſunt. Et hoc eſt, qđ Chrũs voluit nos orare in cubiculo, oſtio clauſo & abſcondito
id eſt, ſine cura rerũ ſecularium & tpalium, ne mens alibi quàm cum Deo eſſet. ¶Scđo, cũ Iacob O
Lucæ.18. è ſomno ſurgamus, non tñ vt Iacob à virtutibus, ſed à vitijs, & cum publicano aſcẽdamus ad
Ephe.5. hunc tẽpli locũ, à longè obtutis cũ pudore oculis ſtantes oremus in pœniã: Deus ppitius eſto
mihi peccatori. Sic enĩ hortat Apl̃us, dicẽs: Surge q dormis, & exurge à mortuis, & illumina-
bit te Chrũs. ¶Tertio, & ipſi cũ Iacob nos Deo dedicemus, & vboueamus oblatõibus pijs & P
Hebre.13 ſpũalibus maximè, vtpote deuotis ex animo orõnibus, obſequijsq̃ rõnabilibus. De cuiuſmo-
1. Petri.2. di oblatõe ait Paulus: Offeramus ergo hoſtiam laudis ſemp Deo, id eſt, fructũ labiorũ confitẽ-
Pſalm.50 tium nomini eius. Eiuſmodi enĩ hoſtiæ (inqt Petrus) ſunt acceptabiles Deo. Et Dauid ait: Sa-
crificiũ Deo, ſpũs contribulatus, cor contritũ & humiliatũ Deus non deſpicies. Vtpote ſine q
ſacrificio Deus nolit aliud, qđ reale eſt, acceptare: pmiſſo aũt illo. Tunc (inqt Propheta) acce-
ptabis ſacrificiũ iuſtitiæ, oblatões & holocauſta, imponẽt ſup altare tuũ vitulos. ¶Igit frẽs, Q
ſi haſce tres conditões & doctrinas ſeruauerimus, ſancti erimus cum ſancto Deo, q vere eſt in
hoc loco, & vos fortè ignoraſtis. His (inquam) tribus vos conditõibus Deo dedicabitis, q ve-
Iohan.14 rè ita eritis Dei domus, in quo ille ſua grã eſt inhabitaturus, dño dicẽte: Si qs diligit me, ſermo
Hebre.3. nem meũ ſeruabit, & pater meus diliget eum, & ad eũ veniemus, & manſionẽ apud eum facie-
mus. Fęlix igit & verè beatus, q is efficit locus, in quo dñs verè eſt, vti in domo ſua, q ppterea
ſemp ſe ſanctificare debet p hæc tria, quæ recenſuimus. ſ. p veram pœniã & lachrymoſam,
quæ in tẽplo p aquam benedictam ſignat. Per emundationẽ à vitijs ad virtutes ſplendidas &
1. Cor.3. mundas, quæ p incenſa & clara in tẽplo lumina ſignificant, itemq̃ p orõnes & laudes pias ſi-
2. Cor.6. mulq̃ deuotas, quæ p continua in templo cantica inſinuant. ¶Adeò vt & hic realis templi R
locus, eiuſq̃ dedicatio pręcipue nos admoneat, qđ ipſi eſſe templũ debemus, dño Deo dedi-
cati, q vere hoc eſt in loco pius & miſericors, in cœlis verò cũ ſumma & aperta ſuæ maieſtatis
1. Cor.15 gloria, quo cũ deuenerimus vere erimus beati, qñ ipſe Deus, qui eſt beatitudo, oĩa erit in oĩbus
Pſalm.83 nobis. Ideoq̃ Propheta inquit: Beati qui habitant in domo tua dñe, in ſecula ſeculorũ lauda-
bunt te, quod nobis concedat, qui vere eſt dñs in loco iſto.

¶FINIS HOMILIARVM DE TEMPORE TERTIAE CENTV
riæ. ¶Sequuntur Homiliæ de Sanctis Centuriæ eiuſdem.

¶HOMILIA LXXVII. DE EO, QVOD LEGITVR,
Matthæi quarto: Ambulans Ieſus iuxta mare Galilææ &c.

In ferijs diui Andreæ.

1. Cor.4.11 QVONIAM IN HOC DIVORVM Feriæ paſſim in Eccleſia ſunt in- A
Hebre.13 ſtitutæ, vt in eis vitam eorũ & conuerſationẽ ſanctam audiẽtes, inſtituamus &
ipſi vitam ſanctam atq̃ ſic Chrm̃ ſequamur, vt & illi ſunt ſecuti, pfectò iuſte no
bis inſtitutæ ſunt ferię diui Andreæ, qui vt primus oĩm Apoſtolorũ à dño ad
apoſtolatũ vocatus eſt, ita in ſe nobis vere exhibet, qđ Chriano primũ eſt ſer-
uandũ, & ſine quo nullũ opus, vł quamlibet bonũ Deo eſt acceptũ. Sed qđ hoc
eſt inquis? Eſt inquam obediẽtia cũ charitate prorſus coniũcta, & cũ ipſa in ope pio pſeuerãtia.
¶Quàm vere obediẽs fuerit Chro diuus Andreas, eius arguit conuerſionis initiũ. Ait nanq̃ B
Euangeliſta hodie, qđ cum Ieſus ambulaſſet iuxta mare Galilęæ, vocaſſetq̃ Andream vnà cũ
fratre Symone ſe ſequi, qm̃ eẽt ipm factũrus piſcatorẽ hoĩm. i. diuini verbi prędicatorẽ, mox
ſit ſecutus eum: nẽpe relictis retibus & oĩbus quę habuit. Nõnne vera eſt & pfecta obedientia
qđ ille ſic ad vnius iuſſionis vocẽ relictis retibus, parẽtibus, amicis, hocq̃ genus oĩbus ſecutus
eſt vocantẽ, quẽ nulla adhuc vidit facere miracula, nec aliqđ ab eo de pręmio ęternę retribu-
tionis audierat, & tamẽ ad vnũ dñi pręceptũ, hoc, qđ poſſidebat, relicto ſecutus eſt eum, non
diiudicans, nõ hęſitans, nõ ſolicitus vnde veniret, nõ cõſiderans, quonam modo rudis homo,
& ſine lr̃is pdicator fieri poſſet, nihil deniq̃ interrogans ſine omi mora relictis retibus & naui
ſecutus eſt dñm. ¶Vtiq̃ tam ſpontanea & rõnalis, pprię voluntatis, abnegatio vera indubi- C
Matt.16 tataq̃ eſt obediẽtia, vnicuiq̃ ad ſalutẽ neceſſaria. Chro dicẽte: Si qs vult poſt me venire, abne
Marci.8. get ſemetipm, & tollat crucẽ ſuam quotidie, & ſequat me. Id qđ ſine controuerſia ſeruaſſe au-
Lucę.9 dimus diuũ Andream atq̃ ita obediẽtiam cuſtodijſſe cũ oĩbus ſuis conditõibus. ¶Quarũ D
Prima eſt, vt obediat libẽter ſine contradictõe. Ita ait Chrũs: Meus cibus eſt, vt faciam volun
tatem

Digitized by Google

E tatē eius, q me miſit. Sic Saulus obediēs fuit, quū rogauit, dñe, qd me vis facere? Sic hodie An
dreas ſine omni, etiā clādeſtino murmure, paruit voci dñi. ¶Secūda, vt obediat ſine diſcuſ
ſione. Sic deus dixit. Qd p̄cipio tibi, hoc tm̄ facito, ne addas quicq̄, nec minuas. Siqdē pfecta Deute. 12
obediētia nō diſcernit qd vl q̄re p̄cipiat, nullā allegat, neq; excuſationē, neq; ſimulationē p̄tē-
dit, neq; īpoſſibilitatē. Ita nihil horū hodie allegauit diuus Andreas, ſed audita voce Chr̄i ſim
F pliciter ſecutus ē. ¶Tertia, vt obediat hilariter ſine triſtitia: qñ qdē ſerenitas ī vultu, dulcedo Eccl. 35
in ſermonib⁹, multū colorāt obediētiā obſequētis. Vñ ſcriptura, In oī dato hilarē, inqt, fac vul
tū. Sic certe nulla viſa ē in diuo Andrea triſtitia, q lætus dñm ſecutus ē. ¶Quarta, vt obediat Eccleſi. 5
cito & ſine mora. Sic ſcriptura ait. Nō tardes cōuerti ad dñm, & ne differas de die ī diē. Ita ho
G die dr̄, q̄ Andreas ſtatī relictis rhetib⁹, dñm ſit ſecutus. ¶Quinta, vt obediat virilr ſine defe- Iacobi. 2
ctione: qñquidē q offendit ī vno, reus ē factus oīm. Sic filius Tobiæ dicebat. Oīa q̄ p̄cepiſti mi Tobie. 4
hi pr̄, faciā. Et Chr̄s q̄q; factus ē patri obediēs vſq; ad mortē. Ita nimirū in oībus ē ſecutus vo Philip. 2.
lūtatē dñi, vt & ipſe mortē crucis ſubire nō dubitarit. ¶Sexta, vt obediat humiliter ſine ela- Luc. 17
tione, rationabilr ſine offenſiōe. Cū em̄, inqt Chr̄s, feceritis oīa, q̄ p̄cepta ſunt vobis, dicite, ſer Actorū. 5
ui inutiles ſum⁹. Atq; oportet, aiūt apoſtoli, deo magis obedire q̄ hoībus. Sicut em̄ ī poteſtati
bus hūanæ ſocietatis maior ptās minori ab obediēdū p̄ponit, ita deus oībus. Ita nimirū Andre
as relictis oībus. ſ. parentibus & cōſanguineis, dñm ſequutus eſt, iuxta dñm dicētē. Qui amat Matt. 10
H patrē aut matrē plus q̄ me, nō eſt me dignus. ¶Septima, vt obediat, pſeueranter ſine ceſſati- Marci. 8
one. Qui em̄, inquit dñs, perſeuerauerit in finē, hic ſaluus erit. Hinc apl̄us. Bonū aūt, inquit, fa Marc. 10
cientes, non deficiamus, tēpore em̄ ſuo metemus. Et rurſum. Nolite deficere benefacientes. Gala. 6 2. Theſſ. 3

¶Quàm vero diuus Andreas dño ſuo Ieſu Chriſto perſeueranter, & in charitate obediuer-
rit, ſatis ſuperq; declarat & teſtatur de eius vita hiſtoria, in hunc ſenſum habens.

I ¶Andreas poſt Chr̄i aſcenſionē ex ſorte p̄dicatū profectus eſt in Scythiam, deinde ī Acha Pſalm. 18
iam, vbi verbū dei conſtantiſſime p̄dicauit, factusq; eſt ex piſcatore piſcium, piſcator hominū Roma. 10
vt qui totā pene Achaiam Chriſto ad fidem ſuis prædicationibus acquiſiuit. Vnde & Aegeas
procōſul ibi (cuius vxorē quoq; ad fidē conuerterat) quū nollet idolis inſeruire & ſacrificare,
nec Chriſtū negare, iuſſit eum virgis & fuſtibus cædi, & curſum manibus ac pedibus cruci alli-
gari, vt ſic longiorem reciperet cruciatum. Quo ad crucem ducto, cœpit aceruatim populus
acclamare. Innocens ſanguis eius, ſine cauſa damnatur. Quos ipſe inſtanter orauit, ne facerēt
tumultum, neúe ſuum p̄pedirent martyrium, ſimulq; ad dominum deum obſecrans, inquit.
Tu es meus Chriſte, quem dilexi, quem confeſſus ſum, tantum in hac voce exaudi me, ne per-
K mittas me ab īpio iudice deponi. Qd dicēs & crucē aſpiciens, ait. ¶Salue crux, q̄ in corpore
Chr̄i dedicata es, & ex mēbris eius tanq̄ margaritis ornata, ſecurus & gaudēs venio ad te, ita
vt & tu exultās ſuſcipias me, diſcipulū eius, q pepēdit ī te, Amator tuus ſemp fui, & deſideraui
amplecti te. O bona crux, diu deſiderata, ſolicite amata, ſine ītermiſſiōe q̄ſita, & aliqñ cōcupiſ
cēti aīo p̄parata, Accipe me ab hoībus & redde me mgr̄o meo, vt p te me recipiat, q p te me
redemit. Quibus dictis, cruci ē adfixus, in qua biduo pendēs & mirabiliter p̄dicās, plus q̄ vigin
ti millia hoīm ad Chr̄m cōuertit, & in ſummo tādē e cœlo lumine mortē in dño obijt.

L ¶Nōne frēs, mirabilis ac vera diui Andreæ obediētia, q̄ ſic cōiunctā habuit charitatē & pſe-
uerantiā? q recte omni eſt victima melior, vtpote ſine q̄ ſacrificiū deo acceptū non eſt. Hinc Eccleſ. 4
p̄pheta. Ad dñm, ſacrificabo, inqt, tibi volūtarie, & cōfitebor nomini tuo, qm̄ bonū eſt. Ideo Pſalm. 53
Abrahā cōmendat tātopere, q̄ tā volūtarie in tantaq; charitate obediuerit deo, filiū Iſaac ſa- Geneſ. 22
M crificaturus. ¶Quid autē præcipue docemur, exemplo diui Andreæ q̄ obedientiā, ita vt ne Roma. 13
dū deo, ſed & oībus noſtris ſuperioribus, q nobis vice dei cōſtituti ſunt, ſic obediamus, vt quę
cunq; (modo nō ſint cōtra deū) quæ nos facere voluit, ſequamur cum humilitate & charitate,
ſine murmure & contradictione, memores, nullum opus, vel quamlibet per ſe bonū, deo pla
cere, quod non commendat charitas. Hinc apl̄us. Si tradidero, inquit, corpus meum ita vt ar 1. Cor. 13
deam, charitatē autē non habeam, nihil mihi prodeſt. Deniq; obediamus perſeuerāter vſque Matt. 10
in finē, ſcientes neminē ſaluari, niſi eū, q perſeuerat in finem: imò & ſcientes q̄ graue ſit poſt 2. Petri. 2
agnitam veritatē retorſum abire & viuere vanitati.

¶HOMILIA LXXVIII. DE EO QVOD LEGITVR,
Matth. 23. Ecce ego mitto ad vos prophetas & ſapientes, &c.

In feriis diui Stephani.

A COncelebramus hodie diē diui Stephani, oīm in nouo teſtamēto electorū vel
ideo facile non infimi, quòd primus omnium in nouo teſt. Ieſu nomen & fidē
ſuo ſanguine tam libenter quàm fortiter approbauit & teſtatus eſt, vt qui fu-
erit Apoſtolorum diſcipulus, gradu & miniſterio eſſe cœperit ipſorū ma-
giſter & primicerius (quod pro Chriſto ſuſtinuit) martyrio, & qui fuerit
Kk ordine

ordine inferior factus ſit primus & pcipuus paſſione, ceu teſtis eſt Lucas in actis apl'icis. Cũ
Acto. 6.7 enĩ, inquit ille, creſcente poſt Chriſti aſcenſionẽ numero diſcipulorum, cœpiſſent Græci. i.
Iudæi, qui nõ in Iudæa, ſed apud gentes nati fuerãt, aduerſus Hebræos murmurare, quod ipſis
non liceret quotidiano miniſterio apl'is ac diſcipulis p viduas ſuas miniſtrare & ſic deſpe-
ctui haberent. Statim (ne vel paruũ in initio diſſidium nocumento foret) duodecim Apl'os
iuſſiſſe, ipſos debere eligere ex om̃i multitudine ſeptem ſpectatæ pbitatis viros, ſpũ plenos
ſctõ ſingulariq; pditos ſapiẽtia, qbus delecturi eſſent ex eorum voluntate idipſum miniſterium
menſæ, vt ſic ipſi deinde hmõi curis leuioribus nõ interpellerent, ſed Euangelio pdicãdo ex
dñi iuſſu expeditius vacarent. Elegerunt itaq; illi ex tota multitudine ſeptẽ ſpectatæ fidei &
probitatis viros, ſtatuuntq; in cõſpectu aplorum, quos ij fuſis ex more pcibus manuũ impoſitiõe
cõfirmarunt atq; eos vocarunt diaconos, quorum erat officiũ, menſæ curã agere, corpuſq; Ieſu
Chriſti dñicum multitudini adminiſtrare, etſi quando vacabat, p miniſterium, pdicare ſermonẽ
Euãgelicum. ¶ Ex quibus ſeptẽ diaconibus, quũ ipſe Stephanus plenus ſpiritu ſctõ, ſapi- B
entia & fortitudine ſic in delegato munere ſe gereret, vt ob inſignẽ morum mãſuetudinẽ gra-
tioſus eẽt apud vniuerſam credentiũ multitudinẽ, & erga rebellãtes Euãgelio fortem & in-
uictũ aĩm pſtaret, adeo vt aplicarum etiã virtutum æmulus in nõie Ieſu, multa magnaq; mira-
cula æderet apud populũ, mox, vt fieri ſolet (eximia enĩ virtus ſemp ad ſe trahit inuidiã) di-
vexari cœptus eſt à diuerſis. Cõtra quos quum ille fortis Athleta victorioſe & ita quidẽ pro fi-
de Ieſu Chri diſputaſſet, vt nemo poſſet eius ſapientiæ reſiſtere & ſpiritui, qui loquebatur p
ipm, quod illi p iuſtitiam nõ potuerunt, vi fecerunt: nimirum victi in rabiem ſunt cõuerſi, ipſumq;
Stephanũ veluti cõuictum & dãnatum blaſphemiæ magno ipetu extra ciuitatem eijciunt,
vt ibi lapidaret. Ille vero cum eo perueniſſet iuxta Ieſu exemplũ intendit oculos in cœlum,
vnde omne petendũ eſt pſidium Chriſtianis, ac in cœlo, quo ſe diduxerat, videt maieſtatẽ
dei, & Ieſum quẽ profitebat, ſtantem à dextris dei. Quod ipſe nõ tacuit (quoniam non oportet ob
hoĩm maliciã ſupprimere gloriã dei,) dicẽs. Ecce video cœlos apertos, & filiũ hoĩs ſtantem
à dextris maieſtatis diuinæ. At iſti obduratis auribus ingenti impetu lapides in eũ iecerũt.
Ipſe autem deũ inuocans ait. Domine Ieſu ſuſcipe ſpiritũ meũ. Et poſitis genubus clamauit
voce magna, inquiens. Domine ne imputes hoc illis in peccatũ. Quo dicto obdormiuit in
domino. Atq; ſic Stephanus ſuo reſpondens nomini (στέφανος enim corona eſt) primus
omnium martyrij coronã meruit & Euãgelici ſacrificij primitias obtulit dño.

¶ In cuius memoriã catholica eccleſia hodie nõ immerito ſtatuit legi Euãgeliũ. In quo do- C
minus dicit, ſe miſſurum ad Iudæos ſapientes, quos illi ſint lapidaturi & occiſuri: quãquidẽ in-
ter illos proculdubio intellexerit diuum Stephanum, qui vere vnus ex ſapientibus fuit, de quo
vel vno legimus, quod fuerit plenus gratia & fortitudine, vtpote cuius in diſputando ſpiri-
Gene. 4. tui & ſapietiæ nullus reſiſtere potuit, qui & ideoq; propter Euangelium lapidatus eſt. Inſu
per & ipſe fuit in nouo teſtamento quod iuſtus ille Abel in veteri teſtamento. Sicut enĩ ille
primus in veteri teſtamento fuit martyr & ex inuidia à proprio fratre occiſus, ſic ille in no-
uo teſtamento primus fuit martyr & ex inuidia à fratribus Iudæis occiſus eſt: quemadmodũ
ſimul cum Luca concordat Euangelium. ¶ In quo ſingulariter monemur, ne perſequa-
mur eos, qui ad nos miſſi nos docent veritatẽ & iuſtitiam, quod ſi fecerimus pœna maneat
nos temporalis & æternalis. ¶ Non eſt autẽ mirandum, fratres, quod eccleſia quaſi minus D
ordinate in hoc lætabundo Ieſu Chriſti natalicio celebrari ſtatuerit diem paſſionis diui Ste
phani, vtpote diem letiſſimis dominici natalis ferijs planè contrarium, nẽpe propter mor-
tem Stephani mœrore plenum. Siquidẽ ¶ Reſpondeo Catholicam eccleſiã feciſſe idipſum
vtili admodum diſpẽſatione, nimirum vt nobis inde fructus dominicæ natiuitatis, velut ex
quadã proſequutione euidẽtius innoteſceret.

¶ Primo quidẽ vt ſciamus Chriſtũ proinde in hunc mundum eſſe natum, vt nos in cœlũ
naſceremur. Cuius teſtimoniũ nobis in ſe ipſo hodie reliquit diuus Stephanus, vtpote qui vi-
dit cœlos apertos & Ieſum inibi ſtantẽ à dextris virtutis dei, ceu laturum ei patriã cœleſtem. E

¶ Secundo, vt ſciamus Chriſtũ propterea filium hominis eſſe factũ, vt ipſi efficeremur fi-
Ioh. 1 lij dei iuxta Iohannẽ, dicentem. In propria venit, & ſui eum nõ receperunt. Quotquot aũt
Roma. 8. receperunt, dedit eis poteſtatẽ filios dei fieri, ijs qui credunt in nõie eius. Si filij, ergo cohere
des, nimirum dei Opt. in regno cœleſti, quod hodie in teſtimonium Stephanus vidit apertum.
Quid autẽ hoc honore ſublimius, vt qui prius eramus filij diaboli, hæredes gehennæ p ſolam
fidẽ fieremus filij dei in cœleſti patria, fratres Ieſu Chriſti & cohæredes, hæredes regni cœ-
leſtis. Nec mirum, ſi homo trãſformatur quodãmodo ad diuinæ naturæ cõſortiũ, cũ verbum
diuinũ heri ſeſe hac gratia demiſerit, vt noſtrã carnẽ, hoc eſt, mortale corpus adſumeret ex
virgine, duo quædam diſſimillima cõiungẽs in ſeſe, deum & hominẽ. Quid humana carne
fragilius aut contemptius? Quid deo ſublimius? ¶ Tertio, vt ſciamus nulli Ieſu Chriſti na F
tiuitatem illam temporalem proficere ad æternam illam & felicem natiuitatem, niſi ei, qui
cum

Digitized by Google

cũ diuo Stephano habuerit ea, ꝙ Chriſtus ſtatim in exordio ſuæ natiuitatis habuit. ſ. paupertatem, humilitatẽ, & patientiã. Quæ nimirũ tria diuus Stephanus habuit. Paupertatem. ſ. quia Actorũ.4
& ſua ante pedes apſtoꝝ proiecit, illoſq; ſecũ oĩa habere cõmunia voluit. Humilitatẽ, qa etſi ꝑ Luc.21
cæteris plenus eſſet grã & fortitudine, alioꝝ tñ miniſter eẽ vel vilior nõ renuit. Patientiã, quia
in ſe cõmiſſa vſq; adeo patienter tulerit, vt etiã pro ſuis percuſſoribus orauerit: qui & ideo ani
G mã ſuã in patientia poſſedit. ſ. in regno cœleſti. ¶Quarto, vt nobis de morte, quę in dño fit
æque lætemur atq; in natiuitate dñi, vtpote cuius fructũ nõ niſi morte experimur, nec fieri ali Apoca.14
ter poſſumus, ꝙ per eam beati. Vnde Apocalyp. Beati mortui, qui in dño moriuntur. Et quare? quoniã ab infinitis huius ſeculi tribulationibus liberati prodeant in regionẽ viuentiũ, vbi Pſal. 114
propheta ſperabat ſe videre bona dñi, veluti certe vident oẽs in dño morientes, à quoꝝ ocu- Apocal.7
lis omnes abſterguntur lachrymæ.

¶HOMILIA LXXIX. DE EO QVOD LEGITVR, Iohan.21. Dixit Ieſus Petro: Sequere me, &c.

In feriis diui Johannis Euangeliſte.

A COmparari natura videmus, ꝙ eos plerunq; præ cæteris amat dñs, qui amãt & honorant, quos ipſe amat, fieriq; propterea cõperimus, vt qui apud dñm aliquẽ & patronũ habere & gratiã & fauorẽ deſiderant, modis ſtudeant oĩbus ne quos ille amat, offendant, ſed ad oĩa ſtudioſiſſime eis gratificent. Quod ſi ita rem habere didicimus, certe nemo eſt, opinor, mortalium, qui non ex animo aueat gratiam dei Opt. Max. domini dominantium, vtpote ſine cuius gratia omnes plane nihil ſumus, & in vanum omnes laboramus. Id ſi quiſpiam cupit, neceſſum eſt, Iohan.15
vt diligat, quos ille dilexit. Diligit autem omnes, qui, quod ipſe præcepit, ſeruant. Cuiuſmodi inter alios ſunt eius diſcipuli, aliàs dicere non dubitantes. Ecce reliquimus omnia, & ſumus Matt.19
te ſequuti. ſ. facientes, quę voluiſti. Ad quos & ille. Qui, inquit, vos audit, me audit: Et qui vos Matt.10
ſpernit, me ſpernit. Luc.10

B ¶Inter eos autẽ vnicus pene fuit Iohannes Euangeliſta, cui dies hodierna eſt ſacra, quẽ dominus præ cæteris peculiarius amauit, qui & magnopere à nobis eſt diligendus & venerandus, vbi à domino ipſo diligi volumus. Id quod ipſemet, ſuppreſſo tamen ob verecũdiam nomine proprio, hodie in Euangelio teſtatus, ait. Conuerſus Petrus vidit illũ diſcipulum, quem diligebat Ieſus: nẽpe, ſeipſum ſubintelligens. Illũ vero ſuũ amorem dominus erga eundẽ ar-
C guit. ¶Primo, quod ille ipſum penes ſe habuit in negotijs ſerijs & ſecretis, & quidẽ familia- Marci.5
rius: quandoquidem Iohannem ſecũ receperit in ædes archiſynagogi, puellam mirabiliter è Matt.17
morte ſuſcitaturus. Itemq; ad ſuã in monte transfigurationẽ eundem ſuſceperit. Inſuper & Marci.9
illi in cœna domini ſuper ſuo pectore familiarius recumbẽti proditorẽ ſuũ, ſuæq; paſſiõis my Luc.9
ſterium aperuerit. Atq; deniq; eundẽ in montẽ Oliueti adſumpſerit, inibi ſecretius ad patrẽ Iohan.13
oraturus, ſuãq; paſſionẽ ſingulari myſterio incepturus. Mat.26
Mar.14

D ¶Secundo, quod illi altiorẽ alijs præbuerit diuinoꝝ reuelationẽ, vtpote q cæteris oĩbus altius diuina cõſcripſerit: atq; ſolus illã diuinã domini ab æterno generationẽ memoriæ prodiderit, quã reſerare non potuit Eſaias, dicens: Generationem vero eius quis enarrabit? Q.d. Eſaię.53
nullus. Et tamen Iohannes ſingulari ad id gratia plenus, ait: In principio erat verbum, &c. vt i ſic in altiſſima cœloꝝ penetrauit, vt merito credi cœptus ſit aquila illa, quã vidit propheta in ſua viſione ſacra: quod quemadmodum aquila vel ſola volucrum ſublimius volet, fixiſq; in Ezechi.1
ſolem oculis perſiſtit, ſic Iohannes Euangeliſta ſolus omnium altius ingenio volauit, vidẽs in cœlo ſolẽ iuſtitiæ, quem niſi mundo corde videre poſſunt: quales præcipue ſunt virgines, cu- Matt.5
iuſmodi erat Iohannes. Sileo interim Apocalypſim illam, opus Delio natatore dignũ, vtpo- Luc.6
te cuius ſingula verba, ſingula contineant myſteria, quæ niſi in ſupremo die vix ab aliq̃ prorſus exiſtimauerim intellectũ iri. Vbi nimirum vtriuſq; eccleſiæ tam militantis ꝙ triumphantis ſtatũ mirabili inuolucro deſcribit. Vnde facile conſtat, ꝙ illũ dominus dilexerit, cui tãtam diuinorum cognitionem contulit.

E ¶Tertio, qm̃ illi in agone mortis ſuæ matrẽ in cruce pendẽs ceu chariſſimo cõmẽdauerit, vt Iohan.19
in ſuã cuſtodiã ſuſciperet illã, dicẽs ad Iohãnẽ. Ecce mr̃ tua. O felix legatarius, & ex oĩb. vere dilectus, cui ſummus ille teſtator, dñs Ieſus Chr̃s ſuũ in te mirificũ amorẽ oſtenſurus, tam pre-
F tioſum bonũ, tam charũ theſauꝝ, tam raꝝ clinodium. ſ. matrẽ ſuam chariſſimã legauit, cuius tantum eſt pretium, vt eius medio totum genus humanũ redemerit dñs. ¶Quarto, quod illum per pacẽ, non per certamen extortæ paſſionis ex hoc ſeculo migrare voluerit. Quod ipſe in hodierno Euangelio palam teſtatur, dicens ad Petrum, de IOHANNIS exitu rogantẽ, quid ad te, ſi eũ volo manere? Tu me ſequere. Quaſi diceret. Nihil eſt, quod de ipſo ſoliciteris aut anxius ſis & de eius vitæ exitu, nec tuum eſt ſcire, quid de alio ſtatuit in re

Digitized by Google

eiuſmodi deus. Nihil ſane ad te. Sic ipſum Iohannem nolo moriturum violenta per mortem paſſione, ſed occupatum iri in quiete contemplationis, donec, me vocante, hac de vita in aliam transferatur ſuauiter & iucunde. Quod audientes cæteri putarunt hiſce verbis dñm voluiſſe Iohannem, non vt cæteros homines moriturum. In quo tamen errarunt, veluti ſuo loco multis oſtendimus rationibus. Quandoquidem dominus non dixerit, quod non eſſet moriturus, ſed ſi volo eum manere donec veniam, quid ad te? Ideſt. Quid tua intereſt, ſi volo eum expectare abſq; paſſione martyrij, donec eccleſia eius pace firmata, veniã ad eum vocandum & per placidam mortem de hoc ſeculo ad gloriam cœleſtem adſumendum? Quod certè tam non fuit irritũ, vt ipſe etiam ſæuiſſimo tormento mori non potuerit.

¶ Prodit enim hiſtoria. Quum beatus Euangeliſta Iohannes temporibus Domiciani imperatoris Chriſtianorũ pſequutorum longe truculentiſſimi apud vrbem Epheſum à procõſule comprehenſus admoneretur, vt iuxta ædictum imperiale negaret Chriſtum, & à prædicatione ceſſaret, fertur reſpõdiſſe, obedire oportet deo magis q̃ hominibus. Proinde nec Chriſtũ deum meum negabo, nec à pdicatõe noĩs eius quieſcã, donec cõſumem curſum miniſterij, quod ſuſcepi. Quo quidem reſponſo motus procõſul iuſſit eũ velut rebellem Cæſaris in doliũ feruentis olei mergi. Qui ſtatim vt coniectus eſt in illud, velut fortis Athleta vnctus, ita nõ aduſtus de vaſe exijt, vt fuerat à corruptione carnis alienus. Ad quod ſane miraculum ſtupefactus Proconſul voluit eum libertati reddere, quod & feciſſet, niſi timuiſſet Imperatorẽ. Eapropter vt placeret Imp. illũ in Inſulam Patmon proſcripſit, vbi & mire illuſtratus ſcripſit Apocalypſim. Vñ poſt mortẽ Domiciani (q, vt meruerat à Senatu Roma. interfectus eſt) reuocatus Epheſum venit, & cũ gaudio acceptus ad multorũ præces ſuũ cõtra hæreticos Euangeliũ ædidit. Is vero cum Chriſti verbũ ſexagintaocto annis pdicaſſet, ageretq; iam annos nonaginta nouẽ eſſetq; tpis ſuæ mortis à dño certior factus in templũ ſe deferri à diſcipulis ſuis iuſſit. Quò cũ eſſet delatus, habita ad populũ oratõe, vt in fide pſeuerarent & bonis operibus ſtuderent, deſcẽdit frequenti populo in ſcrobẽ ſcdm arã maximã templi, refulſit locus ſubita luce, ſubijtq; tacita religio facti, tãm incredibilis Epheſinã ciuitatem, q̃ maiorẽ in modum poſtea aucta eſt, vbi corpus nuſquã apparuit. Adijcit miraculo fontẽ oleo ſcatentẽ ibi repente ortũ, qui iã inde archano ſacroq; liquore tã longo æuo manare nõ deſiit. Vñ conſtat Iohannẽ Euangeliſtã ſine violenta paſſione feliciter in dño obijſſe iuxta dñi verbũ ad Petrũ. Quid ad te? Si eũ ſic volo manere, donec veniã? Et non mirãdum eſt, quod in hiſce letiſſimis dñi natiuitatis ferijs diui Iohãnis ex hoc ſeculo exitus celebrari ſoleat: quandoquidem eccleſia ſic teſtari voluerit, ſalutem Chriſtiani natalicij nõ ſolùm proficere eis, qui opere & voluntate, ceu diuus Stephanus, ſed & qui voluntate tantum martyres ſunt vbi facultas deſit, ceu fuit diuus Iohannes Euangeliſta, qui etſi morte violenta martyr non fuit, Chriſti tamen ita illi profuit in terram natiuitas, vt ipſe in cœlum natus ſit, vnde & erga eum ſat ſuperq; domini patuit dilectio. Qui proinde à nobis eſt diligendus, vt & dominus nos diligat. Vnde & eccleſia, valde, inquit, honorandus eſt beatus Iohannes, q ſupra pectus domini in cœna recubuit. Ipſum vero diligemus, vbi eius veſtigia ſeqmur, eaq; fecerimus, propter quæ à domino ipſe eſt dilectus. Sed quid iſthuc? redilectio. Siquidem nihil tam naturale, quàm vt rediligamus, qui nos diligunt. Diligemus aũt dominum, vbi eius præcepta ſeruauerimus, quẽadmodum Iohannes indubie ſeruaſſe creditur.

Actor. 5.

Matt. 20

G

HOMILIA LXXX. DE EO QVOD LEGITVR. Iohan. 15. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis, Hoc eſt præceptum meum.

In ferijs diui Matthie apoſtoli.

Exodi. 18

CVM Moyſes virtute dei Max. filios Iſrael ex Aegypto p mare rubrum duxiſſet, ſediſſetq; deinde vt dux bonus & iuſtus ſuo populo diſceptanti iuxta pcepta & leges dei iudicaturus ſentẽtiaſq; laturus, venit ad eum Ietro ſacerdos eius cognatus non ſine diuino nutu, dicens. Quid eſt, quod facis in plebe? Cur ſolus ſedes, & omĩs populus præſtolatur de mane vſq; ad veſperã? Cui Moyſes, venit ad me, inquit, populus quærẽs ſniam dei. Cũq; acciderit eis aliq̃ diſceptatio veniũt ad me, vt iudicẽ inter eos, & oſtendã præcepta dei, & leges eius. At ille, Non bonã, reſpondet, rem facis. Stulto labore cõſumeris, & tu & populus iſte, qui tecũ eſt. Vltra vires tuas eſt negociũ. Solus illud non poteris ſuſtinere, ſed audi verba mea & cõſilia, & erit dñs tecum. Eſto tu populo in hijs, q̃ ad deũ pertinẽt, vt referas, q̃ dicunt, ad eum, oſtendaſq; populo cærimonias & ritũ colendi, viãq; per quã ingredi debeant, & opus, q̃d facere debeant. Prouide autem de omĩ plebe, viros ſapientes, & timẽtes deum, in qbus ſit veritas, & q oderint auaritiã, & cõſtitue ex eis tribunos & centuriones, & quinquagenarios & decanos, qui iudicet po A

cet po

Digitized by Google

cent populũ omni tẽpore. Quicquid aũt maius fuerit, referãt ad te, & ipſi minora tantũmo
do iudicẽt, leuiusq; ſit tibi partito in alios onere. Si hoc feceris, ĩplebis ĩperiũ dñi, & ꝑcepta ei⁹ Deute. 1.
poteris ſuſtẽtare, & oĩs hic pp̃lus reuertet ad loca ſua cũ pace. Quẽ ſecutus Moſes elegit aliq̃t
ſtrenuos viros, q dein faciliora tãtũmodo iudicarũt, Moſes vero maiora, q̃ illi ad eũ retulerũt Roma. 15
ſicq; idẽ ſumma ſalute & pace dñi pp̃m gubernauit. Sed q̃rſum iſthæc? vtiq; ad noſtram oĩa
B ſcripta ſunt doctrinã, & Euãgelio & ep̃læ hodiernæ diei cõſona. Siqdẽ. ¶Primo docemur Deuter. 6
in oĩ vniuerſitate opus eẽ vno capite, qd mẽbra ſequunt, ſubq; eo vnanimiter viuãt. Sic vnus ẽ
deus, Sic vnus in orbe papa, ſicut vnus olim ĩ ſynagoga princeps ſacerdotũ, ad quẽ oĩa referẽ- Deute. 17
bant, cui ſub capitis pœna parebat. Sic vnus ĩperator, ſic vnus ĩ apibus dux, &c. ¶Secundo 56. diſt. c. duo ſunt.
idipm caput p ſe q̃q; & q dẽ cauſas magis arduas, vt ſunt q̃ dei gloriã in primis & aĩaꝝ ſalutẽ cõ Deuter. 1.
cernũt, debere audire & diſcutere. Sic Moſes, ſic poſt eũ Ioſue factitarũt. Debet eñ princeps
eẽ vir diligẽs, laborioſus, idẽq; hũanus & affabilis, nec mõ magnatib⁹, ſed & plebeis. Hinc So- 3. Reg. 3
lomon potẽtiſſ. & ſapiẽtiſſ. rex nõ eſt dedignatus audire lites duaꝝ meretricũ, q̃ꝝ altera alte- Luc. 18
rius pueꝝ dormiẽdo occiderat. Sic Chr̃s, ſummus rex & dñs, non eſt dedignatus ſtare ad cla-
morẽ cuiuſdã cæci, quũ vellet ingredi Hiericho, imò & illũ ad ſe iuſſit ducere, quẽ & hũaniter,
qd vellet interrogauit, dicẽs. Quid tibi vis, vt faciã? Sic idẽ aliàs nõ dedignatus ẽ paruulos, in-
quiẽs. Sinite paruulos, & nolite eos ꝓhibere ad me venire. Sic Iunius Zeno legatarius qdã cũ Matt. 19
cauſam vellet decidi ab Imp. Antonino, & hic diceret, vos habetis iudices vr̃os, ait, Rogo dñe Mar. 10
Imp. audias me patiẽter, de legatis, qd ſtatues, q deinde humaniſſime totum negotiũ decidit. Luc. 18
Aſt nũc, ait Eſaias, de principibus, pupillo nõ iudicãt, & cauſa viduæ nõ ingredit ad illos. L. proxie. ff. de his q in teſt. del.
C ¶Tertio principẽ ipm debere ſibi eligere aliq̃t ſubmẽbra, vtpote à cõſilijs, vt minora nego- Eſaiæ. 1.
tia ſic expediãt, ne pp̃lus ipſe ob multitudinẽ, vel negligat vel protrahat. Sic Moſes cũ vide- Deuter. 1.
ret ſibi pp̃m creſcere, ſimulq; negotia, dixit. Non poſſum ſolus ſuſtinere vos, & vr̃a negotia,
põdus & iurgia, date ergo ex vobis viros, vt ponã eos vobis principes, q docebũt vos ſingula Matt. 10
Sic Chr̃s à deo pr̃e ſumm⁹ Imp. nobis ad terrã miſſus, vidẽs turbas, q̃ erudiri ĩdigebãt, nec eẽnt Luc. 10
q laborarẽt, & ſe negotio vix ſufficere ĩtelligeret, inq̃t, Meſſis qdẽ multa, opar ij aũt pauci. Ro Luc. 9
gate ergo dñm meſſis, vt mittat oparios in meſſem ſuã, & mox cõuocatis duodecĩ ap̃lis, dedit
illis virtutẽ & p̃tãtem ſup oĩa dæmonia, & miſit illos ꝑdicare regnũ dei & ſanare infirmos. Et
hoc eſt q̃d in hodierno Euãgelio dicit. Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos, & poſui vos vt
D eatis, & fructũ adferatis. ¶Quarto, vt q vel alijs ꝑeſſe debẽt vel alios regere, vt ꝑlati & regẽ-
tes ſe nõ intrudãt in recturã vel ꝑlaturã, vtpote aut ambitiõe, aut potẽtia, aut fauore, aut pecu
nia, aut hoc genus mõ q̃piã illicito, veꝝ eligãtur, nullo adfectu hũano, nec pſonaꝝ acceptati-
one. Sic Moſes etſi vocaret & eligeret ad ducatũ, egre tñ acceptauit, inquiẽs ad deũ vocãtẽ & Exo. 3. 4
eligẽtẽ. Quis ſum ego, vt vadã ad Pharaonẽ, & educã filios Iſrael de Aegypto? Obſecro dñe,
nõ ſum eloquẽs ab heri & nudiuſtertius, & ex q̃ locutus es ad ſeruũ tuũ, ĩpeditioris & tardioris Hiere. 1.
linguæ ſum. Obſecro dñe, mitte, quẽ miſſurus es. Sic Hieremias, cũ à deo ꝑpheta cõſtitueret,
in gẽtibus inq̃t. A a a, dñe deus. Ecce neſcio loqui, q̃a puer ego ſum. Sic ſane ap̃li nõ ſe in ap̃la-
tũ ĩtruſerũt, ſed Chr̃s eos ſine hũana acceptatiõe elegit & miſit, vt niſi miſſi & electi ꝑdicare nõ Matt. 10
potuiſſent, vt eſt q̃q; intelligere ex hodierno Euãgelio. Sic hodie (vt in actis ap̃licis ſcribit) cũ Marci. 3
Iudas ꝓditor laqueo vitã finijſſet, eſſetq; in locũ eius iuxta ſcripturæ oraculũ alius cõſtituẽdus Luc. 6
nemo ſeptuagintaduoꝝ diſcipuloꝝ ſe intruſit, ſed ipſi duos ex ſe elegerũt. ſ. Ioſeph, qui vo- Roma. 10
cabat Barſabas, & Mathiã. Alibi vero quũ Simon ille ſibi gradũ & grãm apoſtolatus pecu- Actorũ. 1.
nia vellet ab apoſtolis cõparare, Petrus ad eũ ait, Pecunia tua tecũ ſit in pditionẽ, q̃m donũ dei Pſal. 108
exiſtimaſti pecunia poſſederi. Nõ eñ tibi pars neq; ſors in ſermone iſto. Cor eñ tuũ nõ eſt re Actorũ 8
ctũ corã deo. Pœnitentiã itaq; age ab hac nequitia tua, & roga deũ, ſi forte remittat tibi hæc
cogitatio cordis tui. In felle eñ amaritudinis & obligatiõe iniquitatis video te eẽ. Sic & aliàs
filij Zebedæi quũ ambirẽt à Chr̃o primatũ, repulſi ſunt, audiẽtes ſibi à dño dici. Neſcitis quid Mat. 20
E petatis. ¶Quinto, vt non eligant ad regimen vel prælaturam quiuis, ſed idonei. ſ. timentes Mar. 10
deũ, ſapientes, veraces, & nõ auari. Sic Moyſes aiebat ad ſuos. Nõ valeo ſolus negotia vr̃a ſu- Exodi. 18
ſtinere, & pondus & iurgia. Date ex vobis viros ſapiẽtes & gnaros, q̃ꝝ cõuerſatio ſit probata Deuter. 1.
in tribubus vr̃is. Debẽt itaq; eligi timẽtes deũ, q̃m qui deũ nõ timet, improbi ſunt, nec habent
virtutis neq; probitatis rationẽ, quæ tñ à regẽtibus haberi debet erga ſubditos. Item ſapientes Eccleſi. 10
eligi debent, quia ſtulti neſcientes quid facto ſit opus perdunt populum, ideo Solomon ſibi à
deo ſapientiã dari petijt, nõ aſtutiã, nõ dolũ, non verſutiã, q̃ nullius ſunt fundamenti, ſed verã
ſapientiã, inquiens. Et nunc dñe deus, tu regnare feciſti ſeruũ tuũ pro Dauid patre meo, ego 3. Regũ. 3
aũt ſum puer paruulus & ignorãs, &c. Dabis ergo ſeruo tuo cor docile, vt pp̃m tuũ iudicare
poſſit & diſcernere inter bonũ & malũ. Et debẽt eẽ veraces, mẽdaces eñ deo & hoĩbus odibi-
les, quũ ſint veritatis inimici, iuſtitiã nõ fouẽt, ſed optimos q̃ſq; odio hñt, cũ nec veritatẽ audi
re poſſint, quibus nihil neq; principibus, neq; pp̃lo pnitioſius. Itẽq; dñt eẽ, nõ auari, q̃m auari
deſtruunt terram, quia iuſtitiam deſerũt propter vniuerſa, quũ pecunia nunq̃ implent, Nam

Digitized by Google

inquit ſcriptura,q̊d iuſtū eſt iudicate,ſiue ciuis ſit ille ſiue peregrinus,nulla erit diſtātia per-
Deut.1 ſonarū.Ita paruū audietis vt magnū,nec accipietis cuiuſq̄ perſonā ,qa dei iudiciū eſt. Itēq̧
eorū cōuerſatio debet eſſe probata,tū quia alioqui oēs,q probæ ſunt vitæ pſequent̄,quū ipſi
1.Tim.4 ſint improbi,tū vt ſubditis ſint bono exēplo,ſic ad Timotheū Paulus ait.Exēplo eſto fideli
Actorū.6. um in verbo,in cōuerſatione,in charitate,in fide,i caſtitate.Hinc hodie in actis aplicis ſcri-
bitur,q̊d apl'i ſtatuerūt & elegerūt ex oībus viros boni teſtimonij ſeptē,plenos ſpiritu ſctō
& ſapiētia,q diaconi menſis miniſtrarent. Sic hodie q̊q̧ duos ex oībus ſtatuere tā ambos in
oībus virtutibus pſtantes,vt dubitarint,vter melior eſſet & deo magis acceptus,Ideoq̧ ne
aliq̄d hūano adfectui dare viderent̄,quū Ioſeph eēt Chr'i cognatus & de Galilęa natus & co
gnoīe iuſtus,ſortē dederūt,orātes.Tu dn̄e q corda noſti oīm,oſtēde quē elegeris ex ijs duo-
bus vnū accipere locū miniſterij huius & apoſtolatus,de q̊ puaricat' eſt Iudas vt abiret in lo
cum ſuū.Et dederūt ſortes eis.Et cecidit ſors ſup Matthiā,& annumerat' eſt,cū vndecim F
aplis.Ex ijs. ¶Sexto docemur diſſidiā,q̊d eſt inter eligētes,de pſona meliore eligēda,de-
bere,ſimplici ſorte,pmiſſa ad deū oratōe,dirimi,vt ſic oīs vitet̄ ſuſpicio corruptōis, ambitio
nis & adfect':q̄uis pontificia iura maiori partiū velint ſuffragari,q̄ tn̄,vt maior ſit,facile cre
Lucę.1. di poſſit eē corrupta.Sic & Zacharias vtcūq̧ iuſtus an̄ deū,& incedēs in oībus mandatis &
iuſtificatōibus dn̄i ſine q̄rela,ſorte exijt,vt incenſum poneret,atq̧ vtinā iura humana ei di-
uinæ cōſuetudini adhuc ſtarent,pculdubio nō tot ſubreperēt in electiōibus abuſus.

Orige. ſup Ieſu Naue. ca. 18. Homi lia.23. ¶Cęterū,qa inter Theologos,Origenē,Hieronymū,Auguſtinū,Bedā,Ambroſiū,Tho- G
mā,hocq̧ gen' alios doctiſſ.inter ſe nō pſus de natura ſortiū cōuenire videā,& fuerint,qui
de ſorte.i.de re tāta enūtiare pferre metuerint,& ita litē,vt fert̄,ſub iudice deſeruerint,in rē
fore putauerim hac de re paulo latius in pn̄tia diſſerere,vn̄ q̄d virtutis cōtineat̄ in ſortib' ma
nifeſtet̄.Eſt igit̄ ſors idipm,cuius euentu cōſiderato atq̧ ppenſo,q̊d oculebat̄,manifeſtum
ſit,litem dirimens & veritatem explicās.Et ſic ſortiri eſt,ex vario euentu ſeu diſpoſitōe ali-
cuius rei ſenſibilis ppoſite determinare aliq̄d dubij vel incerti.Et ſunt multa ſortium gn̄a,
vt in talorū iactu,in teſſeribus pijciendis,in figuris chartaceis ludo pictis,& q̊cūq̧ prior ad-
uenerit expectādis in eruendis lōgioribus paleis,in oculorū iactu ſup paginis,& hoc genus
alia,quum tn̄ ſortes in hoc cōueniunt om̄es,vt tum eo poſſint noīe appellari,cum eius euen
tu cōſiderato atq̧ ppenſo,q̊d oculebat̄(vt dixi)manifeſtum fiat.Ad tria nihilominus gn̄a fa
cile reducunt̄ de triplici fine pendentia.Qui em̄ ſorte vtitur vel vtitur.

¶Primo diuidendæ rei cuiuſpiā cauſa, ſic milites iſti de incōſutili tunica dn̄i ſortiti ſunt, H
Iohan.19 dicentes.Sortiamur de illa cuius ſit,quemadmodū ipſe dn̄s p prophetā olim prænuntiarat,
Pſalm 21. inquiens, ſup veſtē meā miſerunt ſortem. ¶Scd̄o,ſui alteriuſue cōſulendi gratia , Sic Io- I
Ioſue.7 ſue ſorte inuenit eſſe Achor furē,qui cōtra dn̄i mandatū ſurripuerat ex capta Hiericho pal-
lium coccineū,aurū & argentū,cuius ille furti gratia & ipm,licet ſpōte cōfitentē & reſtituē-
tem corā om̄i Iſraele lapidādū curauit.Sic Nautę ſortibus cōſuluerūt,qs eſſet in cā,ob quam
Ionę.1 tāta in mari tēpeſtas ſuborta fuerat,& cecidit ſors ſup Ionā,nec mētita eſt.Sic q̊q̧ Saul ſor-
te exptus ē,q̊d fili' ſu' Ionathas in cā fuiſſet,cur ea die hoſtes Philiſtęos vīcere nō potuiſſet,
1.Reg.14 qm̄ ille mel comederat. ¶Tertio aut diuinādi gratia,quēadmodū Aman ille apud Aſſuerū K
regē ſortilegus,cū vellet interfectū iri ſua machinatione Iudæos,ſortem miſit in vrnam , vt
Heſt.3.9. inde reſciret,q̄ die & mēſe, ſua de interficiendis Hebręis machinatio eſſet habitura effectū.
Quo nimirū pacto ſpecies eſt diuinatōis ipſa ſors & proinde ſacris literis prohibita.

¶Si modo,vt fit,euentū ſortis expectat à fortuna & caſu quiſpiā titulo vanitatis poſſe ta- L
xari videt̄,qm̄ fortunæ cōfidit,q̄ cōſilio aduerſat̄ & rationi,cuius bn̄ficio cōuenit hoīem gu-
bernari:quāuis ſi ſimpliciter ſemota om̄i curioſitate quiſpiā de re aliqua ſortiat̄,vt cōtrouer
ſiam vitet in re aliqua diuidenda,non putē peccare ipm ,ſiquidē ſanctos illos viros in rebus
dubijs ad dirimēda litigia ſortitos eſſe defendimus,quū interim nihil ſingularis efficacię vel
ptātis fortunę tribuerint,p vtiq̧ nihil habet viriū,niſi deo pmittēte,quū penè nihil ſit fortu
na,ſed cęcus q̄dā & fortuitus caſus,mō abſit mala cā,quæ ad ſortiēdū mouet,veluti eſt cupi
ditas,&c.Sin euentū ſortis qs expectat ex ſpiritali cauſa,cuius vi moueri phātaſia pōt ſortē
mittētis aut trahētis &c.id genus patrare,q̄ ad obſcura ſortibus declarāda cōducūt, pōt ex-
pectare bifariā vel à bono vel maligno ſpū.Si vltimum,certe peccat,qm̄ neceſſum ſit,ineat
cū dæmone fœdus vel cōſtellatōi cœleſti ſe alliget,q̊d ſanè vtrūq̧ impiū eſt & ab Eccleſiaſti
ca veritate cōdemnatum,cui quidem errori rex Babyloniæ obnoxius fuiſſe traditur à pro-
pheta Ezechiele,& inde non alienus fuit Aman proditor ille.Vel à deo vel medio angelorū
ſortis euentū expectat,qui ſi neceſſitate cogente,& in re pia ,nō ad vanitatē nec curioſitatē,
ſed porrectis initio ad deū precibus id agit,nequāq̄ peccat:quandoquidem ſors eo ſit pacto
nequāq̄ res mala,ne quid mali cōtineat,ſed res in humana dubietate diuinā indicans volun-
tatem.Vbi enim ex fide integra & oratione pmiſſa ſors ducitur,ea quæ dei voluntas cōtinet
in occulto,ſors hominibus declarat in manifeſto.

¶Et ad

Digitized by Google

M ¶Et ad hunc quidẽ modũ ſors nõ ſolũ eſt licita in electionibus eoꝝ, qui populo ꝑeſſe de-
bent, ſed ¶Primo eſt pia, qm̃ qui ſortiunt, oratõe ꝑmiſſa, aliud nolint q̃ ea in re dei volun
tatẽ ſcire & ſequi, q. d. nõ noſtra, dñe, ſed tua fiat voluntas. Sic nimiꝝ hodie apl̃i ſancti, quũ
perinde piè dubĳ ſortiti ſunt ſuper eis, q̃s probatiſſimos & penè æquè pares elegerãt, ambi-
guitatem electiõis inter ſe finierũt ſorte, q̃ nihil temeritatis habuit, cuius euentũ moderata
eſt ꝓcatio, quũ & nihil aliud fuerit q̃ diuinæ volũtatis in re dubia pia & neceſſaria declaratio
quã illi magnopere ſcire præcabãtur. Atq; vtinam id moris nõ aboleuiſſet in electiõibus, q̃
N eñi res in eccleſia longe ſalutarius haberet. ¶Secũdo ſors eſt aliqñ neceſſaria, vtpote quæ
O iurgia, vnde alioqui multa mala obueuirent, ſine cõtrouerſia inter diſſidentes cõponit iuxta
ſcripturã, dicentẽ, ſors inter potentes q̃q; diiudicat. ¶Tertia q̃d ſorte oĩs hũani adfectus Prouc. 18
ſuſpitio tollit, quæ vel maxime abeſſe debet in Eccleſiaſticis electionibus, in q̃bus (proh do-
lor) frequẽtius nũc adeſſe ſolet cõtra dictũ apl̃i, dicentis. Ab omni ſpecie mali abſtinete vos. 1. Theſſ. 5
Certè q ſortiunt de electis vtri ſint meliores, neutrius partiũ ꝑſonas, ſed eaꝝ tm̃modo meri
ta trutinare vident. Sic etſi Ioſeph ꝓter cognoĩs cõmendationẽ iuſti, etiam Ieſu propinqui-
tate cõmendaretur, huic tñ ſorte prælatus eſt Matthias: argumento nõ dubio, in deligẽdis
prælatis ac reip. rectoribus, adeò nihil eſſe tribuendũ humanis adfectibus, vt inter pares po
tius illi fauendum ſit, quẽ nihil humanæ rei cõmendat, ne quod ꝑ occaſionẽ eſt factũ, traha-
tur in ꝑnitioſum exẽplum, vt hiſce profecto t̃pibus palam fieri nõ ſine cordolio videmus.
P ¶Quarto, ſors eſt vtilis, qm̃ omnes cohibet diſſidẽtium contradictiones, q̃bꝰ alioqui non Prouc. 18
abſtinerent, Hinc Solomon, contradictiones, ait, comprimit ſors, veluti ceſſare oſtendens
cõtradictiones, vbi mittitur ſors. Hinc nõ potuerim nõ ſubmirari, quur nonnulli, & inpri-
mis canonum pontificiorum expoſitores nolint omnino licere vti ſortibus, quum ad eum,
quo dixi, modum, illarum vſum non videam aliquo prohibitũ iure, nec quidẽ obſtat.
Q ¶Primo dicere, multa quondam ante reuelatam veritatẽ Euangelicam fuiſſe ꝑmiſſa, quę
tẽpore ꝑfectiorum diſciplinæ penitus ſunt eliminata. Copulam nanq; ſacerdotalẽ vel con- Matt. 18
ſanguineorum nulla nec Euangelica nec Apoſtolica nec legali authoritate prohiberi, Ec- 1. Cor. 7.
cleſiaſtica tamen lege penitus interdici. Sic etſi ſortibus nihil mali ineſſe monſtretur, prohi
beri tamen fidelibus ſortium vſum, ne ſub ſpecie diuinatõis ad antiquum idolatriæ cultum
redeant. Reſpondeo, nihil huius rei poſſe timeri in ſortibus, ſi q̃ dixi, inibi interueniãt, ma-
ximè, qua opus eſt, oratione ad deũ ſuppliciter antecedente, quæ (vt inquit ſcriptura) ſortis Prouc. 16
euentum moderatur. Sortes eñ mittuntur in ſinum, ſed à dño temperãtur, qui eñ ſortitur,
modis quibus diximus, dei voluntati non fortunæ nec dæmoni ſe committit.
R ¶Scd̃o nec obſtat dicere, vel ideo in electionibus nõ eſſe locũ ſorti, q̃a poſſit ipſa cadi ſuꝑ
indignũ. Reſpondeo, nihil eius rei fieri poſſe quũ electores recto prius iudicio cũ apl̃icis ho
die probatos elegerint, & ſcire deuota oratione rogauerint, vter ſit dignior ac melior. Siqui
dẽ Chriſtus dixerit, iteꝝ dico vobis, q̃a ſi duo ex vobis cõſenſerint ſuꝑ terrã, de oĩ re, qua- Matt. 18
cunq; petierint, fiet illis à patre meo, qui in cœlis eſt. Vbi eñ ſunt duo vel tres cõgregati in
noĩe meo, ibi ſum in medio eoꝝ. Si eñ in medio, certè electores non errabunt, ſi ꝑſonarum
non erunt acceptatores & Chriſtũ ſequẽtur, quẽ qui ſequentur non erunt in tñbris. Sed ve Iohan. 8.
reor plurimũ, ne hoc tẽpore non Chriſtus, ſed interſit Simon iſte præcibus ſuis atq; pecu-
nĳs, cõſanguineis & potẽtĳs. Solent eñi plerunq; electores palam eligere indignos, de qui-
bus ſi ſortiant, merẽtur ad ſuum nutum habere electum. ſ. malum, ſic deo eoꝝ malitiam pu Iob. 34
niente. Ad quos alibi dicit. Et dabo pueros principes eoꝝ, & effœminati dominabunt eis. Eſaię. 3
Adde nõnunq̃ electores ordinẽ inuertere, qui dudũ corrupti ad nutum ſuũ elegerunt, tan-
dem prætextu deuotionis ſpiritum ſanctum ſuis cærimonĳs inuocant, orantes, vt gratiam
concedat de eligẽdo digno, quum dudũ elegerint indignum. At quid hoc aliud, quã deum Eccle. 10.
irridere? qui & ipſe eos deinde in furore irridebit, omnem ab ipſis ſapiẽtiam auferẽs, vt fiat Pſalm. 2.
demum, vt qualis ſit rector, tales ſint & inhabitatores ciuitatis.
S ¶Tertio nec obſtat dicere, quod ꝑ ſortẽ tentatur deus, quia ſortiẽtes, velint deũ inuiſibi-
liter reuelare meliorẽ, qui tamen ꝑ ſe poſſint eligere meliorẽ & non tentare deũ in eligẽdo.
Reſpõdeo, ſortẽ tunc mitti, quũ inter electos, æquè in virtutibus pares, ſit ambiguitas, q̃ niſi
reuelatore deo commodè dignoſci non poſſit, & timor ſit alioqui, ne obrepat corruptio vl'
diſceptatio, quo nimirum caſu, neceſſitate, inquam, præſente per ſortẽ deus haudquaq̃ tẽ-
tatur, ſed petitur, vt ſuam in re pia voluntatem declaret, id quod vera & licita ſors agit. Cer
tè mihi (vt ſupra retuli) ſors non eſſe aliud videtur, quàm diuini quiddam & præcipui mu-
neris, per quod inſinuatur vtrum deo placeat. Sic & ſortem, qua apoſtoli Mathiam ſelege-
runt, fuiſſe cenſuerim diuini quiddam muneris, per quod illi choro ſacratiſſimo inſinuare-
tur, qui eſſet diuina electione declaratus. Id quod ſua illi oratione arguunt, dicentes. Domi-
ne, homines qui iudicant ex ĳs, quæ cernunt & audiunt, falli poſſunt iudicio, ſed tu domine, Actor. 1.
qui ſolus ĩſpector es cordiũ, ex q̃bus hoĩes verè boni ſunt aut mali, ne graueris aliq̃ ſigno de-

 clarare

Digitized by Google

clarare famulis tuis, vtrũ ex ijs duobus elegeris, vt ĩpleat numeꝝ duodecĩ Apl'oꝝ, ac ſuccedat
in functionẽ tãti muneris, vñ Iudas excidit, abiturus in locũ ſuũ, in quẽ tu illũ nõ ignorabas abi-
tuꝝ, cuius oculos nihil fugit. Et cęcidit ſors ſup Matthiã, ſucceſſitq́; vir optimus in locũ peſſi
mi, nec indignatus ẽ iuſtus ſibi ꝓferri parẽ, nec ſibi placuit Matthias, additus vndecim aplis, tã
ta fuit in illis ſynceritas, q̃ in nobis (heu dolor) plurimũ deſideraſ. Ea igiſ orone deberẽt & nũc
vti ad Deũ dubij electores. ¶ Quarto nõ obſtat, quia poſt Matthiæ electionẽ nõ inuenimus T
Apl'os fuiſſe ſortitos, & ſeptẽ qdẽ diaconos nõ ſorte ſed electõe creatos. Rñdeo, nõ opus eſſe,
tum ſorte, quũ de electis nõ accedit aliq̃ dubitatio, & quoꝝ ꝓbitas iã ſatis ſineq́; cõtrouerſia cõ
ſtet, ſicuti erat de ſeptẽ diaconis, q boni erãt teſtimonij ſpirituq́; ſcto & ſapia pleni, qđ iã inde
ꝓculdubio multis argumẽtis didicerãt. Hiſce ꝓinde modis puto ſatis cõſtare, qd verè de ſor
tium vſu ſit ſentiẽdum, quibus nec pontificia iura video ſatis reluctãri, quæ ſortes nequaquàm
inhiberent, ſi inibi, quibus opus eſt, obſeruarentur, quæ cuiuſmodi ſint, diximus, interim Ec-
cleſiæ catholicæ iudicio libenter nos ſubijcientes.

¶ HOMILIA LXXXI. DE, EO QVOD LEGITVR, Matthæi quinto, Lucæ ſexto: Videns Ieſus turbas &c.

In ferijs diui Bonifacij eccl'ie Mogunt. patroni.

MAXIME Vellẽ frẽs chariſſimi, plęroſq́; oẽs vr̃m, qui inclytę Eccl'ię A
Mogũtinę tanq̃ filij ſpeciales fideli matri eſtis addicti, attẽtius ĩtellige
re, cuius hodie viri ſancti ſolẽnitas apud vos agi ſoleat, voſq́; deinde
diligẽtius pẽſiculari, quanta eidẽ viro ſctõ debeatis, & qd ille à vobis
deſideret aĩaduertere, q̃tenus hæc ipſa hodierna dies nõ ſine ſingulari
fructu vos ſit tranſitura, vtpotè q̃ nõ tam illi, q̃ vobis celebreſ. Hodie
nimiꝝ memoria agiſ diui epi & martyris Bonifacij, hui' inclytę eccl'ię
Mogũtinę patroni lõgè optimi, q vos adeoq́; ꝓdeceſſores vr̃os, dũ in
hac peregrinatõe vixit, ſpeciales filios elegit, ac vobiſcũ cathedralẽ ſe
Gala 4, dẽ cõſtituit, q & maiores vr̃os, ſicut Aplus olim Galatas, iteꝝ parturi
uit, donec in eis formareſ Chr̃us, qm̃ eos poſt priores à gẽtilitate cõuerſiões mltis errorib' irre
titos euãgelica ꝓdicatõe reduxit, ac mltis ĩſup gratijs ac priuilegijs hũc locũ cumulauit, atq́; ſu
ꝑ oẽs Germanię ciuitates metropolim cõſtituit, & ita oĩb' bonis legib' & moribus adornauit,
vt hęc ciuitas nõ ĩmeritò aurea ſit Moguntia vocari cępta, ꝓ cui' deniq́; ſalute poſt mlta noĩe
Ieſu ꝑpeſſa ꝑicula & incõmoda ſanguinẽ ꝓfundere & mortẽ ſubire nõ dubitauit, in cuius teſti
moniũ catholica eccl'ia legẽda ſtatuit in ei' memoriã verba ſaluatoris, qbus adſerit eos eẽ btõs
q ꝑſecutionẽ patiunſ ꝓpter iuſtitiã, & qb' maledicũt hoĩes & ꝑſequunſ & dicũt aduerſuſ ipos
oẽ malũ ꝓpter eũ &c. de q̃ꝝ certè nũero D. Bonifaci' vr̃ patron' fuit. ¶ Ille eñ (teſte hiſtoria B
cũ iã in Mogũtina dioceſi aliq̃t annis fideliſſimè in vinea dñi Sabaoth laboraſſet ac aliq̃t centũ
millia aĩaꝝ ad fidẽ catholicã cõuertiſſet, Arrianãq́; hęreſim, q̃ tunc ĩpiè ꝑ Germaniã paſſim cõ
tra Chr̃ianos ſęuit, ſacraꝝ lr̃aꝝ ꝓſidio cõfutaſſet, ac interim ĩtelligeret ppl'os Friſonũ (q̃s antea
ad catholicã veritatẽ cõuerterat) fallẽte iã diabolo iteꝝ relapſos, ꝓ recuperãdis eis, cõſtituto
prius brõ Lullo ſuę ſedis archiepo, illiq́; toto cõmẽdato ppl'o intrepidus ad Friſones aliq̃t ſecũ
receptis cõſocijs viã arripuit, memor verbi dñi. Nolite timere eos q occidũt corpus, aĩaſ ãt nõ
Matt. 10 Lucæ. 12, pñt occidere, ſed potius timete eũ, q põt & aĩam & corpus ꝑdere in gehẽnã. Cuius ſanè verba
adeò ſeruauit, vt ea ꝓprio ſangĩe ſuo approbauerit, vtpotè p' varias & duriſſimas ꝑſecutões à
furẽte paganoꝝ mltitudĩe trucidatus, & martyrij corona decorat' anno poſt Ieſum natũ. 755.
Cuius ſctitatẽ deus ipe mltiplicib' tã añ, q̃ poſt mortẽ miraclis arguit, q cũ nũc viuit, nõ min'
2 Machabæoꝝ. 8. 15 fidelr deũ ꝓ vr̃a ciuitate orãs, q̃ Onias ſumm' olim ſacerdos & Hieremias ꝓpheta dei ꝓ ciuita
te Hierlm orarũt. Siqdẽ ſcriptura ꝓhibeat pricipi q̃ndã Machabęo, cũ iã eẽt initurus aduerſuſ
hoſtes ꝓliũ, q̃ſi ꝑ ſomniũ Oniã, qui ſummus fuerat ſacerdos, viꝝ bonũ, verecũdũ viſu, modeſtũ
moribus, & eloquio decoꝝ & à puero virtuoſuſ appuiſſe, manus ꝓtẽdentẽ, orãtẽ ꝓ oĩ ppl'o Iu
dęoꝝ. Et poſt hoc q̃ſ appuiſſe aliũ viꝝ ętate & gl'ia mirabilẽ, & magni decoris habitudinẽ circa
illũ. Rñdẽtẽ verò Oniã dixiſſe: Hic ẽ fr̃m amator, & ppl'i Iſrl', hic ẽ, qui mltũ orat ꝓ ppl'o & vni-
uerſa ſctã ciuitate Hieremias ꝓpheta dei. Ita nõ dubitemus, quin & ipe D. Bonifacius ꝓ vr̃a q̃ſ
ciuitate plurimũ hacten' orauerit, ſitq́; deiñ oraturus, fieri eñ neq̃t, vt min' nũc amet, q̃s cũ hic
eẽt, ꝓ cęteris tãtope amauerit, qñquidẽ charitas nũq̃ excidat, ſitq́; in ipis dei electis nũc in cœlo
1. Coꝛ. 11, erga nos q̃ olim in terris mlto cõſumatior. Iã vero frẽs, qs negabit nos ꝑq̃ ꝓluria debere D.
Bonifacio? q nos adeò ꝓ cęteris dilexit, ĩſtituit, adornauitq́;, q & ꝓ nob ſupplicia ꝑtulit, vtpo-
tè q cũ cęteris martyrib' nõ ſibi mõ, ſ; & nobis paſſus ẽ. Sibi qdẽ ad ꝓmiũ, nobis ad exẽplũ fact'
eſt martyr, ſibi ad requiẽ, nobis ad ſalutẽ. Videamus igr̃ (obſecro) quid ac q̃tũ illi debeamus, q
tortus ẽ, vt ſaluaremur, qui carnificẽ ꝑtulit, vt Chr̃m agnoſceremus, qui morti addictus eſt, vt
nos ęterna vita potiremur, quã nobis fore cõtinuo orat. Multũ ꝓfectò multũ illi debemus.

¶ Sed

Digitized by Google

C ¶Sed quid, q̃ritis, ei debemus, ac qd à nobis deſiderat? Nõ aliud, inquã, quã q̃d probi parẽtes à ꝓbis filijs poſt obitũ deſiderãt. Illi vero qd deſiderãt ꝑterq̃ probã imitationẽ? Sic & diuus Bonifacius dũtaxat vt ſingularis nr̃ idemq; ſpiritualis pr̃ deſiderat ſe à nobis imitari, cum apl̃o citra dubiũ ad nos dicẽs. Rogo vos imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. Et hoc eſt, q̃d idẽ apl̃us ait, Cupimus aũt, vt nõ ſegnes efficiamini, veꝝ imitatores eoꝝ, q fide & patiẽtia hæreditabũt ꝓmiſſiones. Et ſane in hoc potiſſimũ diuoꝝ feriæ in eccleſia ſunt inſtitutæ, vt p memoriã ipſoꝝ celebrẽ, eos imitari ſtudeamus. Cæteꝝ in q̃ imitabimur diuum Bonifaciũ? In bñfaciendo inquã: nempe vñ vir dei ſuũ ſibi nomen merito (nec aliter q̃ Iacob olim Iſrael vocatus eſt) vendicauit. Bonifacius eñi interꝑtatur quaſi bñfaciẽs. Siquidẽ Gregorius ille ſecundus. pont. Max. (cuius ille authoritate legatus erat in Germania, vt eã ſuis fidelibus ꝑdicatõibus in fide cõſeruaret & partim ꝓrſus deficientẽ ad verã fidem reduceret) intelligens verbũ dei in manibus viri ſancti proſperari, vt q nõ ſolũ bñdiceret, ſed & bñfaceret, exẽplo vitæ clarus, ad ſe illũ inuitauit ac venientẽ, vt maiori authoritate ꝑdicaret & corrigenda corrigeret, epm̃ ordinauit, noĩe mutato veteri, nouũ, q̃d illius cõgrueret operibus bonis Bonifacius ĩpoſuit, qui antea iuxta linguã Angliæ, vnde vir ſanctus erat oriundus, appellabat. Suſde Vindefrid à ꝓprietate ſuæ cõditionis, id q̃d ſonat, eyn barmhertziger, quippe qui in miæ opibus præcipuè oĩbus bñfecit. In cuius euidentiſſimum q̃q; argumentũ eccleſia die hodierna in eius memoriã ſtatuit legenda Chriſti in Euangelio verba. Beati miſericordes, qm̃ ipſi miãm conſequẽtur. In miſericordia igit̃ imitandus eſt nobis diuus Bonifacius. Eſt autem

D ¶Miſericordia, quædam animi ꝑturbatio, & (vt Auguſtinus docet) alienæ miſeriæ in corde cõpaſſio in eos, qui in aliqua clamitate male habent, ab eo procedẽs, q ſimul ꝑturbatione adficitur. Vñ miſericors, pinde miſerum habẽs cor, & alterius miſeriam quaſi ſuam reputans, deq; malo alterius æquè atq; de ſuo dolens, qui ſi poſſet ſubuenire vellet re ipſa. Sic verè miſericors fuit Samaritanus ille, qui, vt habet hiſtoria, ab Hieruſalem in Hiericho tranſiẽs, ibidẽq; hoĩem à latronibus ſpoliatũ & ad mortẽ vſq; vulneratum videns mĩa motus eſt, & appropinquãs vulnera eius alligauit, & reliqua, q̃ miſericordiæ ſunt, fecit. Sunt aũt opa miſericordiæ corporalia ſeptẽ, & totidẽ q̃q; ſpiritualia, de quibus in Euangelio dñs. Corporalia ſunt, paſcere eſuriẽtem, potare ſitientẽ, veſtire nudũ, recolligere hoſpitem, viſitare infirmũ, redimere captiuum, ſepelire mortuum. Spiritualia vero ſunt, docere ignorantẽ, cõſulere dubitanti, conſolari triſtẽ, corrigere peccantẽ, remittere offendẽti, portare oneroſos, & pro oĩbus orare, In q̃bus ſane vtriſq; miæ opibus adeo ſe exercuit diuus Bonifacius, vt inde (vt ꝑfati ſumus) nomen acceperit, veluti abunde eſt legere in vitæ eius hiſtoria, quã nunc ob tp̃is breuitatẽ tranſeo.

E ¶Obſecrans, vt & in ijs eundẽ & in eo Chr̃m ſedulo imitemini, maximè q̃a virtutũ oĩm maxima, admirabiliſſima, gratiſſimaq; ſit mĩa, qua vel ſola deo poſſumus fieri ſimiles, nec aliter ab ipſo miſericordiã poſt hãc vitã conſequi, niſi prius eandẽ hiſce in terris habuerimus, Iacobo dicente. Iudicium ſine mĩa illi ſiet, qui non facit miam. Cuius rex ille Euangelicus ſerioſum reliquit exemplũ, ad miſericordẽ ſeruum dicens. Serue nequam, omne debitum dimiſi tibi, quoniã rogaſti me. Nonne ergo oportuit & te miſereri cõſerui tui, ſicut & ego miſertus ſum tui? In tantũ eñ deus bñuolentiæ nr̃æ in omnes delectatur adfectu, vt ſuam miſericordiã ſit ſolũ miſericordibus præſtaturus, quos ideoq; hodie beatos adfirmat, quia ipſi miam cõſequentur. i. non alij. Sine q̃dem mĩa adeò non prodeſt alia quæq; virtus, vt etſi quis charitate ardeat, caſtitate polleat, honeſtate fulgeat, miam nõ mereat̃. Ideoq; dñs ipſe in extremo iudicio rationẽ poſiturus tm̃, oĩbus reliq̃s tacitis, de miſericordiæ opibus diſceptabit. Quã ipſe prius velit nos habere in hoc mũdo in q̃ſcunq; tã amicos q̃ inimicos, noĩe. ſ. ſuo, alibi inquiens. Eſtote miſericordes, ſicut & pr̃ veſter miſericors eſt. ſ. q eſt benignus ſup ingratos & malos, ſolẽ ſuũ oriri faciẽs ſup bonos & malos, & pluens ſup iuſtos & iniuſtos.

F ¶Eapropter frẽs, ſi nobis volumus à deo hic & alibi miam, qua vel ſola ſaluamur, in tẽpore neceſſitatis exhibitũ iri, nobiſq; adfuturã deſiderauerimus diuũ Bonifaciũ, ei⁹ imitemur miam. Si deniq; in tẽpore oportuno volumus à deo eius æterna gloria & beatitudine paſci, potari, veſtiri, hoſpitari, viſitari, redimi & ſepeliri, & deniq; in oĩbus doceri & cõſolari.

G ¶Primo paſcamus eſurientes, Eſaia dicẽte. Frãge eſurienti panẽ tuũ: ſiquidẽ ita paſcet nos deus in æterna patria, viſione ſuæ deitatis, q̃ in omnibus ſaturabimur, Sic Chr̃s alibi, monet pauperes inuitãdos, vt inde alias à deo inuitemur.

¶Scd̃o potemus ſitiẽtes, Si eñ ſitit, ſcriptura ait, inimic⁹ tuus potũ da illi. Ita nimiꝝ deus nos ſua gr̃a & rore pietatis ſuæ potabit.

H ¶Tertio veſtiemus nudũ, Iohãne Bap. hortante, Qui habet duas tunicas. i. ad ſupfluitatẽ, det vnã nõ habẽti, ſic certè de⁹ veſtiet nos ſtola æternæ gloriæ, queadmodũ diuũ Bonifaciũ veſtiuit. Ita nimiꝝ miſericos fuit Iob, qui de ſeipſo dicere potuit. Ab infantia mea creuit mecũ miſeratio, & de vtero m̃ris meæ egreſſa ẽ mecũ. Adfirmat ei ſe nõ buccellã panis ſolũ comediſſe, qn ex ea pupill⁹ q̃q; comederit, nec reliquiſſe pauperẽ nudũ, quẽ nõ cooperuiſſet, ſʒ & ędes ſuas cuilibet iopi ad ſubleuamẽ patuiſſe, ꝓide & bene-

1. Cor. 4. Ephe. 5 Philip. 3. Heb. 6 Gene. 32 Matt. 5. Aug. li. 9. de ciu. dei. Luc. 10 Matt. 25 Iacobi 2. Matt. 18 Matt. 5 Lucæ. 6 Eſaię. 58 Prouer. 25 Lucę. 3 Eccle. 10. Iob. 31

Digitized by Google

& benedictionem in omnibus à Deo meruit. Atq; vtinam illũ ſequatur qlibet diues, eſſetq;
memor ꝓpterea ſe factũ diuitẽ bonorum tẽpaliũ, vt ea pauperibus diſpẽſet nõie Dei ęterni, cuius
1. Par. 29. ſunt. Hinc Dauid ad illũ: Tua ſunt (inqt) oĩa, & quę de manu tua accepimus, dedimus tibi. Sic
diues ille nõ euadet pœnã, cuius auaritia paup fame periȷt, aut ſcandalizatus eſt, imò audiet do
Hebre. 13 minum dicentem: Cur inopẽ non adiuuiſti, de meis quas tibi diſpẽſandas commiſi, opibus?
¶ Quarto peregrinos habemus, Paulo dicẽte: Hoſpitalitatẽ nolite obliuiſci. Per hãc eñ pla I
Geneſ. 19 cuerũt qdam angelis hoſpitio receptis. Ex quorum numero fuere Abrahã & Loth nepos eius, q
Geneſ. 18. rũ hic angelos ſuſcepit hoſpitio & ꝓinde Sodomitana à ſe ſuiſq; ſupplicia detorſit, ille verò dũ
hoſpites qrit, Deũ recepit. Sic & ipſe videas, Chrm forte nõ pauperẽ ſuſcipiẽs. Chrus eñ in
Matt. 25 hoſpite & paupe ẽ, vt olĩ D. Martino appuit, alibi dicẽs: Hoſpes erã &c. Amẽ dico vob, q diu
feciſtis vni de ȷs fribus meis minimis, mihi feciſtis. ¶ Quinto, viſitemus infirmos, viſitãs eñ k
Iob. 5. (ait Iob) ſpẽm tuã. i. hoĩem in infirmitate, nõ peccabis. Et ſcriptura q̃q;: Nõ te pigeat (inqt) vi
Eccl. 7
Iob. 2. ſitare infirmũ, & eos ſolemur, vt amici Iob ad cõſolationẽ venerũt. ¶ Sexto, ad incarceratos L
Hebre. 13 veniamus, ipſos cõſolemur maximè (q̃s nouim⁹ iniuſtè & innocẽter vinctos. Vnde Apſus, me
Tobiæ. 1. mẽtote vinctorum tanq̃ ſimul vincti. ſ. vt redimi poſſint, fideliter laborantes. Sic Tobias ipſe (ait
ſcriptura) ꝓgebat p oẽs, q erãt in captiuitate, & monita ſalutis dabit eis. ¶ Septimo, ſepelia M
mus mortuos, vt idẽ Tobias fecit, quẽadmodũ ſuo loco, dante Deo, dicemus, ꝓbaturi, quõ ſe-
Gala. 6 pelire mortuos ſit opus pietatis, & miæ cõtra impudẽtes hęreticos. Deinde frẽs, eadẽ opa mi-
ſericordię ſpũaliter exerceamus, q̃ facile adimplebimus, vbi alter alterius onera portauerimus
& indigẽtes nr̃o cõſilio, iuuauerimus & ꝓinuicẽ deuotè orauerimus. Qđ vbi fecerimus, quẽ-
admodũ & diuus Bonifacius fecit, cũ ipſo de illorum numero beatorum erimus, q miam cõſequẽt,
p quã ſolã ſaluabimur in ęterna patria, nec aliter niſi p eam diſcipuli dñi eẽ quimus, vtpotè q̃d
Iohan. 13. p eam ſolã dilectio trãſit, quã vbi erga nr̃os ꝓximos habuerimus, diſcipuli dñi erimus, eius mã
datũ ſeruãtes. Ipſo dño ad nos dicẽte: Mãdatũ nouũ do vobis, vt diligatis iuicẽ, ſicut dilexi vos,
vt & vos diligatis iuicẽ, ĩ hoc cognoſcẽt oẽs, qa diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionẽ habueritis ad-
inuicẽ. Ad q̃s vtiq; dicet: Beati miſericordes, qa miam habetis. ſ. apud me &c.

¶ HOMILIA LXXXII. DE EO, QVOD LEGITVR, Lucæ primo: Eliſabeth impletum eſt tempus pariendi &c.

In ferȷs diui Iohannis Baptiſte.

EXTITERE VIRI Non vulgari quondã pietate & ſanctimonia A
in Eccleſia pclari, q teſtati ſunt, ſe nõ prorſus ſcire, qd rectius hac po-
tiſſimũ die dicerẽt, vtpotè multitudine materiæ deterriti, à qbus ipſe
quadamtenus diſcõuenio, qñquidẽ facile ab eo qd potiſſimũ dicã, in-
ſtruor, cuius hodie natalẽ celebramus, nimirum Iohannis, Ieſu Chriſti
dñi nr̃i & ſeruatoris pcurſoris & Baptiſtæ, cuius qa natiuitas gaudio
multis erat futura, & quum ipſe futurus erat magnus virtute & gloria,
certè nil rectius hodie agemus q̃ quod de Iohanne nato gaudebimus
& ipſm ita glorificabimus & laudabimus, vt p eũ Deus ipſe adeoq; dñs
noſter Ieſus glorificet. ¶ Et cur ſanè nõ ex anĩo alacrius lętaremur B
Lucæ. 1. hac die, in qua natus eſt ille, de q̃ ad Zachariam patrẽ archangelus ait: Ne timeas Zacharia, q̃-
niam exaudita eſt deꝑcatio tua, & vxor tua Eliſabeth pariet tibi filiũ, & vocabis nomẽ eius Io
hannẽ, & erit gaudiũ tibi, & exultatio, & multi in eius natiuitate gaudebũt. Et quare gaudebũt
obſecro? Nimirum quod ipſe (angelo teſte) multos filiorum Iſrahel cõuerſurus erat ad dñm deum
Iohan. 5. ipſorum. ſ. vita & doctrina ſua ſancta, qua ſic præ cæteris mirabilr polluit, vt de eo veritas ſum-
Iohan. 1. ma veriſſimè dixerit ad Iudęos: Ille erat lucerna ardẽs & lucẽs, vos aũt noluiſtis ad horã exulta
re in luce eius. Sanè ipſe nõ erat lux (inqt Euangeliſta) ſed vt teſtimoniũ phiberet de lumine. ſ.
Chro, q illuminat hoĩem oẽm, veniẽtẽ in hũc mundũ. Ipſe ãt erat lucerna, à Chro luce illumi-
natus, ardẽs fide & dilectiõe, lucẽs verbo & actiõe, q pmiſſus eſt, vt inimicos Chri cõfunderet, iu
Pſal. 131 xta illud: Paraui lucernã Chro meo, inimicos eius iduã cõfuſione. ¶ Meritò igit frẽs, in ei⁹ gau C
demus natiuitate, in q̃ luctus in gaudiũ, in exultationẽ lamentũ noſcit fore verſum. Cęteri qui
dem & plęriq; oẽs paruuli ab materno vtero ꝓdeunt inter ipſa lucis exordia mœſtis vagitibus
ſolus Iohannes Baptiſta dñi vltra legem naſcentiũ, natiuitatẽ ſuam lætitiæ exultatiõe præue-
Mich. 4. nit. Meritò ꝓinde iterum (inquam) gaudemus frẽs, qm hodie ſingularis ille lucifer, ſolis iuſtitiæ
præcurſor, vox verbi, lucerna verè lucens, mundo ignorantiæ ac peccatorum caligine obcæ-
cato, diem redemptionis & gratiæ, ſicut prædicatione ita natiuitate mirabili nunciauit.
¶ Quis verò ſatis præconia laudum illius prædicet, cuius laus non ſolum in Euangelio, ſed D
1. Cor. 8. & per authorem Euangelȷ. ſ. Chriſtũ longe maxima eſt expreſſa. Ille qdẽ hunc eximȷs laudi-
bus repetitis vicibus cõmendauit, nũc eũ fluctuãtibus in mũdo pplis, nunc patribus præferens
& pphe

Digitized by Google

& prophetis, & nūc cūctis mulieꝝ natis cōteſtans pͤminere, nūc autē trāſcenſis hoībus etiā inter angelos pollere demōſtrat, alibi inquens ad Iudæos: Ad qd exiſtis in deſertū videre, arundinē vento agitatā? Sed qd exiſtis videre hoīem mollibus veſtitū? Ecce q mollibꝰ veſtiuntur, in domibus regū ſunt. Sed qd exiſtis videre, ꝓphetā? Etiā dico vobis, & plusq̄ prophetā. Hic eſt em̄, de q̄ ſcriptū eſt. Ecce ego mitto angelū meū añ faciē tuā, qui ꝓparabit viā tuā ante te. Amen dico vobis, nō ſurrexit inter natos mulieꝝ maior Iohāne Baptiſta. Magnū teſtimoniū fratres, magnus qdem q phibet, & omī exceptōe maior, qa veritas ipſa, qui mentiri nequit, in cuius ore dolus nō fuit vnq̄: magnus ꝗq; ille, cui phibetur, vt q̄ maior inter natos mulieꝝ nō ſurrexit, qualē angelus fore pdixit, dicēs ad Zachariā. Erit em̄ magnus corā dn̄o: corā dn̄o inquit, multi nāq; magni dicunt, ſed corā hoībus, nō corā deo, ſicut hypocritæ, nō ita Iohānes erat magnus, ſed & corā deo & hoībus, Id q̄d & tota vicinitas hodie miraculis ſtupefacta pſenſit, inquiens. Quiſputas. i. q̄ magnus putas iſte puer erit? Q. d. valde magnus erit. Magnus profecto fuit Iohānes. ¶ Primo in ortu, qn̄quidem Iohannē nō voluptas, ſed obſecratio creuerit. Cū em̄ materni vteri viſcera ætatis ſenectute frigeſcerent, & feſſi corpis mēbra fœcunditatis gratiā pdidiſſent, cōtra impoſſibilitatē corpis, cōtra ſterilitatē viſceꝝ, Zachariæ pcibus Heliſabeth vterus intumeſcit, & cōcipit Iohānem non natura, ſed gratia, q & nondū natus etiā prophetat, & adhuc in materni vteri finibus cōſtitutus, aduētū Chri, quia voce nō poterat, gaudijs cōfitet. Dicit em̄ Heliſabet ad. S. Mariā. Simul vt facta eſt vox ſalutatōis tuæ, exultauit in gaudio infans in vtero meo. Exultat em̄ Iohānes anteq̄ naſcit, & priusq̄ mundi oculis habitū recognoſcit, iā ſpiritu mundi dn̄m recognoſcit, adeo q̄d vere illud ad ipm̄ dixiſſe dn̄m credimus. Priusq̄ te formarē in vtero noui te, & priusq̄ exirēs de vulua, *ſanctificaui te*. Id q̄d angelus antea cōfirmarat, dicens. Et ſpiritu ſancto replebit adhuc ex vtero matris ſuæ. Cuius certe magnitudinē, nomen, q̄ vocatus eſt, Iohānes arguit, eſt em̄ Iohānes quaſi dn̄i gratia, vel in q̄ eſt gratia, ſiue cui donatum eſt, aut cui donatio à dn̄o facta eſt, qualis vix alteri q̄ Iohanni exhibita eſt. Quam ꝓpterea rectè de hoc aliàs gloriat noīe, inquiens. Audite inſulæ, & attendite populi de longe. Dn̄s ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ recordatus eſt noīs mei. O verè Iohannes vocatus eſt puer ille, qui & gratia plenus extitit, & inauditā eatenus mundo gratiā dei deinde pdicauit, dicens. Ecce agnus dei, ecce qui tollit pc̄tā mundi. Ego vox clamātis in deſerto, dirigite viā dn̄i, ſicut dixit Eſaias ꝓpheta. Medius aūt veſtrū ſtetit, quem vos neſcitis. Ipſe eſt, qui ante me factus eſt, cuius ego nō ſum dignus, vt ſoluā eius corrigiā calciamenti. ¶ Scd̄o magnꝰ fuit Iohānes exercitio vitæ ſanctiſſ. vtpote q etſi ab omī plane pc̄tō eēt immunis, tāta tn̄ vitæ ſanctimonia ſe exercuit, quāta vix alius vnquā. Puer em̄ ne leui ſaltē næuo vitā ſuā cōtaminaret relicto mūdo & vtroq; parente, ait Euāgeliſta, in deſertū ſeceſſit, vbi māſit vſq; in diem oſtenſionis ſuæ ad Iſrael, in omī quidem vitæ auſteritate, qui pter locuſtas & mel ſiluestre nō æſtauerit, aqua potus, nec vinū nec ſicerā bibens, cilicio de pilis Cameloꝝ veſtitus, zona pellicea pcinctus, ſtrato terraceo vſus. Quid multis? Ita vitæ ſanctimonia & auſteritate facile oēs ſuos pceſſores amicos dei, patriarchas & ꝓphetas excelluit, vt vniuerſus populus exiſtimaret, ne forte ipſe eſſet Chrus, vt qui q̄ Chriſtus ipſe multo auſteriorē vitā degerit, veluti ipſe dn̄s improperabat Iudæis, venit, inquiens, Iohannes nō manducās neq; bibēs & dicunt dæmoniū habet. Venit filius hominis manducans & bibens, & dicūt, Ecce homo vorax, potator vini, publicanoꝝ & peccatoꝝ amicus. Et hoc eſt, quod archāgelus illius natiuitatem prænuntians Zachariæ dicit. Erit enim magnus coram domino, & ipſe præcedet ante illum in ſpiritu & virtute Heliæ &c. Et Chriſtus, quid exiſtis, inquit videre, hominem mollibus veſtitum? Ecce qui mollibus veſtiuntur in domibus regum ſunt. Etſi vultis recipere, ipſe eſt Helias, qui venturus eſt. Sane non in perſona, ſed ſpiritu & virtute Helias erat, quē in omnibus p ſeferebat, nam ſicut Helias piloſus & zona pellicea cinctus duriter vixit, ita & Iohannes. ¶ Tertio magnus fuit Iohannes in pdicatiōis verbo, vt qui q̄tuor ad vnguē, quæ ad magnū prædicatorem præcipuè pertinēt, in ſe habuit. ¶ Primo, qm̄ veritatē grauiter docuit. ſ. Chriſtū & quę eius ſunt. ¶ Secūdo qa veritatē cōſtanter nō mutabiliter nec formidoloſe citra pſonæ acceptōem vel vſq; ad mortē docuit cuiꝰ cauſa miſerè ab Herode clādeſtine trucidatus ē, q̄re & Chrs illū nō dixit eē ſimilē arūdini vēto agitatæ, q nūc illud nūc aliud diceret. ¶ Tertio qa nō mollia, nō carnalia, non quæ placēt ſeculo & carni, ſed dura, ſed aſpera, q̄ carni repugnant, pdicauit. ſ. pœnitētię amaros fructꝰ, inqens. Facite fructꝰ, dignos pen̄iæ, & ne cęperitis dicere. Patrē habemꝰ Abrahā. Dico em̄ vobis, qa potēs eſt deꝰ de lapidibꝰ iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Iā em̄ ſecuris ad radicē arboris poſita ē. Omīs ergo arbor nō faciēs fructū bonū excidet, & in ignē mittet. ¶ Quarto qm̄ quę docuit, in ſeipſo alijs ꝓbauit & in exemplū poſuit, vitā planè pœnitētionariā ducēs nō qa ea indiguit, ſed vt eā exēplo ſuo doceret, & facilius pſuaderet. q. d. exēplū dedi vobis, vt queādmodum ego feci, ita & vos faciatis. Hinc illum dominus affirmat fuiſſe lucernam arden-

Matt. 11. Mar. 1 Luc. 7 Malac. 3 Eſaiæ. 53 Matt. 25 Hiere. 1 Luc. 1 Eſaię. 49 Iohan. 1 Eſaię. 40 Luc. 1 Luc. 3 Matt. 11 Luc. 1 Matt. 11 4 Reg. 1 Marci. 3 Matt. 3. Luc. 3 Iohan. 13

Joban. 5, ardentẽ & lucentẽ, vt qui arſerit zelo veritatis & fidei cõſtantia & vitæ auſteritate & ſanctitate
luxerit. Vñ meritò hodie gaudemus, qđ ille natus ſit, q nobis illũ prio voce & digito demõſtra
Joban. 9 uit, à quo & in q̃ totũ eſt gaudiũ nr̃m, quẽ & meritò laudemus, quũ ſit p quẽ Deum poſſumus
glorificare, & coram ipo verè magni fore, vbi eum veluti lucidũ exemplũ imitati fuerimus.
1. Johan. 5 Ecci. 13 ¶Primo, vt & ipſi ne cõtaminemur à mũdo, q totus in maligno poſitus eſt, fugiamus, me- L
1. Cor. 7, mores, qđ qui tetigerit picẽ, inquinabit ab ea. Sin oportet nos eẽ in mũdo, ſimus in eo, vt Pau
1. Johan 2 lus pdocet, vtemur mundo tanq̃ nõ vtentes. i. nõ diligamus mundũ, neq; ea, q̃ in mũdo ſunt.
¶Scđo ſeq̃mur q̃ ſpũalia, q̃ dura, nõ q̃ carnalia, q̃ mollia ſunt, memores, q a ſit arta via, quæ M
Matt. 7, ducit ad vitã, ſpacioſa verò & mollis q̃ ducit ad pditionẽ: nec poſſe beatitudinẽ niſi ſummo la
bore acquiri. ¶Tertio ſimus, vnus cũ altero veraces, à mẽdacijs pnicioſis alieni, Paulo dicẽ N
Ephe. 4, 1, Joban. 3 te: Deponẽtes mendaciũ, loquimini veritatẽ, vnuſq; ſq; cũ proximo ſuo, qm̃ ſumus inuicẽ mẽ-
bra: Filioli mei (inquit Iohannes) non diligamus verbo neq; lingua, ſed opere & veritate.
¶Quarto, nõ obmittamus veritatẽ, ppter vl̃ metũ, vl̃ aliquẽ adfectũ hũanũ. Qui em̃ (inquit O
Prouer. 28 Scriptura) cognoſcit in iudicio faciẽ, non benefacit, iſte & p buccella panis deſerit veritatem.
¶Quinto, vt ſimus in dictis factiſq; nr̃is conſtantes, ne adſimilemur arundini vẽto agitatæ. P
1. Cor. 15 Vnde Apoſtolus: Frẽs mei (inqt) dilecti, ſtabiles eſtote & immobiles in omni opere domini.
¶Sexto, vt bene operando etiam alijs luceamus in exemplũ iuxta dñi verbũ. Sic luceat lux Q
Matth. 5 Roma. 12, veſtra in manibus veſtris coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent pa-
trem veſtrum, qui eſt in cęlis. Debemus enim (ait Paulus) prouidere bona non tantum coram
Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus.

¶HOMILIA LXXXIII. DE EO QVOD LEGITVR, Matth 16. Venit Ieſus in partes Cæſareæ.

In ferijs diuorũ Petri & Pauli

ADMONET QVAE In noſtram pręſcriptam eſt doctrinam, A
Roma. 15 Ecci 44. Pſal. 150, ſcriptura: Frẽs in domino chariſſimi, q̃ viros laudemus glorioſos eo
rumq; laudẽ nũtiet Eccleſia, quorũ in pace ſepulta ſunt corpa, qm̃ in
eis Deus ipe Max. vñ oĩs quã illi habẽt, eſt gloria, vl̃ Dauide cõcinen
Gala. 1 te, collaudet, quemadmodũ in ſe Aplus Deũ clarificaſſe Galatas ſcri
bit: Fieri ſanè nequit, quin totũ laudis & honoris, qđ vl̃ miniſtris vl̃
Apoca. 9, diſcipulis tribuimus, in dñm pcipuè atq; magiſtrũ trãsferat. Hinc &
1. Timo. 6 ipe rex regũ, adeoq; dñs dominantiũ, ideq; vnicus natura magiſter
Matt. 23 Chrus: Amẽ (inqt) dico vobis, q̃ diu feciſtis vni de ijs fratribus meis
Matt 25 minimis, mihi feciſtis. Vñ etiãnũ ſcriptura: Quæ à Deo inſpirata ſol
Johan. 10, Ecci. 44, ui nequit, haud qdem dubitauit, ſe Deũ Opt. laudare in Enocho, in Noemo, in Abrahamo, in
Moyſe, & in id genus viris alijs, q nõ obſcurũ laudis ſuę narrandę nomẽ apud poſteros reliq̃-
rẽ nimirũ, in quorũ laude proculdubiò laus & gloria Dei Opt. qui illos glorificauit, & illi ab eo
Pſalm. 113 oẽm receperũt gloriã, pmicat, cui & vniuerſam ipſi gloriã ſuã acceptã ferũt, in regio Prophe
ta dicẽtes: Nõ nobis dñe, nõ nobis, ſed nomini tuo da gloriã. Si pinde frẽs, hac vl̃ vna rõne ſcri
ptura cẽſuit laudãdos, qui vl̃ in veteri teſtamẽto nõ nihil glorię diuina ſibi virtute corã deo &
Hebre. 12 hoibus peperere, quãto magis (obſecro) collaudabimus eos, qui in nouo teſtamẽto nõ in vm-
bra ſed in veritate glorioſi ſunt vl̃ fuere: vtpote ſine quibus illi, vt Aplus ſcribit: Nõ cõſumabã
Johan. 15 tur, nec repromiſſionẽ accipiebãt, Deo p ijs aliquid melius puidẽte, ad q̃s ipe dñs ſingulariter
ait: Iã nõ dicã vos ſeruos, qm̃ ſeruus ignorat quid faciat dñs eius. Vos aũt dixi amicos, quia oĩa
Matt. 10 q̃cũq; audiui à pr̃e meo, nota feci vobis. Ad q̃s putamus dñm hęc in primis locutũ? Ad Apo
Lucæ. 10, ſtolos vtiq;, q̃s vt ille p̃ cęteris, vt ſui eẽnt futuri ad oẽs mundi partes legati, elegit, ita eos pari-
Pſal. 138 ter p̃ alijs, & vſq; adeò glorioſos reddidit, vt Propheta inſpũ ad dñm ipm dicere nequaq̃ dubi-
tauerit: Mihi aũt nimis honorificati ſunt amici tui Deus, nimis cõfortatus eſt pricipatus eorũ.
Hi pfectò ſunt, q̃s laudare monemur, quia glorioſi fuerint, q̃s dñs ipe Deus ſup alios tantopere
honorificauit. Quorũ equidẽ pcipuos indicauerim Petrũ & Paulũ, quibus hodierna dies toto
Pſalm. 18 Roma 10, terrarũ orbe eſt celeberrima, qđ iuxta Aplm poſt Prophetã: Sonus eorũ in oẽm terrã exiuerit
Marc. 15 qui egreſſi, dño cooperãte, pdicarunt vbiq;, quorũ verba in fines orbis terræ tranſierũt, vt qui
dño Ieſu teſtes fore debuerint ac maiores oĩn exceptõe fuerint, nõ ſolũ Hieroſolymis, verũ etiã
Lucæ. 24 in vniuerſa Iudæa, Samariaq;, deniq; vſq; ad extremũ terrę. Iam verò etſi plęroſq; oẽs Aplos
Actor. 10 parẽ ſanctitatis grãm apud dñm obtinere nõ inficias iuerim, & ęquè oẽs ab illo diligi minus
Johan. 15 negauerim (qm̃ ęquè oẽs ad idẽ in gñe officij ex hoc mũdo ſelegerit, apud ipos alibi dicẽs: Nõ
vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos de mundo, ſimulq; poſui vos, vt eatis & fructũ adferatis, vt
Matt. 19 fructus veſter maneat, qui & illos oẽs adſeſſores ſuos fore in nouiſſimo iudicio conſtituerit, ad
Lucæ. 22, eoſdẽ aliàs inquiẽs: Amẽ dico vobis, qđ vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratõe quũ ſederit fili-
us ho

us hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicãtes duodecim
tribus Iſrael) neſcio tñ, quo ſane pacto Petrus & Paulus ab illo plus alijs videant, ſine tñ inui-
dia (quæ nulla eſt, nec eſſe poteſt inter dei electos) honorificati, ac cæteris eſſe glorioſiores, à
nobis ideoq́ magis decantãdi, qbus & ꝓinde catholica eccleſia diẽ hodiernã peculiarius inſti-
tuit, oĩbusq́ celebrẽ eſſe decreuit, in qua illoꝝ gloria celebrius cũ decora laudatiõe deprecan Pſal. 146
B da eſſet. Quos vt ex aĩo & pro viribus honoremus cohortor, quoniam deus illos præ cæteris
glorificare non eſt dedignatus. ¶Sed quæri audio, quid laudare ſit, itemq́ quid laus hac in
parte & gloria? Laus, inquam, & gloria (ſiquidẽ hoc in loco vtranq́ dictiunculam in eadẽ vir
tute acceperim) virtutis eſt fama non aliunde proueniens, ſed ſuis nixa radicibus. Laudare ve
ro eſt eandem virtutem, laudem & gloriã verbis extollere, & vt rem optimã pro virili imita-
ri. Sic Romani illi priſci ijdemq́ facile glorioſiſſimos ſuos & maiores & anteceſſores, Saluſtio
teſte, ſe laudare prorſus arbitrabantur, quando præclaras eorum virtutes, ac res præclare ge-
ſtas & ſcriptis demandarent, & ſtatuis referrent, ad quarum adſpectum ipſi accenderẽtur, nec
ceſſarent, donec eos virtutibus vel æquarent vel ſuperarent. Id quod vel eccleſia non admo-
dum diuerſa methodo in diuis ipſis, adeoq́ dei electis, qui hinc migrarunt, nos facere monet
adſpectu ſcripturarum & imaginum. Ad quarũ itidem intuitum hodie monemur, collaudare
.i. recenſere & audire virtutes, honoresq́ diuoꝝ apoſtolorum Petri & Pauli, easq́ deinde ar 1. Co. 4. 11
dentius æmulari, vt ſic in illis Chriſti quoq́ ſimus imitatores & præcones. Quod tum paulo Epheſi. 5
facilius, annuẽte deo, faciemus, vbi quibus eos gratijs & virtutibus deus præ cæteris honora-
uit, intellexerimus. Atq́ ſane inter cæteras virtutes & gratias, quas hic conſulto tranſimus, Pe
trum & Paulum Apoſtolos dominus glorificauit.

C ¶Primo, mirabili ſcientia & dei cognitione, qua vterq́ mire ꝑcelluit. Quantam eñ Paulus
ſcientiã & quantã de deo cognitionẽ habuerit, argumẽto ſunt eius, q̃ ad poſteritatẽ trãſmiſit,
ſcripta, q̃ & Petrus ipſe admiratus extollit, inquiens: Ille nimiꝝ dei ſapientiã, quę in myſterio 1. Petri. 3
abſconditur, habuit tam eminentẽ, vt ob eam omnia detrimentum exiſtimauerit, qua etiam, 1. Coꝛ. 2.
vt ipſe ſcribit, omnem, quæ ſe aduerſus dei ſcientiam extollit, altitudinem deſtruere potuit. 2. Coꝛ. 10
Et profecto ſcientiam præcellentẽ habuit Paulus, qui eam non à primo vel ſecundo, ſed à ter 2. Coꝛ. 12
tio cœlo, quo raptus fuit, largiter adportauit, interq́ ſecreta paradiſi meruit ediſcere, quod ne
q́ lingua hominũ loqui poteſt, neq́ quiſquã audire meretur. De diuina vero diui Petri ſcien-
tia atq́ cognitione, quid plura dicam? vt qui in carne poſitus, menſurã carnis egreſſus, Chri- Matt. 16
ſtum Ieſum, viui dei filium vere confitetur, vtranq́ in illo naturam primus exprimens, quum
ait ad eundẽ. Tu es Chriſtus filius dei viui. Id eſt, tu domine hominibꝰ natus es homo, qui in-
cogitabili maieſtate deus es apud deum. Tu es Chriſtus, qui noſtra pro redẽptione ad paſſi-
onem veniens, impaſſibilis permanes apud patrẽ. An non ingens ſcientia & confeſſio, quã &
dominus tantopere effert, dicens, quod eam illi, nõ caro & ſanguis, ſed pater, qui in cœlis eſt, Actoꝛ. 4
reuelauit? Tanta ſane, quantã doctus Plato neſciuit, & quantã Demoſthenes eloquens pror-
ſus ignorauit, quantam iure in illo ſtupuere & mirati ſunt quondam phariſæi, quod is literas
haud didiciſſet: quæ vtiq́ tanta eſt, vt contra illã portæ inferorũ non ſint præualituræ, qua de
ſuo loco plura diximus, ſuper dñi verbis, Tu es Petrus, & ſuper hanc petrã, &c.

D ¶Secundo, dominus vtrunq́ efficaciſſ. inſigniuit prædicatione, quã vterq́ ipſo facto, quẽ- Actoꝛũ. 1.
admodum & Chriſtus, vſq́ adeo probauit, vt vna die Petrus ſua oratione tria millia ad fidem Actoꝛũ. 2
conuertit. Et vere vtriuſq́ lux vitæ & doctrinæ ſic verbo & facto corã hominibus ſplenduit, Matt. 5
vt homines opera ipſorũ bona conſpicientes patrem, qui in cœlis eſt, ſedulo glorificauerint. Apoca 11.
Vnde & ambo non dubie duo ſunt candelabra illa, de quibus in Apocalyp. ſuper quæ lucerna
fidei ſub modio non abſcondenda, exaltata eſt vt luceat, vt lumen, qui ingrediuntur, videãt, Matt. 5
quorum doctrina vniuerſa eſt illuminata eccleſia. Marc. 4

E ¶Tertio, vtrunq́ altiſſ. & digniſſ. in eccleſia officio decorauit dominus, quod vterq́ præ Lucæ. 11.
cæteris ab illo obtinuit, qui Petro vt bono diſpenſatori clauẽ regni cœleſtis dedit, inquiens.
Et ego tibi dico, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiã meã, & portæ in- Matt. 16
feri non præualebunt aduerſus eã. Et tibi dabo claues regni cœloꝝ. Et quodcunq́ ligaueris
ſuper terrã, erit ligatũ & in cœlis, Et quodcunq́ ſolueris ſuper terrã, erit ſolutũ & in cœlis.
Paſce oues meas: Paulo autẽ tanq̃ idoneo doctori eccleſiaſticæ inſtitutionis iniunxit, de eo ad Actoꝛ. 9
Ananiã dicens: Vade, quoniã vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meũ corã gẽtibus
& regibus & filijs Iſrael. Eapropter & ipſe non fruſtra, ſed pie gloriatur, adſirmans, ſe à deo ex Roma. 1.
ſuæ matris vtero ſegregatũ, ſeq́ per gratiam ipſius vocatum eſſe, vt filium eius euangelizan- Galat. 1.
do reuelet. Et, quod plus eſt, qa dominus ipſe ſingulos præfecit ſingulis, vt ſic dixerim, ho-
minibus perinde ſingulares apl̃os, ita, vt Petrus Iudæoꝝ, Paulus vero peculiaris eſſet ac habe
retur gentiũ doctor & apl̃us, de ſe, deq́ Petro alibi dicens. Qui operatus eſt Petro in apoſto- Galat. 2
latũ, operatus eſt mihi inter gẽtes. Et ſicut Petro creditũ eſt Euangeliũ circũciſionis, ita & mi
hi Euangeliũ præputij. Inde factum eſt, vt quos Paulus ad ſalutem erudijt, Petrus ſuſcipiat ad

Digitized by Google

quietem. Et quorũ corda Paulus patefecit verborũ doctrina, eorũ animabus Petrus aperiat regna cœlorũ. Ita quidem vterq; clauem à dño accepit, Paulus ſcientiæ, Petrus potentiæ: nimirum, vt ille ſcientiæ theſauros largiretur, hic vt diuitias immortalitatis diſpenſaret. O igit vere beatos apoſtolos, Petrum & Paulũ, quos ſua gratia deus ita dignatus eſt, vt ille fieret de piſcatore doctor & rector, iſte de perſequutore defenſor & magiſter, agnus ex lupo factus. Quis non inibi dei omnipotentis maieſtatem magnopere attollat, qui mirabili inſpiratione docendi gratiam tribuit imperito, & inimicum fecit, quod oderat, amare, & fidem, quam impugnabat, adſerere. Quis etiã non credat magnifuiſſe & meriti eſſe, Petrum apud dominũ ſuum, qui ab illo poſt nauiculæ paruæ remigium, totius eccleſiæ gubernacula recepit? An non Paulus in miniſterio ſui apoſtolatus plurimũ Chriſto placuerit, qui tantum placere potuit perſequutor, vtpote, qui de cœleſtibus in apoſtolatum vocatus eſt, cuius apoſtolatus & ipſe apoſtolus & futurus eccleſiarũ doctor in cœlo conſecratus eſt, quo raptus inter angelos didicit, quod inter homines perdocuit.

Luce. 5 Actorũ. 3 Actorũ. 9 2. Cor. 12

